

LOCI COMMUNES,

sive

FLORILEGIUM
RERUM ET MATERIA-
RUM SELECTA-
RUM:

Præcipuè

SENTENTIARUM,
APOPHTHEGMATUM
SIMILITUDINUM
EXEMPLORUM
HIEROGLYPHICORUM:

*Ex Sacris Literis: Patribus item:
aliisq; Lingua Græca & Latine Scripto-
ribus probatis collectum:*

Studio & operâ

JOSEPHI LANGII CÆSARE-
montani.

ADDITVS EST INDEX FABVLARVM,
Emblematum ac Symbolorum.

CUM NOVA GRATIA ET PRIVILEGIO
S. Cæsar. Majest. ad annos octo.

ARGENTORATI.

Typis Josiæ Rihelij Hæredum



ILLUSTRISSI-
MO PRINCIPI AC DO-
MINO, DOMINO AUGUSTO
JUNIORI, DUCI BRUNSUI-
CENSI ET LÜNÆBURGENSI &c.
Domino suo Clementissimo.
S. P. D.



INGŪLARI QUĀ-
dam adeoquē bonā fortunā vi-
detur esse factum, AUGU-
STE Princeps Illustrissime, ut
LOCI COMMUNES si-
ve FLORILEGIUM hoc
nostrum sub felicem Tuā Celsi-
tudinis in hanc Urbem & Academiam adventum,
labore Typographico ad umbilicum propē perdu-
ctum, curam mihi afferret quarendi patronum ac
tutorem, cujus presidio satis illud munitum, prodire
in publicum, atque in hominum pervenire manus
audiret.

Cum enim vix aliquam ea de re curam cogita-
tionemque suscepissem, nedum animus haberet, in
quo acquiesceret: de exoptato Tuā Celsitud. adven-

EPISTOLA

tu nostra est Academia nunciatum. Manus sustuli: & ulteriore omni cogitatione abjecta, Tuam Celsitud. opusculo meo patronum optatissimum elegi ac constitui. Non quidem quod Tuam Celsitud. hisce magnoperè studiorum adminiculis indigere: multò minùs generosissimum ejus animum hujus modi $\pi\epsilon\omicron\sigma\Phi\omega\nu\eta\sigma\epsilon\upsilon$ ad virtutis & literarum esse excitandum & inflammandum cupiditatem arbitrarer. Quam enim illa & excellenti prædita ingenio: & cum inçlytorum majorum imitatione, tum illustrissimorum Fratrum laudatissimo exemplo incitata, ad amplectendum omnis virtutis decorem Heroico planè impetu feratur, nemini eorum, qui Musas colunt humaniores obscurum esse potest.

Quæ verò ad eruditionem laudato Principe dignam adipiscendam aliquid adferre momenti possunt: ea & suppeditata esse Tuæ Celsitud. à doctissimis viris inde ab ineunte etate, & adhuc hodie à Nobilissimo Præfecto, Domino VOLRADO à WATZDORF, & Clarissimo viro, Domino THEODORO à SENDEN, ita liberaliter suppeditari palàm est: ut è cujusquam vel scriptoris lectione, vel monitoris oratione ad eorum cumulum vix quicquam adjici posse videatur.

Quæ igitur me causse moverunt? Primùm quidem: quia futurum augurabar, si Tua Celsitud. tenue hoc opusculum sub illustri suo nomine pateretur apparere: plerosque cum exterorum, tum
nostro-

NUNCUPATORIA

nostrorum hominum, tanti Principis auctoritate & gratia commotos, majori cum applausu illud esse excepturos. Præterea multos etiam ex proceribus aulicis, cateraq; nobilitate viros præstantes, qui res magnorum Principum administrant, haud gravatim aliquot in hoc amænissimo florum fragrantissimorum hortulo spatia esse facturos, non sine maximo, cum suo, tum universa Reipublica Christiana commodo.

Est enim libellus hic totus Eloquentia Tyronibus juvandis peculiariter sit elaboratus: multa tamen in eodem viri Politici, & in gravissimis Reipublica negotiis versantes, sua & dicta & facta egregia recognoscent, quæ à sapientissimis, quos unquam Sol aspexit, hominibus, aliàs suscipienda, & præstanda proponuntur: aliàs suscepta & præstita, meritis extolluntur, & ornantur laudibus. Et quoniam easdem laudes Optimi quique viri ad se quoque pertinere sentient: ex jucundissimâ suarum virtutum recordatione, & rectè factorum conscientia voluptatem incredibilem percipient.

Porro, cum in hac generis humani fragilitate, non solum rare virtutis & prudentiæ, sed etiam exquisita cujusdam sit felicitatis: multò antè providere incommoda: errata & peccata agnoscere: & in futurum illa pro virili cavere: id etiam viri boni hujus Lectores voluminis gaudebunt: se ab ijs alienos esse vitis, quæ gravissimi, & per universum

EPISTOLA

ordem celeberrimi auctores reprehendunt. Si qui etiam (quæ humana est conditio) errore decepti, aut imprudentia lapsi nonnihil de via rectorum consiliorum deflexerunt: ii vel saluberrimis veræ sapientiæ præceptis (quorum hic copiosissimam licet segetem metere) cognitis: vel exemplis tot nationum ac gentium, tot Regum ac Principum, Rerum etiam publicarum & privatorum hominum ob oculos sibi propositis, facilius gradum revocare, & consilia actionesq; suas ad honestatis flectere normam, apteq; conformare discent.

Taceo nunc utilitates alias, quas Liber hic, reliquorum ordinum & atatum lectoribus præbere & plurimas potest, & amplissimas. Hic privatos ad modestiam cohortabitur: excitabit segnes ad vigilantiam: afflictis consolationem adferet: animos insolentes, & dulci fortuna quasi ebrios ad laudabilem moderationem revocabit. Imperitos erudiet: eruditos delectabit: castigabit scholos: juniores observantiam: fortitudinem viros: gravitatem senes: omnes pietatem & virtutem docebit. Breviter nullum propè est vitæ genus, atasq; nulla: cui non liceat, ex hoc FLORILEGIO, seu fonte uberrimo salutaria cum honestè vivendi, tum prudenter agendi præcepta haurire.

Deindè, cum ingentem Academiæ nostræ latitiam, plurimum de tanti Principis accessione sibi gratulantis viderem: & ipse mihi vehementer gaudendum, & verò gaudii, mei, tam exoptata occasione

NUNCUPATORIA.

sione quasi divinitus oblata, signum aliquod publice proferendum esse statuebam. Movebat me nimirum inclyta domus vestra Clementissima erga nostram Academiam affectio: cognita mihi perspectaq; ab eo tempore, quo Tuæ Cels. Fratres, Illustrissimi itidem Principes ac Domini, Dominus JULIUS ERNESTIUS, ac Dominus FRANCISCUS, amplioris ingenii cultura gratia, adire hanc & illustrare sunt clementissimè dignati. quàm sanè non modò integram hæctenus conservatam, sed etiam majorem in modum auctam & amplificatam hoc adventu, mihi persuadebam. Præsertim cum Tuam Celsitudinem jam antè, fama quadam prænuncia, & cum eruditionis singularis tum summa humanitatis atque incredibilis erga Musas elegantiores amoris insigni commendatione & laude celebrari audivissem.

Quare hac lucubratiuncula Tuam adire Celsitudinem constitui: & vota mea cum caterorum Academicorum votis conjungens, eidem felicem in hanc Urbem adventum, animo submisso & summa cum observantia Musis ipsis suadentibus, volui congratulari. Hæc enim, cum Jovis non alumna, sed filia dicantur: literarum monumentis suam erga Principes & Magnates observantiam declarare, sequè illorum commendare fidei ac tutela solent. Quod factum meum, nimis quidem fortasse audax aut impudens: augurio tamen quodam certo, & felici (uti speramus) omine susceptum, si

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Tua Celsitudo laudabilem inclitorum majorum imitata clementiam, & meliorem partem acceperit: animumq; meum potius, Tuæ Celsit. addictissimum, spectarit: immortalæ me beneficio affectum judicabo. DEUS OPT. MAX. Tuæ Celsitud. salutem, vitam, incolumitatem atq; excellentissima illa verè Heroicæ indolis bona, ad subditorum felicem gubernationem, & totius Imperii Romani dignitatem clementissime tueatur, augeat, conservet. Scripsi Argentina 3. Cal. Aprilis Anno 1598.

Tuæ Illust. Celsit.

addictiss.

JOSEPHUS LANGIUS Cæsare-
montanus. P. L.

LECTO-

L



cand
tion
non
puta
A
quid
viro
tus,
& ex
gress
cupa
rum



LECTORICAN- DIDO BENEVO-

LO S. P. D.

JOSEPHUS LANGIUS.



ANTHOLOGIAM SEM
Florilegium selectarum
Sententiarum, Apoph-
thegmatum, Similitudi-
num & Exemplorum uno
volumine comprehensum
in lucem editurus, Lector

candide ac benevole, cum instituti mei ra-
tionem tibi exponendam esse: tum etiam de
nonnullis ad operis usum pertinentibus te
putavi admonendum.

Ac primùm quidem, si fortè miraris,
quid sit, quòd ego post tot doctissimorum
virorum laudatissimos in hoc genere cona-
tus, novo quodam ausu hanc sententiarum
& exemplorum *συλλογὴν* adornare sim ag-
gressus: scias, non vanam inanis gloriolæ au-
cupationem: sed partim quidem nonnullo-
rum publicæ utilitati faventium virorum vo-

5

PRÆFATIO

luntatem atque consilium: partim verò perpetuum meum de literarum cultoribus benè merendi studiù hujus laboris & suscipiendi jam dudum, & tandem perficiendi causam mihi præcipuam extitisse.

Cùm enim antè annos plus minus duos, ad Colloquium quoddam privatù venissem, viri omni doctrinæ & humanitatis laude cumulatissimi PHILIPPI GLASERI J. C. essetque sermo nobis de studiis institutus illis, quibus adolescentia ad humanitatem solet informari: cepit ille inter alia huius quoque operis ideam seu imaginem quandam, quam dudum animo se comprehensam habere dicebat, verbis mihi depingere: magnum operæ fore pretium asserens, si quis ad istum modum digestis Sententiis, Apophthegmatis, Similibus & Exemplis, modestiam, quæ in locandis Eloquentiæ fundamentis juventuti objicitur, sublevare conetur. Adduxit etiam in medium rationes nonnullas, quibus utilitatem hujus instituti demonstrare satis evidenter visus est: quas tamen ego nunc brevitatè causâ latere facilè patior. Addebat, plures quidem eosque non contemnendæ doctrinæ viros hujusmodi Συλλογὰς instituisse: qui verò ex illis hanc methodum atq; ordinis rationem secutus sit, sibi prorsus notum esse neminem. Proindè hortabatur me, quoniam

AD LECTOREM.

quoniam ipse gravioribus distentus occupa-
tionibus, quæ cogitaret in aspectum lucem-
quæ proferre, non posset, si quid haberem va-
cui temporis, id potissimum ad studia juven-
tutis hac ratione promovenda conferrem.
Itaq; ut facilius, & citra ullam vel rerum mea-
rum jacturam, vel laboris frustrationem pos-
sim facere: pro summo suo in Rempubli-
cam literariam studio non libros mihi solùm
& sumptus necessarios, sed etiam operi abso-
luto soceri sui JOSIÆ RHELI, Typogra-
phi perpetuam memoriâ dignissimi, prælum &
impenas liberalissimè pollicebatur. Per-
movit me cùm liberalis optimi viri oratio, a-
nimusquæ ad publica commoda propensus,
tùm etiam non obscura rei ipsius utilitas: ut
ad confectionem descripti operis meâ opel-
lam petenti haud invitus addicerem. Quî
enim secus fecissem? Hortabatur is, cuius in
literarum studiis rectè constituendis erudi-
tissimum judicium doctissimus quisque ma-
ximi facere meritò debet: ad eam verò rem
suscipiendâ hortabatur, quæ occupationem
habet non solùm honestissimam, sed etiam
in primis accommodatam juvando bono
publico: cujus neglectio aut contemptus de-
testandâ mihi videtur improbitatem animi
coarguere: præsertim ubi id quod petitur,
nullo tuo incommodo, nullo vel studiorû vel
muneris

PRÆFATIO

muneris impedimento, nullâ prorsus rerum
jacturâ: sed evidenti cum laborû fructu pos-
sis præstare.

Accedit hûc non solùm superiorum re-
cordatio temporum adolescentiæ nostræ,
quibus hujusmodi subsidia in scholis sæpè
multumquæ desiderata fuisse constat: sed et-
jam nostrâ jara ætate celeberrimæ Tyronum
Eloquentiæ voces, Magistrorum suorum in
hac studiorû parte operam, quotidianis pe-
nè precibus efflagitantium. Legebantur
quidem hætenus sparsim Ciceronis, Sene-
cæ, Aristotelis, aliorumquæ Philosophorum
& Oratorum Sententiæ: Flores item & ver-
sus gnomologici Poëtarum à diversis colle-
cti: circumferebantur etiam seorsim Senten-
tiæ ex Sacris libris, & Patrû monumentis per
Thomam quendam Hibernicum exceptæ:
Volumina item Apophthegmatû & similium
ab Erasmo & Lycosthene inchoata, locuple-
tata post & digesta per Theodorum Zuinge-
rum, cujus etiam incomparabilis viri indu-
stria locupletissimam exemplorum penum,
opus illud nobile, quod Theatrum vitæ hu-
manæ inscribitur, nobis exhibuit: erant in
manibus studiosorum Marulli Spalatenis,
Valerii Maximi, M. Anton. Sabellici, Joan.
Baptist. Camposulgosi, Ravisii Textoris &
aliorum id genus Analectarum haud con-
temnendi

AD LECTOREM.

remnendi labores. eorū verò qui Ænigmata, Hieroglyphica, Emblemata & Symbola varia, partim ex antiquorum scriptis eruta congefferunt, aut à se excogitata cum studiosis communicarunt, infinita propè auctorum est multitudo. Quibus quidem omnibus tantum abest, ut vel nostram opellam præferamus: vel meritam summæ industriæ & diligentia, & eruditionis laudem detrahamus: (quis enim hoc nisi extremè ingratus & improbus faciat?) ut etiam libenter & ingenuè fateamur, nunquam nos ad hocce genus Syntagmatis animum fuisse adjecturos: nec, si adiecissemus, proficere cœptum potuisse: nisi illorum utilissimis laboribus, & ut ita loquamur, provigiliis essentus incitati & adjuti.

Veruntamen illud interim dissimulandum minimè putamus: eosdem illos auctores desideratam Tyronibus Eloquentiæ commoditatem, & eum usum, quem nos quærimus, ut plurimum non præstare. Tale enim Sententiarum & Exemplorum syntagma expectitur, quod ad locupletandam & jucundâ rerum varietate distinguendam orationem, Sententias, Apophthegmata, Similia, Dissimilia & Exempla ad rem accommodata propositam, id est, quæ vocibus in quæstione, seu themate alio positis, nec non in quolibet
thematis

PRÆFATIO

thematicis argumentis: respondeant vel repugnent, in unum Volumen congesta completatur, eaque omnia uno quasi contuitu oculis subjiciat: investigandi laborem magna ex parte minuat: extrâ Bibliothecam quoque, si usus postulet, sine difficultate magnâ ferri, & in auditoriis atque scholis, ubi juventuti sæpè ex tempore, & in conspectu præceptorum suorum scribendum est, ad manus haberi possit: pretio tamen interim emptores non gravet admodum: sed ære modico sit cuivis parabile. Quas sanè commoditates enumeratorum paulò antè auctorum voluminibus plærisquæ omnibus deesse, palàm est: dùm vel singula seorsim, aut Sententias, aut Apophthegmata, aut Similia, aut Exempla proponendo, quærendi laborem augent, animumquæ diversitate suâ distrahendo, cogitationes turbant & impediunt: vel propter molem suam non sine magna molestia circumferuntur: vel deniq; ob pretii magnitudinem à tenuioribus, (quæ magna in Scholis & Academiis multitudo est) parari difficulter queunt.

His igitur consideratis, facilè clarissimi viri hortatu me adduci passus sum: ut juventutis scholasticæ, cui jam pridem studia mea vitamquæ totam dicavi, desiderium meo labore minuerem. Quare paucis post mensibus

AD LECTOREM.

sibus operi me accingens, libros & auctores necessarios comparavi, quæquæ accommodata videbantur, seligere ac dirigere hunc in modum cœpi: atque ita cum Minerva, quod ajunt, manum quoque movens, cum subinde ἐγκελεύματα aliorum quorundam nec levis auctoritatis, nec hebetis judicii virorum accederent, certatim ad hanc telam pertexendam me cohortantium, plurimis difficultatibus superatis, ad umbilicum feliciter tandem perduxi.

Habes causas instituti nostri, Lector humanissime, quæ nos, uti planè confidimus, apud te omnesq; tui similes, hoc est, æquos alieni laboris æstimatores (Momos enim, qui antiquum obtinent, floccipendimus) omni cum ambitionis crimine, tum πλυπραγμοσύνης suspicione facilè liberabunt.

Reliquum nunc est: ut breviter, quo pacto in quærendis exornandæ & locupletandæ quæstionis alicujus materiis, hoc volumine studiosis utendum sit, aperiamus. Occurritur enim nobis à nonnullis nec planè in-eruditis, quærentibus, satisne probè officio defuncti nostro videamur? qui cum novem Florum genera cuivis titulo exornando destinaverimus, Sententias, puta 1. Biblicas. 2. Sententias Patrum orthodoxorū. 3. Flores Poëtarum. 4. Gnomas Philosophorum & Orato-

PRÆFATIO

& Oratorum. 5. Apophthegmata. 6. Similitudines. 7. Exempla sacra seu Biblica. 8. Exempla Profana. 9. Hieroglyphica seu Emblemata: in paucioribus tamen institutū persequamur. siquidem plurimi passim in toto volumine loci conspiciantur, qui cæteris quasi spoliati, unum saltem aut alterum genus prædictorum contineant. Hujus igitur incommodi cū causa exponenda est, tūm etiam sarcindi explicanda ratio.

Nos quidem à principio suscepti operis id admodum sollicitè sumus agere conati: ut omnes & singuli loci sive tituli, quantum quidem ejus fieri posset, æqualiter novem illis Florum generibus referti & illustrati, quàm minimūm facefferent in quærendo negotium lectoribus: verūm cum opere jam absoluto, volumen ipsum in molem adeò monstruosam & non Typographo solum, sed & emptori molestam futuram excrevisse videremus: institutum, necessitate adacti, mutavimus, & compendio quodam usi, lectorem ad cognatos locos remittendo, modò huic loco Sententias Biblicas aut Philosophorum, aut Poëtarum, aut Similium classem, aut Apophthegmata, aut cæterorum quippiã subtraximus: quod vel in contrariis, vel in Synonymis, sive, ut Dialectici appellant, Conjugatis invenire Lectori proclivè futu-

futurum arbitrabamur. Proinde, ut commodius hoc labore nostro fruâre, mi Lector, observabis locos eiusmodi defectos: in quibus si quæstra minùs sese offerunt: statim de contrariis aut Synonymis sive conjugatis erit cogitandum. Quorum si unum aut alterum non satisfecerit: tertium sanè vel quartum voti te tui reddet compotem. Sed exemplis erit res planior. Locus est, AFFLICTIO: in quo ex Sententiarum generibus solæ habentur Poëticæ: Apophthegmata verò & Similitudines conjunctim: sola Exempla Biblica. Usu venit, ut quærantur vel quædam cæterorum quæ desunt, vel simul omnia, videlicet, Sententiæ Biblicæ, Sententiæ Patrum aut Philosophorum: ut & Exempla Profana & Hieroglyphica. Quid igitur hîc agendum? consulendi sunt loci cognati quinque, ad quos Lector remittitur, vel certè aliqui saltem ex his, qui præ cæteris arridebunt. In loco enim de ADVERSIS, præstò sunt sententiæ Philosophicæ: in loco de FORTUNA, sunt in promptu seorsim Apophthegmata & Similitudines, & Hieroglyphica. Locus verò de MISERIA, Exempla dabit Profana. Locus de PERICULO, Sententias Philosophorum & Similitudines. Locus denique de TRIBULATIONE, Sententia Biblicas offert: Alte-



PRÆFATIO.

rum exemplum. Locus de OSTENTATIONE, solas continet Similitudines. Lector ad quatuor locos cognatos remittitur, qui sunt, ARROGANTIA, FASTUS, JACTANTIA, SUPERBIA. Sententiæ ergò Biblicæ invenientur sub titulo ARROGANTIÆ: dabit idem Sententias Philosophorū, Apophthegmata & Exempla Sacra. Locus verò de FASTU, Apophthegmatis oblati remittit lectorem ad locum de SUPERBIA: qui consultus unà cum loco JACTANTIÆ, cætera omnia, quæ superioribus defuerunt, copiosè suppeditabit. Non secus agendum iis in locis & titulis, qui cognata sua expressè ascripta non habent. Neque enim ubique illa addere per Locorum ipsorum naturam, vel certè festinationem nostram & libri molem licebat.


Eadem est causa, cur in adducendis Exemplis Profanis, & notis Hieroglyphicis parciores fuerimus: illorum tamen defectum bona ex parte apophthegmata supplere poterunt: horum inopiam levabunt cum Similitudines, tum Index utilissimus Apologorum seu Fabularum, Emblematum atque Symbolorum, quem nostro instinctu, ornatissimus adolescens Joan. Philius, huic operi locupletando adjicere voluit. Si quid prætereà verò, vel in serie titulorum, vel materiarum

AD LECTOREM.

riarum delectu, vel distinctione & ordine minùs convenienter à nobis pertractatum deprehenderis, mi Lector: ipse homo, conditionis humanæ memor esto, veniamq; erratis facilem tribue.

Speramus tamen adolescentibus studiosis, aliisque bonis viris ita labore nostro satisfactum iri: ut si non magni ingenii & exquisitæ diligentia laudem, (quam quidem ex hoc opere nec meremur nec affectamus) illi nobis velint tribuere: at studii tamè & promptæ ergà bonas literas voluntatis testimonium non prorsus sint denegaturi. Id enim in labore isthoc cùm suscipiendo, tùm absolvendo spectavimus unicum: ut publicam adjuvantes utilitatem, studia nostra, quantulacunq; tandem illa sint, tibi, candidè Lector, bonisque comprobaremus. Vale:

& si meremur, nos vicissim ama.



ΕΙΣ ΑΝΘΟΛΟΓΙΑΝ

ΙΩΣΗΦΟΥ ΛΑΓΓΙΟΥ.

ΛΑΓΓΙΕ, σὺ πικρὰν τέχνην παρὰ βιβλοδοτείρας:
 Τὴν δ' ὄρμην δέχων Φοῖβος, ἔφλυ ὀμόσας:
 Ναὶ, μὲν τὴν Δαΐφικον: πολυανθὴς ἀμμιν Ὑμητῆος
 Ἀπικιῆς δ' ἀπὸ γῆς ἄγχετ' ἐς Ἀλοσιτῆν.
 Ὅππῃ νῦν ἀνθεσιν ἐφίπτεται ἀλλοθεν ἄλλοις
ΛΑΓΓΙΟΣ εἰαρινοῖς, καρπὸν ἀμελῆζόμενος.
 Οἶον ἐπὶ ἥροστροφῶ φέρεται λειμῶνι μέλισσα:
 Χύλισμα ἤδησαν πῆντοθ' ἀμυξομένη.
 Ἡ' οἶδε, (τὴν Βιβλὸν δείξας) ὡς καλὰ πεμεῖα
 Τῆς δὲ Γραφῆς ζαθέης: κῆ Σοφίης ἀπέσσης:
ΑΝΘΟΛΟΓΕΙΟΝ ἰδ' ἕκρινόν ἤρεπτήριον: ἤχρον
 Φυχῆς, Παιδείας, εἴτ' Ἀρετῆς φαιενίω.
 Ἐνταυθαῖ Κραιά τε, Θαλεῖά τε, Μελπομένη τε,
 Τετρακόσση, Ἐρετῆ: πᾶς τε χορὸς Χαρίτων.
 Σπυδετε θυρατερες, καρὰ Διὸς αἰχμόχοιο.
 Θέλω μὲν νῦν ἀρεκ ἀμμιν ἐν Ἀλοσιτῆν.

Henricus Stephanus, hospes hospiti, faciebat
 Argentinx Anno 1596.



IN


IN FLORILEGIUM JOSEPHI LANGII CÆSARE-
montani, P. L.

LANGIUS hoc offert præcepta salubria fasce,
Auctorum variis lecta voluminibus.
Hortorum veluti quos vis apis Attica flores
Libat, & hinc miro mella labore parat:
Huius adit varios sic grata industria libros,
Qui flores, vitæ quos præbet usus, habent,
Fructu apium corpus cura: sed floribus istis,
Qui legis hæc, morbos pellere disce animi.

M. Georgius Carolides à Carlsperga,
Pœta Cæsarius, patric. Pragensis.

AD CL. VIRUM, JOSEPHUM LANGIUM, P. L. PRÆ-
ceptorem & amicum colendum.

COElestis aule Janitor, ut novi
Pandebat anni terrigenis fores,
Legit tuas, ô culte Vates,
Et Sophia decor ample! GNOMAS,
CLEIO Dearum maxima, limpide
Quæis Hippocrenes unda levat sitim:
Mox intuens diæ Sorores,
Talibus alloquitur. videtis



Ut de sacro LANGIUS hortulo,
Utque ex vetustis Patribus & pia
Vatum venustorum cohorte
Legerit egregium libellum.
Quas inde laudes ille merebitur,
Amica, quaeso, dicite numina?
Famam perennem, nomen atque
Perpetuum. ille vigebit, huius
Dùm stabit orbis machina: dùm polus
Mirè decoris undique stellulis
Ornatus apparebit, & Sol
Lampade flammiferâ meabit
Per alta cœli climata. Tu proin
Pubi tenellæ subsidium addere,
Tu commoda hæc præbere Musis
Perge bonus nitido labore,
Amice LANGI, Dignus habebis
Inter celebres ingenio viros
Quem postera ætas, atque pennâ
Fama ferat metuente solvi.

Joan. Georgius Crapffius
Vormaciensis. F.

AD

ADMONITIO AD *Lectorem.*

Supervacaneum duximus, amice Lector, specialem siugulorum Locorum Indicem operi huic præmittere: propterea quod in illo ad calcem Libri adjuncto: ubi de Emblematis, Symbolis, & Fabulis, præcipui & communiores Loci expressi sunt: reliqui autem (quot quot quidem hic extant) nullo abs te negotio inveniri possunt in margine cujusque Literæ A B C &c. itemque in fine Loci: ubi sæpè ad similes, vel cognatos, vel contrarios locos te remittimus. Vale.



ANTHO.

AD MONITIO AD

Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



ONTEA

FI
SE
TE
M A T
& Hier
rib



bilem c
Ego
quasi ad
tem rec
ciar. *bi*
Spiri
concup
Nos
Abo
Juve
Sobr
Sobr
tanquan
stite for
Vos a
vestra v
nentian
Quan

ANTHOLOGIA

SEU

FLORILEGIUM
SELECTARUM SENTENTIARUM, APOPTHEG-
MATUM, SIMILITUDINUM, EXEMPLORUM
& Hieroglyphicorum, sive Emblematum: ex præcipuis Autho-
ribus Græcis & Latinis, tam sacris, quàm profanis collectum: &
secundum locos sive materias dicendi, & ordine
Alphabetico, digestum.

ABSTINENTIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.



Eata terra, cujus principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. *Ecclesiast. 10.*

Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere: & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. *1. Cor. 9.*

Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in servitutum redigo: ne fortè cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar. *Ibid.*

Spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis: caro enim concupiscit adversus spiritum. *Galat. 5.*

Nos autem, qui Dei sumus, sobrii simus. *1. Thessal. 5.*

Ab omni specie mala abstinere vos. *1. Thessal. 5.*

Juvenes hortare: ut sobrii sint. *ad Titum. 2.*

Sobriè, justè & piè vivamus. *ad Titum 2.*

Sobrii estote & vigilate, quia adversarius vester diabolus, tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide. *1. Pet. 5.*

Vos autem curam omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia abstinentiam. *2. Petr. 1.*

Quam sufficiens est homini crudito vinum exiguum! & in

A

dormiendo nō laborabis in illo: & nō senties dolorem. *Eccles. 31.*

Initium vitæ hominis aqua & panis. *Eccles. 29.*

Uttere quasi homo frugi, his, quæ tibi apponuntur. *Ibid. 31.*

Noli avidus esse in omni epulatione: & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas: & aviditas appropinquabit usque ad choleram. *Eccles. 37.*

Qui abstinens est, adjiciet sibi vitam. *Ibid.*

Et si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes: sobrietatem enim sapientiam docet & justitiam & virtutem, quibus nihil est utilius in vita hominibus. *Sapient. 8.*

§ SENTENTIA PATRUM.

Bonum est in cibo, cum gratiarum actione percipere quicquid Deus edendum præcipit. Abstinerere autem ab aliquibus non quasi malis, sed quasi non necessariis, non est malum. *Augustin. de definitione ref. fid.*

Non interest omninò, scilicet ad varietatem, quid alimentorum, vel quantum quis accipiat: dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus vivit, & personæ suæ, & pro valetudinis suæ necessitate: sed quanta facilitate & serenitate animus his valeat, quum oportet vel necesse est, carere. *Augustin. in lib. de quest. Evang.*

Quàm suave mihi subito factum est, à suavitatibus nugarum abstinere, & quas amittere metus fuerat, jam dimittere gaudium est. Ejiciebas enim eas à me, tu verò summa suavitas intrabas pro eis, omni voluptate dulcior, sed non carni & sanguini: omni luce clarior, & omni secreto interior, omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. *August. 9. Confessionum.*

Utantur divites consuetudine infirmitatis suæ: sed doleant se aliter non posse. Melius enim possent, si aliter possent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate: tu quare extolleris de infirmitate? Uttere tibi electis, pretiosis: quia sic consuevisti, aliter non potes: quia si consuetudinem mutas, ægrotas: conceditur tibi, uttere superfluis: da pauperibus superflua. Uttere pretiosis, da pauperibus. *August. de ver. do. cap. 5.*

Qui sic se à carnibus temperant, ut alias escas difficilioris præparationis & præcii majoris, inquirent, multum errant. Nō enim est hoc suscipere abstinentiam, sed imitari luxuriam. *August. in serm. d. dominic. 4. in adventu.*

Abstinentia est à cibo & potu, non quia aliqua Dei creatura mala sit: sed pro solâ corporis castigatione cessatio. *Augustin. de fide ad Petr.*

Mater sanitatis est abstinentia: mater ægreditudinis voluptas:
sine

sine et
incon

Hieron

Mo

ad Roj

An

gravis

Qu

scit sup

odio in

Non

ocre be

qui vel

ti? *Hi*

Abf

edoma

quàm

Per

sunt. S

tenus r

stem in

sepè du

mus. G

In ab

Eisd

vivunt:

tur: qu

etiam v

Incar

moribu

Non

plerunc

conscie

Pleru

citatio

tionem

suffoca

Solu

restring

Sic ab

junandi

tiam fac

sine enim carne & vino citò friget Venus: & à patre Libero ad inconcessam Venerem gradus est proximus intemperantiæ.

Hieron. in Ep.

Modicus ac temperatus cibus carni & animæ utilis est. *Hier. ad Rusticum.*

Ante annos robustæ ætatis, periculosa est teneris abstinentia gravis. *Hier. ad Letam.*

Quid prodest tenuari corpus abstinentia: si animus intumescit superbia? Quid virtutis habet vinum non bibere: & ira & odio inebriari? *Hieron. ad Celantiam.*

Non mediocriter errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum. Nonne rationabiliter homo dignitatem amittit: qui vel jejunium charitati, aut vigiliis præfert sensus integritati? *Hieron. in epist. & hab. de consec. dist. 5.*

Abstinentiæ virtus nulla est, si tantum quisque corpus non edomat quantum valet: aut valdè inordinata est, si atterit plus, quam valet. *Greg. lib. 20. moral.*

Per abstinentiam non caro: sed carnis vitia extinguenda sunt. Sic necesse est, ut artem continentiæ quisque teneat, quatenus non carnem, sed vitia occidat. Sæpè enim dum in illa hostem insequimur, etiam civem quem diligimus trucidamus, & sæpè dum quasi concivi parcimus, ad prælium hostem nutriamus. *Greg. 28. moral.*

In abstinentia discretio servanda est. *Ibid.*

Eisdem alimentis vitia superbiunt, quibus nutritæ virtutes vivunt: & cum virtus alicui, plerumque vires vitii augmentantur: quum verò immensa abstinentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. *Ibid.*

In cassum per abstinentiam corpus atteritur: si inordinatis moribus dimissa mens vitii dissipatur. *Greg. in pastoral.*

Non cibus sed appetitus in vitio est. Unde & lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & abjectiores non sine reatu conscientiæ degustamus. *Greg. lib. 30. moral.*

Plerumque dum plus justo caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur: ut ad orationem vel prædicationem non sufficiat: dum incentiva vitiorum in se funditus suffocare festinat. *Greg. in ho. & 30. moral.*

Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis cautè restringit. *Greg. 5. moral.*

Sic abstinere vel jejunare debemus: ut non nos necessitati jejunandi subdamus: ut tàm non devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus. *lib. 2. de vita cont.*

Qui cibis abstinent, & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adest, & cibus deest. Isidor. super Amos Prophet.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horatius Satyr. 2. lib. 2.

*Accipe nunc victus tenuis quæ quantaq; secum
Adferat in primis valeas bene. Nam varia res
Ut noceant homini credas, memor illius escæ
Quæ simplex olim tibi federis: at simul a sis
Miscueris elixa, simul conchyliã turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis
Cæna desurgat dubia? quin corpus onustum
Hesternus vitij animam quoq; prægravat unã,
Atq; adfigit humo divinæ particulam auræ
Alter, ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.*

Horat. lib. 2. Sermon. Satyra 7.

*Nempe in amarescunt epulæ sine fine petite,
Illusique pedes vitiosum ferre recusant corpus.*

Ovid. 15. Metamorph.

*Hæc quantum scelus est, in viscere viscera condi!
Congestoq; avidum pinguescere corpore corpus!
Alteriusq; animantem animantis vi vere letho!*

Et infra.

*Ergo ne pietas sit victa cupidine ventris?
Parcite (vaticinor) cognatas cede nefanda
Exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur.*

Juvenal. Satyr. 15.

*Aspicimus populos, quorum non sufficit ira
Occidisse aliquem: sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi. Quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras? Cunctis animalibus abstinuit qui
Tanquam homine: et ventri indulsit non omne legumen?*

Vergil. de Venere & Vino.

*Nec Veneris, nec tu Vini capiaris amore:
Vno namque modo Vina Venusq; nocent.
Ut Venus enervat vires, sic copia Bacchi,
Et tentat gressus: debilitatq; pedes*

Multos

M U
N
in Epist.
Mol
cibo, si
cupidit
deficie
avidita
stola 59.
Tau
va elep
Quid e
tam m
que an
lum en
fames

*Multos cæcus amor cogit secreta fateris:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpè petit ferus exitiale Cupido:
Sæpè manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Trojam Venus improba bello:
Et Lapithas bello perdis tacche gravi.
Deniq; cum mentes hominum furiarit uterq;:
Et pudor & probitas, & metus omni abest.
Compeditus Venerem: vinculis constringe Lyæum:
Non te muneribus lædat uterq; suis.
Vina sitim sedent: natus Venus alma creandis
Serviat: hos fines transiluisse nocet.*

Ovid. 16. Epist. Heroid.

*Disce meo exemplo formosis posse carere:
Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Terentius in Eunuchis.
Verbum, Hercle, hoc verum est: sine Cere & Libero
friget Venus.*

Menander.

*Γαστρός δὲ πειρῶ πᾶσων ἡνίκα κρατεῖν.
Ventre autem conare omnem habentiam continere.*

Idem.

*Ἡ κοιλία ἐ πολλὰ χωρεῖ καὶ ὀλίγα.
Venter & multa capit, & pauca.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Multis tormentum est vino carere, & prima luce excitari.
Non est summa felicitatis nostræ in carne ponenda. *Senec.*
in Epist. 75.

Molestum est, inquit, carere assuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire: hæc primò abstinentiæ gravia sunt, deinde cupiditas relanguescit. Iphis per se cupiditatibus fatigatis ac deficientibus antè morosus est stomachus: inde quibus fuit aviditas, cibus odium est, desideria ipsa moriuntur. *Seneca Epistola 59.*

Taurus paucissimorum jugerum pascuis impletur: una silva elephantis pluribus sufficit: homo & terra pascitur & mari. Quid ergo? an insatiabilem nobis Natura alvum dedit, cum tam modica corpora dedisset: ut vastissimorū edacissimorumque animalium aviditatem vinceremus? Minimè. Quantum enim est quod naturæ datur? Parvo illa dimittitur. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Ho-

mines itaque ventri obedienter animalium loco numeremus, non hominum: quosdam verò ne animalium quidem sed mortuorum. *Senec. epist. 60.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Tiberius Cæsar ab amicis interrogatus, Cur non tam facile magistratus & præfecturas suas mutaret? respondit: se data opera hoc fecisse semper. Naturam enim omnes qui administrationi præsent: pecuniæ esse cupidos, plurimumque studii ad rem magis magisque augendam eos collocare. Cæterum si diutius in magistratu verentur, segniores ad quæstum faciendum fieri. Muscas enim, si longius corporum ulceribus insideant, minus graves & molestas fieri, quippe sanie ulcerum ad satietatem usque refertas: & eum qui ulceribus scateat durius acceptum afflictumque iri, si saturis jam repulsis, famelicis alias ad vulnera admittere velit. *Nicephorus Eccles. histor. libr. 1. cap. 7.*

Epicurus interrogatus, qua quis arte ditesceret? Non si præsentibus adjecerit, respondit: sed usum ac necessitatem sibi persuasam circunciderit. *Stob. serm. 17.* Non augendæ sunt opes: sed minuendæ cupiditates.

Demosthenes dicebat: hoc est perpetuum sapientis institutum: ut rationem cupiditatum dominam constituat. *Stob. serm. 17.*

Socrates quosdam hospites suos, quum satis tenui cœna excessisset, cuidam quærenti, respondit: si boni sunt, æquanimiter ferent: si mali, non est curandum. *Laertius.*

Aristides quum Themistocles irrisisset ejus consilium, hoc agentis, ut census esset in tuto: dicens eam laudem non esse viri, sed scrinii tutorum servantis aurum. deinde summam boni ducis laudem definiret: scire ac præscire hostium consilia: Et istuc, inquit, ò Themistocles, faciendum est sed in primis oportet habere manus abstinentes: atque hæc egregie ducis præcipua laus est. Hoc sermone notavit Themistocles rapacitatem, & ostendit à publico bono abstinendum esse omnibus. *Plutarchus in vita Aristidi.*

Pythagoras dicebat, nihil egregium comparari, quod non continentiam labor præcederet. *Stob. serm. de continentia.*

Idem admonerat, ne sæpè homo ab homine. hoc ænigmate, frequente venercorum usu interdicens. *Eod. serm.*

Idem jubebat, ut unusquisque continentiam sibi tanquam robur ingens opesque pararet. *Eod. serm.*

Apollonius commendabat frugalitatem & continentiam: non quod

quod (inquit) tanti res viles ac minimè sumptuosas faciamus: sed ut hoc pacto animi magnitudinem augeamus *ibid.*

Idem rogatus quoniam à cæteris hominibus differret? respondit: Alii quidem vivunt, ut edant: ego edo, ut vivam. *Eodem ferm.*

Idem interrogatus, quo quis pacto opulentus evaderet? Si continens, inquit, & cupiditatum fuerit inops. *Eodem ferm.*

Democritus dicebat bene compositum esse animum, qui de rebus absentibus non tristatur: præsentibus autem læratur. *Ibidem.*

Menedemus adolescente quodam dicente, magnum esse, si quis, quæ concupiscat, assequeretur: Multò, inquit, majus est: nihil eorum quæ non decet, concupiscere. *Maxim. ferm. 3.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum flamma comburit sylvam: sic visiones malas extinguit esuriens. *Vita patrum.*

Incrementum ignis sylva: incrementum ventris esca multa. *Ibidem.*

Vapor Thymiamatis replet aërem: abstinentis oratio adorat Deum.

Quemadmodum solent homines abscindere aliqua membra suorum, pro sanitate reliquorum: ita etiam ex malis affectibus ac temperantiæ contrariis, abscindenda sunt, quæ animum in deterius rapiunt. *Xystus philosoph. in Enchir.*

Ut qui sacrum exhibent, ipsi nihil inde gustant: ita quidam alios alliciunt, ipsi abstinentes. *Plutarch. in moral.*

§ EXEMPLA SACRA.

Abstinentiæ ciborum exempla: Adam, *Genes. 2. vers. 16. 17.*

Moses, *Exod. 24. 18.* Manue uxor, *Judic. 13. 4.* Israelitæ, *20. 7.*

26. 1. Sam. 14. 26. David, *2. Sam. 23. 7. 16.* Achab, *1. Reg. 21. 7. 27.*

Rechabitz, *Ierem. 35. 7. 6. 14.* Ezechiel, *Ezech. 4. 7. 9.* Esdras,

Esd. 8. 7. 21. Nehemias, *Neh. 1. 4.* Israelitæ, *9. 1.* Judith, *4. 7. 8. 10.*

Daniel, *Daniel. 1. 7. 8. 9. 3.* Josaphat, *2. Paral. 20. 6.* Jechonia &

populus, *Baruch. 1. 7. 5.* Esther, *Esth. 4. 7. 16.* Joannes Baptista,

Matth. 3. 7. 4. 11. 18. Anna Prophetissa filia Phanuel, *Luc. 2.*

37. JESUS CHRISTUS, *Matth. 4. 2. Luc. 4. 2.* Apostoli, *Luc.*

10. 7. 24. 42. Ioan. 21. 13. Paulus & Barnabas, *Act. 14. 7. 23.*

Abstinentiæ præceptum violare nolentium exempla: Rechabitz, *Ierem. 35. 6.* Eleazar, *1. Macch. 6. 19.* Septem fratres, *7. 2. 7. c.*

Continentiæ exempla: Joseph, *Genes. 39. 7. 8.* Thamar, *2. Sam.*

13. 7. 12. 13. Job, *Iob. 31. 7. 1.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Carolus Magnus jejuniis etiam cum periculo valetudinis corpus suum exercuit. *Mutius lib. 8.*

Otho Magnus Imp. cum Hungaris conficturus, jejunium in castris indixit. Deiq; auxilium invocavit. *Vitichindus lib. 3.*

Demosthenes orator insignis, sobrius & aquam potans, *Æschinem* adversarium suum benè potum vicit. *Athenæus libro septimo, cap. 2.*

M. Cato potabat in expeditionibus aquam: extrà quam si immenso æstu sitiret, tùm potabat acetum, aut fatiscenibus viribus postremo loco parum vini sumebat. *Plut. in Catone.*

Perse natalem diem festum etsi summo semper honore, studio & convivio celebrarint, filii tamen indulgentissimi etiam parentes vinum prohibebant. *Alexand. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*

Apud Romanos vinum antè annum trigessimum bibere, viris quoq; criminofum fuit: servo verò interdictum penitus: nisi sacrorum causa, & solennibus festisq; diebus. *Idem ibid.*

Darius fugatus ab Alexandro, cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset: negavit se unquam bibisse jucundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. *Cicero Tuscul. quest. libro ultimo.*

Anacharsis apud Ciceronem, mihi inquit pulpamentum famæ: cubile solum: vestis Scytharum tegumen.

Extat præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est, his ferè verbis: Nullo modo placuit, bis in die saturum fieri. *Cic. lib. ult. Tusc. quest.*

§ HIEROGLYPHICA.

Longa jejunia, & diuturnæ sitis tolerantiam per *Camelum* significari, ex eo manifestum est: quod nullum animal tanta insigne magnitudine, tam exigua cibi paucitate nutritur, neq; dies plures sitim tolerat: cum satis constet, in duodecimum usque diem *Camelum* sine potu perdurare. Unde à Poëtis *Esitientes* appellantur. *Pier. Valer. lib. 12. pag. 117.*

Vide præterea *Continentia, Temperantia, Frugalitas, Jejunium, Sobrietas, Castitas.*

ABUSIO, ABUSUS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Magna abusio: parcitas putatur avaritia: sobrietas austeritas creditur: silentium tristitia reputatur. Econtrà, remissio,

sio, discretio creditur: tristitia silentium reputatur. Loquacitas affabilitas: cachinnatio, jucunditas: mollicies vestimentorum & equorum fastus, honestas: lectorum superfluus cultus, munditia. *Bernhard. in apoph.*

Magna abusio est, ut corpus induatur, & contra regulam suis vestibus anima nuda deferatur. *Ibid.*

Mira abusio: domus ardet: ignis instat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, & hoc ab his, qui incendio positi sunt. *Bernh. in Epist.*

Cæco lumen, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre: labor irritus. *Cyprianus.*

Duodecim sunt abusiones seculi: scilicet sapiens sine operibus: senex sine religione: adolescens sine obedientia: dives sine eleemosyna: formosa sine pudicitia: dominus sine virtute: Christianus contentiosus: pauper superbus: rex iniquus: episcopus negligens: plebs sine disciplina: populus sine lege. *August. de 12. Abusion.*

Ridicula res est, aut magis periculosa: speculator cæcus, doctor incertus, præcursor claudus, prælatus negligens, præcomurus. *Gilbert.*

¶ APOPTHEGMATA.

E *Pictetus* conspiciens quendam impuris moribus audacem, confidenti lingua, improbo tamen studio philosophiæ disciplinas contrectare: inclamabat Deum atq; hominum fidem, his verbis increpans hominem. O homo: vide quò mittas, num purgatum sit vas. Nam si ad arrogantiam ista immiseris, interierint: si compurrerint, in urinam aut in acetum vertentur, aut si quid his deterius. Sensit eruditionem esse perniciosam, si in animum inciderit pravis affectibus corruptum & quò quæq; disciplina sanctior, hoc sit perniciosior: si contigerit improbo. Velut bono theologo nihil melius: malo nihil pestilentius. *Erasm. lib. 7. apoph. ex Gellij lib. 17. cap. 19.*

Theodorus Athen. objicientibus, quod doctrina ipsius multi redderentur deteriores, respondit: id aliorum vitio accidere: qui doctrinam ipsius sinistra exciperent, quum ipse dextra porrigeret. *Plutarch. libello de Animi tranquillit.*

¶ SIMILITUDINES.

P *Romethesus*, Satyrum cum primum videns ignem vellet amplecti: admonuit eum exurere cotingentem, at oculis præbere lumen, Calefacit inquit, & servit artibus: Sic eadem res, utcunque uteris, aut perniciosa est, aut utilis. *Plut.*

Si multi inebriantur vino, non ob id incidendæ vites: ut fe-

AC ACCUSATIO, ACCUSATOR.

cit Lycurgus: sed potius admovendi fontes: & si multi abutantur poetica, non protinus abjicienda: sed adhibenda cautio, ut fiat salutaris. *Plutarch.*

Aqua marina ad potū inutilis, melius sustinet navem, quàm fluvialis dulcis & potui aptior: Ita suum unaquæque res usum habet, si quis utatur ad id, quod oportet. *Plutarch.*

Ut philosophus missa lingua victimæ, rem simul & optimâ, & pessimam misit: Sic opes optimæ sunt si rectè utaris, pessimæ si secus. *Plutarch. & Erasim.* in proverbio, Lingua quò vadis?

Vide Usus rerum legitimus.

ACCUSATIO, ACCUSATOR.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. *Levit. 19.*

Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui: ego Dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publicè argue eum: ne habeas super illo peccatum. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. *ibidem.*

Juste, quod justum est persequeris, ut vivas & possideas terram, quàm Dominus dederit tibi. *Deuter. 16.*

Et qui vult tecum contendere in judicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. *Matth. 5.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Accusare non debet, qui est accusandus. *Ioan. Chrysof. hom. 52. cap. 15. Matth.*

Quamvis vera sint, credenda non sunt, nisi quæ certis indicis comprobantur, nisi quæ manifesto examine convincuntur, nisi quæ ordine judiciario publicantur. Non enim qui accusatur, sed qui vincitur reus est. *Isidor. lib. 2. Soli.*

In quacunq; hominum verseris frequentia, cave alienæ conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Et si perpetratum actumve quid deprehendes: ne sic iudices proximum, magis autem excusa. *Bernhard. de 12. grad. hom.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Carere debet omni vitio, qui paratus est in alterum dicere: is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. *Cic. in Sallust.*

Nulla salus Reipublicæ major est, quàm eos qui alterum accusant,

cusant; non minùs de laude, de honore & fama sua, quàm illos qui accusantur de capite, ac fortunis suis pertimescere. Itaque semper hi diligentissimè laboriosissimeque accusarunt, qui se ipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt. *Ex Divin. in Verr.*

Multa esse oportet in eo, qui alterum accuset: primùm integritatem atque innocentiam. Nihil est enim quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero vitæ reposcere cum, qui non possit suæ reddere. Accusare enim debent ii, qui nullo suo peccato impediuntur, quò facilius alterius peccata demonstrare possint. *Ex Divin. in Verr.*

Omnes, qui alterum in iudicium vocant, providere debent, non solum quid oneris in præsentia tollant: sed etiam quantum in omnem vitam negotiū suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi indicunt innocentiae, continentiae, virtutumq; omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt, atque eò magis, si id faciunt nulla re commoti alia, nisi utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumpsit, ut mores corrigat aliorum, ac peccata reprehendat: quis huic ignoscat, si qua in re ipse à religione officij declinarit? *5. Act. in Verr.*

Postulatur ab omnibus, ut ab iis se abstineant maximè vitis, in quibus alterum reprehenderunt. Furem aliquem aut rapacem accusaris: vitanda tibi semper erit omnis avaritiae suspicio. Maleficum quempiam adduxeris aut crudelem: cavendum erit semper, ne qua in re asperior, aut humanior fuisse videre. Corruptorem, adulterum: providendum diligenter, ne quod in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremo quæ vindicaveris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed ne objurgator quidem ferendus est is, quid quod in altero vitiorum reprehendit, in eo ipso deprehenditur. *Idem.*

Nihil est tam alienū ab eo, qui alterū conjurationis accuset, quàm videri conjuratorū pœnam mortemq; lugere. *Pro Sylla.*

Sine summo scelere non potes, quod maleficium in aliis vendicaris, idem in illorum socio, cum scires defendere. *Pro Sylla.*

Danda est opera, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro injuria. *2. Offic.*

Hoc præceptum officii diligenter tenendum est: ne unquam innocentem iudicio capitis accersas. Idem sine scelere fieri nullo pacto potest. *2. Offic.*

Innocens, si accusatus sit, absolvi potest: nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. *Ibid.*

Utilius

AC ACCUSATIO, ACCUSATOR.

Utilius est absolvi innocentem, quàm nocentem causam nō dicere. *Pro Rosc. Amer.*

Impediri bonam rem est melius, quàm concedi malæ. 3. de *Leg.*

§ APOPHTHEGMATA.

D *Emoſthenes* iuſtus ab Athenienſibus, ut quendam accuſaret, recuſavit: ſed facta in eum populi acclamatione, ſurgens dixit: Vos me, viri Athenienſes, conſultorem habebitis etiam inuiti: calumniatorem verò, ne ſi velitis quidem. *Brufon. lib. 1. cap. 16.*

Cicero in Cæliū melius differentem ac accuſantem quàm defendentem crimina, urbaniffimè, bonam dextram, malam verò Cæltum ſiniſtram habere dicebat. *Brufon. lib. 1. cap. 16.*

M. Craſſus cum levi de cauſa nunc accuſator, nunc patronus in una eademq; cauſa eſſet, Sicimus homo mordaciſſimus interrogatus, cur Craſſum non ob id reprehenderet? Non facio, inquit, quandoquidem fœnū in cornu habet. *Brufon. lib. 1. cap. ex Plutarcho.*

§ EXEMPLA SACRA.

F Alſò accuſatorum exempla. *Joſeph, Genef. 39. v. 14.* *Achimelech, 1. Sam. 22. v. 19.* *Mephiboſeth, 2. Sam. 16. 3. & 19. 26.* *Naboth, 1. Reg. 21. 6.* *Amos, Amos 7. 10.* **CHRISTUS**, *Matth. 26. v. 61.* *Marc. 14. 58. & 15. 3.* *Luc. 23. 2.* *Stephanus protomartyr, Act. 6. v. 11.* *Paulus & Silas, 16. 20.* *Jaſon, 17. 7.* *Paulus, 18. 13. & 21. v. 21. 28. & 24. 5. & 25. 7.* Accuſationis falſæ pœna, & exemplar *Aman, Eſth. 7. 10. & 8. 7.* *Duo ſenes, Daniel. 13. 36.* *Accuſatores Danielis, Dan. 6. v. 23. & 14. 41.* *Alcimus cum iniquis, 1. Machab. 7. v. 5. 6.* *Simon, 2. Machab. 4. v. 5. 6.*

§ EXEMPLA PROFANA.

N *Ero Imp.* intimos & familiares quoſque curavit interfici ex ſermone morientium: qui tamen nihil aliud inter moriendum ſpectabant, quàm ut de adverſariis ultionem ſumerent. *Bodin. lib. 4. Dæmon. cap. 4.*

M. Cato Major à Pop. Rom. prudens appellatus maximis Romanorū odiis exercitus eſt. *Quadrages* enim ſexies reus cauſam dixit, ſemperque abſolutus eſt. *Sabell. lib. 1. cap. 6.*

Bellerophon à *Schenebæa* Protei Argivorum regis uxore tentatæ pudicitæ falſo accuſatus fuit, cum illa eum ad ſtuprum aliquoties fruſtrà provocafſet. *Homer. Iliad. 3. Natal. Comes Mytholog. lib. 9. cap. 3.*

Tiberius Ceſar cauſa quæſtus tantum delatoribus tribuit: ut nemini fidem abrogaret, ſive quid veri, ſive vani referret. *Vitel- lius quoq;*

luis quoq; Imp. delatos Mathematicos inauditos capite punivit. *Domitianus* dum rapinis intendit animum, ita aures delatoribus patefecit: ut nihil cuiquam tutum esset. Quod de *Constantino Imp.* item traditur: ut delatores omni tempore admitteret, eosque ingenti studio fovet. *Alex. ab Alexandr. lib. 4. cap. 22.*

ACTIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sic doce me, ut agam: non ut tantummodo sciam, quid agere debeam. Sicut enim dictum est de Domino, quod non noverat peccatū, & intelligitur non fecerat: sic & iustitiam ille verè dicendus est nosse, qui facit. *August. sup. Psalm.*

Bonum opus fiat nō timore, sed amore: non formidine pœnæ, sed dilectione iustitiæ: ipsa enim vera & summa libertas est. *Idem.*

Bonum & rectum est omne quod agimus, si nec memoriam decipiat oblivio, nec error intelligentiam, nec iniquitas voluntatem: ab his tribus est omne quod agimus. *In Ioan.*

Unusquisque pro operibus suis mercedem accipiet: nec possunt in die iudicii aliorum virtutes aliorum vitia sublevare. *Hieronymus.*

Quum desideria bona concipimus, semen in terram mittimus: quum verò opera recta incipimus, herba sumus: quum autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus: quum in eisdem boni operis perfectione solidamur, jam plenum frumentum in spica proferimus. *Gregor. in hom.*

Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Non sibi aliquis credat, quicquid sibi animus, sine testatione operis respondet: de dilectione conditoris, mens, lingua & vita requiritur. Nunquam est amor Dei otiosus, operatur enim magna, sic, est: si verò operari renuit, amor non est. *Ibid.*

In opere perfectus non est, cui adhuc linguæ pravitas contradicit: nec in sermone laudabilis, qui hoc, quod loquitur, opere non ostendit. *Gregor. in mor.*

Ad vos ipsos retrorsum recurrite: & si Deum verè amatis, exquirite: nec tamen sibi credat, quicquid animus sine operis attestacione responderit: veniet profectò dies ille, in quo pastor pastorum appareat, & uniuscujusq; facta in publicum deducat. *In hom.*

Non solum illa nostra sunt, quæ ipsi gerimus, sed etiam illa, de quibus in aliorum actione gaudemus. *Leo in serm.*

§ SENTEN-

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Omnis virtus in actione consistit. *Cic. 1. Offic.*

Non paranda nobis solum, sed fruenda etiam sapientia est. *1. de Finib.*

Non procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur. *Cic. in Sal.*

Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt: sed ex perpetuitate atq; constantia: resq; spectari oportet, non verba. *5. Tusc.*

Virtus, integritas, probitas in homine: non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. *Pro Planco.*

Ea magna voluptas est: æqualem ac parem verbis vitam ægere: atque ita vivere, ut omnis oratio moribus consonet. *Cic. in Salust.*

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defendit. *Cato Major.*

Ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio: atq; exteris existimantur dicere melius, quàm facere, quum sit melius facere, quàm dicere. *2. de Finib.*

Sunt qui quum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnent & impediant, oratione assequi volunt, ne populares esse videantur. Ut C. Grachus, quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis defendebat ærariū. *3. Tusc.*

Epicurus tantummodo induit personam philosophi, & sibi hoc ipse nomen inscripsit: cum non multum differret à iudicio ferarum, præsertim quum omne malum dolore definiat, bonū voluptate. *5. Tusc.*

Cum philosophorū vita miserabiliter pugnat oratio. *2. Tusc.*

Plus in negotiis gerendis res, quàm verba profunt. *4. Acad.*

Sunt facta verbis difficiliora. *Cic. ad Q. Frat.*

Est alienū viro, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse. *3. Offic.*

Quid verba audiam, cum facta videam? *3. Tusc.*

Qui suos casus aliter ferunt, atque ut aliis auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quàm ferè plerique, qui avari avaros, gloriæ cupidos, gloriosi reprehendunt. *3. Tusc.*

Noli imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur, se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. Sed potius, quæ aliis tute præcipere soles, ea tunc tibi subijce, atque apud animum propone. *Servius Sulpit. Cic. Famil. 4.*

Tu qualis es, talem te esse existimes ut quantum à rerum turpitudi-

AD
turpi
inde
erub

AD
r
fc: vo
Richa
A
90. ar

AD
AJ
Josep
Acha
26. 63
tum,
Paul
1. Tim
V

M

turpitudine abest: tantum te à verborum libertate se jungas. Deinde, ut ea in alterum ne dicas: quæ cum tibi falsò responsa sint, erubescas. *Pro M. Cælio.*

ADJURATIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

ADjurare est per invocationem nominis divini, vel alterius rei sacræ observando, vel imperando inclinare eas secundum se: vel in comparatione ad eas aliquid agendum vel patiendum. *Richard. in distin. 37. arti. 3. q. 3.*

Adjurare est ordinare aliquid per divina. *B. Thom. secund. sec. 90. articul. 1.*

§ EXEMPLA SACRA.

ADjuracionis exempla: Abraham servum suum, *Genes. 24. 3.* Joseph Israelitas, *Genes. 43. v. 3. & 50. 25. Exod. 13. 19.* Jacob Josephum, *Genes. 47. v. 31. & 50. 5.* Josue Achanem, *Ios. 7. v. 19.* Achab Micheam, *1. Reg. 22. 16.* Cajaphas CHRISTUM, *Matth. 26. 63.* Dæmon CHRISTUM, *Marc. 5. 7.* Pharisei cæcum natum, *Iohan. 9. 24.* Exorcistæ Judæi Dæmoniacos, *Actor. 19. v. 12.* Paulus Thessalonicenses, *1. Thess. 5. v. 27.* Paulus Timotheum, *1. Timoth. 5. v. 21.*

Vide infra Fœdus, Juramentum.

ADMIRATIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 4. Epist. 1.

*Nihil admirari, propè res est una, Numici,
Solaque, quæ possit facere, & servare beatum.
Hunc solem, & stellas, & decedentia certis
Tempora momentis sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent: quid censes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?
Ludicra quid? plausus & amici dona Quiritis?
Quo spectanda modo, quo sensu credis & ore?
Qui timet his adversa, sese miratur eodem,
Quo cupiens pacto: pavor est utrobique molestus:
Improvisa simul species exterrēt utrumque.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Maximè videretur esse Philosophi hic affectus nempe admirari. Non

ri. Non enim aliud philosophiæ principium est, quàm id ipsum. *Plato in Theædet.*

Ex tribus, quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium est, ut eum admiratione hominum honore ab iis digni judicemur. Admirantur enim communiter illi quidem omnia quæ magna & præter opinionem suam admiradverunt. Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam & singulares virtutes perspicere. *Cicero 2. lib. Offic.*

Admiratione autem afficientur ii, qui anteire cæteros virtute putantur, & cum omni carere dedecore, tùm verò, iis vitiis, quibus alii non possunt obsistere. Nam & voluptates blandissimæ dominæ, sæpè majores partes animæ à virtute detorquent. *Idem ibid.*

Vita, mors, divitiæ, paupertas omnes homines vehementissimè permovent. Quæ qui magno excelsoque despiciunt animo, tùm quis non admiretur splendorem, pulchritudinemque virtutis? *Idem.*

Maximèq; admirantur eum qui pecunia non movetur: quod in quo viro prospectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur. *Idem.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Admirationis exempla: Isaac, *Genes. 27. 20.* Jacob, *45. 26.* Ge-
deon, *Judic. 6. 22.* Regina Sabæ, *2. Reg. 10. 4. 2. Paralip. 9. v. 3.*
Nebuchdonosor, *Daniel 3. v. 91.* Turbæ, *Matth. 9. 33. & 12. v. 23.*
CHRISTI auditores, *13. 54.* Plebs, *15. 31.* Discipuli, *19. 33.* *Luc.*
11. 14. Ioan. 7. 21. Plebs promiscua, *Marc. 11. 18.* Multitudo, *Marc.*
1. v. 22. & 6. 37. & 9. 15. Act. 2. 7. Populus, *Luc. 1. 21. Act. 3. v. 11.*
CHRISTI auditores, *Matth. 13. 54. Marc. 6. 2. Luc. 2. 47. & 4. v.*
22. CHRISTI discipuli, Matth. 19. 25. & 21. 20. Marc. 6. v. 51. &
10. 32. Luc. 8. 25. & 9. 43. Jerosolymitani, *Matth. 21. v. 10.* Phari-
sæorum discipuli & Herodiani, *Matth. 22. 22. Marc. 12. 17. Luc.*
20. 26. Pharisei quidam, *Marc. 2. 12. Luc. 5. v. 26.* Scribæ & Phari-
sæi, *Luc. 5. 26.* Capernaitæ, *Marc. 1. 27. Luc. 4. 32.* Decapolitani,
Marc. 5. 20. Puellæ à mortuis excitatæ parentes, *Marc. 5. 42. Luc.*
8. 56. CHRISTUS, *Marc. 6. 6. Luc. 7. 9.* Galilæi, *Marc. 7. v. 37.* Pi-
latus, *Marc. 15. v. 5. 44.* Cognati Zachariæ, *Luc. 1. v. 21. 63.* Jo-
seph & Maria, *Luc. 2. v. 33. 47.* Petrus & ejus condiscipuli, *Luc.*
5. v. 9. Pilatus & Pharisæi, *Luc. 20. 26.* Judæi, *Ioan. 7. 15. Act. 9. 21.*
Principes & Seniores populi, *Act. 4. 13.* Moses, *Act. 7. 31.* Simon
Magus, *8. v. 13.* Paulus, *9. 6. Gal. 1. 6.* Pauli comites, *Act. 9. v. 7.*
Circumcisi fideles, *10. v. 45.* Qui convenerant apud matrem Jo-
annis,

AD ADMIRATIO. ADMONITIO. 9

annis, orationis causa, 12. 16. Sergius Proconsul, 13. 12. Fidelium inimici, 1. Pet. 4. 7. 4. Omnes incolæ terræ, Ioan. 17. 6. Apocal. 13. vers. 3.

§ EXEMPLA PROFANA.

Alexander Magnus cum Diogene Cynico apud Corinthum congressus, usq; adeò obstupuit admiratus & vitam & gravitatem morum ejus: ut sæpè diceret: Nisi Alexander essem: Diogenes esse vellem. *Plut. in orat. 1. de fortuna Alexandri.*

D. Augustinus satis admirari nequit memoriæ humanæ vim, & Thesauros inexplicabiles. *lib. 10. Confessionum.*

Pythagoras ex philosophia memorat se parasse, ne quid admiraretur. *Plut. de audit.*

Agésilæus Rex Spartanorum, quorum alios teneri stupore videbat, ea simulabat nec nosse. *Plut. in apoph.*

Theodoricus Ostrothorum Rex Romam veniens, oculis omnia antiqua opera lustravit, confessusq; est: Trajani forum vel sub assiduitate videre, miraculum esse: Capitolia celsa conscendere, nihil aliud esse, quàm humana ingenia superata vidisse. *Sigonius lib. 16. Imp. occident.*

ADMONITIO.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Admonitionum duo sunt genera: alterum acriter objurgans: alterum leniter curans. Argumenta mihi videntur boni principis. Imperandi modum singulorum moribus accommodato decenter: cum probis moderatè, cum supinis vehementius: cum audacibus acerbè, cum cautiore denique leniter agens. *Ex epist. Sospitris.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

EX COMICIS GRÆCIS.

Ὁ σκληρότερος ὡς υἱὸν ἐν τῷ νεθετῆν,
 τοῖς μὲν λόγῳ πικρὸς ἐστὶ, τοῖς δὲ ἔργοις πατὴρ.
*Valde in monendo si quis asper filio,
 Verbis acerbissus est quidem, sed re pater.*

Ἄπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νεθετῆν σοφοὶ
 αὐτοὶ δὲ ἀμωρετέροντες ἐξινώσκομεν.
*Alios monere, si quid errent, novimus,
 Errata at ipsi nostra non cognoscimus.*

Ἄνθρωπον ὄντα ῥέδιον παραγνίσσῃ
 Ἐστὶν ποιήσῃ δὲ αὐτὴν ἐχθὴν ῥέδιον.

B

*Aliam quidem monere homo facile potest.
Sed ipse non facile idem illud fecerit.*

§ APOPHYHEGMATA.

Tales rogatus, quid esset facile? Alterum, ait, admonere. Omnes enim cum valemus, recta consilia ægrotis damus. *Erasm. lib. 7. apoph. ex Laert. 1.*

Zeno Citiensis quodam in convivio immoderatus vorante obsonia, neque quicquam aliis reliquum faciente, piscem ingentem, qui apponebatur, è patina sustulit, quasi solus illum devoraturus. Quum alter intuens Zenonem, significaret se, mirari impudentiam: Quid, inquit, putas convivoribus tuis accedere quotidie, si meam opsophagiam ferre non potes. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Idem, quidam in convivio accumbens Zenoni, cum qui sub ipso sedebat, pulsabat pede. Zeno autem vicissim pulsabat illius genua, & ad ipsum conversus: Quid (inquit) putas hunc pati, qui infra te accumbit? Ita multi offenduntur quamvis levi incommodo, quum alios ipsi majoribus afficiant, nec sentiant. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Diogenes quidam in publico gestans longam trabem, per imprudentiam percussit Diogenem, moxque ex more dixit, Cave. At Diogenes: Num inquit, me vis iterum percutere? Alii sic narrant: Dicenti, cave, baculum impegit in caput: & post istum adjecit, Cave: par pari referens, nam antè læsionem dicendum erat, Cave. *Laert. lib. 6.*

Leo Byzantius, quum Philippus adornaret bellum adversus Byzantios, Leo adiit illum, percontans hunc in modum: Quid, inquit, accidit tibi Philippe, ut bellum institutas? Ut inquit, tua patria, civitatum pulcherrima: huc adducatur: ut intelligat se à me diligi, eoque ad fores amasiarum meorum venio. Ad hæc Leo: At qui redamari cupiunt: haud quaquam cum gladiis venire solent ad fores amasiarum. Amantes enim non egent bellicis instrumentis: sed civilibus. Hoc dicto in diversum flexo regis animo, patriam suam liberavit. *Philostrat.*

§ SIMILITUDINES.

Ut equis non in ipso cursu frænum injicimus, sed antè cursum: sic qui propensi sunt ad iram aut libidinem, antè rationibus ac monitis refrænandi sunt, prius quàm in periculum ventum sit. *Plut.*

Nutrices pueros lapsos non objurgant aut puniunt, sed accurrentes erigunt: deinde objurgant: sic amicus cum affligitur, adju-

adjuvandus est & erigendus, postea monendus & objurgandus, quod suo vitio in eam calamitatem incidere. *Plut.*

Quidentibus laborant protinus medicum adeunt, malum exponunt: qui febre tenentur, accersunt: at phreneticus nec accersit, nec admittit, ob morbi vehementiam: ira qui vitia sua telant, nec admoneri se patiuntur, de his nulla salutis spes. *Plut.*

Oculo lippienti non est admovendum lumen: nec animus affectu laborans, admittit gravem admonitionem, sed admiscenda laus est, ac sic medendum. *Plut.*

Quemadmodum Telephus, quoniam carebat amico, coactus est ab hoste petere remedium ad medelam vulneris: ita qui non habent liberos amicos, à quibus admoncantur, sæpenumero ab inimicis audiunt sua vitia. *Plut.*

Remedia statim mordent vel offendunt, postea conferunt salutem & voluptatem: Ita salubria monita initio sunt nonnihil amara, postea correcta jucundissima. *Plut.*

Ut pituita paulatim collecta, tum maximè apparet ac vincit, cum natura vincitur, sic quidam amici potentes admonere non audent, nisi labantur: sed simulatq; commutata fortunæ aura sunt humiles facti, tum objurgant. *Plut.*

Sanus fert, si exprobes intemperantiam, libidinem, luxum: eadem non ferret ægrotans: sic admonendus amicus, cum desierit irasci, aut amare. *Plut.*

Ictum quem prævideris commodius excipis: sic præcogitatum malum minus offendit. *Senec.*

Medici vetant ad moveri remedia, cum morbus in accessu est, ac sævit, sed cum remittit: ita ad primos illos iræ aut doloris motus, non est adhibenda consolatio, vel admonitio: sed ubi tempore cœperint esse leviores. *Senec.*

Elleborum, tametsi efficax, Medici vetant dari senibus, aut pueris, aut exilibus: ita admonitio sic est temperanda: ut ferre is possit, quem velis emendare: nec solum spectandum est vitium, sed natura quoq; ejus, cujus vitio studeas mederi. *Plin. lib. 25. c. 5.*

Herbæ salutare consuetudine perdunt medendi vim: ita admonitio si assidua sit, non emendat assuetum jam objurgationibus. *Plin.*

In Narniensi agro terra imbre fit siccor, æstu humescit: unde Cicero jocatur illic ex imbre pulverem, ex siccitate fieri lutum ita quosdam admonitio reddit deteriores. *Plin. lib. 31. cap. 4.*

Quædam gemmæ aceto maceratae mitescunt, pleræq; melle decoctæ: ita quosdam meliores reddit acris objurgatio quosdam admonitio blandior. *Plin.*

AD

ADOLESCENTIA.

Imperatores instructa acie solent, quanquam paratissimos ad præliandum milites videant, eos tamen cohortari: ita juvenes erecti ad laudem, ad literas sunt adhortandi. *Cic. Philip. 4.*

Caprifici ficus nunquam maturescit, sed tamen gignit vermiculos, qui devolantes ad veram ficum, perfollo ficorum cortice maturitatem illis tribuant: ita sunt qui ipsi nihil queant egregium facere, sed tamen aliquo pacto stimulant alios: ut id faciant. *Plut.*

Vide Correctio, Correptio.

ADOLESCENTIA, JUVENTUS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo: viam colubri supra terram: viam navis in medio mari: & viam viri in adolescentia. *Proverb. 30.*

Lætare ergò juvenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium. Aufer ergò iram à corde tuo, & amove vitiositatem à carne tua. Adolescentia enim, & juvenus vana sunt. *Eccles. 11.*

Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit. *Eccles. 32.*

In medio magnatorum loqui non præsumas, & ubi sunt senes, non multum loquaris. *Ibid.*

Adolescentes subditi estote senioribus. *1. Petri 5.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Vicina est lapsibus adolescentia, quia variarum æstus cupiditatum fervore calentis inflammatur ætatis. *Ambrosius de virginis lib. 1.*

Præmittit ætatis generalem jaëtantiam: quo plus commendet humilitatis suæ gratiam: non mirabilis humilitas in senectute, quæ effœta viribus, debilitata fracturis, tristis doloribus, anhela suspiriis, coacta curarum æstibus, & in ipsa vivendi mœsto fastidio: alacritate est oblita jaëtantia. Rara sanè juvenibus est humilitas: ideoque miranda, dum ætas viget, dum vires solidæ: dum sanguis æstuat: dum sollicitudo nescitur: dum ignoratur

ratur debilitas, dum læritia frequentatur, tunc fervet jactantia, tunc se juventutis extollit affectus, tunc humilitas quasi vilescit, abjecta contemnitur, tunc subjeçtio de genere conscientie æstimatur infirmitas. *In Psalm. 118.*

Multos videmus juniorum super senes intendere moribus dies, antiquorum tempora prævenire meritis, & quod deest ætati virtutibus compensare: quia juxtà Apostolum, ne quis contemnat adolescentiam bonæ indolis: senectus venerabilis non est numero annorum, sed magis merito morum computata. *Bernh. in epist. ad Theobal. milit.*

Sicut in senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur: ita in adolescentibus obsequium, & subjeçtio & obedientia ritè debetur. *Cypr. de 12. abusivibus.*

Sicut fructus non invenitur in arbore, in qua flos priùs non apparuerit: sic in senectute honorem legitimum consequi non poterit, qui in adolescentia disciplinæ alicujus exercitatione non laboravit. Disciplina igitur absque obedientia qualiter fieri poterit? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est. *Idem.*

Indignè transacta adolescentia, odiosam efficit senectutem, & honestè acta superior ætas fructus capit autoritatis. Quid enim senectus surripere valet, in quo juvenus reprehensibilis non fuit. *Cassiod. in epist.*

Divitiæ senum non sunt canities capitis, sed industriæ juventutis: nec plurium annorum circulis, sed laborum præcitorum stipendiis metiendæ. *Ibidem.*

Adolescentulum verbosum & eloquentiæ studentem, cum sit sapientiæ inanis, non aliud quàm hostem justitiæ reputa. *Bernh. s. Eugenum.*

Impossibile est juvenem vitiis carnis non tentari. *Hieron.*

Honor adolescentum est, timorem Dei habere: Parentibus deferre: honorem habere senioribus: castitatem tueri: humilitatem non aspernari: diligere clementiam & verecundiam, quæ ornamento sunt juvenilis ætatis. In senibus gravitas, in juvenibus alacritas, in adolescentibus verecundia commendatur. *Ambros. in Offic.*

Sicut ignis in lignis viridibus suffocatur: ita sapientia in adolescentia, tentationibus & libidine impedita, non explicat suum fulgorem, nisi labore & studio & oratione incentiva juventutis intrà repellantur. *Hier. ad Nepotian.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in *Afinaria*.*Adolescentem verecundum esse decet.*Virgil. 3. *Georg.*

*Tu quos ad studium, atq; usum formabis agrestem
Iam vitulos hortare, viamq; insiste domandi,
Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.*

Idem ad *Messalam*.

*Sed quoniam ad tantas non primum nascimur artes
Nunc primum teneros firmamus robore nervos,*

Horat. lib. 3. *Od.* 24.*Et teneræ nimis**Mentes asperioribus**Formandæ studiis.*Idem lib. 1. *Epist.*

*Inter cunctos leges, & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter ævum?*

Idem lib. 1. *Epist.*

*Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam, quâ monstrat eques. Venaticus ex quo
Tempore cervinam pellem laceravit in aula
Militat in sylvis catulus. Nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu.*

Juvenal. *Satyr.* 14.

*Gratum est, quod patriæ civem, populoq; dedisti,
Si facis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit quibus artibus, & quibus hunc tu
Moribus instituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit, & juventa per devia rura lacerta.*

Ovid. *epist.* ad *Heroid.*

*Sint procul à nobis juvenes, ut sæmina, comptis;
Fine coli modico forma virilis amat.*

Aufonius in *Chilonis sententia*.*Illæ juvenes gravior, quæ similis senectæ.*Tullius lib. 1. *Eleg.* 4.

*At si tardus eris, errabis, transiet ætas;
Quam citò non segnis stat remeatq; dies.*

Quam

Quam citò purpureos deperdit terra colores:
 Quam citò formosæ populæ alta comas:
 Quam jacet infirma, venere ubi fata senectæ,
 Qui prior Elæo est carcere missus equus.
 Vidi jam juvenem premeret cùm senior atas,
 Mœrentem stultos præterivisse dies.

Ovid. lib. 15. Metamorph.

Fitq; valens juvenis: nequæ enim robustior atas
 Vlla, nec uberior, nec quæ magis ardeat ulla.

Seneca in Octavia.

Juvenilis ardor impetu primo furit:
 Languescit idem facile: nec durat diù
 In Vexere turpi: ceulevis flamma vapor.

Seneca in Thyeste.

Pejora juvenes facile præcepta audiunt.

Seneca in Hippolyto.

Propria describit Deus

Officia, & ævum per suos ducit gradus.
 Latitia juvenem, fons decet tristis senem.

Horatius in arte Poetica.

Imberbis juvenis tandem custode remoto,
 Gaudet equis cambisq; & aprici gramine campi.
 Cereus in vitium flectit: monitoribus asper,
 Utilem tardus provisor, prodigios ævis,
 Sublimis, cupidusq; & amata relinquere pernis.

Seneca in Troade.

Juvenile vitium est: regere non posse impetum.

Terentius in Adelphis.

Que fert adolescentia

Ea ne me celet consuefecit filium.
 Nam qui mentiri aut fallere insueverit patrem, aut
 Audebit: tanto magis audebit ceteros.

Senec. in Octavia.

Regenda magis est fervida adolescentia.

Comici Græci.

Μίμνησθαι τίος ἂν αἰς γέροντος ποτέ.
 Annis juvene sis memor senilium.
 Ἀκμή τὸ σπύλον οὐδὲν ἀγίου Διγ. Φέγου.
 Juvenilis ætas floribus semillima.
 Νεω δὲ σπύρον μέλλον ἢ λαλοῖν στέπαι.
 Ἀπὸ τῆς juventa multa discito bona.

Νέω δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει.
Tacere juvenem, quam loqui magis decet.

Ο' χληρὸς ἀνὴρ ἐστὶν ἐν νεοῖς γέρον.
Juvenem odiosiss vir senex in cœtibus.

Νεὸς ἂν ἀκούειν τῶν προσηνέων θέλει.
Qui juvenis es, libenter audias senes.

Vel,
Qui juvenis es, sis audiens dicto seni.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

STudia quæ sunt in adolescentia tanquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. *Pro Cælio.*

Adolescentia significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus, aut percipiendis accommodata sunt. *Cato Major.*

Qui adolescentum peccatis ignosci putant oportere, falluntur: propterea quòd ætas illa non est impedimento bonis studiis. At hi sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant: ut quibus virtutibus omnem vitam tueri possunt, eas in ætate maturissima velint comparare. *4. ad Heren.*

Facilè in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes viros benè consulentes Reipublicæ conrulerunt: quibuscum si frequentes sint, opinionem afferunt populo eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. *Offic.*

Libidinosa & intemperans adolescentia effortum corpus tradit senectuti. *Cato Major.*

Est adolescentis, majores natu vereri, ex hisq; deligere optimos & probatissimos, quorum consilio & autoritate nitatur: incuntes enim ætatis incertitia, senum constituenda & regenda prudentia est. Maximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda est, exercendaque in labore, patientiaque & animi & corporis: ut eorum & in bellicis & in civilibus officiis vigeat industria. *1. Offic.*

Tempus juventutis sua sponte infirmum aliorum libidine infectum est. *Pro M. Cælio.*

Voluptate & deliciis facilè juvenus intercipitur. *Cic. In Vatinium.*

Semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius à gloria, quàm incitandi sunt. Amputanda plura sunt illi ætati, siquidem efflorescit ingenii laudibus, quàm inserenda. *Pro M. Cælio.*

§ SIMI-

V In
 du
 matur
 Po
 recurr
 No
 ita plu
 Per
 nisi in
 ut juv
 Ut
 facilè
 discip

A D
 7.
 13. Ife
 Mose
 7. 1. 5
 12. 9.
 Sam.
 12. 16.
 redu
 1. Jos
 Dan.
 Lepro
 piz.
 14. 7

A P
 h
 banu
 ceret
 præb
 Cy
 bie A
 cum

§ SIMILITUDINES,

Vinum quod in dolio placuit, non fert ætatem: quod recens durum est & asperum, postea placet: sic adolescentia durior maturefcit, & ad frugem pervenit. *Seneca.*

Post hyemem denuò recurrit ver: At post senectam nulla recurrit juvena. *Erasmus.*

Novella vitis copiosius gignit vinum, sed vetustior melius: ita plura loquuntur juvenes, sed utiliora senes. *Idem.*

Persica ob id ipsum pluris veniebant, quod non durarent, nisi in triduum: ita avidius rapiendum quod citò prætervolat, ut juvena. *Idem.*

Ut gypsum aut argilla, dum est uda, in quamvis imaginem facîle sequitur fingentis manum: ita rudes animi ad omnem disciplinam sunt idonei. *Idem.*

A D O R A T I O .

§ EXEMPLA SACRA.

A Dorationis, seu cultus Dei exempla: Cain, *Genes. 3. 4.* Abel, *v. 4.* Seth, *v. 26.* Noë, *8. 20.* Abraham, *12. 7. & 21. 33. & 22. 13.* Isaac, *26. 25.* Jacob, *35. v. 1. 7.* Israëlita, *Exod. 4. 31. & 12. 27.* Moses, *17. 15.* Jethro, *18. 19.* Moses, Aaron, & Seniores Israel, *24. v. 1. 5.* Josua, *Ios. 8. 30.* Ruben, Gad, & dimidia Tribus Manasse, *12. 9.* Manue, *Judic. 13. 19.* Elcana, *1. Sam. 1. v. 3.* Anna uxor, *v. 10.* Sam. *7. v. 9. 10.* Salomon, *1. Reg. 3. 4. & 8. v. 22. 23.* David, *2. Sam. 12. 16. 1. Paralip. 15. 16.* Psalm. *5. 8. & 138. 2.* Populus è captivitate redux, *Nehem. 9. 3.* Ezechias & turba, *2. Paral. 29. 27.* Ezechias, *30. 1.* Josaphat & Jerosolymitani, *20. v. 18. 19.* Job, *Iob. 1. 20.* Daniel, *Dan. 6. 10.* Judith, *Judit. 9. 1.* Tobias, *Tob. 1. 6.* Magi, *Matth. 2. 11.* Leprosus, *8. v. 2.* Cæcus natus, *Ioan. 9. v. 35. 36. 37. 38.* Mulieres pizæ, *Matth. 28. v. 9.* Apostoli, *v. 16. 17.* Paulus & Barnabas, *Act. 14. v. 13.* Angelus, *Apocal. 19. v. 10.*

§ EXEMPLA PROFANA.

A Pud Persas Medos & Indos Reges adorari, & in salutando homines toto corpore procidere invenimus. Quare Thebanus Ismenias iussus Artaxerxem adorare, ne contra decus faceret, prolapsus annulum sustulisse, & ita adorantis speciem præbuisse dicitur. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.*

Cyro Persarum regi, adorandi cultum primùm delatum scribit Arrianus, proximum Diis immortalibus honorem decretum. *Arriantes.*

Apud Romanos in occurſu majoris Magiſtratus, minores ſummittere faſces conſueverunt: ut ſignificarent honori deſerendum & imperio parendum. Quare Valerius Poplicola in ſuſpicionem regni affectati adductus, dum concionatur, faſces populo ſummiſit. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 27.

C. Caligula, cum Cæſares ſalutarentur priùs, adorari ſe juſſit capite velato, ut Deum: mox Diocletianus vecordia intolerabilis idem exequi auſus fuit. Idem Alex. lib. 2. cap. 19.

ADVERSITAS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Silius Italicus lib. 10. bel. Pu.

Neg; enim virtutes amorem

Adverſa exemiſſe valeat.

Plautus in Afinaria.

Hem! iſta eſt virtus, quando uſus eſt, qui malum fert fortiter.

Terent. in Phormione.

Vnum hoc ſcio,

Quod ſors feret, feremus æquo animo. Da. Placet.

Hæc, iſtuc viri eſt officium.

Silius Italicus lib. 10. bel. Pu.

Hoc mulcens queſtus Fabius, deforme docebat

Claudibus irasci, vulgumq; arcebat ab ira:

Adverſis etenim frangi non eſſe virorum,

Qui Martem inſcribant genti non poſſe dolores

Condere, & ex pœna ſolatia poſcere luclis.

Horat. Ode. 7. lib. 1.

Albus ut obſcuro detergit nubila cœlo

Sæpè Notus, nec parturit imbres

Perpetuos. ſic tu ſapiens finire memento

Triſtitiã, vitãq; labores.

Idem Ode. 3. lib. 2.

Æquam memento rebus in arduis

Servare mentem: non ſecus in bonis

Ab inſolenti temperatam

Latitia, morituro Deli.

Idem lib. 2. Satyr.

Quocirca vivite fortes,

Fortiaq; adverſis opponite pectora rebus,

Auſonius

Ausonius in Pittaci sentent.

Plures amicos re secunda compares,

Paucos amicos rebus adversis proba.

Seneca in Thieste.

Leve est miseria ferre; perferre est grave.

Lucan. lib. 9. bell. civil.

Serpens, sitis, ardor, arena,

Dulcia virtuti: gaudet patientia duris:

Latius est quoties magno sibi constat honestum.

Ovid. lib. 1. Trist.

Scilicet, ut fulvum spectatur in ignibus aurum

Tempore sic duro est inspicenda fides.

Dum juvat & vultu ridet fortuna sereno;

Indelibat as cuncta sequuntur opes.

At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,

Agnimibus comitum qui modò cinctus erat.

Terent. in Phor.

*Incertum est quid agam: quia præter spem, atque incredibile hoc
mibi obtigit.*

*Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum insti-
tuere.*

*Quamobrem omnes cum secunde res sunt maximè, tum ma-
ximè*

Meditari secum oportet, quo pacto adversam arummas ferat.

Ovid. 6. Metamorph.

Os mutum facti caret indice: grande doloris

Ingenium est, miserisq; venit solertia rebus.

Idem 2. de arte amandi.

Ingenium mala sæpè movent, qui crederet unquam

Aereas homines carpere posse vias.

Idem de Sapho.

Nunc vellem fecunda forem, dolor artibus obstat,

Ingeniumq; meis substitit omne malis.

Ovid. lib. 5. de Trist.

Scilicet adversis prohibas exercita rebus,

Tristi materiam tempore laudis habet.

Si nihil infesti duras vidisset Ulysses:

Penelope felix, sed sine laude foret.

Lucret. lib. 3. de rerum. natu.

Multoq; in rebus acerbis

Acrius advertunt animos ad religionem.

Qua

AD

ADVERSITAS.

*Quo magis in dubiis homines spectare periculis
Convenit: adversisq; in rebus noscere qui sint.
Nam vere voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur persona, manet res.*

Silius Italicus lib. 7. de bel. Pun.
*Tanta adeo, cum res trepida reverentia Divam
Nascitur.*

Martialis lib. 11. epig.
*Rebus in angustiis facile est contemnere vitam:
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.*

Manil. 1. Astro.
*Sed cum longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
Advigilare sibi jussit fortuna premendo:
Seducta in varias certarunt pectora curas,
Et quodcumque sagax tentando reperit usus.*

Plautus in Stichon.
Paupertas omneis artis perdocet, ubi quem attigit.

Publ. Syrus,
Hominem experiri multa paupertas jubet.

Horat. 2. Epist.
*— Paupertas impulit audax
Ut versus facerem. —*

Ovid. lib. 4. Trist. 3.
*Que latet, inque bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturq; malis.*

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Humana ferenda sunt. Cic. Attic. lib. 13.
Nobis hominum ineptiæ ac stultitiæ devorandæ sunt.
De clar. Orat.

Homines nos esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus
relis fortunæ proposita sit vita nostra: neque esse recusandum,
quo minus ea, qua nati sumus conditione, vivamus: neve tam
graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possu-
mus: eventisque aliorum memoria repetendis, nihil accidisse
nobis novi cogitemus. Cic. Titio. Fam. 5.

Scimus ea mente, quam & veritas & ratio præscribit: ut ni-
hil in vita nobis præstandū præter culpam putemus: eaque cum
carcamus, omnia humana placatè & moderatè feramus. Cic. A.
Tor. Famil. 6.

Præter culpam & peccatū homini accidere nihil potest, quod
sit horri-

AD

fic horr

Fere

Famil. 8

Ever

una raci

Famil. 6

Perd

videtur

Mag

jam tibi

get: ut o

hilo pu

Sum

hil poss

Nob

cidisse h

Com

quam n

ramus.

Ut m

fam, se

mus. C

Nih

univer

Nec

pugna

magno

Nih

est inte

Qua

feramu

Est e

obruan

Finib.

Lev

nis rec

Eor

tur. S

minor:

Ipsa

tem an

laudan

fit horribile aut pertimescendum. *Cicer. Messinio. Famil. 5.*

Ferenda est fortuna, præsertim quæ abest à culpa. *Cic. A. Torq. Famil. 8.*

Everſis rebus omnibus, quàm consilio profici nihil possit, una ratio videtur, quidquid evenerit, ferre moderatè. *Cic. Torq. Famil. 6.*

Perditis rebus omnibus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videtur. *Cic. Torq. Famil. 6.*

Magna vis est in virtutibus: eas excita: si fortè dormiunt: jam tibi aderit princeps fortitudo, quæ te animo tanto esse cogget: ut omnia quæ possint homini evenire contempnas, & pro nihilo putes. *3. Tusc.*

Summa est stulticia frustra confici dolore: cum intelligas nihil posse profici. *3. Tusc.*

Nobis quicquid acciderit, fortiter & sapienter feramus, & acciderit hominibus meminerimus. *Cic. Attic. lib. 14.*

Communem, incertumq; casum, quem neque vitare quisquam nostrum, neque præstare ullo pacto potest, sapienter feramus. *Cic. P. Sestio. Famil. 5.*

Ut multa secunda moderatè tulimus: sic non solum adversam, sed etiam funditus everſam fortunam fortiter ferre debemus. *Cic. Messinio. Famil. 5.*

Nihil est præcipuè cuiquam dolendum in eo, quod accidat universis. *Cic. Torq. Fam. 6.*

Necessitas ferendæ conditionis humanæ, quasi cum Deo pugnare prohibet, admonetque esse hominem: quæ cogitatio magnoperè luctum levat. *3. Tusc.*

Nihil est quod plus valet ad ponendū laborem, quàm cum est intellectum, nihil profici & frustra esse susceptum. *3. Tusc.*

Quando præstitimus quod debemus, moderatè quod evenit, feramus. *Cic. Torq. Fam. 6.*

Est etiam in nobis, ut & adversa quasi perpetua oblivione obruamus, & secunda jucundè ac suaviter meminerimus. *1. de Finib.*

Levat dolorem communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio. *Cic. Cecin. Famil. 6.*

Eorum, qui gravius ferunt luctus, aliorū exemplis leniuntur. Sic permissio cæterorum facit, ut ea quæ acciderint, multò minora, quàm quanta sunt existimata videantur. *3. Tusc.*

Ipsa ægritudo lenitur, cum objicimus mœrentibus imbecillitatem animi effœminati, cumq; eorū gravitatem, constantiamq; laudamus, qui non turbulenter humana patiuntur. *T. Tusc.*

MOTUS

AD ADULATIO, ADULATOR.

Motus animi, sollicitudines, & gritudinesq; oblivione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. *Cic. 3. Tusc.*

Omnibus modis fulciendi sunt, qui corruunt, nec coherere possunt propter magnitudinem & gritudinis. *5. Tusc.*

Vide infra titulum Afflictio. Item, Fortuna, Miseria.

ADULATIO, ADULATOR.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. *Psal. 10.*

Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. *Psal. 140.*

Fili mi, si te lætaverint peccatores, ne acquiescas eis. *Proverb. 16.*

Vir iniquus lætat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. *Proverb. 16.*

Qui dicant impio, justus es, maledicent eis populi. *Proverbium 24.*

Qui benedixit proximo suo voce grandi de nocte confurgens, maledicenti similis est. *Proverb. 27.*

Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis. *Ibidem.*

Quomodo probatur in conflatorio aurum & in fornace argenti: sic probatur homo ore laudantis. *Ibidem.*

Qui derelinquunt legem, laudabunt impium. *Proverb. 28.*

Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis, quam mille, qui per blandimenta decipit. *Ibid.*

Melius est à sapiente corripiri, quam stultorum adulationibus decipi. *Eccles. 7.*

Non laudes virum in specie sua. *Eccles. 11.*

Est qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolore. *Eccles. 19.*

Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. *Esa. 3.*

Væ! qui justificatis impium. *Esa. 5.*

In ore suo pacem loquitur cum amico suo, & occultè ponit ei insidias. *Ierem. 9.*

In malitia sua lætificaverunt Regem, & mendaciis suis principes. *Ose 7.*

An querro hominibus placere? *Galat. 5.*

Neque

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. *1. Theff. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Adulatio est fallaci laude seductio. Duo sunt genera persecutorum scilicet vituperantium & adulantium: sed plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus persecutentis. *August. super Psalm. 59.*

Falsa laus adulatoris & simulata dilectio, mentes à rigore veritatis emollit. *August. ibidem.*

Sicut sumenda sunt amara salubria: ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. *Aug. de doctr. Christ.*

Sicut adulantes amici pervertunt: sic inimici litigantes plerumque corrigunt. *Aug. lib. 9. confessio.*

Adulantium linguæ ligant homines in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur operator. *Aug. super Psalm. 9.*

Magis optabo à quolibet reprehendi, quàm adulante laudari. Nullus enim reprehensor, formidandus est amatori veritatis. Laudator vero errat & confirmat errorem. *August. 9. de Trinitate.*

Adulatio fallax crudelis est. *August. lib. 2. con. lit. petit.*

Emolliiri adulationibus non solum fortitudinis non esse, sed etiam ignavia videtur. *Ambros. lib. 2. de offic.*

Beata mens, quæ nec adulatur aliquando: nec adulanti credit. quæ nec decipit alterum, nec ipsa decipitur: deniq; nec malum facit, nec aliquando patitur. *Hieron. in epist. ad Demetriadem.*

Isto maximè tempore regnat vitium adulationis, quodq; est gravissimum: quia humilitatis ac benevolentia loco ducitur: ita fit ut qui adulari nescit, aut invidus aut superbus reputetur. *Hier. ad Celantiam.*

Rumusclos, & gulosos, & palpantes adultores quasi hostes fuge. *Hieron. ibid.*

Natali ducimur malo, & adulatoribus nostris libenter fatemur, & quanquam respondeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat: tamen ad laudem suam anima intrinsecus letatur. *Hieron. in epist. 121. ad Dabianum.*

Nihil est quod tam facile corrumpat mentes hominum, sicut adulatio. plus enim nocet lingua adulatoris, quàm gladius persecutoris. *Hier. super Psalm.*

Non sic adulandum est principibus, ut sanctarum scripturarum veritas negligatur: nec generalis increpatio, unius personæ injuria est. *Hier. super Psalm. 7.*

Ne

AD ADULATIO, ADULATOR.

Ne credas laudatoribus tuis, imò irrisoribus aurem ne liber ter accomodes: qui quum te adulationibus foverint, & quum te impotentem mentis effecerint: si subito respexeris, deprehendes post te colla incurvari, aut manu auriculas agitari abini, aut æstuantem canis protendi linguam. *Hieronym. in epist. ad Rusticum.*

Nos ad patriam festinantes, mortiferos Sirenarū cantus suada aure transire debemus. *Hieron. in quadam epist.*

Impinguat caput oleum peccatoris, quum demulcet mentem favor adulantis. *Greg. hom. 12. super Evang.*

Quisquis malè viventibus adulatur, pulvillum sub capite ja centis ponit: ut qui corripit ex culpa debuerat, in ea fulcitus laude quiescat. *Gregor. super Ezech. hom. 11.*

Adulatio, si ad tempus patienter suscipitur, augetur, & paulisper demulcet animum: ut angore suæ certitudinis inoleseat in delectatione sermonis: sed crescere valeat: statim quum fit, sine mora finienda est. *Greg. ibidem super Ezech.*

Qui auditis blanditiis, in altum se extollit: quid aliud, quam aurum reprobū fuit, quod fornax igne consumpsit? *Greg. ibidem.*

Qui de amore non venit honor: non honor, sed adulatio est. *Bernh. sup. Cantic.*

Adulator omnis virtutis inimicus est, & quasi clavum figit in oculo illius, cum quo sermonem conferit: eoquæ magis cavendus est, quo sub amantis specie nocere non desinit, donec rationis obtundat acumen, & modicum illud luminis, quod adesse videbatur, extinguat. *Chrysostr. in Policratico de vestigiis philosoph. lib. 3.*

Et sicut finis oratoris est, dilectione persuasisse: & Medicina curasse: sic adulatoris est finis, suaviloquio deceptisse. *Chrysostr.*

Adulari est seductorum. *Idem sup. Epist. ad Thess. hom. 7.*

Cum aliquis actus moribus populi, ut placeat eis, quibus ad res pruriunt, loquitur, quæ gratanter accipiant: loquitur quum vicina sunt voluptati, talis magister consuit cervicalia sub omni cubito manus. *Orige. 1. hom. sup. Ezech.*

Qui ad voluntatem meditata deportant, & illa semper in vitis: faciunt velamina super caput. *Orig. ibidem.*

Ipse peccati nutrix adulatio, quæ sicut oleum flammis in culis ardentibus solet, administrare fomentum. *Beda sup. Lucam lib. 1.*

Adulator est, qui tacet & dat consensum: ne offendat illum quem credit habere propitium. *Ibid.*

Adular

Adulator amicus in obsequio, hostis in animo, comptus in verbo, turpis in facto, lætus ad prospera, fragilis ad adversa, inflatus ad obsequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honesta. *Hug. de sanct. Victor.*

Oleum peccatoris, est dilectio simulata verborum, quæ adulationibus & blandimentis nostras mentes velut olei pinguedo, libenter ingrediens, rigorem veritatis emollit, ad noxias cogitationes amoris ficti, vel potius oilentationis perducit. *Cassiodor.*

Ficti adultores, quum cænas divitum captant, nihil prius meditantur, quàm illud quod putant gratissimum auditoribus fore, nam nec aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint. *Cassiodor. in quadam. epist.*

Adulatio blanda omnibus applaudit: omnibus salve dicit: prodigos vocat liberales: avaros, parcos & sapientes, lascivos, curiales: garrulos, affabiles: obstinatos, constantes: pigros, maturos & graves: hæc sagitta leviter volat, & citò infigitur. *Ibidem.*

Vitiis semper serviunt blandimenta, lenocinantur dulcia delictis: virtutibus verò austera & fortia sunt amica. *Petr. Ray. in quodam sermon.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in Eunuchis.

*Omnia habeo, nec quicquã habeo: nihil cum est, nihil desit tamẽ.
Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt: hos consëctor: hiscẽ ego non paro me ut irrideant,
Sed his ultrò arrideo, & eorum ingenio admiror simul.
Quicquid dicunt laudo: id rursum si negant, laudo id quoq;:
Negat quis, nego: ait: ajo.*

Postremo imperari egomet mihi

Omnia assentari, is questus nunc est multò uberrimus.

Juvenalis Satyr. 3. de Græcis.

*Quid quod adulandi gens prudentissima, laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum in validi collum cervicibus equat
Herculis Antæum procul à tellure tenentis,
Miratur vocem angustam, qua deterrens nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.
Natio comæda est, ridet majore cachinno:
Concussitur, flet, si lachrimas aspexit amici,*

C

AD ADULATIO, ADULATOR.

*Nec dolet, igniculum bruma si tempore poscas,
Accipit Endromydem, si dixeris aestuo, sudat.*

Ovid. lib. 2. Eleg.

Impia sub dulci melle venena latent.

SENTENTIAE PHILOSOPHORUM.

Nulla in amicitia pestis est major, quam assentatio, blanditiae, adulatio. *In Lelio.*

Simulatio amicitiae repugnat maximè: delet enim veritatem sine qua nomen amicitiae valere non potest. *In Lelio.*

Semper auget assentatio id, quod is, cujus ad voluptatem dicitur, vult esse magnum. *In Lelio.*

Cavendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est: tales enim nos esse putamus, ut jure laudemur. *In Lelio.*

Assentatio quamvis perniciosa sit: nocere tamen nemini potest, nisi ei qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas maximè, qui ipse sibi assentatur & se maximè ipse delectet. *In Lelio.*

In obsequio comitas adsit: assentatio vitiorum adjutrix procul amoveatur, quae non modò amico, sed ne libero quidem digna est. *In Lelio.*

Turpis est assentatio. *ad Attic. lib. 13.*

Blanditiae cum vitiosa sit ac turpis in cetera vita: tamen in petitione magistratus est necessaria: benevolentiam tamen concipiendum blanditiis & assentationibus colligere turpe est. *De petitionibus Conf.*

Mihi haereditates non honestè videntur, si sunt blanditiis officiorum, non veritate, sed simulatione acquisitae. *3. Offic.*

Intus te ipsum considera, non qualis sis aliis credas. Plerumque boni inepti & inertes vocantur: mihi contingat iste derisus. *Ad quod animo audicoda sunt imperitorum convitia, & ad honestè vadenti continendus est iste contemptus. Senec. 77. Epist.*

Adulatio apertis & propitiis auribus recipitur, in praecordia ima descendit, venit ad me pro amico, blandus inimicus. *Senec. 42. Epist.*

O te felicem hominem! si nihil habes, propter quod quicquam tibi mentiatur: nisi cum jam etiam causa sublata est, mentitur consuetudinis causa: adulator blandus consilium dabit, quod deliberanti gratius fore suspicabitur. Cassiae fidei sunt, qui jugiter blandiuntur. *Senec. 21. Epist.*

Adulatio quam similis est amicitiae? non imitatur tantum illam, sed vincit & praecedit: eo ipso gratiosos facit, quo laeditur.

AD

Vitia no-

lo fortit-

midus ac

Monf-

quid om-

dum nec

certaine

Malur-

esse. Ha-

dum laud-

ficus, cur-

Vener-

ri: sed pro-

Cito r-

cant, qui-

ne conte-

quam de-

firmanti-

quoque i-

riatamen-

A Vgust-

itentur

Appare-

tribui vo-

in ara Ca-

Alexan-

cerdos gr-

à Deo ha-

salutatio-

imperius

quasi De-

petiisset.

aliqui su-

facerdos

qui Philo-

tendere i-

pretatis,

quasi De-

extimula-

placeant

illis dece-

Viti-

Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis lateet, moderatio vocatur ignavia: pro cauto timidus accipitur: in his magno periculo erramus. *Senec. in epist.*

Monstrabo tibi cuius rei inopia laborant magna fastidia, & quid omnia possidentibus desit: unum scilicet qui verum dicat: dum nemo ex animi sui sententia dicit & suadet: sed adulandæ certamen, est unum amicorum omnium officium. *Senec. in epist.*

Malum hominem blandè loquentem, agnosce tuum laqueum esse. Habet enim suum venenum blanda oratio. Diogenes cuidam laudanti dixit: Adulator desine utrunq; facere: nihil proficis, cum te intelligam. *Senec. in epist.*

Venena non dantur, nisi melle circumlita. Bonum est laudari: sed præstantius est esse laudabilem. *Senec. de benef. & morib.*

Cito nobis placemus: si invenimus, qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui sanctos. Non sumus modica laudatione contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore congestit, tanquam debitum prendimus: optimos nos esse & sanctissimos affirmantibus assentimur: cum sciamus sæpè illos mentiri. Adèd quoque indulgemus nobis, ut laudari velimus in id, cui contrariatamen maximè facimus. *Senec. 60. epist.*

§ APOPTHEGMATA.

Augustus Romanorum Imp. Tarracoenisibus pro læto ostento ei nuntiantibus, quòd in eius ara palma esset enata: Apparet, inquit, quam frequenter accendatis. Quod illi diis tribui volebant: ille tribuit illorum negligentia, qui nunquam in ara Cæsaris adolerent incensum. *Erasm. & apoph. ex Suet.*

Alexander Macedo, quum in Hammonis templum venisset, sacerdos grandævus illu salutavit: Salve fili, & hanc salutationem à Deo habebas. Tum Alexander: Lubens, ô pater, excipiam eam salutationem, & posthac lubens tuus ero filius, si mihi totius orbis imperium concesseris. Sacerdos autem cum se intro recepisset, quasi Deum consulturus, respondit: Jovem id promittere quod petisset. Iterum ab eodem scire cupiebat Alexander: num eorum aliqui superessent, qui patrem Philippum interfecissent? ad quæ sacerdos ait: Interfectores jam dudum dignas dederunt pœnas, qui Philippum occiderunt: sed patri tuo nemo mortalium potest tendere insidias. Tales sunt hodie adulescentes, qui sub prætextu pietatis, blandiloquio principes terrarum seducunt: dum eos quasi Deos extollunt, & mira adulatione ad quodvis tentandum extumulant: nullam aliam ob causam, quam ut ita principibus placeant, ut tamen nihil de dignitate, potestate, & autoritate illis decedat. *Vide Plus. in vita Alex. & ad Q. Curium.*

AD ADULATIO, ADULATOR.

Alexander. Aristobulus historicus librum conscripserat, de rebus ab Alexandro Macedone gestis, in quo multa supra veritatem fidem adulantissime affinxerat: cum quum illi in navigatione recitasset, Alexander arreptum è manibus librum, in fluvium Hydaspem demersit, & ad Aristobulum conversus: Tu, inquit, dignior eras, ut eodẽ præcipitareris, qui solus me sic pugnantem facis: ut vel uno jaculo interficiam elephantem. *Eraf. lib. 8. apoph.*

Idem validissima quadam rupe capta, quum amici dicerent illum egregiis gestis Herculem superasse: At ego, inquit, me res gestas in imperio ne verbo quidem cum his quæ gestit Hercules arbitror conferendas. Adulabantur illi, sed huius animi nulla satisfaciebat adulatio. *Plut. in apoph. reg. & Imp.*

Constantinus Imp. spadonum atque assentatorum in principum aulis tantus erat hostis, ut eos tineas atque sorices palatii appellare crebro sit solitus. *Nicephor. interpret & Scholiastes, l. 8. c. 5. Eccles. hist.*

Sigismundus Imperator assentatores se veluti pestes odisse cum diceret, Brunonius Veronensis respondit: Tamen nullum genus hominum magis amas, quàm adulatores. Tum Sigismundus: Vincis sanè, inquit. Ita enim natura comparatum est: ut cum vitandos esse adulatores dicimus, tum maximè illis hæreamus. Nam nec tu mecum tam diu fuisses, nisi meis moribus blandiri assuevisses. *Aeneas Sylvius de dictis Sigismundi & Fridericus Imp.*

Sigismundus Imperator quum adulatores odio haberet, cuicunque supra modum eum laudanti, & Diis similem esse dicenti, alapa dedit: dicentiq; illi, Cur me cædis Imperator? Cur me, inquit, Sigismundus, mordes adulator? *Aeneas Sylv. lib. 1. Comment. de rebus gest. Alphonsi.*

Apollonius rogatus à rege Babylonio, qua ratione quietè imperio frui possit? respondit, Si paucis credideris. *Brusson. lib. 3. cap. 13.*

Aristippus cum malè audisset à Diogene, quod Dionysium corrumperet: Si Diogenes, inquit, sciret uti regibus, non vesceretur indies oleribus. *Idem.*

Antisthenes satius esse dicebat, incidere in corvos, quàm in parasitos. Hi enim viventis animum corrumpunt: illi solum corpus. *Laert. lib. 6. cap. 1. Brusson. lib. 1. cap. 7. Hoc alii Diogeni ascribunt.*

Bion interrogatus, quod esset animal omnium maximè noxium? Si de feris, inquit, percunctoris, tyrannus: si de vitibus adulator. *Laert. lib. 1. cap. 4. Plut.*

AD

Cicero vixisse dicitur ad dicit, bas, inquit, nisi ad nomen in endo pro Idem cr eis, inquit, etum, quæ petum. P *Cælius* conceden trã: ut du *Crates.* tabatur *Diogen* nium no trectato dem præ to lædit *Idem* esse? Q latro, m *Phocio* dam, qu Antipate nim non secundar **U** T m & el ita liber risu inep mentis e Mala tat: & ac exhiber Simi gerere c tur ac r nesciat.

Cicero

Cicero quum *Crassus* dixisset, Neminem *Crassorum* Romæ vixisse diutius annis sexaginta, deinde pœnitens ejus sermonis adderet, Quid mihi accidit, ut hoc dicerem? *M. Tullius*, Sciebas, inquit, Romanos hoc libenter audituros, & ista via venisti ad *Repub. gubernandam*: duo significans, & *Crassorum* nomen invisum esse Romanis, & illum non virtute, sed blandiendo profectum ad honores. *Erasm. 4. apoph.*

Idem cuidam nuncianti, Cæsaris amicos esse tristes: Hoc dicit, inquit, illos Cæsari malè cogitare? Irrisit adulantem nuncium, quasi Cæsariani rebus suis diffiderent, metuerentq; *Pompeium*. *Plut. in Rom. apoph.*

Cælius cliens quidam cum *Cælio* oratori omnia in sermone concederet, ille jam longa assentatione evocatus, dic, ait, contra: ut duo videamur. *Senec.*

Crates ad opulentum adolescentem, quem parasitorum comitabatur turba: Adolescens, ait, miseret me tuæ solitudinis. *Stob.*

Diogenes interrogatus quænam bestia morsum haberet omnium nocentissimū? respondit: Si de feris interrogas, est obrectator: si de mansuetis, est adulator. Nam obrectator quidem præ se fert odium, adulator autem sub amici persona multo lædit gravius. *Laert. lib. 9. Stob. & Brus. lib. 1.*

Idem interrogatus, ob quæ facta canis nomen vulgò fortitus esset? Quoniam dentibus blandior, inquit, non dentibus oblatro, malos etiam mordeo. *Laert. lib. 6.*

Phocion Antipatro petenti, ut in gratiam suam faceret quiddam, quod cum justitia non conveniret: Non potes, inquit, ô Antipater! *Phocione* simul amico & adulatore uti: amicus enim non ad quidvis obsequitur, adulator autem in omnibus obsecundat. *Plut. in Græcor. apoph. Ant. in Melu. Max. serm. 11.*

¶ SIMILITUDINES.

UT medico carnem secante, manus concinnitatem quandam & elegantiam servat, abest autem saltatoria gesticulatio: ita libertas admittit urbanitatem, servata gravitate. Adulator risu inepto, scurrilibusque jocis libertatem, veluti malis condimentis edulcat. *Plut.*

Mala pictura, fractis vestibus, rugis & angulis rem repræsentat: & adulator sudoribus, clamoribus, amicum imitatur: nihil exhibens sincerum. *Plut.*

Simia cum nec domum possit servare more canis, nec onera gerere quemadmodum equus, nec arare sicuti boves, parasitatur ac risum movet: sic adulator cum in seriis ac gravibus rebus nesciat esse usui, voluptatum minister est.

AD ADULATIO, ADULATOR.

Quidam malè pinxerat gallos gallinaceos, iussitque puero ut veros gallinaceos procul abigeret à tabula, ut collatione deprehenderetur: sic adulator, veros amicos pro viribus abigit ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus. *Plutarch.*

Ut difficile deprehenduntur bestix, quæ ad loci similitudinem mutant colorem: sic eos assentatores haud facillè deprehendat qui ad omne vitæ institutum omnesq; affectus sese accommodant. *Plut.*

Adulterina splendorem ac nitorem tantum auri imitantur: Sic adulator gratiam, & obsequium & hilaritatem amici. *Idem.*

Non, ut polypus se quibusvis locis: ita nos debemus quorumlibet moribus nos accommodare. *Plut.*

Tragœdiarum histrionibus choro opus est, amicis concinentibus theatroq; applaudente: sic qui gaudent adulatoribus nihil agunt, nisi sint qui applaudant. *Plut.*

Quemadmodum juxta mathematicos superficies & linee nec inflectuntur, nec producuntur neque moventur per se, cum res sint intelligibiles, sed inflectuntur & producuntur & moventur pariter cum ipsis corporibus: ita adulator suo prope quidem affectu non movetur: sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet. *Plut.*

Simia dum hominem imitari conatur, sæpè capitur: ast adulator idem faciens, alios capit & allicit. *Plut.*

Infantia alendi equos, non consequitur lenticulam, sed arum frumentifera: sic adulatio non infestat pauperes, atq; humiles sed magnarum familiarum ac fortunarum ruina morbusq; est. *Plutarch.*

Ut sylvestria semina, quæ spatio ac magnitudine accedunt a triticum, haud facillè repurgantur, nam per angusta foramina non excidunt, per ampla simul excidunt: sic adulatio, quæ amicitiam imitatur, non facillè ab amicitia rejicitur ac separatur. *Plut.*

Qui alunt belluam, primum accommodant se illius ingenio, animadvertunt quibus rebus offendatur aut placeat: donec assuetudine facta fiat tractabilis: sic adulator omnibus amici studiis & affectibus sese accommodat. *Plut.*

Obsoniorum egregii artifices condimentis non nihil austere admiscent, quo dulcedinis tollant satietatem: sic adultores etiam quandam libertatem ac severitatem admiscunt: ut non tamquam magis adulentur, quam cum videntur objurgare ac liberè loqui. *Plut.*

AD

Aqua

adulator

Ut pic

tor, nem

Qui

iter faci

dulator,

Ut pra

colorem

sese adap

In Me

gestans,

beras m

Ut pu

aliquo m

tur, iap

Specu

Plutarch.

Umb

quo te v

Chan

sic adula

stum est

Impe

verrucis

rantiarum

Sunt

bus, nec

vent, ve

litoris c

gifera.

Quic

tunt: si

transve

Pict

dulator

quæ ad

Orat

fidei ca

alis de

Si qu

fecat ill

Aq

Aqua delabitur ubicunq; cavum ac declivem locū repetit: sic adulator vehementer urget, si quid lapsus est amicus. *Plut.*

Ut pictura est tacita poësis: ita silentio quoque laudat adulator, nempe vultuq; & obsequiis. *Plut.*

Qui venantur, facilius fallunt feras, si aliud agentes, hoc est, iter facientes aut agricolantes, id faciant: ita maximè laudat adulator, cum non apparet eum laudare. *Plut.*

Ut præterfluens aqua nullo certo colore est, sed semper refert colorem subiecti soli: ita adulator sui dissimilis est, prout nata sese adaptans. *Plut.*

In Menandri Comœdia inducitur falsus Hercules, clavam gestans, non robustam, sed inanem ac levem: sic adulatoris libertas mollis est & blanda. *Plut.*

Ut pupuræ & spasmata tum demum moventur, cum corpus aliquo malo corripitur: sic amici non ingenui felicibus adulantur, lapsos oburgant, & illorum infortunio frunntur. *Plut.*

Speculum quicquid objicitur, imitatur: sic adulator. *Plutarch.*

Umbra quicquid agas, responderet & adest: sic adulator quoquo te veritas sequitur. *Plut.*

Chamæleon omnem imitatur colorem, præterquam album: sic adulator in turpibus nihil non imitatur: solum quod honestum est, imitari non potest. *Plin. lib. 8. cap. 33.*

Imperiti pictores cum pulchra non queant assequi, rugis & verrucis exprimunt similitudines: sic adulator refert intemperantiam, iracundiam amici. *Plut.*

Sunt cibaria, quæ neque sanguini conferunt, neque spiritibus, neque nervis, neque medullis: sed pudenda tantum movent, ventrem inflant, corpus turgidum reddunt: talis est adulatoris oratio: vitiosa tantum auget, & irritat, alioquin infrugifera. *Plut.*

Quidam tauris æstrum, canibus crotonem in aures immittunt: sic adulator in aurem admissus, haud facile excutitur, sed transversum agit quod lubet. *Plut.*

Pictores illustrant lucida appositis umbris & obscuris: sic adulator laudans diversa vitia in aliis, in amico nutrit, ac fovet, quæ adsunt. *Plut.*

Oratores aliquoties aliam personam loquentem faciunt, vel fidei causa, vel ut invidiam fugiant: & adulator narrat, quæ ab aliis de amico audierit, etiam si non audit. *Plut.*

Si quis merum, alioqui conferens adversus cicutam, admisceat illi, venenū reddit immedicabile: quod calore vim veneni

AD ADULATIO, ADULATOR.

protinus devehat ad cor: ita adulator, intelligens libertatem esse remedium adversus adulationem, eam ipsam adulationi admiscet, quò magis sit noxia. *Plut.*

Ut monere, & moneri est veræ amicitia, & alterum liberè facere, non asperè: sic habendum, nullam in amicis pestem esse majorem, quàm adulationem, blanditias & assentationem. *Cicero in Lelio.*

Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem, quæ ad dulcedinem cantumq; cogitationes impedit, nec ad serià patitur intendi: sic adulatorum & pravus laudantium sermo diutius hæret, quàm auditur, nec facile est animo dulcem sonum excutere: prosequitur enim & durat, & ex intervallo recurrit. *Seneca in Epist.*

Quemadmodum heliotropium herba, semper in eam spectat partem qua Sol est, & eo condito florem contrahit: sic nonnulli ad regis omnes nutus obsecundant: & in quocumq; viderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi. *Plin. l. 18. c. 28.*

Vitrum mirè crystallum imitatur, res vilissima rem longè preciosissimam: ita assentatio amicitiam imitatur, res pessima longè optimam. *Plin. l. 9. c. 29. & l. 37. c. 2.*

Pardus odoris gratia allecans feras invadit, atq; occidit: ita quidam blandiloquentia irretitos fallunt, ac perdunt. Sic principum aulæ habent nescio quid blandum, quod invitet in perniciem. *Plin. lib. cap. 17.*

Ucranae ultra solitum vocales tempestatem significant iminentem: ita cum plurimum valet apud principes oratio malorum, bonis tacentibus, tum instat rerum perturbatio.

Qui fascino utatur, laudando necant arbores, sata, pueros: ita adulator laudando perdit. *Plinius.*

Ut nihil infidiosius melle venenato (nam sunt quædã hujusmodi) ita nihil magis cavendum, quàm blandus hostis. *Plinius lib. 21. cap. 13.*

Hyæna vocem humanam imitatur, & nomen alicuius ediscit, quem vocatum læcerat: ita quidam obsequio blandiuntur, donec in perniciem trahant. *Plin. lib. 7. cap. 2.*

Ut canes Melitæi potissimum in deliciis sunt opulentis ac potentibus foeminis: ita principes effoeminati, plurimi faciunt adultores & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes. *Plin. lib. 3. cap. ult.*

Non omnem escam omnes amant pisces, sed alius alia delectatur: unde piscatores gnari quam quisq; maximè appetit, fallunt ea potissimè objecta: ita adulator deprehenso hominis ingenio,

AD
genio, q
gratissim
Chan
preter r
amico,
Qu
est adula
rinatur
trahunt

A Dul
Doo
chab, &
22. 11. 2.
18. 11. M
16. & 2.
confilia
& Benj
for, tud
4. Amic
Daniel.
14. 7. 6
Agripp
22. Juda
adulatu
Quida
nis pur
ces, Nu
& Baar

D Om
ad
institu
Dece
nam p
ro den
Dion
cupati
rum, c
Diony
Ale
suscep

genio, quibus rebus deliniatur, à quibus abhorreat, quod illi gratissimum esse intellexerit, hoc potissimum eum captat. *Plin.*

Chamæleon qui subinde mutat colorem, omnem imitatur, præter rubrum & candidum: ita adulator nihil non imitatur in amico, præter ea quæ honesta sunt. *Plin.*

Quod oleum est muscis, formicis, fereq; reliquis insectis, id est adulatio stultis principibus. Siquidem oleo peruncta moriuntur illa: hi assentatione, & obsequio palponum in exitum trahuntur, ipsi trahunt rempubl. *Plin. cap. 30. & lib. 11. c. 19.*

§ EXEMPLA SACRA.

Adulationis exempla; Core & ejus complices, *Num. 16. v. 13.* Doeg, Idumæus, *1. Sam. 22. 9.* Amalechita, *2. Sam. 1. 10.* Rechab, & Baana, *4. 8.* Absolom, *15. 3.* Siba, *16. 1.* Sedechias, *1. Reg. 22. 11. 2. Paralip. 18. 10.* Pseudoprophetæ, *1. Reg. 22. 12. 2. Paralip. 18. 11. Mich. 3. 5.* Pseudoprophetæ & Sacerdotes, *Exc. h. 13. v. 10. 16. & 22. 28. Jerem. 6. 14. & 8. 11. Thren. 2. 14.* Juniores Roboam consilarii, *2. Paralip. 10. 10.* Principes Juda, *24. 17.* Hostes Juda & Benjamin, *1. Esdr. 4. 14.* Duces & bellatores Nabuchodonosor, *Judith. 2. 4.* Mamucham, *Esth. 1. 16.* Regis Assveri ministri, *3. 4.* Amici Aman, eiusq; uxor Zares, *5. 14.* Præfetti Darii regis, *Daniel. 6. 17.* Alchimus, *2. Macchab. 14. 6.* Filia Herodiadis, *Matth. 14. v. 6.* Discipuli Phariseorum & Herodiani, *22. v. 16.* Herodes Agrippa, *Actor. 12. 3.* Populus adstant Herodi concionanti, *v. 21. 22.* Judæi, *17. 7.* Accusatores Pauli, *23. 4.* Tertullus, *24. 2.* Felix adulator Judæis, *24. v. 27.* Festus Judæis, *25. 9.* Agrippæ, *vers. 26.* Quidam schismatici Ecclesiæ Romanæ, *Rom. 16. 18.* Adulationis puniæ exempla: Core, Dathan, Abiron, eorumq; complices, *Num. 16. v. 31. 32. 33.* Amalechita, *2. Samuel. 1. v. 15.* Rechab & Baana, *2. Sam. 4. v. 12.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Domitianus, à Quintiliano maximus Poëta dicitur, fortassis adulandi causa. Quoniam à Domitiano sororis filiorum institutioni præfectus fuerat. *Cuspinian.*

Decius Laberius Actor mimorū, invitatus à Cæsare, ut in scenam prodiret: respondit, se necessariò coactum nihil tanto viro denegare posse, cui & ipsi Dii omnia tribuissent. *Macrobius.*

Dionysius junior adulatoribus unicè delectabatur, ab eo nuncupatis Dionysioloces: qui subblandiendi causa nihil se eorum, quæ apponerentur videre, ita ementiebantur: ut ab ipso Dionysio ductari manu gestirent. *Calvus lib. 22. cap. 17.*

Alexandrum Mag. post res in Asia gestas, cum jam Indicam suscepisset expeditionem, cepit in tanto rerum successu gloriæ

AD ADULATIO, ADULATOR.

cupiditas: ut jam non aliter, quàm prostratis humi corporibus se saluari pateretur, superabatq; abundè adulatio perpetuum regnorum malum. *Sabell. lib. 6. Enn. 4.*

Quàmvis esset ad omnes homines *M. Crassus* assentationibus subigendos peritissimus: idem erat tamen vicissim adulationibus oportunos omnium. *Plut. in Crass.*

Antonius Caracalla Imp. omnem illam pecuniam, quam per continuas exactiones extorsit, partim militibus, partim assentatoribus largitus est. *Dion. & Xiphilin.*

Cassander Antipatri F. Babylonem veniens, cum Barbaros venerabundos Alexandrum salutantes conspexisset, vir in libertate enutritus Græca, atque hujusmodi spectaculi haudenus insolens, in cachinnum est effusus: ea re exarsit ita Alexander: ut arreptum crinibus caput ejus ambabus manibus vehementer contuderit ad parietem. *Plut. in Alex.*

Vespasianus Imp. generis sui ignobilitatem frequenter etiam præ se tulit, eosque irrisit, qui illud in Herculem referre conarentur. *Sueton.*

Vide Apophthegmata.

¶ HIEROGLYPHICA.

Fistula cum cervo picta, perniciosam indicat adulationem, ob historiam scilicet quæ super ea & cervo fertur. Animal id eius suavitate modulisque mulceri & ad stuporem usque delectari dicitur: unde accidat, ut dum cervus intentior in eam incumbit, incauto illi abalienatoq; mors inferatur. *Valer. Pier. lib. 47. pag. 460. F.*

Divitem hominem adulatoribus deditum Thebanus Crates per ficum arborem in præruptâ asperâq; rupe satam describebat: quippè quòd sic holaribus difficilis accessus; eius verò fructus à Cervis & Milvis tantum decerpi; ita horû opes ab impuris tantum & adulatoribus depasçi. *Val. Pier. lib. 53. pag. 521. B.*

Apem Adulatoris Hieroglyphicum ponit Eucherius: ut pote quæ mel in ore habeat, occulto candæ spiculum: atque ita homines qui lingua blandiuntur, latenter verò feriunt, significare: loquendo enim mellis dulcedinem proponunt, re verò ipsa vulnus inferunt. *Valer. Pier. lib. 26. pag. 244. E.*

Sunt qui adulatorem blandiloquum & mordacem simul scurrâ, per *Canis* Hieroglyphicum ostendant: quorum alter in obsequium plus æquo pronus: & alter quælibet in quem vis opprobria fingere sævus. Sumptum ex quadam Diogenis Cynici responsione. *Valer. Pier. lib. 5. pag. 49. B.*

ADUL.

ADULTERIUM.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Redde uxorem viro suo: si autē nolueris reddere: scito quòd morte morieris tu, & omnia, quæ tua sunt. *Genes. 20.*

Si quis tetigerit hominis uxorem, morte moriatur. *Genes. 26.*

Non mœchaberis. *Exod. 20.*

Cum uxore proximi tui non coibis, nec feminis commistione maculaberis. *Levit. 18.*

Non desiderabis uxorem proximi tui. *Exod. 20.*

Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cū conjugē proximi sui, morte moriatur & mœchus: & adultera. *Ibidem.*

Si concubuisti in adulterio: his maledictionibus subjacebis. Det te Dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo suo, putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur. *Num. 5.*

Si dormierit vir cum uxore alterius, uterq; morietur: adulter & adultera: & auferes malum de terra. *Deut. 22.*

Maledictus qui dormit cum uxore proximi sui. *Ibid. 27.*

Oculus adulteri observat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domus, sicut in die condixerat sibi. *Iob. 24.*

Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum alterius sit uxor mea, & super illam incurventur alii. Hoc enim nefas est & iniquitas maxima. Ignis est usque ad perditionem devorans, & eradicans omnia genimina. *Ibidem 31.*

Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta sua non ardeant: aut ambulare super prunas, ut non plantæ ejus comburantur? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. *Proverb. 6.*

Qui adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam: turpitudinem & ignominiam congregabit sibi, & opprobrium illius non delebitur. *Ibidem.*

Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. *Ibid. 18.*

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cælo: viam colubri super petram: viam navis in medio maris, & viam viri in adolescentia. Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit: Non sum operata malum. *Ibid. 30.*

Fili adulterorū in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen

femen exterminabitur. Et si quidem longæ viæ erunt, in nihilum computabuntur. & sine honore erit novissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquæ, diræ sunt consumationis. *Sapient. 7.*

Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente. *Osee 7.*

Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. *Matth. 5.*

De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemix: hæc sunt, quæ coinquinant hominem, *ibid. 13.*

Nolite errare: neque sacrilegi, neque idolis servientes, neque adulteri regnum Dei possidebunt. *1. Cor. 6.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Indignantur mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas: quum tantò gravius puniri eum oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. *Aug. l. de adul. conjugii.*

Sicut satius est fame mori, quàm idolothyti vesci: ita sanctius est defungi sine liberis, quàm ex illicito concubitu stirpem quærere. *Idem de thoro conjugali.*

Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est: nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore, debetur castimonia. Quicquid in ea, quæ non sit legitima uxore, commissum fuerit, adulterii crimine damnatur. *Ambros. lib. de Patriarch.*

Qui formam concupiscit, quamvis sine facinore: peccatum sine teste commisit. *Athanas. apud Amon. serm. 85.*

Adulter vel antè gehennam est omnium miserrimus: omnia suspicans, vel ad umbram contremiscens, ad nullum liberis respiciens oculis: sed omnes pertimescens, & qui sciunt, & qui nesciunt: acutos videns gladios, impendentes lectores, iudicia. In dolore semper est adulter, etiam in tenebris. *Chrysost. Psalm. 7.*

SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. epist. 19. Heroid.

Elige de vacuû, quàm non sibi vendicet alter:

Si nescis, dominum res habet ista suum.

Idem lib. 3. de arte amandi.

Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ:

Hoc decet, hoc leges, jussq; pudorq; jubent.

Horat. lib. 1. Satyr. 2.

Desine matronas seclariis: unde laboris

Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.

¶ APOPHTHEGMATA.

T Hales Molestius adultero sciscitanti, an abjuraturus esset adulterium? Non est, inquit, perjurium adulterio pejus. Significans, illum stultè dubitare de pejerando, qui facinus perjurio par non dubitasset committere, coq; in atrocibus sceleribus nihil ponderis habet jusjurandum. Quisquis enim audet dare venenum, audebit & cum perjurio inficiari. *Laert. 1. Brus. 1. c. 4.*

Lycurgi temporibus tanta erat apud omnes uxorum pudicitia, ac tam longè aberant ab ea turpitudine, quæ postea invaluit: ut prius esset incredibile, adulterii crimen apud Spartanos inveniri: ferturq; dictum cujusdam vetustissimi Spartani *Gerade* qui rogatus ab hospite quodam, quid pœnarum darent apud Spartanos adulteri? neque enim videre se quicquam super hac re sancitum à *Lycurgo*: Nullus, inquit, ô amice, apud nos adulter est. Quum ille subjecisset, Quid igitur, si existat? Dabit, inquit, bovem tantum, ut porrecto ultra *Taygerum* montem collo, bibat ex *Eurota*, Cumquæ ille ridens dixisset: Fieri non potest, ut tantus bos inveniatur: Et quo pacto, inquit *Geradas*, Sparta existat adulter, in qua divitiæ, delitiæ, & corporis ascitius cultus probro habentur: contra verecundiæ, modestiæ, ac obedientiæ magistratibus debita observatio, decori laudiq; dantur? Prudenter intellexit *Geradas*: ibi non posse nasci vitia, ubi non admittuntur vitiatorum seminaria: eaq; ubique jacere, quibus pro honore tribuitur ignominia. Atq; hæc est clementissima ratio medendi pravis moribus, excitandiquæ virtutis studium. *Plut. in Lacon. apoph. & in Lycurgo.*

Pontidius interrogatus à quodam, qualè existimaret eum qui in adulterio deprehenderetur: Festivè, Tardū respondit. *Bruson. 1. 1. c. 4.* Respondeamus nos, turpissimū & impium nebulonem.

Demosthenes *Demadi* oratori dicenti, Sus *Minervā*: per scomma inscitā *Demostheni* exprobrans: At ista *Minerva* (inquit) nuper in adulterio deprehensa est. *Bruson lib. 1. c. 4. ex Plutarcho.*

Alexander quum puella multâ nocte ad eum ducta esset cum eo dormitura: rogavit rex, ubi fuisset tam diu? illa respondente, se expectasse donec maritus esset cubitum: ministros accitos acriter objurgavit, ac, reducite, inquit: hanc: parum enim absuit, quin vestra culpa fuerim factus adulter. Egregium castitatis exemplum, tum in juvene, tum in rege. Nam apud illos simplex stuprum pro nullo crimine habebatur. Apparet autem

tum

tum fuisse morem, qui adhuc durat in Italia: ut uxores secubarent à viris, nisi si quando vocarentur. *Plut. in reg. & imp. apoph.*

Dionysius senior, quum intellexisset filium, cui principatum relicturus erat, ingenui viri conjugem adulterasse: iratus interrogavit, an unquam tale quicquam in patre comperisset. Hic adolescens: Tu, inquit, non habebas patrem regem: Ne tu, subjecit Dionysius, filium regem habiturus es: ni talia perpetrare desinas. Tyrannus in filio dignum exheredatione crimen judicabat adulterium, qui hodie magnatum ludus est. *Plutarch. in reg. & imp. apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

Coccix ova subdit in nidis alienis: & quidam alienas uxores faciunt matres. *Plin. lib. 10. cap. 9.*

Plures Similitudines quere in loco de Amore, Castitate, &c.

¶ EXEMPLA SACRA.

Adulterii puniti exempla: Tribus Benjamin, *Iudic. 20. v. 48.* David, *2. Sam. 12. v. 10.* Pharaon, *Genes. 12. v. 7.* Israhelita cum Moabitide, *Numer. 25. v. 8.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Clytemnestra cum Ægistho adultero in perniciem mariti Agamemnonis conjuravit: quo interempto Orestis furor in matrem concitatus est. *Euripid. Sophocles.*

Euridice Macedonum Regina, Æmynthæ uxor atq; Philippi mater: ut adultero regnum traderet, Alexandrum ac Perdiccam filios veneno sustulit: idemque viro fecisset, nisi filia scelus detexisset. *Fulgos. lib. 9. cap. 1.*

Fabia, Fabii Fabriciani uxor dum Petronium Valentinum, liberali forma adolescentem, quo cum adulterii consuetudinem habebat, maximè deperiret: maritum interfecit, ut adulterio frueretur securis. *Plut. in parallel.*

Apud Ægyptios si quis sine vi adulteraverat, virgis cedebatur ad mille plagas: mulier naso mutilabatur. Existimabant enim mulierem sese ad illicitam incontinentiam exornantem, oportere ea parte mutilari qua maximè facies exornatur. *Diodor. l. 1. c. 6.*

Apud Arabes aliasque nationes adulteris semper capitis poena fuit: quòd plerique philosophi prodidère: qui adulterium perjurio gravius crimen consuerunt. *Alex. ab. Alex. lib. 4. cap. 1.*

Apud Persidas adulterii convictus per urbem unà cum muliere circumducebatur super asino, ad dies aliquot. *Stob. serm. 42.*

Apud Germanos adulteram abscissis crinibus maritus expellit domo

domo, & Gentium & Aglaia tuit: ac versi, si

Vide

EUm q
desig
illud infu
queritar
uri capra
Per Fil
fectus ob
gnificab
prehensu
rum, se e
duleri e
bus dimi
Basili
videtur
dicant e
dam adu
huc poti
lib. 29. pa

MAl
dua
Vz!
fertis ab

QUis
reci
versario
tuendur
tuendur
decepto
Epist. 36.

domo, & per omnem pagum nudam verberare afficit. *Nicolaus, De Gentium morib. Histor.*

Aglaia Romana matrona dispensatori Bonifacio sese prostituit: ac sub Diocletiani persecutone ad poenitudinē ambo conversi, finem perniciosæ voluptati statuerunt. *Marull, lib. 2. c. 12.*

Vide Apophthegmata.

¶ HIEROGLYPHICA.

EUm qui conjugem haberet adulteram, Veteres per *Caprum* designabant, eratque hoc apud illos hieroglyphicum atque illud insuper adagium ferebatur in spurios, si de patre quispiam quæritaret: ut *ἡς υἱὸς, αἷς αἰὲς*, responderent: Matris quippe uti capra. *Pier. Val. lib. 10. pag. 90. D.*

Per Fibrum animal Ægyptii Sacerdotes cum, qui poena sit affectus ob nequitiam, quâ fuerit in muliere aliqua petulans, significabant. Proditum enim est hoc animal in venatione deprehensum suos sibi testes abscindere, atque eos projicere, gnarum, se eorum præcipuè assequendorum causa peti. Nam & adulteri eadem affici poenâ solent: ut deprehensi præfectis testibus dimittantur. *Pier. Val. lib. 13. pag. 122. F.*

Basilus ex congressu *Anguis & Murenæ* adulteriū interpretari videtur. Admonet enim eos, qui nuptiis insidiantur alienis, discant cui nam feræ, cui reptili sint similes! quū naturæ quoddam adulterium viperæ Murenæq; conjunctio videatur. Atq; hūc potius respicit Ægyptiorum Hieroglyphicum. *Pier. Valer. lib. 29. pag. 272. E.*

ADVOCATUS.

¶ BIBLICÆ SENTENTIÆ.

MAledictus, qui pervertit iudicium advencæ, & pupilli, & viduæ. *Deuter. 26.*

Væ! qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam auferatis ab eo. *Esaiæ 5.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Quis tandem advocatus reperitur, qui dicat suscepto suo, recipe quod mihi, cū malè adesset, dedisti: & redde adversario tuo, quod me iniquè agente abstulisti. Nisi fortè restituendum est alienum, quod furtim clanculo effertur: & restituendum non est, quod in ipso foro (ubi peccata puniuntur) decepto iudice, & circumventis legibus, recinetur. *Augustinus Epist. 36.*

Si iusti-

ÆG ÆGROTATIO, MORBUS.

Si iustitia sincerius consulatur, iuste dicitur advocato: reddere quod accepisti, quando contra veritatem fecisti: iniquitati astutisti: iudicium fecellisti: causam iustam oppressisti, de falsitate vicisti. *ibidem.*

Iustus advocatus à nullo injustas causas accipit: nec verba dare pro iustitia consuevit. *Gregorius super Ezechielem.*

Antiqui forenses Eloquentiam caninam facundiam nuncupabant, eò quod caudicibus in certaminibus caularum, omnis quæ agunt, veluti canes alterutrum lacerante. *Isidorus lib. 3. de summo bono.*

Vide Iudex, & Iudicium.

ÆGROTATIO, MORBUS.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Dominus mortificat & vivificat: deducit ad inferos, & redit. *1. Reg. 2.*

In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter sanabantur. *Sapient. 16.*

Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum: sed ora Dominum, & ipse curabit te. *Eccles. 38.*

Livor vulneris absterget mala. *Proverb. 20.*

Antè languorem adhibe medicinam: & antè iudicium interroga teipsum: & in conspectu Dei invenies propitiationem. *Eccles. 18.*

Melior est mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perseverans. *Eccles. 30.*

In multis escis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usq; ad choleram. Qui autem abstinens est, adjiciet sibi vitam. *Eccles. 37.*

In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolabere illum in exitu spiritus sui. *Eccles. 38.*

Infirmus eram & visitastis me. *Matth. 25.*

Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum & allevabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. *Iacob. 5.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui veram ostendit corporis infirmitatē, humanè tractandus est: qui autem falsam prætendit, & convinci non potest, Deo dimittendus est. *Augustin. de opere monach.*

Corporis

Corporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit, mentis quoque ingenium marcescere facit. Quicquid cum modo & temperamento fit, salutare est. Hieron. in epist.

Considerata infirmitas propria nobis excusat alienam. Greg. lib. 4. moral.

Quosdam præsciens Deus multa peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent: ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutem, quàm remanere incolumes ad damnationem. Hug. lib. 2. de anima,

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. de Pont.

Non est in medico semper relevetur ut aeger:

Interdum docta plures valet arte malum.

Cernis, ut è molli sanguis pulmone remissus

Ad stygias certo limite ducat aquas.

Adferat ipse licet sacras Epidaurias herbas:

Sanabit nulla vulnere cordis ope.

Tollere nodosam nescit medicina podagram,

Nec formidatū auxiliatur aqua.

Idem lib. 3. de Ponto.

Curando fieri quædam majora videmus

Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

Non eadem ratio est sentire, & tollere morbos:

Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.

Ovid. lib. 1. de remed. amor.

Opprime dum nova sunt subiti mala semina morbi:

Et tuus incipiens ire resistat equus.

Ibidem.

Principiis obsta: serò medicina paratur:

Cùm mala per longas invaluere moras.

Sed propera, nec te venturas differ in horas.

Ibidem.

Vidi ego, quod fuerat primò sanabile vulnus:

Dilatatum longæ damna tulisse moræ.

Persius Satyra 3.

Helleborum frustra cùm jam cutis agra tumebit,

Poscentes videas, venienti occurrere morbo.

Ovid. lib. 2. de remed. amor.

Nec quoniam variant animi, variabimus artes:

Mille mali species, mille salutis erunt.

D

Corpora vix ferro quadam sanantur acuto.

Auxilium multis succus, & herba fuit.

Ovid. lib. 4. de Tristibus.

Nam neque sunt vires, nec qui color esse solebat

Vix habeo tenuem, qua tegat ossa cutem.

Seneca in Oedipo.

Vbi turpis est medicina, sanari pudet.

Ovid. 2. Art.

Dum spectant lasos oculi, leduntur & ipsi:

Multaq; corporibus transiitione nocent.

Juvenalis 2.

— *Dedit hanc contagio labem,*

Et dabit plures: sicut grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & porrigine porci:

Vnaque conspecta livorem ducit ab ura.

Ovid. 2. Remed.

Si quis amat, nec vis: facito contagia vitæ:

Hæc etiam pecori sæpè nocere solent.

Paulinus Ausonio Epist. 2.

Quisquis agit purus sceleris vitam inter iniquos:

Nulla ab inhumano morum contagia ducit

Hospite.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

IN omni morbo tria gravia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatis. *Senec. 72. epist.*

Morieris, non quia ægrotas, sed quia vivis. Quum convalescis, non mortem, sed valetudinem effugies. *Ibidem.*

Nihil æquè sanitarem impedit, sicut remedium crebra mutatio: non convalescit planta, quæ sæpè transfertur. Nihil magis ægris prodest, quàm ab eo curari, à quo voluerint. *Idem epist. 2.*

Bona valetudo jucundior est eis, qui de gravi morbo curati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt. *Cic.*

Benè dormit, qui non sentit quàm malè dormit. *Seneca.*

§ APOPTHEGMATA.

Socrates interrogatus, quid morbus esset? respondit, Perturbatio corporis. *Stob. serm. 98.*

Epaminondas tempore belli Leuctrici, quum accepisset quendam strenuum virum periisse morbo: per jocum dixisse fertur: Unde fuit illi moriendi otium in tantis negotiis? Frequenter autem nō minima morbi pars est, imaginatio morbi, metusve.

Hunc

Hunc languorem, solet excutere negotiorum ardor. *Erasmus lib. 5. apoph.*

Alcmaon rogatus, unde morbi acciderent? respondit, alios ob deficientem causam, propter excessum caloris aut siccitatis: alios materialem ob causam, abundante aut deficiente alimento: alios veluti in aliquibus vasīs, ut in sanguine, medulla, aut cerebro: aliquando autem ab externis causis eos nasci, propter quasdam aquas, regionem, lassitudinem, rerum penuriam, aut his similia. *Stob. serm. 38.*

Theodoricus episcopus Colonienſis ecclesię pontifex, prudentia & autoritate inter electores imperii facile princeps, quærenti *Sigismundo Cæsari*: quoniam pacto felicitatem consequi posset? Inter mortales, ait, frustra requiris. Perenti rursum: ad celestem illam quo itinere pergeret? Rectã, inquit. Instanti tertio, quid agens rectã vaderet? Si vitam tuam ita institueris, dixerisque, inquit: ut facturum te promisisti, dum calculus, aut podagra, sive alia valetudo adversa acrius te oppressit. Docuit autem morbum monere nos ad capeſſendam meliorem vitam. *Aeneas Sylvius, lib. 2. commentarior. de reb. gest. Alphonſi.*

Itames quum apud *Antigonum* militaret, corporis adversa valetudine laborans, rogatus à rege palloris causam: ægritudinem incognitam causatus est. Rex verò animi magnificentia ductus, jubet remedia adhiberi ad eum sanandum. Restitutus igitur sanitati miles, postea omnia mortis pericula vitabat. Rogatus verò à rege mutationis causam, ait: ô rex, tu me minus audacem fecisti: quòd iis malis me vindicasti, quibus vita à me mea contemptui habebatur. Sensit miles: ægritudinem hominibus in eo prodesse, ut omnia fortunæ bonæ, & ipsam etiam vitam miseram & ærumnosam contemnunt, qua cum sani sumus, in nostram perniciem aubutimur. *Bruson. lib. 4. cap. 15. ex Plutarch.*

§ SIMILITUDINES.

UT medici causa morbi inventa, curationem inventam esse putant: sic non ægritudinis causa reperta, medendi facultatem reperimus. *Idem. eod. lib.*

Ut Medica terra diu retinet semina, propter asperitatem, ut serò emergant: ita morborum, ac dolorum cause in hominibus aliquoties diu latent, donec voluptas in febrem erumpat. *Plur.*

Florescunt odores per se parum efficaces, admixti oleo majorem vim habent: ita morborum cause, si in corpus incidant, jam humoribus collectis abundant. *Plur.*

Ut nautæ nimium onerantes navem, deinde in exhaurien-

Æ ÆGROTATIO, MORBUS.

da sentina laborant: ita qui corpus onerant cibis, deinde clysteribus inaniunt. *Plut.*

Qui corpus ægrè affectum ad balnea ac voluptates trahit quasi putrem ac laceram navem deducit in mare. *Idem.*

Si ebrii commessatores irrumpant in domum lectu funestam, non solum nihil adferent hilaritatis, ejulatum potius excitabunt: ita voluptates in corpore ægro offendunt quoque. *Plutarch.*

Ut nautæ sereno cœlo nonnihil laxant vela: cùm est suspicio tempestatis, contrahunt: ita corpori rectè affecto nonnihil permittendum: contra si quid timebitur morbi, cautiùs agendum. *Plut.*

Homines tantùm pingues ac robusti duriquè, similes sunt gymnasiolorum columnis, ut dixit Arist. *Idem.*

Ut navibus sentinæ plenis, onus detrahendum: ita corporibus aggravatis subducendus cibus ac potus. *Plut.*

Qui ita corpus exinaniunt pharmacis, ut peregrinis rebus expleant, ac magis noxiis: perindè faciunt, ac si quis expulsis è civitate Græcis, inducat Persas aut Scythas. *Idem.*

Magnus gubernator & scisso navigat velo: & si exarmavit, tamen reliquias navigii aptat ad cursum: sic in corpore parum felici ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est. *Senec.*

In navi quæ sentinam trahit, uni aut alteri rimæ obstititur: sed ubi pluribus locis laxari cœperit, succurri non potest navigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus fulciri potest imbecillitas: verùm ubi torum collabi cœperit, nihil agitur remediis. *Seneca.*

Ut putri & ruinam minanti ædificio non adhibentur fulturæ, sed circumspiciendum, ut exeat: ita defecto corpore demigrandum è vita. *Senec.*

Morbi corporis pulsu & dolore deprehenduntur: eorumque adventum calor & lassitudo prænuntiat: animi morbos pleriquè non intelligunt esse morbos. *Idem.*

§ EXEMPLA SACRA.

Exempla ægritudinis: Ægyptii, *Exod. 9. v. 10.* Pestilentia ob peccatum Davidis immissa, 2. *Sam. 24. 15.* Giezi, 2. *Reg. 5. 27.* Lepra Oziæ cœlitùs inflicta, 15. 5. 2. *Paralip. 26. 21.* Joram, 21. v. 18. 19. Ulcera quibus percussus fuit David, *Psal. 38. 6.* Paralyticus, *Matth. 9. 2.* Homo triginta octo annos infirmus, *Ioan. 5. v. 5.* Corinthii, 1. *Cor. 11. v. 29. 30.* Extraordinarius morbus Joræ ob idololatriam, 2. *Paralip. 21. v. 19.*

§ EXEM-

¶ EXEMPLA PROFANA.

IN pestilentia memorat *Thucydides* eos, qui unicè virtutem sectabantur, unà cum affectis amicis interiisse. nam salutis suæ rationem, ut accederent ad necessarios suos, nullam habebant. *Plut. de Amicor. multitud.*

C. Julius Cæsar amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut *C. Oppio* comitanti se per sylvestre iter correptoque subita valetudine & in diversorio loco, quod unum erat, cesserit, ac ipse humi & sub dio accubuerit. *Sueton. in Cæs.*

Vide titulum de Morbo: itemq; *Apophthegmata hujus loci.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Sunt, qui cor dentibus abesum, pro homine ponant, qui ægritudinibus afflictoetur. *Pier. Val. lib. 21. pag. 196. E.*

Veteres *Ægyptii* cum aliquem, medicinâ ab aliquo Deorum præmonstratâ, à morbo convaluisset ostendere voluissent, *Columbam*, vel ut scribunt alii, *Palumbem* lauri ramusculum rostro gestantem exprimebant. Ales enim ea, quoties ægrotat, lauri folio decerpto, ipsa sibi medetur. *Pier. Val. lib. 2. pag. 205. B.*

Hûc refertur *Invaletudo, Imbecillitas, Infirmitas, Contagio.*

ÆMULATIO.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 3. Art.

Tunc bene fortis equus reserato carcere currit:

Cum quos prætereat, quos ve sequatur, habet.

¶ SIMILITUDO.

UT non est verus amor, qui caret zelotypia: ita non amat vehementer virtutem, nisi qui ardet æmulatione rectè factorum ab aliis. *Plut.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Exempla Æmulationis damnatæ: *Josua*, *Num. 11. 28.* *Pharisei*, *Matth. 9. 11.* *Apostoli*, *Luc. 9. 49.* *Joannis discipuli*, *Ioan. 3. 26.* *Exorcistæ Judæi*, *Actor. 19. 12.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Plato vir summus & *Xenophon* haud expertes fuisse æmulationis creduntur: cò quòd neuter alterius meminerit unquam

Æ ÆMULATIO. ÆQUALITAS.

cum multa uterque scripserit, clari præsertim & inter se noti. *Sabell. lib. 6. cap. 9.*

Æmulatio quoque existit non parva inter *Aristotelem & Isocratem* oratorem. Vide *Erasmum in Adagio ex Ciceronis Orat.*

Barvius & Marvius ineptissimi poetæ Vergilio suâ inviderunt gloriam, de quibus ipse in Bucol. *Qui Barvium non odit, &c.*

Apelles præstantissimus pictor æmulantium ambitione sæpè vulgi judicio superatus: provocavit inde ad naturæ tribunal, estque ab ea victor judicatus, in equi figuratone. *Sabell. lib. 6. cap. 9.*

Alexander Magnus Philippi F. viso Achillis sepulchro, collocari cepit, studio gloriæ & æmulatione virtutis: eumque felicem prædicavit, cui contigisset habere laudum suarum præconem Homerum. *Plut. in Alex.*

Vide *Ambitio, Invidia, Imitatio.*

ÆQUALITAS.

§ APOPHTHEGMATA.

T *Hemisto*, les facilitate morum multos civium sibi conciliavit, atque hinc popularem potentiam est adeptus. Itaque cuidam ipsam admonenti, bene principatum gerens Athenis, si cunctis æqualis & communis esse voles, respondit: Nunquam ei sellæ infederim, unde nihilo plus à me ferrent amici, quam alieni. *Plur.*

Diogenes pecuniis si quando egeret, eas ab amicis accipiebat. At cum à quibusdã ob id suggillaretur, quod præter philosophi dignitatem mendicorum more peteret: imò, inquit, non peto, sed repeto. Repetimus autem mutuum aut depositum. Amicus autem egenti amico dans, non donat: sed reddit potius id, quod amico debet: quoniam amicorum omnia debent esse communia. *Laert. lib. 6.*

Leo Eurycratidis filius interrogatus, in qua tandem urbe aliquis possit tuto vitam agere? in ea, inquit, quam qui incolunt, neque plus possident, neque minus: & ubi justitia viget: injustitia imbecillis est. Graviter admonuit, æqualitatem esse semitarnam: nec ibi locum esse justitiæ, ubi ut quisque potentior est: ita licentius opprimit imbecilliolem. *Plutarchus in Laconicis apoph.*

Lycurgus interrogatus, quomodo liceret hostium insultum effugere? Si, inquit, nec alius alio plus requirat. Quo dicto docuit

docuit, tutiores esse eos ab hostium incurſu, inter quos eſt æqualitas, & ex inæqualitate concordia. *Plut. in loca apoph.*

Curius devictis Sabinis, cum ex Senatusconſulto ei ampliaretur agri modus: quem conſummati milites accipere ſolent, reſuſavit, gregalium portione contentus fuit, dicens: eſſe malum civem, cui non eſſet ſatis, id quod cæteris eſſet ſatis. *Plin. junior cap. de viris illuſt.*

Lycurgus quoniam intelligebat æqualitatem & ad frugalitatem, & ad concordiam in primis conducere: fecerat novam agrorum partitionem, & in ſingulos cives æquam portionem, diſtribuerat. Fertur itaq; cum dein ex peregrinatione rediens, iter faceret per agrum recens demeſſum, conſpiceretque manipulorum acervos ordine poſitos & æquales: delectatus eo ſpectaculo: cum riſu dixiſſe comitibus: ut tota Lacedæmon videretur multorum eſſe fratrum, qui nuper inter ſe diviſerint hæreditatem. Bono principi nihil jucundius eſt civium concordia: rurſum tyranno nihil formidabilius. *Plut. in Lycurg.*

Idem quum ſtatuiſſet invadere delicias, luxumque, & in his quoq; tollere divitiarum admirationem: inſtituit ſyſſicia, hoc eſt, convivia publica. Percontanti verò cur ea conſtituiſſet, ſic, ut in ſingulis conviviis pauci cum armis diſcumberent: ut, inquit, expediti ſint ad parendum imperatis: & ſi quid tumultus incidere, penes paucos ſidelictum: ſicq; inter omnes potus ac cibi æqua portio. Denique non ſolum in eſculentis & poculentis, verum ne in ſtrato quidem aut vaſis, aut alia re quacunque plus haberet dives quàm pauper. *Plutarch. in Lacon.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Exempla Æquitatis & Juſtitiz: Abraham, *Genef. 13.* Jacob, *30. v. 31. 32. 33.* Joſua cum Principibus, *Joſ. 9. 19.* Filiz Salphaad, *Num. 27. 7.* Adonibeſech, *Judic. 1. v. 6. 7.* Samuel, *1. Sam. 15. v. 32. 33.* David, *1. Sam. 26. v. 23. & 30. v. 32. 2. Sam. 24. v. 23.* Aſſverus, *Eſth. 7. 9.* Tobias, *Tob. 2. v. 19. 20. 21.* Darius, *Daniel. 6. 24.* Populus apud Danielelem, *13. v. 60. 61.* Antiochus, *2. Macchab. 4. v. 38. & 9. v. 28.* Joſon, *5. v. 9. 10.* Homo regius, *Matth. 18. v. 24.* Nicodemus, *Joan. 7. v. 51.* Tribunus profanus, *Actor. 21. v. 38.*

§ HIEROGLYPHICA.

Per *Hirundinem* in primis Ægyptii, quæ filiis ſuis cibum ſubmiſtraret, hominem intelligebant, qui liberis æquas hæreditatis portiones diſtribueret: Neque non principem, qui ſe civibus æquaret ſuis: neque ullo vellet ornatu vel paratu magis quàm reliqui ſumptuoſiore accipi. *Hirundo* ſiquidem mitra filios alit æquitate, ſingulis cibum parvam impartiens: eâ adhibita dili-

Æ

ÆRARIUM.

gentiâ: ne qui semel acceperit, bis accipiat: atque ita, ut pars omnium sportula, procurer. *Pier. Val. lib. 22, pag. 208. E.*

Vide Justitia.

ÆRARIUM.

¶ APOPTHEGMATA.

T *Rajanus Imp.* fiscum, lienem vocare solebat, quòd eo crescente reliqui artus omnes tabescerent. *Lang. in Nicepori annotationibus.*

Constans Imp. dicere solebat, opes publicas melius à privatis pluribus haberi, quàm intra unum principis claustrum referri. *Eutrop.*

ÆTAS, ÆVITAS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Boetius metro. 5. lib. 2.

*Felix nimium prior etas,
Contenta fidelibus arvis,
Nec inerti perditâ luxu,
Facili quæ sera solebat
Iejunia solvere glande,*

Horat. Oda 6. lib. 3.

*Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosorem.*

Juvenal. Satyr. 13.

*Non etas agitur, pejoraq; secula ferri
Temporibus, quorum scelere non invenit ipse
Nomen, & à nullo posuit natura metallo.*

Seneca in Thyeste.

*In nos etas ultima venit,
O nos dura sorte creatos!*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Quis ullam ullius boni spem habebit in eo, cujus primum tempus ætatis palàm fuerit ad omnes libidines divulgatum? *Cic. ad Sen. post reditum.*

Perindè ut est opinio de cujusq; moribus: ita quid ab eo factum sit, & non factum facile existimari potest *Cic. pro Cluent.*

Omnibus in rebus, quæ graviores, majoresque sunt: quid quisq; voluerit, cogitarit, admisit, non ex crimine sed ex moribus

Æ

ribus eius
quifquam
aut natur

Est qui
nectus. C

Acta æ
nem: ute
ter pugna

Sicuti v
cuntq;
Plutarch.

Ut non
navit, lau
Plutarch.

Quem
sic rapidi
mus, dei
Senec.

Apian
cipiant a
Amin

Intiores
Ut Ci

cedere, S
ita juven
Etatem

Steur
runt, m
stodi tra
multum

Que
effluit, g
nostra,

Illa h
stitutio
valuit,

aliâ cun
quâ con
ita alta

Vic

ribus eius qui arguitur, est ponderandum. Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi: neque cuiusquam vita mutari, aut natura converti. *Cic. pro Sylla.*

Est quietè, & purè, & eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus. *Cato Major.*

Acta ætas honestè ac splendide, tantam adfert consolationem: ut eos qui ita vixerint: aut non tangat ægritudo, aut leviter pugnât animi dolor. *3. Tusc.*

¶ SIMILITUDINES.

Sicuti vina & poma subacerba vetustate mitescunt, dulcescuntque: sic ætatis insolentia longo rerum usu mitigatur. *Plutarch.*

Ut non qui multum cecinit, aut rhetoricatus est, aut gubernavit, laudatur, sed qui scitè. sic non qui diu dixit, sed qui benè. *Plutarch.*

Quemadmodum navigantibus, terræque urbesque recedunt: sic rapidissimi temporis cursu primùm pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde senectutis oprimos annos. *Senec.*

Apiana vina, & alia quædam initio dulcia, austeritatem accipiunt ab annis: ita quidam ætate fiunt inhumaniores. *Plin.*

Aminæa vina senio fiunt meliora: ita quidam in juvenia solutiores aut asperiores ætate & usu rerum fiunt mitiores. *Plin.*

Ut Ciconias nemo advenire sentit, sed advenisse: nemo discedere, sed discessisse: quod noctu clanculum faciunt utrumque: ita juventutem nemo intelligit discedere, sed discessisse: & senectutem non sentimus advenire, sed advenisse. *Plin. lib. 10. c. 23.*

Sicut amplæ & regię opes, ubi ad malum dominum pervenerunt, momento dissipantur: at quamvis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, usu crescunt: ita ætas nostra benè disponenti multum patet. *Senec. de brev. vitæ, cap. 1.*

Quemadmodum ex amphora primùm quod est sincerissimū effluit, gravissimum quodque turbidumque subsidit: sic in ætate nostra, quod optimum, primum est. *Senec. in epist.*

Illâ herba quæ in segetem frugemque ventura est: aliâ constitutionem habet tenera & vix eminens sulco: aliâ cum convalluit, & molli quid è culmo, sed qui ferat onus suum, consistit: aliâ cum flavescit, cum ad arcam spectat, & spica ejus induruit, in quâ constitutionem cum venit eam tuctur, in eam componitur, ita aliâ ætas est infantis, pueri, adolescentis, senis. *Senec. in epist.*

Vide Tempus.

AFFABILITAS.

§ APOPHTHEGMATA.

D Emonax cuidam sciscitanti, quomodo delegatam sibi provinciam administrare commodè posset, respondit: si minus primum loquens, plurima audieris. Hoc dicto princeps jubetur & æqua & iniqua audire. *Erasin. lib. 8. apoph.*

Hortensius ob cultum mundio rem, ac gesticulationes in dicendo molliores crebrò malè audiebat, in ipsis etiam iudiciis. Sed quum L. Torquatus, homo subagrestibus moribus, dum apud consilium de causa Syllæ quæreretur: non jam histrionem illum diceret, sed gesticulatricem, Dionysiamque, notissimam saltatriculæ nomine compellaret, tum voce molli demissaque *Hortensius*, Dionysia (inquit) Dionysia, malim equidem esse quàm quod tu Torquate ἀμικτος, ἀγροδιατρος, ἀνοσιος, id est inelegans, agrestis, aditu difficilis. Periculosè maledixit alteri cui vel idem, vel simile, vel diversum, sed deterius vitium potest obijci. *Erasin. lib. 6. apoph.*

Titus Vespasianus admonitus ab amicis, quod plura polliceretur interpellantibus quàm præstare posset: respondit, non oportet quenquam à Cæsaris colloquio tristem discedere. *Suetonius in eius vita.*

Aristippus quum aliquando Dionysium interpellaret pro amico, nec ille preces admitteret: prostratus coepit amplecti pedes regis, & impetravit. Id factum quum quidam velut abjectius, quàm ut philosophum deceret, reprehenderet: non ego inquit, sum in culpa, sed Dionysius, qui aures habet in pedibus. Ingenium juxta promptum, & ad faciendum, & ad excusandum quidlibet. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

Legati Laced. Venerunt aliquando Lacedæmonii ad Lygdam tyrannum, legatione fungentes: sed quum ille variis causationibus frequenter distulisset colloquendi copiam: tandem post omnes excusationes dictum est, illum parum firma esse voluntudine, sed languere non nihil. Legati responderunt: Per Joannem, non venimus huc cum illo luctaturi, sed colloquuturi. *Plutarch. in Lacon.*

Græca mulier. anui cuidam pauperculæ Philippum appellanti ut causam ipsius cognosceret: cum hac flagitatione frequenter obstreperet illi, respondit, sibi non esse otium. Cumque anui inclamasset: proinde ne rex quidem esse velis: Philippum admiratus aniculæ liberam vocem, non illi solum præbuit aures, verum etiam alios audivit. *Hoc idem Latini tribuunt Adriano Imperatori.*

ratori: sed Philippo Macedonia regi tribuit. Plutarch. in apoph. regum
 & imperator.

Hadrianus Imp. in colloquiis etiam humillimorum mirè ci-
 vilis erat: eosque detestari solebat, qui hanc humanitatis volu-
 ptatem ipsi inviderent, hoc prætextu, quod dicerent principis
 majestatem ubiq; servandam. Dion.

Consule titul. de Clementia, Humanitate, Man-
 suetudine, Misericordia.

AFFECTUS.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Appetitus omnes contrahendi, sedandiq; sunt, excitandaque
 est animadversio & diligentia: ut ne quid temerè ac fortui-
 to, inconsideratè, negligentèq; agamus. 1. Offic.

Efficiendum est ut appetitus rationi obediant, eamque neque
 præcurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant: sine-
 que tranquilli, atq; omni perturbatione animi careant: ex quo
 elucebit omnis constantia, omnisq; moderatio. 1. Offic.

Si quis hoc robore animi est, atq; hac indole virtutis ac con-
 tinentiæ: ut respiciat omnes voluptates: omnemq; vitæ suæ cur-
 sum in labore corporis, atque in animi contentione conficiat:
 quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi,
 non convivia delectent: nihil in vita expectandum putet, nisi
 quod est cum laude & honore & cum dignitate conjunctum:
 hunc mea sententiâ divinis quibusdam bonis instructum atque
 ornatum puto. Pro M. Cælio.

Regium est ita vivere: ut non modò homini nemini, sed ne
 cupiditati quidem ulli servias: contemnere omnes libidines nò
 auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere: populi uti-
 litati magis consulere, quàm voluntati: nemini cedere: multis
 obistere. Pro Sylla.

Esse abstinentem: continere omnes cupiditates: præclarum
 magis est, quàm difficile. Ad Quint. Fr. Epist. 1.

Quum præcipitur, ut nobismetipsis imperemus: hoc præci-
 pitur, ut ratio coerceat temeritatem. 2. Tusc.

Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modò singulos homi-
 nes, sed universas familias evertunt: totam etiam labefactant
 Rempub. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones,
 bella nascuntur. Nec hæ sese foris solum jactant, nec tantum
 in alios cæco impetu incurrunt, sed intus etiam animis inclusæ
 iuter

inter se dissident atque discordant. *Cicero 1. de Finibus.*

Moderari & animo & orationi, cum sis iratus: aut etiam tenere & tenere in sua potestate motum animi & dolorem: et si non est perfectæ sapientiæ: tamen non est mediocris ingenii. *Q. Frat. Epist. 1.*

Animum vincere: iracundiam cohibere: victoriam temperare: adversarium non modò extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem: præclarum est. Hæc quæ faciat, non ego cum summis viris comparo, sed simillimū Deo judico. *Pro Marc.*

§ APOPHTHEGMATA.

Socrates quum post sudorem è palestra collectum, videret alios ad porum confugere, ut sitim explerent: ipse bibere noluisset. Verum interrogatus, cur bibere nollet: Ne coarscens inquit, obsequi affectibus. *Laert. in eius vita.*

Diogenes jactantem se cuidam, ac dicenti: Viros supero in Pythiis: Ego, inquit, viros: tu verò Mancipia. Lusit rursus ad nuntiate vocum, quæ est inter *ἀνδρας & ἀνδραπώδεα*. Mancipia autem rem appellabat, quicumq; servirent cupiditatibus: hos philosophia vincere pulchrius est, quàm in Pythiis ludis vincere viros. *Laert. lib. 6. Erasmi. lib. 3. apoph.*

Themistocles Atheniensis, filium suum, quem mater adamabat, atque in deliciis habebat, plurimum omnium Græcorum posse, colligebat hunc in modum: Athenienses, inquit, dominantur Græcis, ego Atheniensibus, mihi mater, matri filius. *Plut. in Græc. apoph.*

Anonymus Alexandro Macedonū regi, pirata quidam captus & ad ipsum adductus, rogatusq; quare auderet infesta reddere maria, paucis respondit: Ego cum unica navicula pirata minor: tu cum idem facias magna classe, rex appellaris. Quod dicto Alexander motus, ipsum statim dimisit. *Plutarch. in vita Alexandri.*

Thales Milesius interrogatus, quis nam felix dicendus esse videretur. Qui corpore, inquit, sanus est: animo verò castus. Sensitissimus, sapientissimus, affectus esse animi morbos. *Laert.*

Demonax cuidam servum suum virgis cædenti: Desine, inquit, te servo tuo similem ostendere. Servus enim est, qui super affectibus & cupiditatibus imperare non potest. *Erasmi. 8. apoph.*

Antoninus Pius. Quum M. Antoninus fieret educatorem suum mortuum: & adolescens ab aulicis ministris revocaretur à claratione pietatis erga nutricium: permittite, inquit Antoninus Pius, illi ut homo sit: neque enim vel philosophia, vel

perium t

M. An

um stare

amanis ca

provoc

M Aris

umb

commov

tus. *Plin.*

Ut per

pellere. q

qui non

præcipit

Circes

In magn

atineat al

ratio deb

Ut vel

facultate

Calce

genus ci

Plutarch.

Frustr

aliis juv

gaveris a

Equi

tamen f

Quatione

morbis

Si cor

palpiter

veatur.

Locu

potest a

pervius

Qui l

qui med

scunt in

Ut pu

ditates si

perit

perium tollit affectus. *Erasmus libro sexto Apophthegmat.*

M. Antonius Verus jam jam moriturus, cum suos ad grabbatum stare, dolere atque angere videret: humanum est, inquit, humanis casibus ingemiscere: multoque magis, misericordiam provocare, quæ oculis usurpantur. *Herodiant. lib. 1.*

¶ SIMILITUDINES.

Maris æstum, auctus aut decreta lunæ magis sentiunt imbecilliora corpora: sic rebus contrariis vehementius commovetur animus, minus sibi constans & affectibus vitiat. *Plin.*

Ut periculosior est tempestas, quæ non sinit in portum appellere, quàm quæ vetat navigare: ita graviores animi motus, qui non sinit hominem consistere ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates. *Plut.*

Circæ poculis homines subito transformabantur in feras: & in affectus repente alium reddunt hominem. *Plut.*

In magno fluctu non sistitur navis, nisi pondus anchoræ retineat alto infixæ vado: sic in magnis rerum procellis, summa ratio debet animû cohibere, ne ab affectibus auferatur. *Plut.*

Ut velutendum pro navis magnitudine: ita cupiditates pro facultate sunt moderandæ. *Plutarch.*

Calceus ad pedis formam torquetur, non contrà: sic vitæ genus cuique est hujusmodi, cujusmodi sunt animi affectus. *Plutarch.*

Frustrà puro haurias vase è fonte turbido: ita non potes aliis jucundus esse, aut rebus obeundis accommodatus nisi purgaveris animum malis affectibus. *Plutarch.*

Equi jam mansuæ facti, etiam si auriga non utatur habenis, tamen suapte sponte rectam pergunt ire viam: sic affectus à ratione jam pridem domiti & assuefacti, nec in somnis, nec in morbis sopita ratione, quicquam tentant turpe. *Plutarch.*

Si corpus assuefit, ne conniveant aut lachrymentur oculi, ne palpitet cor: ita multò magis animus, ne phantasiis commoveatur. *Plut.*

Locus supinus ac mollis nihil expellit quod inciderit, nec potest avertere: sic animus vitiosa præditus verecundia, nulli pervius est, nisi turpibus affectibus. *Plut.*

Qui lucernam non ferunt, multò minus ferent Solem: sic qui mediocribus rebus perturbantur, multò magis obstupescunt in magnis. *Plutarch.*

Ut pueriles querimonie facile conquiescunt: ita leves cupiditates subdita materia facile sedantur. *Plutarch.*

Quemad-

Quemadmodum tempestatis & pluviae ante ipsas nocte veniunt: ita irae, amoris, omniumque istarum procellarum animi vexantium sunt quaedam praenuncia. *Senec. lib. 3. de ira.*

Hominem vehementer ægrotum, vel luxæ deliquitum, ventus asperior, vel maris decensus, aut huiusmodi quæpiam vis rerum commutatio tollit è medio: ita animos imbecille affectibus corruptos quævis offensa perturbat: cum qui firmi sunt animis, istiusmodi non sentiant. *Plutarch.*

Ut nullum animal nec mite, nec ferum parerit rationi, eadem parerent: sic nullus affectus. *Senec.*

Multa agrestia subnascuntur in agro, mala quidem ipsa sunt, sed tamen signa felicitis atque uberis soli, si quis excolat: & ipsi affectus per se mali arguunt ingenium non malum: si accedat recta institutio. *Plur.*

Ut corpus non est capax voluptatum, nisi bene temperatum: ita animus non capit veram voluptatem, nisi liber metu, ac liberis affectibus. *Plutarch.*

Quemadmodum periculosior est tempestas quæ non sinit portum appellere, quàm quæ verat navigare: ita graviores animi motus, qui non sinunt hominem consistere, ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates. *Plutarch.*

Ut initia morborum quamvis levia serpunt: ira, si vitia & affectus vel levissimos semel admittas, crescunt & auferunt. *Senec.*

Affectus sunt motus animi improbabilis, subitii & concitati, qui frequentes neglectique fecerunt morbum: sicut distillatio nec adhuc in morem adducta, tussim facit: assidua, & verum phthisin. *Senec. Epist. 16.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Affectus carnalis exempla: Moyses filius Caath propinquus suis nullum dedit plaustrum, &c. *Numer. 7. v. 8. 9.* Moriturus sollicitè rogavit Dominum, *27. v. 15. 16.* Josua tribuit parvam dedit portionem, *Ios. 17. v. 14.* Eli, *1. Samuel. 3. v. 17.* Septem filiorum mater, *2. Machab. 7. v. 27. 28.* CHRISTUS *Matth. 12. v. 49. 50. Ioan. 19. v. 26.* Mater filiorum Zebedæi, *Matth. 20. v. 21.* Affectus inter se contrarii, *Matth. 23. v. 8. Ioan. 21. v. Rom. 7. v. 15. Galat. 5. v. 17. 1. Petr. 1. v. 6.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Svidas Homerum cæcum putari appellatum: quod affectibus non succumberet. *Gul. Canteriss.*

Socrates qui Delphico oraculo sapientissimus omnium iudicatus est, nec risit in tota vita, nec flevit: quin uno semper

demq; vultu illam animi neq; tristitia

In Phocionem

non ridere fuit observ

Heraclitum

de rigore a

adversus o

posito. *Sab*

Philoso

pedes p

des affectu

Valer. lib. 3.

demq; vultu visus. ad eò ut mirum videri possit: quòd eximiam illam animi temperiem, neque nuptialis lætitiæ variare potuit, neq; tristitiæ illius diei quo venenum hausit. *Laert. lib. 2. c. 5.*

In *Phocione Atheniensi* idem oris habitus semper observatus est: non ridere, non flere quisquam eum temerè vidit: tanta in eo fuit observantia decori. *Sabellicus lib. 4. cap. 10. ex Plut. apoph.*

Heracitus Ephesius, & Diogenes Cynicus philosophi nihil unquã de rigore animi remiserunt, calcatisq; turbinibus fortuitorum, adversus omnem dolorem & miseriam uniformi duravere proposito. *Salin. cap. 4. Polysth. & Laert.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Philosophi antiquiores, quiq; doctrinam eorum secuti sunt, pedes pro contemptissimã parte ponunt, esseq; in anima pedes affectus voluptarios, venterq; molli tudini mancipatos. *Pier. Valer. lib. 35. pag. 338.*

AFFLICTIO.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 1. *Æneid.*

© socij (neq; enim ignari sumus ante malorum)
O passi graviora! dabit Deus hu quoq; finem.

Idem ibid.

Revocate animos, mæstumq; timorem
Mittite: forsàn & hac olim meminisse jurabit.

Idem ibid.

Durate, & vosmet rebus servate secundis.

Idem lib. 5. *Æneid.*

Nate dea, quò fata trahunt, retrahuntq; sequamur.
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Idem lib. 6.

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito,
Quàm tua te fortuna sinet.

Ovid. lib. 15. *Metamorph.*

Quoties flenti Theseus heros

Siste modum dixit: Nec enim fortuna querenda
Sola tua est: similes aliorum respice casus.
Mitius ista feres. utinamq; exempla dolentem
Non mea te possem relevare: sed & mea possunt.

Et infra.

Nec fera tempestas toto tamen errat in anno:
Et tibi, credi mihi, tempora veris erunt.

Idem

Idem lib. 3. Eleg.

Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.
Sapè tulit seßes successus amarus opem.

Idem ad Liviam.

Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu:
Fortior ut possis cladibres esse tuis.

Idem eadem Epistola.

Imposuit te alto fortuna, locumq; tenere.
Iussit honoratum, Livia perfer onnes.
Alta mane, supraq; tuos exurge dolores
Infragilemq; animum, quò potes resq; tene.

Horat. Ode. 10. lib. 2.

Rebras angustis animosiss, atq;
Fortis appare, sapienter idem.
Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela.

Juvenalis Satyr. 13.

Ponamus nimios gemitus, flagrantior equo
Non dolor esse viri debet, nec vulnere major.

Idem eadem Satyra.

Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si stectas oculos majora ad crimina.

Seneca in Thyeste.

Pectora longis hebetata malis,
Iam sollicitas ponite curas.
Fugiat mæror, fugiatq; pavor,
Fugiat trepidi comes exilii
Tristis egestas, rebresq; gravis
Pudor afflictis, magis unde cadas
Quàm quò refert: magnum ex alto
Culmine lapsum, stabilem in plano
Figere gressum: magnum ingenti
Strage malorum pressum, fracti
Pondera regni non inflexæ
Cervice pati, neq; degenerem
Vic' unq; malis rectum impositas
Ferre ruinas. Sed jam sævi
Nubila fati pelle, ac miseri
Temporis omnes dimitte moras.
Redeant vultus ad leta boni.

Lucreti

Lucretius lib. 3. de nat. rerum.

Quid tibi tantoperè est, mortalis, quod nimis agris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, & fies?
Cur non, ut plenes vitæ conviva recedis,
Æquo animoq; capis securam, stulte quietem?

Statius 2. Sylvarum.

Hic finis raptò, quin tu jam vulnera sedas,
Et tollismersum luctu caput? Omnia functa
Aut moritura vides, obeunt noctesq; diesq;
Astraq; nec solidis prodest sua machina terris.
Nam populos mortale genus, plebisq; caduca
Quis steat interitres? hos bella, hos æquora poscunt.
His amor excitio, furor his, & sæva cupido:
Ut fileam morbos, hos ora rigentia brumæ,
Illos implacido lethalis Syrius igni,
Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu.
Quicquid habet ortus, finem timet. Ibimes omnes,
Ibimes: immensis urnam quatit Æacus nimbis.

Manilius lib. 2. Astronomicum.

Quasi solerti circumspicis omnia cura,
Fraudata inrenies amissis sidera membris,
Scorpiones in libra consumit brachia, Taurus
Succidit in curvo claudens pede, lumina cancro
Desunt, Centauro superest, & quaritur unum:
Sic nostro castes solatur mundos in astris,
Exemploq; docet patienter damna subire.

Seneca in Hercule Oetico.

Mortis habet vices

Lentè cum trahitur vita gementibus.

Hercules in Oedipo.

Dubiam salutem qui dat afflictis, negat.

§ APOPTHEGMATA, ET SIMILITUDINES.

D. Augustinus dicebat sicut in uno igne aurum rutilat & palea fumat: sub eademq; tribula stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli pondere exprimitur: ita una eademq; vis irruens bonos probat, purificat, eliquat: malos damnat, vastat & exterminat. Unde in eadem afflictione mali Deum detestantur atq; blasphemant: boni autem precantur & laudant. De Civit. Dei lib. 1. cap. 8.

E

Cyprianus, nisi, inquit præcesserit pugna: non potest esse victoria: quum fuerit in pugna congressione victoria: tunc datur vincentibus corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur: in acie miles probatur. Delicata jaectatio est, cum periculi non est: conflictatio in adversis, probatio est veritatis. Arbor quæ alta radice fundata est, ventis incumbentibus non movetur: & navis quæ forti compage solidata est, pulsatur fluctibus, nec frangitur, &c. *Serm. de mortal.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Afflictionum exempla: in Eva, *Genes. 3. v. 14. 15. 16.* Adamo *v. 17. 18. 19.* Antiquiore mundo, *6. v. 13.* Pharaone, *12. v. 17.* Abimelech, *20. v. 3.* fratribus Joseph, *42. 21.* Hebræis, *Exod. 32. 5.* Maria sorore Moſis, *Num. 12. 10.* Moſe & Aaron, *Num. 20. v. 12.* Davide, *2. Sam. 12. v. 14. & 24. 17.* Baasa, *1. Reg. 16. v. 2.* Giezi, *1. Reg. 5. v. 26. 27.* Ozia, *2. Paral. 26. v. 19.* Israelitis, *Eſa. 3. v. 8. 9. & 5. 13. & 24. v. 5. 6. & 30. 13.* Paralytico, *Matth. 9. 2.* Ioan. 5. v. 14. Judæis, *Matth. 23. 38. Luc. 9. v. 43. 44.* Elyma, *Act. 13. 11.* Exempla afflictionum, quibus Deus modum imposuit: Loth, *Gen. 19. 16.* Jacob, *32. 9. & 33. 18.* Joseph, *41. 42.* Jacob, *45. 28.* Israelitis, *Exod. 3. v. 7. 8. 13. v. 21. 22. Iudic. 2. v. 2. 15. 16. Act. 13. v. 17.* Anna, *1. Sam. 1. v. 10. 19.* David, *2. 4. & 16. v. 9. 10.* Populus Davidis, *2. Sam. 24. 16.* Joachas, *2. Reg. 13. v. 4.* tota Judæorum gens *Eſth. 8. v. 14. 15.* Job, *Iob. 42. 12. Iac. 5. 11.* Ezechias cum suis, *Eſa. 37. v. 31. 32. 33.* Sadrach, Miſach & Abdenago, Daniel, *Daniel. 1. v. 17. 14. v. 25. 26.* Jonas, *Ion. 2. v. 8. 11.* Apostoli, *Act. 4. 21. & 5. v. 19.* Paulus, *9. 25. & 27. 43. 2. Cor. 1. v. 10.* Petrus, *Act. 12. 7.*

Vide locum de Adversis, Fortuna, Miseria, Periculo, Tribulatione.

AGER ET AGRICULTURA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 2. Pont.

Tempus in agrorum cultu consumere, dulce est.

Juvenalis 14.

Vivite contenti casulis, & collibus istis

Opueri! Marſes dicebat & Hernicæ olim.

Vestinesq; senex: panem queram: esse aratro,

Qui satis est mensis. —

Boët. 2. 5.

Felix nimium prior atas,

Contenta fidelibus arvis,

*Nec inerti perditæ luxur:
Facili quæ sera solebat
Ieiunia solvere glande.*

Olympius Nemelianus Eclog. 2.

*Forſitan indignum ducis, quod ruſtices Alcon
Te cupram, qui mane boves in paſcua ducam.
Dî pecorum pavere greges, formoſes Apollo,
Pan doctus, Fauni, vates, & pulcer Adoni.*

Seneca Hipp.

*Non alia magis eſt libera, & vitio carens,
Ritusq; melius vita quæ priſcos celat:
Quam quæ relictis mœnibus ſylvas amat.
Non illum à vana mentis inflammat furor,
Qui ſe dicarit montium inſontem iuges:
Non aura populû, & vulgæ inſidum bonit
Non peſtilens invidia, non fragilis favor.
Non ille regno ſervit, aut regno imminens
Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes.*

Ex Comicis Græcis.

Δικαιοτάτην κτηνὴν ἴσιν ἀνθρώποις ἀργός,
Ὡς ἢ φύσις δέεται γὰρ ἰπιμελῆς φέρεται,
Πυροῦς, ἔλαιον, οἶνον, ἰσχάδας, ἐέλι.
Τὰ ἀργυρομέτρε δ' ἐπὶ, ἢ τε πηροφίρα.
Εἰς τὰς τραγῶδας εὐχεται, σὺν ἐς τὴν βίον.

*Ager hominibus æquiſſima eſt poſſeſſio,
Namque eis eget natura, fert ea ſedulo:
Triticum, oleum, vinum, mel, atq; carycas,
Argentea at ſunt vaſa, itemque purpura,
Iſtis tragædis apta, non vita uſibiles.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

OMnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil hominẽ libero dignius. *i. Offic.*

Vita ruſtica, quam nos agreſtem vocamus: pariſimonix, diligentix, iuſtitiæ magiſtra eſt. *Pro Roſc. Amer.*

Vita ruſtica, maximè diſjuncta eſt à cupiditate, & cum officio conjuncta. *Pro Roſc. Amer.*

Agricolæ ſemper ita vivunt, ut quæſtũ noſcant nullũ: fructũ autem eum ſolum, quem labore pepererint. *Pro Roſc. Amer.*

Haud ſcio, agricolatione an ulla vita beator eſſe poſſit? neq;

solum officio: quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris: sed & delectatione & saturitate, copiaque rerum omnium, quæ ad victum hominum & cultum etiam pertinent. *Cato Major.*

Ipsa ratio arandi, spe magis & jucunditate quadam, quam fructu atque emolumento tenetur. Etenim ad incertum casum & eventum, certus quotannis labor, & certus sumptus impenditur. Annona porro pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Si autem ubertas in percipiendis fructibus fuit: confequitur vilitas in vendendis: ut aut malè vendendum intelligas, si processit: aut malè perceptos fructus, si rectè licet vendere. Toræ autem res rusticæ ejusmodi sunt: ut eas non ratio, neque labor: sed res incertissimæ, venti, tempestatesque moderentur. *5. Act. in Verr.*

§ APOPHTHEGMATA.

Aristippus, cum ei quidam objiceret: tua culpa interit ager, atqui melius est, inquit, agrum propter me, quam me propter agrum perire. *Stob. serm. 55.*

Mises Artaxerxi Persarum regi malum punicum cum in vano obrulisset, Rex magnitudinem ejus admiratus, interrogavit: è quorum horto depromptum hoc donum afferret? Ille verò respondente, domo sua & ex suis agris: gavisus Rex supra modum, missis regiis muneribus virum ornavit: Et per solem inquit (ita enim Persæ jurare solebant) iste homo tali curatione & agriculturæ diligentia poterit etiam civitatem (meo quidem judicio) ex parva ampliores reddere. *Ælianus libr. 1. de Verr.*

Cato major interrogatus, quis esset certissimus agricola: quæstus? respondit: si benè pascat. quis proximus? si mediocriter pascat. quid tertium? si benè vestiat. quid quartum? respondit: arare, & terram benè vertere. *Erasm. lib. 5. apoph.*

Diocletianus, quum se imperio abdicasset, atque privatam vitam in villa sua instituisset: ab Herculio atque Galerio ad recipiendum imperium rogatus, tanquam pestem aliquam deestatus, respondit: Utinam Salonæ possetis visere olera nostris manibus instituta, profectò istuc erantandum nunquam judicaretis. Fuit autem Diocletiani villa haud procul à Salonis, ubi privatus consenuit. *Eutrop. & Cuspin.*

Faraotes Indorum rex, Apollonio de ejus victu sciscitanti: Ego ait, palmarum fructibus aut oleribus pascor: aut quæ præbent mihi arbores, quas ego his manibus colo. *Bruson. lib. 1. cap. 8.*

Zeno Stoicus philosophus, cum videret familiarem quendam ex agri

ex agri laboribus incurvatum & circumflexum: nisi tu agrum perdidideris, inquit, ipse te perdet. *Stob. serm. 55.*

Lysander quum ad *Cyrum* minorem, *Perfarum* regem venisset: in hortum ductus: admiratus & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, *Cyrum* interrogavit: à quo essent arbores plantatæ, & cuius solertiâ tam aptæ dimensæ? cui respondens *Cyrus*, ait: Atqui ego ipse sum ista dimensus: mei sunt ordines; mea descriptio: mea enim manu sunt satæ. Tum *Lysander* purpuram ornatumque *Persicum* multo auro intuens, dixisse fertur: rectè *Cyre* te beatum ferunt homines, quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta est. *Cic. in Caton.*

Lycurgus sciens quantum utilitatis humanæ vitæ agriculturæ suppeditaret, studiû, agros omnes civibus suis divisit colendos: ut concordēs inter se omnes, similitatem ac pravos affectus deponerent, & simili labore omnes victum quærerent. *Plutarchus in regum. apophth.*

Scipio Nasica candidatus in ædilitatis petitione cum adulescentulo competitore descenderat: cujus quum manum rustico opere duratam tetigisset, interrogavit, num manibus ambulare consueisset? Id ut populo cognitum est, repulsam petitionis passus est: eo quod hominem agricolam sprevisse videretur. *Bruson. lib. 1. cap. 8.*

§ SIMILITUDO.

Natus infans sine nutrice lacte non potest ali, neque ad vitæ crescentis gradus perducī: sic civitas sine agris & eorum fructibus in mœnibus affluentibus non potest crescere: nec sine abundantia cibi frequentiam habere populumq; sine copia tueli. *Vitruvius lib. 2. de Architect.*

§ EXEMPLUM BIBLICUM.

Protoplastus, à Deo Creatore in Paradiso voluptatis horto ut illum excoleret, constitutus: uxoriis illecebris fructu vitæ degustato, paradiso pulsus: terram in sudore vultus sui colere jubetur à Deo, cum hac imprecatione, uti illa pro fructibus sentes & tribulos ei producat. *Genes. 2. & 3.*

§ EXEMPLA PROFANA.

A pud *Indos* agricolæ ita sunt à cæteris feriati, ut inter congregantes acies, volantia telo, armorum strepitu, nihilominus omnis expertes curæ injuncta sibi munia obeant, nec lacessentur vel minimo. *Cælius lib. 18. cap. 31. A. L.*

Phryges tanto studio agriculturæ incumbunt: ut si quis inter ipsos bovem aratorem occiderit, aut instrumentum quodpiam

ad agriculturam aptum furto sustulerit, morte puniatur. *Stob. serm. 42. ex Nicolas de Gentium morib. hist.*

Lex est Atheniensium, Bovem aratorem, qui jugum trahit, vel in aratro vel plauistro, ne maestes: quoniam etiam ille agricola est. & humano generi laborum socius. *Aelian. lib. 5. de var. hist.*

Parit eos Miletos, quorum agri benè culti essent, aliorum dominos constituerunt. *Theat. Zuing.*

Servilius Vacca vir prætorius, tempore Senecæ, nulla re alia notus fuit, quam villæ otio, quàm propè Cumas possidebat, in qua consenuerat. *Senec. in epist. 5.*

Pertinax Imp. quicquid inculti soli vacabat, occupantibus adjudicavit: decemq; annorū immunitatem ac perpetuam libertatem agricolis concessit. *Cuspinian.*

Numa Pompilius, ne populus otio marcesceret, agros divisit. Terminum agrorum fines separantem Deum, adjunxit: sigillatim, qui observarent, quiq; agros circumirent, statuit, ex operibus civium mores conjectans. *Plut. in Numa.*

§ HIEROGLYPHICA.

Porcus Agricolationis est hieroglyphicum, & apud Ægyptios hoc animal erat inviolabile: propterea quòd apud ipsos porci agricolationis usum præstarent, frumentariamque rem, alicubi solis eorum operis adjuvarent. *Pierius Valerius lib. 9. pag. 83. C.*

Falx, ut Cyprianus sentit, rei rusticæ, quàm Saturnus docuisse fertur, signum fuit. Nam finis ejus industriz est metere, fructusq; colligere. *Pier. Val. lib. 42. pag. 417. A.*

Legimus etiam veteres agriculturam hieroglyphicè per Nilii simulacrum indicasse. Cujusmodi autem esset effigies, lepida descriptione Philostratus indicavit: quam vide apud. *Pier. Val. lib. 46. pag. 448. E.*

Est etiam aratrum agriculturæ & frumentarii proventus signum: ut in quodam nummo argenteo veteri cernere est, de quo vide eundem *Pier. Val. lib. 48. pag. 469. A.*

ALACRITAS.

§ SENTENTIAS, APOPHYHEGMATA, ET SIMILITUDINES. *Vide in loco de Gaudio: Item de Audacia, Fortitudine, Confidentia.*

§ EXEM.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Alacrutatis exempla: Artifices & operarii Tabernaculi, *Exod.* 36. v. 3. &c. Principes & populus, *Num.* 7. v. 12. &c. Principes & populus Davidis, 1. *Paralip.* 29. v. 9. Principes & populus Joas, 2. *Paralip.* 24. v. 10. Principes reduces à captivitate, 1. *Esd.* 2. v. 68. Zacharias, *Luc.* 19. v. 6. Paulus, *Actor.* 20. v. 24. Macedones, 2. *Corinth.* 8. v. 3.

§ EXEMPLA PROFANA.

Alexander adolescens modò ex pueris excedens, Babylonem aufus est & Susa sperare: atq; ad eò imperium orbis terræ sibi spondere, triginta millibus peditum, quatuor equitum fretus. *Plut.*

Marsyas, frater Antigonis regis, reus, cum postularent amici de causa, ut domi cognosceretur: Imò, inquit, cognoscetur in foro, omnibusq; audientibus, nunquid facinoris conceperimus. Plut. in reg. apophit.

P. Scipio secundo bello Punico cum classe è Lilybzo solvit tanta cupiditate in Africam transmittendi, ut nulli ei neq; remi neque venti satisfacerent. Devectus est paucis diebus ad promontorium Pulcri: atq; ibi omnes copias in terram exposuit. Auctor. vite Scipionis.

ALIENA.

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Ovid. 1. de arte amandi.

Fertilior seges est alienis semper in agris:

Vicinumq; pecus grandiores uber habet.

Horat. lib. 1. Satyr. 1.

Qui sit Mæcenæ, ut nemo, quam sibi sortem,

Seu ratio dederit, seu surs objecerit: illa

Contentus vivat: laudet diversa sequentes?

O fortunati mercatores! gravis annis

Miles ait: multo jam fractus membra labore.

Contrà mercator, navem jactantibus austris,

Militia potior, quid enim? concurritur: hora

Momento cita mors venit, aut victoria lata.

Agricolam laudat juris legumq; peritus,

Sub galli cantu consultor ubi ostia pulsat.

Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem est,

Solos felices viventes clamat in urbe.

Idem lib. 1. Epist. 14. ad Villicum.

*Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:
Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors:
Stultus uterq; locum immeritum causatur inique:
In culpa est animus, qui se non effugit unquam.*

Horat. lib. 1. Satyr. 3.

*Egomet mi ignosco, Mæ vires inquit,
Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari,
Cum tua pervideas oculis mala lippes inunctis,
Cur in amicorum vitium tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidauris?*

Perfius Satyr. 4.

*Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed precedenti spectatur mantica tergo.*

Plautus in Stichō,

*Sed curiosi sunt hic quam plures mali,
Alienas res qui curant studio maximo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.*

Terentius in Heauton.

*Tantiſſime ab re tua est otii tibi Chreme,
Aliena ut cures, eaq; nihil que ad te attinent?*

Ibidem,

*Dii vestram fidem, itan' comparatam esse hominum naturam
omnium,*

Aliena melius ut videant & judicent, quam sua?

Idem in Hecyra.

Tua quod nihil refert, percunctari desinas

Catullus ad Varrum.

*Nimirum idem omnes fallimur, neq; est quisquam
Quem non in aliqua re videre suffenum
Possis, suus cuique attributus est error:
Sed non videmus mantica quod in tergo est,*

Vide Curiositas.

AMBIGUITAS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. 4. Æneid.

*Heu quid agat? quò nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? & que prima exordia sumat?*

Idem

Idem 8. Æneid.

*Atq; animum nunc hunc celerem, nunc dividit illuc.
In partesq; rapit varias, perq; omnia versat.*

Idem Æneid, 9.

*Aut pugnam, aut aliquid jam dudum invadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.*

Ovid. Epist. 16. Heroid.

*Et libet & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Est satis: in dubio pectora nostra labant.*

Idem 3. de Ponto.

Quo pede nunc utar? dubia est sententia nobis.

Idem 4. de Ponto.

*Nec quid agam invenio, nec quid nolim ve, relim ve:
Nec satis utilitas est mea nota mihi.
Credere mihi, miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum ve, consiliumq; fugit.*

Terent. in Phormione.

*Incertum est quid agam: quia præter spem, atque incredibile hoc
mihi obtigit:
Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum insti-
tuere.*

AMBITIO.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Contentus esto gloria, & sede in domo tua. 4. Reg. 14.
Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathe-
dram honoris. Eccles. 7.

Qui potestatem sibi assumit injustè, odietur. *Ibid.* 20.

Nunquid regnabis, quoniam conferes te cedro? *Ierem.* 22.

Non adjicies exultari amplius in monte sancto meo. *Soph.* 3.

Quicumque voluerit inter vos esse primus, erit vester servus.
Matth. 20.

Qui se exaltat, humiliabitur. *Ibid.* 23.

Charitas non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. 1. Co-
rinth. 13.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. *Galat.* 3.

Quorum gloria in confusione. *Philip.* 3.

Ne quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo,
tanquam Aaron. *Hebr.* 5.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

D iabolus ruit, quia elegit potius præesse, quàm subesse. *Augustinus lib. 14. de civitate Dei, cap. 11.*

Noluit Christus regnum terrenum cum superbia, quæ est cathedra pestilentia: idcò rectè dicitur quia non ferè quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. *August. super Psalm.*

Quoties hominibus præesse desidero: toties Deo meo præesse contendo. *August. ibid.*

Ærugo mentis est appetentia dignitatum: si in his suprema spes vitæ præsentis locetur. Resipiscat unusquisque furore secularium dignitatum & cupiditatum: quæ mentem animumque perturbant, ut compos sui esse non possit. *Ambr. sup. Lucam, lib. 3.*

Hoc ipso perniciosior ambitio, quò blanda est conciliatrix: la dignitatum: & sæpè quos vita nulla delectat: quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subruere: facit ambitio criminosos, habet enim forenses gratiam, domesticum periculum: & ut dominetur aliis, prius servit: curvatur obsequio, ut honore donetur: & dum vult esse sublimior, fit remissior. *Ambr. ibidem.*

Propè omnium criminum fontes hæc tria monstrantur esse genera vitiorum: scilicet *Gula, Iactantia, & Ambitio*. Causæ autem cupiditatis sunt carnis delectatio, spes gulæ, & aviditas potentia. *Ibidem.*

Sicut is, qui invitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admovendus: sic qui ultro ambit vel importunè se ingerit, est procul dubio repellendus. nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit? nisi ut crescendo decreseat, & ascendendo exterius, interius in profunda descendat? *Gregor. in registr.*

Quisquis sacerdotium non ad elationis culpam, sed ad utilitatem adipisci desiderat: prius vires suas, cum eo quidem subiturus onere, meriatur: ut impar abstineat, & ad id cum metu cui se sufficere existimat, accedat. *Gregor. ibid.*

Locus regiminis desiderantibus negandus est: fugientibus offerendus. Virruti ergò pollens coactus ad regimen veniat. *Gregor. in pastorali.*

Sicut toto desiderio debemus occupationem fugere: ita si desit qui præsidet, occupationis onus libenti necesse est animo subvenire. *Gregor. in re.*

Multi non tanta fiducia & alacritate current ad honores: si & se sentirent onere gravari: nec cum tanto labore & periculo

quarumlibet

quarumlibet affectarent infulas dignitatũ. Nunc verò quia sola attenditur gloria, & non pœna, purum esse clericũ crubescitur in ecclesia: sese viles æstimant & inquilinos, qui quocunq; eminentiori loco non fuerint sublimiores. *Bernh. in epist.*

An non limina Apostolorum amplius ambitio quàm devotior erit? an nō vocibus ejus nostrum tota die resultat palatiũ? an non quæstionibus ejus tota legum canonumq; disciplina insudat? an nō spoliis ejus tota Italia inhiat inexplẽbili aviditate? non quod valdè Romani curent, quo sine res terminentur: sed quia diligunt munera, sequuntur retributiones, nudè nuda loquor, non detego verenda, sed inverecunda confuto. *Bernhard. de consulatione ad Eug. lib. 5.*

O ambitio, ambitientium crux! quomodo omnes torques? omnibus places? nil acrius cruciat: nil molestius inquietat: nil tamen apud miseros mortales celebrius negotiis ejus. *Bernh. de confid. lib. 3.*

Ambitio futile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, livoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excaecatrix cordium, ex remediis morbos creans, ex medicina languorem generans. *Bernh. in serm. 40.*

Potestatis ambitio angelum felicitate angelica privavit: scientia appetitus hominem immortalitatis gloria spoliavit. Non Evam eibus deflexerat, non mandatorum destituerat oblivio: sed promissi honoris ambitio illecebrosa decepit. *Bernh. in quodam serm.*

Ambitio furoris causa. *Idem.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claudianus lib. 2. in Stiliconis laud.

*Trudis avaritiam, cuius sædissima nutrit
Ambitio, que vestibulis foribusq; potentum
Excubat, & pretiis commercia poscit honorum
Pulsã simul.*

Plaut. in Amphit.

*Virtute ambire oportet, non fautoribus:
Sat habet fautorum semper, qui rectè facit.*

Claudianus de III. conf. Honorii.

Emitur sola virtute potestas.

Seneca in Hercule Octo.

*Pauci reges, non regna colunt:
Plures fulgor convocat aule:
Cupit hic Regis proximiss ipsi.*

Clarissq;

*Clarissq; latus ire per urbes:
Vrit miserum gloria pectus.*

Virgil. lib. I. Georg.

Nec tibi regnaedi veniat tam dira cupido.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. *1. Offic.*

Maximè adducuntur plerique, ut eos justitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriæve cupiditatem incidere rint. *1. Offic.*

Quidquid est hujusmodi, in quo non possunt plures excellere: in eo plerunque fit tanta contentio, ut difficillimum sit tantam servare societatem: difficile est enim, quam præstare ceteris concupiveris, servare æquitatem. *1. Offic.*

Pectus major esse nulla in amicitias potest, quam in quibusdam honoris certamen, & gloriæ: ex quo inimicitia maxima sæpè inter amicissimos extiterunt. *In Lelio.*

Facillimè ad res injustas impellitur, ut quisq; est altissimo animo & gloriæ cupido. *1. Offic.*

Complures se scelere contaminarunt, imperii cupiditate. *1. Offic.*

In liberis civitatibus regnandi cupiditate nihil tetrius, nihil foedius excogitari potest. *3. Offic.*

Cavenda est gloriæ cupiditas: eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. *1. Offic.*

Timida est ambitio, & sollicita cupiditas magistratus: omnia non modò quæ reprehendi palàm, sed etiam quæ obscurè cogitari possunt, timemus: rumore, fabulam fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium atq; oculos intuemur. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quam voluntas ergà nos, sensusq; civium: qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in rectè factis sæpè fastidiunt. *Pro Milone.*

Gravissimum genus egestatis, in divitiis inopia. Relinquitur ambitionem: timida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum: tam sollicita ne quenquam antè se videat, quam de se laborat invidia. *Senec. 88.*

Æquè ambitio non patitur quenquam in ea mensura beatorum conquirere, quàm quondam fuit ejus impudens voritas: nemo agit de tribunatu gratias: sed conqueritur quod non ad præturam usq; perductus. Si desit consulatus: nec hoc quidem

dem sufficit respicit: se

Nunqu

se se existit

cupimus

Ambitio si

ut flamma

cuit. *Senec.*

Sic de ar

nes: si ver

debis volu

& misere

amicæ, ne

dimittunt

Socrates

vestem

non, inq

bis comen

amicus o

Apophteg

Idem. A

Socrates i

magnific

Socrates:

stra est ar

Idem. q

idque ob

suram (i

ganter ne

quàm ex

Plato f

trà Diog

præsentit

convivi

quanta s

te calcar

ni dicen

factu. *La*

Agripp

principu

quidem,

dem sufficit: si unus est ultra: cupiditas enim non unde venerit respicit: sed quò tendit. *Senec. in epist.*

Nunquam improbæ spei quod datur satis est: omnia meruisse se existimat: nec satis pretio æstimatum putat. Majora enim cupimus, quò majora venerint, intentioque concitator est. Ambitio sive cupiditas in magnarum opū congestu collocata, ut flammæ infinita vis acrior est, quo ex majore incendio emittit. *Senec. de bene.*

Sic de ambitione, quomodo de amica conqueruntur homines: si verum affectum inspicias: non odiunt, sed litigant. Videbis voluntariam esse illis in eo moram, quod ægrè ferre ipsos & misere loquuntur. Scortatores conqueruntur de molestis amicæ, nec tamen dimittunt: & ambitionis, nec tamen eam dimittunt. *Senec. 23. epist.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Socrates animadvertens Antisthenem ambitiosius ostentare vestem laceram & detritam: faceret hominem increpavit: & *παισι*, inquit, *ἀγνοῦντων πλοῦτον ἢ μὴν*, id est, non delines te nobis comere? Significans, ejusdem esse ambitionis, vilitatem amictus ostentare, & delicato cultu sese venditare. *Erasm. lib. 8. Apophtheg.*

Idem. Alcibiades cum Socrati magnifica misisset munera, & Socrates respuere videretur: Xantippe avida dissuasit. & donum magnificum ac indignum ut non acciperetur esse dixit: tum Socrates: Alcibiades, inquit, hæc mittit ambitiosè, & nobis nostra est ambitio. *Erasm. lib. 8. Apophtheg.*

Idem. quum Antisthenes Cynicus pallium haberet pertusum, idque obvertens fissuram omnibus daret inspiciendam: per fissuram (inquit Socrates) pallii tui, video tuam inanitatem, eleganter notans, turpiorem esse ambitionem ex vilitate cultus, quàm ex amictu splendido. *Erasm. lib. 3. Apophtheg.*

Plato frugalis quidem erat, sed tamen amans mundiciei: contra Diogenes, sordidus. Itaque is calcans Platonis culcitram, presentibus aliquot Dionysii amicis, quos Plato invitarat ad convivium, dixit: calco Platonis ambitionem: mox Plato: at quanta superbia tumes ipse Diogenes: dùm alienam superbiam te calcare putas? Hoc ipsum ab aliis narratur lepidius, Diogeni dicenti: calco fastum Platonis: calcas inquit Plato, sed alio fastu. *Laert. lib. 6.*

Agrippa familiaribus suis dicere solebat: hunc esse morem principum, ut nolint habere quenquam se potiorum. Nam ea quidem, quæ facilem & exploratam victoriam esse videntur habitura

habitura, ipsi genere statuunt: pessima verò quæq; & difficilia aliis committunt. Quod si eveniat, ut opportuna negotiis aliis mandare cogantur, graviter ferunt, propter laudem & gloriam eorum, qui ea gesserunt, sed sibi ipsi rerum bene gestarum gloriam libenter ascribunt. *Xiphilin. in Augusto.*

Cato Uticensis, quum M. Octavius, duas habens legiones haec procul ab Utica, à Cicerone postularet, ut inter ipsos de imperio statueretur: Cato legatis nihil respondit: verum ad amicum conversus: quis jam miretur, inquit, rem male gestam esse, quum in ipsa morte in nostris videatis dominandi cupiditate significans, ambitione ducum bellum infeliciter cecidisse. *Plutarchus.*

Cum *Alexander Magnus* per literas peteret: ut Lacedæmoniorum decreto decernerentur ipsi divini honores, & in decem numero referretur: Age, inquit *Damus*, concedamus *Alexandro*, si velit appellari Deus. *ibidem.*

Themistocles cum aliquando theatrum peteret, interrogatus a quodam cuius vocem esset libentissimè auditorus? Eius, inquit, à quo laudes meæ quàm optimè canerentur. Ingenue fassus esse magno gloriæ studio teneri. *Plut. in eius vita.*

Idem. *Themistoclem* ferunt virtutum stimulis agitatum, ob id noctes inquietas exigentem: quærentibus, quid ita corpore in publico versaretur? respondisse: quia me trophæa *Marciæ* de somno excitant. *Plut. in Themistocle, Valer. Max. l. 8. c. 1.*

Theopompus cum *Pylîi* decretum edidissent, quo *Theopompus* tribuebantur summi honores, rescripsit: mediocres honores ipsum tempus auget, immodicos abolet. *Plutarch. in Lacon.*

¶ SIMILITUDINES.

Qui dolent, quòd non excellant in omnibus, etiam divitiis simis: perinde faciunt, ac si quis molestè ferat, quòd vinea non ferat ficus, quodq; olea non ferat botros. *Plutarch.*

Qui studet Plato esse doctrina: dormire cum beata vetula. *Ephorion*: cum *Alexandro* potare, ut *Medius*: dives esse, ut *Themistocles*: virtute præcellens, ut *Epaminondas*: doleatq; quòd non sit hæc omnia: perinde facit, ac si molestè ferat, quòd non sit leo montanus, & idem *Melitea* catella in sinu viduæ vitis. *Plut.*

Accius poëta, cum esset ipse admodum brevis: tamen in *Camænarum* maxima forma statuam sibi posuit: ita quidam graves, & humiles: ambitione fucoque dilatant sese. *Plutarch. lib. 34. cap. 5.*

Cha
est ore
liquid
Ut
tur n
& qui
Ut
aut h
Ut
les cū
Seneca.
Col
aere, f
re acci
tuntur
Pe
se non
cap. 27.
Ga
dam f
tibi
Ut
intus
tiam
Ta
ita no
pas. P

7. 1.
filius
Seba
Atha
3. 7.
6. 7. 8.
73. 14.
mzu
ST 1.
20. 7.
Luc. 2.
73. 4.

Chamæleon quoniam aura pascitur, non potest semper hianti est ore: ita qui gloriolis & auris aluntur populis, semper aliquid captant, quòd famam augeat. *Plinius.*

Ut æquè mortuus est qui conditus est odoribus, & qui trahitur unco: ita æquè sunt infelices, & qui voluptatibus indulgent: & qui ambitiosis negotiis vacant. *Senec.*

Ut ova plena fidunt, inania fluitant: ita qui veris virtutibus aut literis est præditus, minus ostentat se: quàm qui secus. *Senec.*

Ut venti desituri vehementissimè spirare solent: ita mortales cum maximè efferunt sese, tum proximi exitio solent esse. *Seneca.*

Columbo in volatu pernicitas tribuitur: sed dum plaudit in acre, sibi placens implicat in strepitu pennis, capitur ab insidiante accipitre: ita multi dum ostentant suas vires, magis quàm untur, oblici, præda fiunt inimicis. *Plin. lib. 10. cap. 20.*

Pavo non explicat pennas, nisi laudatus: ita quidam putant se non habere quod habent, nisi sint qui mirentur. *Plinius lib. 10. cap. 21.*

Gallus victor illicò cantu superiorem sese testatur: ita quidam sua facinora jactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines. *Plin. lib. 20. cap. 33.*

Ut chamæleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud intus: ita quidam præter ostentationem & ventosam jactantiam nihil habent. *Plin. lib. 11. cap. 32.*

Taurus avis cum sit pusilla, tamen boum vocem imitatur: ita nonnulli cum resint exigui, tamè loquuntur reges ac satrapas. *Plin. lib. 9. cap. 42. & cap. 31. eodem lib. 1.*

§ EXEMPLA SACRA.

Ambitionis exempla: Adam & Eva, *Genes. 3. v. 5. 6.* Extructores turris Babylonice, *11. v. 4.* Maria & Aaron, *Num. 12. v. 1.* Core, Dathan, & Abiron, *16. v. 3.* Abimelech, Gedeonis filius, *Judic. 6. v. 1. 2. 7. 8.* Absalom, *2. Sam. 15. v. 2. 3. & 18. v. 18.* Seba Bochri filius, *20. 1. Adonias, 1. Reg. 15. & 2. 17.* Zambri, *16. 9.* Athalia, *2. Reg. 11. v. 1.* Sellum, *15. v. 10.* Nabuchodonosor, *Judith. 2. v. 2.* Assuerus, *Esth. 1. v. 4.* Aman, *3. v. 5. 6. & 5. v. 13. & 6. v. 6. 7.* Sobna, *Esa. 22. v. 16.* Ezechias, *39. v. 2.* Seton, *1. Macch. 3. v. 13. 14.* Alcimus, *7. v. 7.* Ptolemæus Rex Ægypti, *11. v. 13.* Ptolemæus filius Abubi, *16. 13.* Jason, *2. Macch. 4. 7.* Discipuli CHRISTI, *Matth. 18. v. 1. Marc. 9. v. 3. Luc. 9. v. 46.* Filii Zebedæi, *Matth. 20. v. 21. Marc. 10. v. 35.* Scribæ & Pharisei, *Matth. 23. 6. Marc. 12. 38. Luc. 20. v. 46.* Judæi, *Ioan. 5. 44. & 12. 43.* Fratres CHRISTI, *Ioan. 7. 3. 4.* Simon Magus, *Actor. 8. 18.* Pseudoapostoli, *2. Corinth. 10. 12.*

Felli

Falsi Doctores, 1. *Timoth. 2. vers. 7.* Diotrephes, *Ioan. 3. vers. 1.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Rex *Perfarum* omnes existimabat servos, extra conjugem
am, in quam tamen potissimum ei esse jus debebat. *Plat.*
ad principem indoctum.

C. Julius Caesar non honores modò nimios recepit: ut con-
sulum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturam
morum: insuper prænomen Imperatoris, cognomen patris
trix, statuam inter reges, suggestum in orchestra: sed amplius
etiam humano fastigio decerni sibi passus est. *Sueton.*

C. Caligula Romanorum Imp. in eam prolapsus est insolentia
ut Deorum vestimenta indueret: in quibus nunc bellicosa
virginem, nunc mulierem repræsentabat. In sacrificiis Deo-
rum ornatu induebatur, in plateis serico & triumphali vesti-
mẽto incedebat. *iphilintus.*

Isaacius Angelus Imp. alternis diebus lavacris se reficiebat:
stillis & unguentis omnis generis delibutus, instar pavonis
perbi se ostentabat. *Idem.*

Franciscus 1. Gallorum rex, pacem cum *Carolo V. Imp.*
statim, non diuturnam asseruit. Nam nec ille parem, inquit
nec ego superiorem ferre possum. *Aegidius Corroretius de dictis*
factis.

M. Tullius Cicero, Avebat suprâ modum celebrari, tenebatur
eum perpetuò cupiditas immensæ gloriæ: quæ multa eius
clara consilia frequenter interpellavit. *Plutarch. in Ciceroe.*

Athenienses Doctores, Constantini & Juliani Imp. ætate hoc
bebant: ut cum ipsi inter se similitates exercerent: adolefcenti-
adventantes navi per emissarios suos allicerent, & ad se singu-
pertraherent. *Theat. Zuing. fol. 2571.*

Menecrates medicus, cum morbo quosdam desperatos sanasse
Jovem Deorum summum seipsum appellavit. *Ælian. lib. 12.*

Empedocles philosophus Agrigentinus cum Panthiâ Agrigen-
tum in gravi morbo curasset, atque ob id se penè pro numine
colli animadverteret: immortalitatis atque famæ studio inco-
sus, ut in numerum Deorum translatus videretur: Æt nam
siliis, atque medios ipsius in ignes se conjecit. *Fulgos. lib. 8. cap.*
& Alexand. lib. 6. cap. 4.

Semiramis virilem sexum mentita amplissimos ductavit
exercitus, multos & magnos adiit labores, periculaque immensa
præsertim Indico bello, gloriæ causa. *Sabellicus. lib. 5. cap. 5.*

Artemisia Carthæ regina *Xerxis* commilitium non respicebat
gloriæ

gloriae desiderio, neglecta sexus imbecillitate. *Theat. Zuing. fol. 2573.*

Christiana Henrici V. Imperat. F. Uladislao, Boleslai III. Polonorum regis filio nupta, mulier superbissima, Polonos porcorum loco habebat. *Cromer. lib. 6.*

AMICITIA, AMICUS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

NE moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. *Proverb. 3.*

Qui despicit amicum suum, indigens corde est. *Ibid. 2.*

Amicus, si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis: & in domesticis tuis fiducialiter aget. *Eccles. 6.*

Ne derelinquas amicum antiquum: novus enim non erit similis illi. Vinum novum, amicus novus veterascat: & cum suavitate bibes illud. *Eccles. 9.*

Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & ne abscondas illam sub lapide in perditionem. *Eccles. 29.*

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundat. *Eccles. 5.*

Ei qui relevat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. *Proverb. 20.*

Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. *Ecclesiastic. 6.*

Qui tollit ab amico misericordiam, timorem Domini derelinquit. *Iob. 6.*

Frater, qui adjuvatur à fratre, civitas firma, & judicia, quasi veteres urbium. *Proverb. 18.*

Gratia & amicitia liberant, quasi tibi serva, ne exprobrabilis fias. *Proverb. 25.*

Unguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici consilium anima dulcoratur. *Prover. 27.*

Amicitia hujus mundi inimica est Deo. *Iac. 4.*

Quicumque ergo voluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituetur. *Iacob.*

Qui negligit damnum propter amicum, justus est. *Proverborum 12.*

Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. *Proverb. 17.*

Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris. *Prov. 27.*

AM AMICITIA, AMICUS.

Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei. *Eccles. 6.*

Vir amicabile ad societatem magis amicus erit, quam frater. *Proverb. 18.*

Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. Quod enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. quoties & quantum iridebunt eum? *Eccles. 10.*

Noli fieri pro amico inimicus proximo tuo. *Eccles. 6.*

Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius. *Ibid.*

Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneæ ne reveles: ne forè insultet tibi cum audierit, & exprobrare non cesset. *Proverb. 25.*

Dilige proximum, & conjungere fide cum illo. *Eccles. 27.*

Non obliviscaris amici tui in animo tuo, & non immemoris illius in operibus tuis. *Eccles. 37.*

Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò: ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicū tuum. *Proverb. 26.*

Ferrum ferro exacuitur: & homo exacuit faciem amici. *Proverb. 27.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Nescio utrum Christianæ amicitie putandæ sint, in quibus magis valet vulgare proverbium: Obsequiū amicos, veritas odium parit: quàm ecclesiasticum: Meliora sunt vulgo diligenti, quàm fraudulenta oscula odientis. *Augustin. in epist. ad Hieron.*

Esto similis medico: medicus non amat ægrotantem, si non odit ægri tudinem: ut liberet ægrotum, febrem prosequitur. Nolite amare vitia amicorum vestrorum: si amatis amicos vestros. *August. in quodam serm.*

Hæc est perfecta amicitia, qua potius potiora & minus invidiosa diligimus. Sapientem animam & perfectam talem diligat. qualem videt. Illam stultam, non talem, sed quæ esse potest perfecta & sapiens potest: quia nec se ipsum debet quis stultum diligere. nam qui se diligit stultum, non proficiet ad sapientiam: nec fiet quisquam qualis cupit esse, nisi se oderit qualis est. *August. de vera relig.*

Nullus repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non ut statim recipiatur: sed ut recipiendus oportet, atque ita tractetur, ut recipi possit. Illum enim in amicitiam recipere debemus, cui omnia nostra consilia refundere audeamus. *August. lib. 12. quaest.*

Nihil sic probat amicum, quemadmodum oneris amici supportatio. Nemo nisi per amicitiam cognoscitur, & ideo amicorum mala firmiter sustinemus: quia bona eorum nos delectant & tenent. *Augustin. ibid.*

Sicut adulantes pervertunt: sic inimici litigantes plerunque corrigunt. *August. 9. confessionum.*

Non omnis qui parcat, amicus est: nec omnis qui verberat, inimicus. Melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere. *August. ibid.*

Amicitia in malo esse non potest, *August. ad Confen.*

Amicitia pauperum certior quam divitum. *Augustin. lib. 1. de Amicitia.*

Amicus animæ dimidium. *Idem 3. Confess.*

Amicus vitæ medicamentum. *Idem 6. de Civitate Dei.*

Solus est qui sine amico est. *Ibidem.*

Amicitia venenum suspicio. *Idem.*

Amico laudanti credendum non est: sicut nec inimico detrahenti. *Idem.*

Non enim propter ea debes amare amicum, ut aliquid tibi præster: utpote pecuniam vel aliquid commodi temporalis: nõ illu amas, sed id quod tibi præstat: amicus gratis amandus est, propter se, non propter aliud. Si autem coarctat te amicitia regula, ut gratis diligas: quam gratis amandus est Deus, qui jubet ut hominem diligas? Nihil delectabilius Deo. *August. ibid.*

Solatium huius vitæ est: ut habeas cui pectus tuum aperiast: cui arcana communices: cui secreta tui pectoris committas: ut colloques tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiatur: in persecutionibus adhortetur. facilis vox & communis: tuus sum totus, sed paucioris est affectus. *Ambr. de Offic. lib. 3.*

Virtus est amicitia, non quæstus: quia non pecunia paratur, sed gratia, nec concertatione benevolentia. Meliores amicitia sunt inopum plerunque, quam divitum: & frequenter divites sine amicis sunt, quibus abundant pauperes. *Idem.*

Non est vera amicitia, ubi est fallax adulatio. *Idem.*

Objurget amicus amicum, non jactantia studio, sed affectu charitatis: neq; admonitio aspera sit, nec objurgatio contumeliosa. *Ambr. de offic. Monach. lib. 3.*

Si quid vitii in amico cognoveris, corripe occultè si non audierit, corripe palam: errantem amicum corripere, incorrigentem animo deseras. *Ambr. ibid.*

Deser amico, ut æquali: nec te pudeat si prævenias amicum

AM AMICITIA, AMICUS.

in officio: Amicitia enim superbiam nescit. Nam sicut amor est deferre: ita qui odit, quæstiones movet: & quia amat, deferentiam. *Ambros. ibid. de offic.*

Amicitia quæ desinere potuit, nunquam fuit vera. *Idem.*

Amicitia rerum omnium est vinculum. *Idem de fide rer. in v.*

Solemè mundo tollunt, qui tollunt amicitiam. *Idem de am.*

cap. 7.

Vera illa amicitia est, & Christi glutino copulata: quàm neutilitas rei familiaris, non præsentia corporum tantum, non subdola & palpans adulatio: sed Dei timor & divinarum scripturarum conciliant studia. *Hieron. in epist. ad Paulin.*

Amicitia parem, aut facit, aut accipit. Ubi inæqualitas & alterius eminentia, alterius subjectio: ibi nõ tam amicitia quàm adulatio est. Unde & alibi legimus, sic amicus eadem animam lyricus pro amico precans, serves, inquit, animæ dimidiū me. *Hiero. sup. Mich. Proph.*

Delicata est amicitia, quæ amicorum fœlicitatem sequitur. *Hieron. ibidem.*

Obsecro te, ne amicum, qui diu quæritur, vix invenitur, facile servatur, pariter cum oculis, & mente amittas. *Hieron. epist. ad Ruffin.*

In amicis non res quæritur: sed voluntas: quia & alterum amicis sæpè præbetur: alterum solum charitas tribuit, eadem velle & eadem nolle, firma amicitia est. *Hieronimus ad Demetriadem.*

De amicitia omnis tollenda est suspicio, & sic cum amico quasi cum altero se loquendum. *Hieron. in epist.*

Amicus animæ custos dicitur. *Gregor.*

Nonnunquam accidit, ut inter amicos aliqua redargutio nutrita discordia, majorem postea charitatem parturiat: utpe quum corriguntur ea, quæ displicere in animo videntur. *Ibid. lib. 3. de sum. bon.*

Amicitia & prosperas res dulciores facit, & adversas commotione temperat, & leviores reddit: quia dum in tribulatione amici consolatio adjungitur, nec animus frangitur, & mitis eadem patitur. *Ibid.*

In prosperitate incerta est amicitia: nescitur enim, utrum persona an felicitas diligatur? Sæpè enim per simulationem colitur amicitia: ut qui non potuit aperitè decipere, fraudulenter invadat. *Ibid.*

Sæpè propter honorem quorundam mutantur & mores: quos antè conglutinatos charitate habuerunt, postquàm ad e-

men honoris veniunt, inimicos habere despiciunt. *Isidor. de summo bono.*

§ SENTENTIÆ PŒTICÆ.

Manil. lib. 2. Astro.

*Idcirco nihil ex semet natura creavit
Pectore amicitie majus, nec rariss unquam.
Unus erat Pylades, unus qui mallet Orestes
Ipse mori: lū una fuit per secula mortis:
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
Et duo, qui potnere sequi, vix noxia pennis:
Opta utiq; reum sponsor non posse reverti,
Sponsorēq; reus timuit ne solveret ipsum.*

Ovid. 1. Pont. 3.

*Turpe quidem dictu: sed si modo vera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat.*

Ibidem.

*Illud amicitie quondam venerabile nomen
Prostat: & in questu pro meretrice sedet.*

Ibidem.

Nomen amicitie barbara corda movet.

3. Trist. 4.

*Vive sine invidia, mollesq; inglorios annos
Exige: amicitias & tibi junge pares.*

2. Trist. 8.

*Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.*

Ibidem.

Nullus ad amissas ibit amicis opes.

2. Pont. 3.

*En ego non paucis quondam munitus amicis.
Dum flavit velis aura secunda meis:
Ut fera nimboſa tumuerunt aquora vento:
In mediis lacera nave relinquer aquis.*

2. Pont. 6.

*Turpe sequi casum, & fortuna cedere: amicum
Et, nisi sit felix, esse negare suum.*

Pitt. per Auf.

*Plures amicos re secunda compara:
Pauca amicos rebus ad versis proba.*

Ovid. i. Art.

*Tuta frequensq; via est, per amici fallere nomen:
Tuta frequensque licet sit via, crimen habet.*

Horat. i. Epist. 5.

— *Ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.* —

Horat. i. Carm. 15.

— *Diffugiunt cadis
Cum fece siccatis amici.*

Ferre jugum pariter dolose.

Ennius.

Amicos certos in re incerta cernitur.

Plaut. Pœn.

*Decipitur nemo, mea quidem sententia, qui suis amicos narrat
recte res suas.*

Idem Trin.

*Si quid amicum erga benefeci, aut consului fideliter:
Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.*

Terent. Phorm.

Solus est homo amico amicos.

Lucret. 3.

*Quò magis in dubiis homines spectare periculis
Convenit, adversisq; in rebus noscere qui sint:
Nam vere voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, & eripitur persona, manet res.*

Plaut. Epid.

Is amicos est, qui in re dubia, re jurat, ubi re oppress est.

Idem Pseud.

Pauci ex multis amicos sunt homini, qui certi sient.

Idem Trin.

Omnibus amicos, quod mihi est, cupio esse idem.

Ibidem.

*Difficile est reperire amicum, ita ut nomen
Cluet, quò tuam cum rem credideris, sine omni cura dormias.*

Terent. Adelph.

— *Vetres verbum hoc quidem est:
Communia esse amicorum iter se omnia.*

Plaut. Stich.

*Vt cuiq; homini res parata est, firmi amicos sunt, si labant.
Res lasse, itidem amicos cellabascunt, amicos res invenit.*

Idem

Idem Bach.

Multi more isto atq; exemplo vivunt: quos cum censeas
Esse amicos, repertiuntur falsi falsimonis,
Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.

Horat. 1. Epist. 18.

Dulcis in expertis cultura potentis amici;
Expertus metuit.

Publ. Syrus.

Amici vitia si feras, facis tua.
Amicos res optima parant, ad versa probant.
Ita amicum habes, posse ut fieri inimicum putet.
Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Ennius in sat. apud. A. Gell.

Hercule puto hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm;
Nequid expectes amicos, quod tu agere possis.

Petronius Arbitr in fragmen.

Cum fortuna manet, vultum servatis amicos;
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Lucan lib. 8. bel. civil.

Adversis non deesse decet, sed lata secutos;
Nulla fides unquam miseris elegit amicos.

Martial 8. Epigram.

Aurum & opes & rura frequens donabit amicis;
Qui velit ingenio cedere, raries erit.

Horat. satyr. 3 lib. 1.

At pater, ut gnati, sic nos debemus amici:
Si quod sit vitium non fastidire, &c.
Hec res & jungit, junctos & servat amicos.

Ex Comicis & Tragicis Græcis.

Οὐκ ἴσταν ἔδεν κτήματ' ἀλλήλων φίλου.
Nulla est amico pulchrior possessio.

Φίλους ἔχειν νόμιζα θησαυροῦς ἔχειν.
Cui sunt amici, esse sibi thesauros putet.

Μακρότερος ὅστις ἔτυχε γυναικὸς φίλου.
Generosum amicum possidens, beatus est.

Νόμιζ' ἀδελφοῦς τοὺς ἀληθινούς φίλους.
Veros amicos ducito fratrum loco.

Ἴσον θεῶν τοῦ τοῦ φίλου τιμᾶν θεῶν.
Honora amicos tanquam honorares Deos.

F 4

Εἰ τοῖς ᾧ δεινοῖς χρημάτων κρείττων φίλος.
Nuntius potior amicis in periculis.

Εἰ τοῖς κακῶσι τὸς δὲ φίλους ἐυεργέτει.
Sis beneficis amico accidit cui tristitia.

Μὴ φύγ᾽ ἐταῖρον ἐν κακῶσι κείμνον.
Ne fuge sodalem, quum calamitas ingruit.

Φίλον δὲ ὀργῶν ἐν κακῶσι μὴ παρῆλθε.
Amicum ob iram deserere cave in malis.

Γόλας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφορὰς.
Casus amicorum esse censeas tuos.

Φίλος φίλῳ γὰρ συμποῶν αὐτῷ πονεῖ.
Sibi laborat ipsi, amico qui suo.

Καλὸν θεῖμα δὲ εἶναι εὐπραπίων φίλος.
Est dulce amici res videre prosperas.

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.
Ut ignis aurum, tempus ita amicum probat.

Φίλον ἐπιβασὸν ἐν κακῶσι μὴ φόβου.
Ne fidum amicum sorte in adversa time.

Ἀντὶ κακῶς περιόσοντες ἐμποδῶν φίλοι.
Adversa cui fors, huic amici sunt procul.

Τὰ χρήματα ἀνθρώποισι εὐρίσκει φίλους.
Invenit amicos hominibus pecunia.

Εἰ ἂν ἔχω μὲν χρήματα, ἴξω μὲν φίλους.
Habebo amicos, si habuero pecuniam.

Πολλοὶ τραπεζῆς ὡς ἀληθείας φίλοι.
Plerosque amicos mensa habet, non veritas.

Δεῖ τοὺς φιλοῦντας πίστιν, οὐ λόγους ἔχειν.
Habere amicum haud verba, sed fidem decet.

Πειρῶ φίλοισι μὴ κακῶς εἶναι φίλος.
Conare amicum esse amicum non malis.

Κακῶν φέρονσι κερπὸν οἱ κακῶσι φίλοι.
Fructus amici perferunt mali malos.

Καλὸν τὸ μηδὲν εἰς φίλους ἀμωρεταίνειν.
Delinquere in amicos nihil, laudabile.

Ὅργῃς χεῖρι τὰ κρυπτά μὴ κ' φάνης φίλου.
Arcana amici ne per iram prodito.

Φίλος με βλάπτων εἰδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.
Ledens me amicus ab inimico haud distinguit.

Ami-
 rur-
 sensio:
 melius
 Ami-
 est enim
 das, vel
 Qua
 generis
 Am-
 est. nu-
 molest
 ribus lo-
 didioro

Φίλκ' ἔπεινον μῶλλον ἢ σευτ' ἔλεγα.
Dic laudem amici potius ipse quam tuam.

Οὐκ ἔστι ἄδής ὅστις ἔχ' αὐτὸν φίλκ'.
Homo nullus est, qui non amicus sit sibi.

Φίλκ' δ' ἰαυτῶν πλεῖον ἔδειξ' ἔδενε.
Haud ullius alii quam sibi est amicio.

Λίαν φίλων ἰαυτὸν, ἔχ' ἔξεις φίλον.
Tibi te amanti nimis, amicio non eris.

Μηδὲ ποτε περὶ ἑνὸ φίλων εἶναι κρατῆς.
Ne sis amicos inter arbiter duos.

Ἐπὶν ἐν ἀρεθῶν ἰνογάμμος τις ὦν,
 Ζητῆ π κρατῆον ἂν ἔχει, ζῆτεῖ κρισί.
Bona possidere quisquam et amicos potest.
Is melius aliquid si petit, malum petit.

Φίλκ' τρέπτε γίνωσκε, μισήσης ἢ μή.
Mores amici noveris, non oderis.

Ἄδηνον τὶ λυπεῖν τοὺς φίλκ' ἐκγούσιας.
Res est iniqua sponte amicos ledere.

Τῶ μὲρ τὶ σῶμα διαπθειμὲρ ἰκκῶς.
 Χρεῖ ἔσιν ἰατρῶν: τῶ ἢ τῶ ψυχῶν, φίλον.
 Δύπλω γδ' ἔννεσ οἶδε θεραπέυειν λόγῳ.
Quarendus agro medicus est ut corporis:
Sic est amicus mentis aegritudinis.
Nam verba amica, sunt medela commoda.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Amicitia nihil aliud est, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensus: qua quidem haud scio, an (excepta sapientia) quidquam melius homini sit à diis immortaliibus datum. *In Lelio.*

Amicitiam omnibus rebus humanis anteponamus. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel secundas, vel adversas. *In Lelio.*

Quæ videntur utilia, honores, divitiæ, voluptates, & cætera generis eiusdem, hæc amicitiæ nunquam anteponenda sunt. *In Lelio.*

Amicitia plurimas res continet: quoquo te verteris præstō est. nullo loco excluditur: nunquam intempestiva, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni, non aëre, ut ajunt, pluribus locis utimur, quam amicitiâ. Nam & secundas res splendidiore facit amicitiâ, & adversas partiens communicansque le-

AM AMICITIA, AMICUS.

viores. Nec debilitari animos, aut cadere patitur: verum etiam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adstant, & egentes abundant, & imbecilles valent, & (quod dictum difficilius) mortui vivunt. *In Lelio.*

In amicitia omnia insunt, quæ putant homines expectanda: honestas, gloria, tranquillitas animi atque jucunditas: ut ceteræ hæc adsint, beata vita sit, & sine his esse non possit. *Ibid.*

De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, & ii qui ad Rem publicam se contulerunt: & ii qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur: & ii qui suum negotium gerunt otiosè: postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt si modò velint aliqua ex parte liberaliter vivere. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia, nec ullam ætatis degendæ rationem patitur expectem sui. *In Lelio.*

Rerum omnium nec aptius est quidquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligere: nec alienius, quam timere. *2. Offic.*

Charum esse civem, bene de Repub. mereri, laudari, colligere, gloriosum est: metui verò & in odio esse, invidiosum, deest stabile, imbecillum, caducum. *1. Philip.*

Diligi, & charum esse, jucundum: propterea quod tutior vitam & voluptatem efficit plenior. *1. de Finib.*

Sine amicorum benevolentia, neque in adversa, neque in cuncta fortuna quisquam vivere potest. *Marcell. Cic. Famil. lib.*

Amicitia colenda est, quòd sine ea tutò, & sine metu vivere non possit: ne jucundè quidem. *2. de Finib.*

Nulla potest esse jucunditas, sublata amicitia. *Pro Planco.*

Quis est, pro Deum fidem atque hominum! qui velit ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur: circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere. Hæc enim est tyrannorum vita: nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentia potest esse fiducia: omnia semper suspecta atque sollicita sunt, nullus locus est amicitia. *In Lelio.*

Omnis ratio & institutio vitæ adjuncta hominum desiderat. In primisque, ut habeat, quibuscum familiares conferre possis sermones. *2. Offic.*

Nullo modo sine amicitia firmam & perpetuam jucunditatem vitæ tenere possumus. Nec verò ipsam amicitiam tuentur nisi æque amicos, ac nosmetipsos diligamus. *1. de Finib.*

Nihil opes tantæ fuerunt, aut tantæ esse possunt: quæ multorum officiis stare possint. *Pro Planco.*

AM
Omnium
hil est maj
solutudo &
ipsa mone
animus, &
1. de Finib.
Hæc est
ris & sapie
Pro Sestio.
Violari
pio pulch. E
Quibus
nostræ vic
pugnat co
disturbat
agere. Al
parantur,
tur. *Pro Ro*
Quoni
qui acqui
Charitate
lata jucun
Ea est j
jugavit. *1*
Omnium
quàm cu
juncti. I
similitud
Nihil
tius: quàm
re. *M. Cic*
In qui
æque qui
Pythago
Nihil
amore ii
Benev
dam am
1. Offic.
Eoder
ipfos: &
nevolen

Omnium

Omnium rerum, quas ad beatè vivendū natura paravit, nihil est majus amicitia, nihil uberius, nihil jucundius. Quum solitudo & vita sine amicis insidiarum & metus plena sit. Ratio ipsa monet amicitias comparare: quibus virtus, conservatur animus, & à spe pariendarum voluptatum seungi non potest. *1. de Finib.*

Hæc est una via & laudis & honoris & dignitatis, à bonis viris & sapientibus, & benè à natura constitutis laudari & diligere. *Pro Sestio.*

Violari amicitiam, apud majores nostros nefas erat. *Cic. Apopulch. Famil. lib. 3.*

Quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: quàm qui lædit, oppugnat commune omnium præsidium & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem. non enim possumus per nos omnia agere. Alius, in alia re est magis utilis. Itcirco amicitia comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. *Pro Roscio Amerin.*

Quoniam res humanæ fragiles caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim, benevolentiaq; sublata, omnis est à vita sublata jucunditas. *In Lælio.*

Ea est jucundissima amicitia, quàm similitudo morum conjugavit. *1. Offic.*

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior: quàm cum viri boni moribus similes sunt familiaritate conjuncti. Nihil enim amabilius, nec copulativius, quàm morum similitudo bonorum. *1. Offic.*

Nihil est aprius vitæ, nihil ad beatè vivendum accommodatius: quàm cum viris bonis, jucundis, amantibus nostri, vivere. *Id. Cic. Pap. Pato, Famil. lib. 9.*

In quibus sunt eadem studia, eadem voluntates: in his fit, ut æque quisque altero delectetur ac se ipso: efficiturque, id quod Pythagoras vult in amicitia: ut unus fiat ex pluribus. *1. Offic.*

Nihil minus hominis esse videtur, quàm non respondere in amoris, à quibus provocere. *Cic. ad Brut.*

Benevolentiam, non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia judicamus. *1. Offic.*

Eodem modo erga amicum effecti sumus, quo erga nosmet ipsos: & nostra in amicos benevolentia, illorum ergà nos benevolentia pariter æqualiterq; respondeat. *In Lælio.*

Est in

AM

AMICITIA, AMICUS.

Est in amicitia necessarium: ut alter nihilo sese plus quam
terum diligit: quod si tantillum intersit, jam amicitia non
occiderit: cujus est ea vis, ut simulatque sibi aliquid, quam a
ri maluerit, nulla sit. *Cic. 1. de Legib.*

Verus est lex illa justæ veræque amicitia, ut idem amici se
per velint: neque est ullum certius amicitia vinculum, quo
consensus & societas consiliorum & voluntatum. *Pro Planc.*

Non est sancta amicitia, nisi ipse amicus per se ametur co
pectore, ut dicitur: qui quidem amandus est, desperatis emo
mentis & fructibus. *1. de Legib.*

Amicorum bona communia. *1. Offic.*

Confirmata amicitia & perfecta fide, commemoratio o
ciorum supervacanea est. *Cic. Ap. Pulch. Famil. lib. 3.*

Odiotum est sanè genus hominum, officia exprobrant
quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commem
rare qui contulit. *In Lælio.*

Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius sequuti sunt
simulatque fortuna elapsa est, devolant omnes. Cum enim
cessit res ea, quæ fuit consuetudinis causa: nihil superest quod
possint in amicitia retineri. *4. ad Heren.*

Non facile dijudicatur amor verus & fictus: nisi aliquod
cidat ejusmodi tempus: ut quasi aurum igne, sic benevolentia
fidelis periculo aliquo perspicui possit: cætera sunt signa com
nia. *Cic. Pap. Pat. Famil. lib. 2.*

Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem a
nulla indigentia, nulla utilitate quæsitæ. *In Lælio.*

Nihil est aliud amare, ex quo amicitia nomen ductum
nisi velle bonis aliquem affici quàm plurimis, etiamsi ad se
iis nihil redeat. *2. de Finib.*

Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitia no
est ductum: quam si ad fructum nostrum referamus, non a
lius commoda, quem diligimus: non erit ista amicitia, sed
causa quædam utilitatum suarum. Prata & arva, & pecu
reges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur.
minum charitas & amicitia gratuita est. *1. de Natur. Deor.*

Etiam si nulla sit utilitas ex amicitia: tamen ipsi amici
pter se ipsos amentur. Etenim si loca, si fana, si urbes, si
pum, si canes, si equos, si ludicra, exercendi aut venandi
suetudine adamare solemus: quanto id in hominum consue
dine facilius fieri poterit, & justius? *1. de Finib.*

Me ipsum ames oportet, non mea: si veri amici futuri
1. de Finib.

AM

Si fructus
mns: si n
re, vi sua,
fundos, &

Amicus
ex se orit

Inter b
amicitia

Mihi d
nimillos

Post a
præpos

non ama

aliquis r

readmit

amico o

cic. *Idem*

Vera

suz cura

runt: ho

sta capie

re compr

Qui

icitia ser

micum

tenderi

quærit.

atrio in

Nih

dico m

me vic

Diffi

solvunt

ter reti

ste, tar

Om

habere

Nul

obsessu

benefic

dam q

Neg

Si fr

Si fructibus & emolumentis & utilitatibus amicitias coleamus: si nulla charitas erit, quæ facit amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se, & propter se expetendam: non dubium est, quin fundos, & insulas amicis anteponamus. *2. de Finib.*

Amicitia non sub dubia utilitatis ratione effici solet: sed ipsa ex se oritur, & sua sponte nascitur. *2. de Finib.*

Inter bonos viros ac Deum amicitia est conciliante virtute, amicitiam dico: imò necessitudo & similitudo. *Senec. epist. 3.*

Mihi defunctorum amicorum cogitatio dulcis est: habui enim illos tanquam amissurus: amisi tanquam habeam. *Idem.*

Post amicitiam credendum est, antè judicandum. Illi verò præposterè officia permiscet: qui cum amaverint, judicant, & non amant, cum judicaverint. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit? quum placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tam audacter cum illo loquere, quàm tecum. Cum amico omnes cogitationes tuas misce, fidelem si putaveris, facies. *Idem 3. epist.*

Vera amicitia est, quàm non spes, non timor, non utilitatis suæ cura avellit: multi sunt, qui non amicis, sed amicitia caruerunt: hoc non potest accidere, quum animos in societate honesta capiendi par voluntas trahit: sciunt enim ipsos omnia habere communia, & quidem magis adversa. *Idem, ibid.*

Qui amicus est, amat: qui amat, non utiq; amicus est. Amicitia semper prodest: amor aliquando nocet. Non est quòd amicum tantum vel in foro vel in curia quæras: si diligenter attenderis, domi invenies. Errat enim, qui amicum in atrio quærit, & in convivio probat: in pectore enim amicus, non in atrio invenitur. *Idem epist. 29.*

Nihil æquè ægrum reficit, sicut amicorum affectus: non judico me mori, quum illos superstites reliquero: puto, inquam, me victurum, non cum illis, sed per illos. *Idem 79. epist.*

Dissimilitudo morum, distantia vitæ, & ingenio contraria solvunt amicitiam. Amicitias probatas enixè expete, constanter retine, perenniter serva: inimicitias indictas exerce honestè, tardè crede, celeriter depone. *Idem in extrema parte Epist.*

Omnes amicos habere operosum est: satis est inimicos non habere. *Ibidem.*

Nullum habet majus malum occupatus homo, & bonis suis obsessus: quàm quòd amicos sibi putat, quibus non est: & quòd beneficia sua efficacia judicat ad faciendum amicos, cum quidam quò plus debent, magis odèrunt. *Ibidem.*

Negotiatio est, non amicitia, quæ ad commodum accedit. *de tra-*

dehabet enim, non amicitia, qui illam parat ad bonos esse. *Idem in epist.*

Si aliquem amicum existimas, cui non tantum credis, quam tibi, vehementer erras: & non satis nosti vim verae amicitiae. *Idem epist. 3.*

Falsi amici pro consilio adulationem adferunt: & una est eorum contentio, qui blandissimè fallant. *Idem in extrem. part. epist.*
Cum amicis breves rationes, longas amicitias oportet habere. *Ibidem.*

Amicos in secreto mone: palàm autem lauda: vires tuas amici magis sentiant beneficiis, quàm injuriis. *Idem de mor.*

Amici vitia si feras facis tua. Ita amicum habeas, ut inimicum putes: ita crede amico, ne sit inimico locus. *Seneca in p. verb. philosoph.*

Nulla pusilla domus quae multos recipit amicos. Talem diligentiam exhibe in amicis comparandis: ne incipias amicum quae deinceps possis odisse. *Ibid.*

Quantum tales amicos habere voluerunt, & ipsi tales esse possunt. Tu primum exhibe te bonum, & quare alterum similem tibi. *Ibidem.*

Amico mutuum roganti me pecuniam si dederò, & amicum & pecuniam perdo. *Ibidem.*

Coagulum amicitiae est cum bonis convivium. *Ibidem.*

¶ APOPTHEGMATA.

Dionysius Senior admiratus egregiam fidem Damonis & Socratis, rogo, inquit, ut me quoque in vestram amicitiam recipiatis. Alteri tyrannus destinavit diem necis, quumque is periculosos dies petisset rerum domesticarum ordinandarum gratia hac lege impetravit: ut alter vas amici fieret: ea conditione, si ille non redisset ad diem praescriptum, hic plesteretur. Rediit autem ad diem, mori malens, quàm amicum fallere. Ita decoratus est uterque, ac regis amicitia decoratus. Tantum valet egregia virtus apud tyrannos etiam. *Erasim. 5. apoph.*

Alexander Darii matrem, uxorem, & sorores captivas in senem unam cum Hephæstione, hunc, quod esset eodem ordine quo rex, corpore etiam major: Syngambis Darii mater prope adoravit. Eadem ex nutibus adstantium intelligens errorem perturbata denuò salutavit Alexandrum. Tum Alexander: nihil est, o mater, quod turberis. nam & hic Alexander est: sentio amicum esse alterum ipsum. *Plut. in Alexand.*

Antigonis in somnis aliquando viderat Mithridatem autem merentem messem: eoque struebat illi insidias, ut tolleretur à Mithridate. *Idem.*

AM
dio. Idque
sileret. Is
maris, & i
res. Is in
Plut. in ap
M. Luca
ronius oc
militariter
Etusait:
Neque eni
tiz autor
Dionysi
Xenocrat
hoc siur
Namert
quam era
ret amico
pericul
quum ale
que foret
Antigo
rent ami
quid à D
Maxim. f
Tarqu
niq; cog
neutris g
Simon
senectur
mortem
biles ho
gunt am
Dioge
Ut valen
Cato
tionem
discinde
Bion
mur au
Laert. L
Alex
amicos

dio. Idq; quum indicasset *Demetrio* filio, jurejurando adegit, ut sileret. Is verò juncto sibi *Mithridate*, deambulabat in litore maris, & infima hastæ parte inscripsit harenæ, Fuge *Mithridates*. Is intellecta re: profugit in *Pontum*, atq; illic regnavit. *Plut. in apophtheg.*

M. Lucullum, quod *Bruti* & *Cassii* partes sequutus esset, *M. Antonius* occidit. Hujus mortem quem *Voluminius*, qui vivum familiariter coluerat, sine fine deploraret, ad *Antonium* pertraxerat: jube me protinus ad *Luculli* corpus ductum occidi. Neq; enim illi extincto superesse debeo: quum et infelicis militiæ autor extiterim. *Erasm. 6. apoph.*

Dionysius quum *Platoni* diceret, aliquis auferet tibi caput: *Xenocrates*, qui tum præceptori aderat, non prius, inquit, quàm hoc suum ostendens caput. *Laert. lib. 4. cap. 2.*

Namertes legatione fungens, quum à quodam ejus gentis, ad quam erat missus, beatus prædicaretur: eò quòd multos haberet amicos: interrogavit, quomodo qui multos haberet amicos, periculum faceret, an amicum haberet sincerum & probum? Id quum alter fassus se nescire, cuperet discere: per adversam, inquit fortunam. *Plut. in Lacon.*

Antigonus Diis sacrificans precabatur, ut se à simulatis servarent amicis: cumq; percunctaretur quispiam, quam obrem tale quid à Diis optaret? Quia, inquit, hostes cum cognosco, caveo. *Maxim. serm. de amicit.*

Tarquinius superbus jam exul factus, dixisse fertur: Se tum deniq; cognovisse quos habuisset amicos fidos, quos infidos: cum neutris gratiam referre posset. *Erasmus 6. apophth.*

Simonides interrogatus, quam ob rem, quum esset extremæ senectutis, tamen attentus esset ad rem? quoniã, inquit, malim moriens inimicis relinquere, quàm carere amicis: taxans instabiles hominum amicitias, qui consequuti quod volunt, negligunt amicum: iidem, dum sperant, observiunt. *Eras. l. 6. apoph.*

Diogenes rogatus, quemadmodùm amicis uteretur *Dionysius*? Ut vasculis, ait: dùm plena sunt, evacuat, & vacua abjicit. *Brus. l. 1. c. 3.*

Cato major, audiens gravissimam de colenda amicitia disputationem, ait: Amicitia quæ non placent, dissuenda magis quàm disciendæ sunt. *Cic. in Catone.*

Bion dicebat, amicos, quales essent, retinendos esse ne videamur aut malos recepisse in familiaritatem, aut bonos rejecisse. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Alexander interrogatus à quopiam ubi thesauros haberet? amicos ostendens, in his, inquit. *Maxim. serm. de Amicit.*

Chilo

Chilo Spartanus quendam prædicantem se nullos habere amicos: interrogavit, num ullum haberet amicum? Sentiens amicitias, & inimicitias invicem se consequi: nec fieri posse, quæ qui multos haberet amicos, complures habeat & inimicos. *Plutarch. in apoph.*

Socrates *Croeso* interrogato, quid esset maximum & præfissimum ex regno consecutus? Cùm ille respondisset, ut istes ulcisceretur, & amicos beneficio afficeret: Multo, inquit, melius fecisses, si illos tibi amicos ascivisses. *Maximus serm. 6.*

Aristoteles rogatus, quo pacto amici tractandi essent? Non aliter inquit, quàm nos ab illis tractari cuperemus. *Laert. lib. 3. cap. 1. Bruson. lib. 1. cap. 3.*

Zeno Citiensis interrogatus, quid revera esset amicus? respondit, Alter ego. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Percles amico roganti, ut pro se falsum diceret testimonium se quidem amicum esse dixit, sed ad aras usq;. *Plut. in apoph.*

Antalcidas interrogatus, quo pacto quis amicos sibi facere posset? respondit, si loquatur illis jucundissima, præster autem utilissima. Quo dicto innuit, in parandis amicis adhibendum esse, primò sermonis comitatem: in officiis autem præstantem utilitatem. *Plutarch. in Lacomis apoph.*

Cyrus quum quidam ad eum misisset ornamenta multa, distribuit amicis: interrogatus autem cur sibi nihil reliquisset. Quia, inquit, corpus meum his omnibus ornari non potest: amicos autem his ipsis ornatos intuens, maximum mihi ipsi ornatum aptatum esse putabo. *Maximus, serm. de amicitia.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum lac coagulo concrefcit: sic homines coarctantur, & unum fiunt amicitia. *Plutarch.*

Quemadmodum, qui stomacho valent: & animantia saxa, saxa, ferrum, serpentes & scorpions concoquunt, eaque nutrimentum vertunt: contra valedudinarum etiam pane & vinum offenduntur: sic stulti amicitias perdunt, sapientes etiam inimicitias rectè norunt uti. *Plut.*

Ut bruta, si vi commisceantur diverso generi, discedunt indignantia, graviter ferentia: sic inter similes placide coit & hæret amicitia. *Plutarch.*

Musica symphonia constat è diversis, puta gravibus & acutis inter se ratione compositis: at amicitia constat similibus. *Plutarch.*

Quomodo solitudo in odio est: sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo homini in homini natura conciliat: sic est in

est huic quæciat. *Senec.*

Ut pueli semper notas inlicitas

Ut primam non habet *tarchus.*

Perinde timanus, a mi sint am *Plutarchus.*

Ut hiru non assue habent su

Ciconi. perie nido consuetud

biscum cir Abies a est: quàm

firmior de mutoz be *Plin. lib. 10.*

Cassite ferrumina: habet cur

disruptam æquo. *Plut.*

Ut Cry sicillimur mutuum.

Ut qua nantur: a amicitia e

coit, aut c Ut arit aliquande

rursum m Ut nun opus: sic a Qui re

est in

est huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. *Senec. epist. 9.*

Urpucella in pratis alium post alium flosculum decerpens, semper novis arridentibus capitur, priores negligit: sic qui multas instituit amicitias, mox saturatus alias quærit. *Plut.*

Ue prima materia quibuslibet formis variatur, cum propriam non habeat: ita animus multorum amicitie subiectus *Plutarchus.*

Perindè ac si mutilus ac cæcus metuat ne Briareus fiat centimanus, aut Argus centoculus: ita quidam metuunt, ne pluri mi sint amici, cum nec adhuc unum verum habeant amicum. *Plutarchus.*

Ut hirundines sub hominum tectis nidulantur, & tamen non assuescunt, nec fidunt homini: ita quidam amicos semper habent suspectos. *Plin. lib. 10. cap. 24.*

Ciconia tamen demigrat, tamen reversa semper eosdem reperit nidos: ita non oportet amicorum, ob intermissam vitæ consuetudinem oblivisci: sed memoriam illorum semper nobiscum circumferre. *Plin. lib. 10. cap. 23.*

Abies adeò cohæret glutino, ut prius scindatur, quàm solida est: quàm quàm glutino ferruminata: ita post reditum in gratiam firmitior debet esse amicitia: & arctius cohærent, quos copulavit mutue benevolentie glutinum: quàm quos natura conjunxit. *Plin. lib. 16. cap. 2.*

Cassiteris, id est, stannum aut plumbum album, æs ruptum ferruminat: utrunque eunjugens propter affinitatem, quàm habet cum utroque: ita amicus amicitiam ac benevolentiam disruptam reconciliare debet: utrique sese accommodans ex æquo. *Plut.*

Ut Crystalli fragmenta sarciri nullo modo possunt: ita difficillimum est eos reconciliare, qui arctissima familiaritate in mutuum odium venerint. *Plin. lib. 17. cap. 3. & lib. 37. cap. 2.*

Ut quæ glutino commissa sunt, si solvantur, facile reglutinantur: ac si corpus rumpatur, haud facile coit: sic inter alios amicitia dirupta facile coit: in fratribus semel dirupta: aut non coit, aut cicatricosa coit. *Plut.*

Ut arithmetorum digiti aliquando valent multis millibus, aliquando nihil: sic regum amici aliquoties quodvis possunt, rursus mutata in fastidium gratia nihil possunt. *Plut.*

Ut nummum exploras, num sit adulterinus, priusquam eo sit opus: sic amicus probandus, antequam eo opus sit. *Plut.*

Qui rejectis cognatis, peregrinos a se sevit amicos: perindè

AM AMICITIA, AMICUS.

facit, ac si quis amputato pede carnco, ligneum pedem addat.
Plutarch.

Hirundo æstate advolat, instante hyeme avolat: ita infidus amicus rebus lætis præsitò est: commutata fortuna deserit amicum. *Plin. lib. 10. cap. 24.*

Ut malum cibum nec retinere possis citra noxiam: nec rejicere sine molestia: Ita malum amicum, si ten eas, lædit: nec tamen absq; inimicitia, ac tumultu, veluti bilem potes abjicere.
Plutarch.

¶ EXEMPLA SACRA.

Amicitia exempla: Jacobi ergà Rachaelem, *Genes. 29. v. 16.* Ruben ergà Joseph, *37. v. 21. 22.* Ruth ergà Noemi, *Ruth. v. 16.* Jonathæ ergà Davidem, *1. Sam. 18. v. 1. 3. 4. & 20. v. 42. & 23. v. 16.* Davidis ergà Jonathan, *1. Sam. 26. & 9. v. 7.* Abneris Davidis, *2. Samuel. 3. vers. 12. 13.* Chuzi & Davidis, *14. vers. 6. 14.* Hiram & Salomonis, *1. Reg. 5. v. 12.* Jehu & Jonadab, *2. Reg. 9. v. 15.* Aman & amicorum ejus, *Esth. 5. v. 10.* Job & Eliphaz, *Job. 7. 11.* Judæorum ergà Demetrium, *1. Macch. 10. v. 25. 26.* Demetrii ergà Jonathan, *11. v. 23. 24. 25. 26. 27.* Jonathæ ergà Romanos & Sparranos, *12. v. 1. 2. 3.* Demetrii & Simonis, *14. v. 1.* Athenobii & Antiochi, *15. v. 32.* CHRISTI & Lazari, *Joan. 11. v. 11.* CHRISTI & Apostolorum, *Joan. 15. v. 14. 15.* Pilati & Herodis, *Luc. 23. vers. 12.* Aziz principum ergà Paulum, *Actor. 17. vers. 30.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Inter vetustissima paria amicorum numerantur Hercules & Theſeus: nam hic illius virtutem & facta semper imitatus est: ille hunc apud inferos captivum redimere conatus est.
Plutarch. in Theſeo.

Fuit mutuus amor inter Herculem & Nestorem. Nam Hercules Messenem dedit Nestori, & Nestor primùm instituit juramentum per Herculem.
Theat. Zuino.

Philoffetes summus Herculis amicus, cui moriens suas sagittas & arcum commiserat. Erat enim insignis jaculator.
Æt. in Iliad. B.

Theſeus cum Pirithoo amicitiam jurejurando confirmavit auctore Plutarcho: quæ nunquam divelli potuit. Propter fingitur à poëtis unà cum illo ad inferos descendisse, ad rapendam Proserpinam.

Socrates & Chærephon amici intimi fuerunt. Chærephon oculum consuluit, an quis esset amicò suo Socrate prudentior respondit. Apollo, ἀνδρῶν οὐδεὶς τῶν Σωκράτους (οφθαλμῶν), Socrate

AM

tes omni
& Plato.

Achate
sic ut alre

Damon

lacrunt:

que temp
tueret, in
re non du

L. Lucr
rum in B

dem nov
doctum v

Plut. in L

T. Pomp
ni: ut Cl

Horati
locis, tun

H Abit
Coni

Ciceroni
promere

Sal am

nim solid
alios cibo

rancia sig

Si quis
bere volu

Coronæ

Quis est: p
cabunt.

hierogly
dera cum

Apud
ingrato &
& familia

pag. 209.

Vide

res omnium hominum sapientissimus. *Plinius, Solinus, Laert.*
& *Plato.*

Achates perpetuus *Aeneae* comes & socius fingitur à *Virgilio*:
sicut alter altero semper comitatus iret.

Damon & *Pythias* *Pythagorei*. tantam inter se amicitiam co-
luerunt: ut cum alterum ex his *Dionysius*, interficere vellet: at-
que tempus ab eo, quo domum profectus, res suas prius consti-
tueret, impetrasset: alter se vadem pro reditu ejus Tyranno da-
re non dubitavit. *Valer. Max. lib. 4. cap. 7.*

L. Lucullus & *M. Tullius Cicero* amici fuere summi & consilio-
rum in *Repub.* socii: *Academiae* studiosus uterque, alter qui-
dem novae, *Lucullus* verò veteris. Ea propter *Cicero* librum
doctum valdè pro secula sua scripsit, quem *Lucullum* inscripsit.
Plut. in Lucullo.

T. Pomponius Atticus tanta benevolentia junctus fuit *Cicero*-
ni: ut *Ciceronis* *Atticus* diceretur. *Theat. Zuing.*

Horatius *Mæcenati* amicissimus. Idem cum ex pluribus aliis
locis, tum ex eod. 27. lib. 2. patet.

§ HIEROGLYPHICA.

Habitâ fidei ratione, hieroglyphicum pro amicitia plerunq;
Canis ponitur: in qua quidem primùm fides expectitur ex
Ciceronis & omnium sententiâ: mox animus, si usu veniat, ad
promerendum promptissimus. *Pier. Valer. lib. 5. pag. 46. E.*

Sal amicitiae symbolum fuit durationis gratia. Corpora e-
nim solidiora facit, diutissimè conservat: unde hospitibus autè
alios cibos apponi solitum, quo amicitiae firmitas ac perseve-
rantia significetur. *Pier. Val. lib. 31. pag. 288. D.*

Si quis fructiferam amicitiam *Aegyptiorum* in morem seri-
bere voluerit, aptè *Coronam myrteam malis puniceis ornata* faciet.
Coronae enim ipsius forma, amicitiam, qua quis mutuo devin-
ctus est: poma illa fructum & utilitatem inde susceptam indi-
cabunt. Plurimis alioqui modis pingi sculpiq; potest amicitia
hieroglyphicè, ut ostendit. *Pier. Valer. in Palma, in Famina, in he-
dera cum vite. Valer. 55. pag. 528. E.*

Apud aliquos *Hirundinem* pro amico poni tum inutili tum
ingrato & perdifficili, comperias: quippe qui moribus nostris,
& familiaris vitae rationi difficulter alluoscatur. *Pier. Valer. lib. 22.
pag. 209. A.*

Vide supra Similitudinem huc pertinentem.

AM

AMOR, AMARE.

AMISSIO BONORUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Potes aurum perdere & nolens: potes domum, potes honores, potes ipsam carnis salutem: bonum verò quo verè benivolus es, nec invitus accipis, nec invitus amittis. *Augustin. de veritate dom.*

Sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. *Ambr. Ench.*

Magna consolatio in rerum amissione est, illa tempore mentem reducere, quibus nos contigit res, quas perdidimus non habuisse: ut dum unusquisque intuetur, quòd aliquando illa non habuit, dolorem temperet, quòd amisit. *Gregor. lib. Moral.*

Sine dolore amittitur, quicquid sine amore possidetur: quod verò ardentè diligimus habita, graviter suspiramus, ablatum. *Gregor. lib. 3. Moral.*

Quantò minor in possessione commoditas, tantò minor amissione dolor. *Idem in hom.*

Cum gravi dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur: minus autem carendo dolemus, quæ minus possidentur diligimus. *Isidor. lib. 3. de summo bono.*

Vide Bonitas & Bonum. Item Paupertas.

AMOR, AMARE.

Tàm in spiritali quàm profano sensu.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Deuter. 6.*

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram DEO & Hominibus: concordia fratrum: & amor proximorum: & vir & mulier sibi bene consentientes. *Eccles. 25.*

Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. *1. Ioan. 2.*

Et nos debemus pro fratribus animam ponere. *Ibid. 3.*

Primùm diligamus nos invicem, quia charitas ex DEO est: qui diligit fratrem suum, ex DEO natus est, & cognoscit DEUM. *Ioan.*

Si diligamus nos invicem, DEUS in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. *Ibid.*

Omne animal diligit sibi simile: sic & omnis homo proximum sibi. *Eccles. 13.*

Omnis caro ad similem sibi conjungitur: & omnis homo simili sociatur. *Ibidem.*

De charitate fraternitatis non necesse habemus vobis scribere: ipsi enim vos à DEO didicistis, ut diligatis invicem. *1. Thess. 4.*

Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges Proximum tuum sicut te ipsum. *Galat. 5.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quid est amor: nisi quædam vita duo aliqua copulans, vel copulare appetens: amantem, & quod scilicet amat, & quod amatur? *Augustinus.*

Amari non nisi nota possunt. *Idem.*

Amare alium non potest, qui seipsum non amat. *Idem.*

Non amatur, quod propter se non amatur. *Aug. de uni. Bapt. cont. Manich. de uti. cred.*

Amatur aliquando res bona non bono amore. *Ibid.*

Sordes animi sunt, amor quarumlibet rerum, præter animū & DEUM, à quibus sordibus quanto quisq; est purgatio, tanto verum facilius intuetur. *Ibid.*

Nil tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. *Idem de mor. eccl.*

Omnis creatura cum bona sit, & benè amari potest, & malè. Benè scilicet ordine constituto: malè, ordine perturbato. *Idem de civit. Dei, lib. 15.*

Duas civitates duo faciunt amores: Jerusalem facit amor DEI, Babylonem facit amor seculi. Interroget igitur se unusquisq; quid amet, & inveniet unde sic civis? *Idem sup. Psal. 64.*

Ad DEUM, qui ubique præsens est, ubiq; totus est, non pedibus libet ire, sed moribus. mores autem nostri nō ex eo quod quisque novit: sed ex eo quod diligit, dijudicari solent: nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali sint amores. *August. in epist. ad Maced.*

Verus amor non sentit amaritudines, sed dulcedinem, quia soror amoris dulcedo, sicut soror odii est amaritudo. *Ibid.*

Qui amat, non laborat: omnis enim labor non amantibus gravis est. Solum amor est, quod nomen difficultatis erubescit. *Ibidem.*

Nulla modo onerosi sunt labores amantium, sed ipsi delectant: sicut venantium, aucupantium, piscantium. In eo enim quod amatur: aut non laboratur, aut labor amatur. *Idem lib. de Sancta ibid.*

Ama amorem illius, qui amore tui amoris descendit in ute-

AM

AMOR, AMARE.

rum virginis: & ibi amorem suum amori tuo copulavit: humiliando se sublimando te, conjungendo lumen suæ æternitatis limo tuæ mortalitatis. *Idem de Catech. rudim.*

Constans & perfectus debet esse amor noster: ut si necesse fuerit, amore illius moriamur, qui amore nostri placide ac benigne mori dignatus est. *Idem.*

Minus domine te amat, qui aliquid tecum amat: quod propter te non amat. *Idem lib. confess.*

O, si possemus excitare homines, & cum ipsis pariter excitari! ut tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sunt homines amatores vitæ fugientis. *De doctrina Christiana.*

Hoc habet impatiens amor, ut quem desiderat, semper venire se credat. Ignorat siquidem iudicium, & ratione multoties caret: nescit modum, nec aliud cogitare potest, quam quod diligit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, nec ex difficultate remedium: nec consilio temperatur: nec tempore frænatur, nec ratione subicitur. *Ambr. in serm. de assum.*

Non minus vos diligo quos genui ex evangelio: quam si suscepissem conjugio. Gratia quippe vehementior est ad diligendum, quam natura. *Idem de Offic.*

Nihil amantibus durum, nullus labor difficilis: amemus & nos Christum, & facile videbitur esse difficile. *Hieronym. in serm. quodam.*

Felix conscientia ista, in cuius corde præter amorem Christum qui est sapientia, castitas, patientia, atque iustitia: nullus alius versatur amor: nec ad recordationem hominis aliquando suspirat: nec videre desiderat, quod quum viderit, nolit dimittere. *In epist. ad Demetr.*

Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicatas & oblatas, ac degustatos cibos, blandasque ac dulces literas, sanctus amor non habet. *Idem in epist. ad Nepot.*

Amor formæ, rationis oblivio. *In epist.*

Tunc plenius in Dei dilectione proficimus, quum in ejusdem dilectionis gremio prius proximi charitate laetamur. *Greg. lib. 5. Moral.*

Solent nonnulli in prosperis Deum diligere in adversis autem flagellantem minus amare. *Lib. 2. moralis.*

Tantò quisque à superno amore disjungitur, quantò inferiori delectatur. Nunquam est amor Dei otiosus: operatur enim magna, si est: si autem operari renuerit, amor non est. *In Hom.*

Ille in amore Dei major est, qui ad eius amorem plurimò trahit. *In Hom.*

AM

Vis an cogitat, n

Nemo

lib. 12. M

Non e

ubi amat

tate tene

de precept

Sapient

supienter

scientiam

mentum

efficere p

Idem sup.

Dilex

pedixeri

fortiter,

sto, quer

illecti: p

Idem.

Toto

blanditu

si amor

Magn

gini red

giter flu

O ju

queas, su

denter e

puritas

ctitas, e

gnitas, p

Prior

tales. ib

Amo

Amo

Amo

Vis amoris hoc agere solet in animo, ut quem semper ipse cogitat, nullum alium credat ignorare. *Idem in Hom. 25.*

Nemo aliquem amat, quem non vult esse meliorem. *Idem lib. 12. Moral.*

Non enim præsentior est spiritus noster, ubi animat, quam ubi amat: nisi fortè magis puterur esse, ubi vincitur ex necessitate tenetur, quam quò sponse & alacri fertur voluntate. *Bernh. de præcepto, &c.*

Sapientia est Deus, & vult amari non solum dulciter, sed & sapienter: alioquin facillimè zelo tuo spiritus illudet erroris, si scientiam negligas. Non enim habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficere possit, ut in ea incautè, & non cum ratione ambuletur. *Idem sup. Cantic. serm. 30.*

Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, quia carnem induit: sapienter quia culpam cavuit: fortiter, quia mortem sustinuit. Disce ergò Christiane à Christo, quemadmodum diligas Christum: disce amare dulciter, ne illecti: prudenter, ne decepti. fortiter, ne compressi deficiamus. *Idem.*

Toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. omne quod blanditur de carne propria vel aliena, sacrosanctæ carnis Christi amori postponere. *ibid.*

Magna res amor, si ad suum recurrat principium: si suæ origini redditur: si refusus suo fonti, semper ex eo sumat, unde jugiter fluat. *ibidem.*

O jugum sancti amoris! quam dulciter capis, gloriose laqueas, suaviter premis, delectanter oneras, fortiter stringis, prudenter erudis! O felix amor! ex quo oritur strenuitas morum, puritas affectionum, subtilitas intellectuum, desideriorum sanctitas, operum claritas, virtutum fecunditas, meritorum dignitas, præmiorum sublimitas. *In lib. de dilig. Deum.*

Prior Deus dilexit nos tantus, tantum, & gratis, tantillos & tales. *ibidem.*

Amor pudorem, modum, consilium non habet. *sup. Cant.*

Amor puri mercenarius non est. *ibid. serm. 83.*

Amor ubi est, labor non est. *ibid. serm. 86.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ,

Catull. 76:

Difficile est longum subito deponere amorem.

Horat. 2. Serm. 3.

— In amore hæc sunt mala: bellum,
Pax rursus —

Boeth. 4. 6.

Hic est cunctis communis amor,
Repetuntq; boni sine teneri:
Quia non aliter durare queant,
Nisi conuerso rursus amore
Refluant caussa, quæ dedit esse.

Ovid. 2. Remed.

Manet amor tectus, si non ab amante recedas
Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumis.

Plaut. Cist.

Credo ego amorem apud homines carnisficinam commentum:
Ita me amor lapsus animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur: quod dat, non dat: deludit:
Modò quod suasisit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat.

Virgil. Eclog. 8.

Seruus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: —

Idem Æneid. 4.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Senec. Herc. Fur.

Odit verus amor, nec patitur moras.

Ovid. 1. Remed.

Vtile propositum est, seruas extinguere flammæ,
Nec seruum vitis pectus habere suum.

Ibidem.

Dum furor in cursu est, currenti cede furori:
Difficiles aditus impetibus omnes habet.

Propert. 2.

Solus amor morbi non amat artificem.

Eodem. 15.

Verus amor nullum norit habere modum.

Eodem 14.

Scilicet insano nemo in amore videt.

Eodem 15.

Turpis amor surdis auribus esse solet.

Ovid. 2. Metam.

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur
Majestas & amor. —

2. Remed.

2. Remed.

— Finem qui queris amori,
 Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
 Desideam puer ille sequi solet: odit agentes:
 Dat vacua menti, quo teneatur, opus.
 Queritur, Aegysthus quare sit factus adulter?
 In promptu causa est, desidiosus erat.

2. Remed.

Divitiis alitur luxuriosus amor.

Idem Epist. 1.

Res est solliciti plena timoris amor.

Terent. Eun. 1. 1.

In amore haec omnia insunt vitia; injuria,
 Suspiciones, inimicitia, inducia,
 Bellum, pax rursus, incerta haec si tu postules
 Ratione certa facere, nihilo plus agas,
 Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

Plaut. Caf.

Namque ubi amor condimentum meritis, quovis placitum credo,
 Neque falsum, neque suave esse potest quidquam, ubi amor non
 admiscetur.
 Fel, quod est amarum, id mel faciet: hominem ex tristi lepidum,
 Et lenem.

Idem Cistel.

Nam ecastor amor et melle, et felle est fecundissimus:
 Gustu qui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.

Idem Merc.

Nam amorem haec cuncta vitia sectari solent:
 Cura, egritudo, nimiaque elegantia.
 Haec non illum modo, qui amat, sed quemque attigit,
 Magno, atque solido multat infortunio.
 Nec pro profecto quisquam sine grandi malo,
 Praequam res patitur, studuit elegantiae.
 Sed amori accedunt etiam haec quae dixi minime:
 Insomnia, erumna, error, terror et fuga,
 Ineptia, stultitiaque, adeo, et temeritas.
 Incogitantia, excorsimmodestia,
 Petulantia cupiditas, et malevolentia,
 Inheret etiam aviditas, desidia, injuria,
 Inopia, contumelia, et dispendium.

Publ. Syr.

Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.

Idem.

Amare, & sapere vix Deo conceditur.

Ovid. 4. Meta.

Quoq; magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.

Idem Epistola 12.

*— Quis enim bene celat amorem?**Eminet indicio prodita flamma suo.*

Idem 15.

*Sed malè dissimulo, quis enim celaverit ignem,**Lumine qui semper proditur ipse suo?*

Ibidem.

Sed tamen apparet dissimilatus amor.

Senec. Oct.

*Volucrem esse Amorem fingit immitem Deum.**Mortalis error, armat & telis manus,**Arcesq; sacros instruit se va face:**Gemitumq;e credit Venere, Volcano satum.*

Senec. Oct.

*Vis magna mentis, blandes atque animi calor,**Amor est. juventa gignitur, luxu, otio**Nutritur inter leta fortuna bona.**Quem si fovere, aut alere desistas: cadit,**Breviq; vires perdit extinctas suas,*

Idem Hipp.

*— Ille per cælum volans**Proterva tenera tela molitur manu,**Regnumq; tantum minimis in Superos habet.**Vana ista demens animus adscrivit sibi.**Venerisq; nomen sumpsit, atque arcus Dei.*

Idem Med.

*Cæcus est ignis stimulas ira,**Nec regi curat, patiturve frena.**Haud timet mortem, cupit ire in ipsos**Obvires enses.*

Ovid. 3. Art.

Errat & in nulla sede moratur amor.

1. Remed.

*Otia si tollas, periére Cupidinis arcus:**Conspertaq; jacent, & sine luce facerè.*

Terent.

Terent. Eun. 4. 5.

Verbum, hercle, hoc verum est: sine Cerere, & Libero friget
Venus.

Ovid. 2. Remed.

Vt penè extinctum cinerem si sulfure tangas,
Vivet, & ex minimo maximus ignis erit:
Sic, nisi vitaris quidquid revocabit amorem,
Flamma redardefcet, quæ modò nulla fuit.

1. Amor. 9.

Qui non vult fieri desidiosus, amet.

Terent. Eun. 2. 1.

Di boni! quid hoc morbi est? adeon' homines immutari
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse?

Ovid. Epist. 16.

Dum noxas est, cepto potius pugnemus amori:
Flamma recens parva sparsa resedit aqua.

Terent. And. 2. 1.

— Ah, quanto satius est,

Te id dare operam, qui istum amorem ex animo dimoveas tua,
Quàm id loqui, quò magis lubido frustra incendatur tua.

Sen. Hipp.

Nihil immune est: odiumq; perit,
Cum jusit amor veteres cedunt
Ignibuss ire

Idem.

Sapè obstinatis induit frenos
Amor, & odia mutat.

Verg. Ceiri.

Omnia vincit amor. quid enim non vinceret ille?

Ovid. Epist. 3.

Quidquid amor jusit, non est contemnere tutum.

Ovid. 1. Art.

Non bene cum sociis regna, Venusque manent.

Propert. 2. 15.

Errat, qui finem vesani querit amoris.

Ovid. 2. Remed.

Non habet unde suum paupertas pascat amorem

Propert. 2. 12.

Quicumq; ille fuit, parum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuisse manus?

Is primò

Is primam vidit, sine sensu vivere amantes:

Et levibus curis magna perire bona.

Idem non frustra ventosus addidit alas,

Fecit & humano corde volare Deum.

Scilicet alterna quoniam jactamur in unda:

Nostraq; non ullis permanet aura locis.

Et merito hamatis manus est armata sagittis,

Et pharetra ex humero Cnossia utroque sonat:

Atque ferit quoniam tuti quam cernimus hostem:

Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

Ovid. Epist. 4.

— Quid deceat non videt ullus amans.

Plaut. Bach.

Anima est amica amanti si abest, nullus est:

Si adest, res nulla est: ipsius est nequam, & miser.

Boeth. 3. 12.

Quis legem det amantibus?

Major lex amor est sibi.

Terent. Heaut.

Novi ego amantium acimum, advertunt graviter ea, quae non censent.

Ovid. 2. Art.

Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis esto.

Martialis.

Vt prestem Pyladem, aliquis mihi prestet Orestem:

Hoc non fit verbis: Marce, ut ameris, ama.

Ex Comicis Graecis.

Οἱ δὲ ποτ' ἀληθὲς ἔδιν' ἔθ' υἱῶν πατρὸς:

Εἰθεὶν ἀπειλεῖν, ἔτ' ἐρῶν ἐρωμένη.

Vt irritae parentis in prolem suam,

Sic & in amicam sunt amatoris minae.

Ἐρωτικὴ πίνει λιμὸς, ἢ χαλκῶν ἀπ' ἀνίης.

Amorem inopia sedat, aut sedat fames.

Γέρον ἐρωτικῆς, ἐχάτη κακῆ τύχῃ.

Senex amore captus, ultimum malum.

Ὁρῶ φιλοῦστων ὄληθρον ἰαυεὶ χρόνον.

Est ira nulla amantium durabilis.

Ἀλλ' ὅτ' αὖ ἐρῶντες νοῦν ἔχουν τις ἀξιοῖ,

Παροῦ τινι τὴν ἀνόητον οὐτως ἕψεται.

Carere amantes mente si quis non putat,

Quos esse potius mentis expertes putet?

Φύσος

Φυ

Am

Pa

Pl

A Mare

de mor

Ames p

multa me

Aman

fuspicaur

elabi pote

ri juveni f

citudinis.

C Rates

mede

sis, laqueu

aut certè

queus, ut

Diogene

ret difficil

amorem

part. 2. ser

Theophi

mæ otios

Aristote

coitus gra

Stob. ferm.

Panetic

De sapien

longe abs

commota

lib. 1. cap.

Cato ma

re: quod h

animat. P

Populia

aliæ bestia

tes vellent

5. Satur.

Julia Au

Φύσει πῶς τυράζων ἐστὶ πᾶσι ἀνὴρ ἔργων.

Amans præbere se solet tractabilem.

Πολλοῖς ἰστέκων ἔσ' ἔρωτος μουσική.

Plerisque fomes est amoris Musica.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

A Mare sic incipe, tanquam non liceat desinere. *Seneca libro de moribus.*

Ames parentem, si æquus est: sin aliter, feras. Amans iratus multa mentitur sibi. *Idem in Pro verb.*

Amans quid cupiat, scit: quid sapiat, non videt. Amans quod suspicatur, vigilans somniat. Amor extorqueri non potest, sed elabi potest. Ab amante lachrymis redimas iracundiam. Amari juveni fructus est: crimen seni. Amor est otiosæ causa sollicitudinis. *Ibidem.*

¶ APOPHTHEGMATA.

C Rates amore laborantibus ostendit remedia: amor, inquit, medetur fames: sin aliter, tempus: quod si nec his uti possis, laqueus. Luxus ferè alit amorem: tempus omnia aut tollit, aut certè mitigat. Hæc remedia si nihil profunt: superest laqueus, ut morbus finiatur suspendio. *Laert. lib. 6. cap. 5.*

Diogenes interrogatus, quidnam in tota rerum natura existeret difficillimum? Nolle seipsum, inquit. Multa enim propter amorem sui sibi quenque sumere solitum. *Antonius in Melissa, part. 2. serm. 75.*

Theophrastus interrogatus, quid esset amor? respondit, animæ otiosæ affectus. *Stob. serm. 52.*

Aristoteles Cyrenæus ab amico quodam percontatus, an amor eolus gratia fieret? Neq; eius gratia, neque sine eo, respondit. *Stob. serm. 61.*

Panetius adolescentulo quærenti, an sapiens amaturus esset? De sapiente, inquit, videbimus. Mihi & tibi, qui à sapiente longè absumus, non est committendum, ut incidamus in rem commoram, impotentem, alteri emancipatâ, vilem sibi. *Bruson. lib. 1. cap. 2.*

Cato major amanti animum dicebat in alieno corpore vivere: quod hodie quoque celebratur, animam illuc potius esse ubi animat. *Plut. in eius vita.*

Populia Marci filia, miranti cuidam quid esset: quapropter alix bestix nunquam marem desiderarent, nisi cùm prægnantes vellent fieri? respondit, quia bestix sunt. *Macrob. lib. 2. cap. 5. Satur.*

Julia Augusti, Julia Cæsaris Augusti filia, cùm conseci flagitiorum

rum admirarentur, quomodo similes Agrippæ filios procrearet: quæ tam frequenter vulgò potestatem corporis sui faceret? respondit: quia nunquam nisi nave plena vectorem tollo. *Macrobius lib. 2. cap. 5. Satur.*

SIMILITUDINES.

UT hedræ unde vis ex se invenit, quò se alleget: ita amor etiam iis capitur, quæ non amantem offendunt. *Plutarch.*

Ut radix, quàm medici vulgò Rhabarbarum vocant, cum sit biliosa, tamen peculiari quadam vi bilem pellit: ita fit nonnunquam, ut amor pellat amorem, ceu clavus clavum, ira iram, & dolor dolorem. *Plin.*

Ut echenéis, licet licet exiguus piscis, navem citatam remoratur: ita animù ad honesta properantem puella quæpiam nonnunquam revocat, ac retardat affixa. *Plin.*

Quemadmodù frondium jactura facilis est, quia renascuntur: sic istorum quos amas, quosque oblectamenta vitæ putas esse damnium: quia reparantur, etiamsi non renascantur. *Senec. epist. 105.*

Ut qui per inane ingrediuntur, quâ magis innituntur, hoc magis peccant: ita qui sui amantes, sibi fidunt. *Erasm.*

Ut equæ conspecta in aquis forma sua, aguntur in rabiem, auctore Columella: ita quidam nimium admirantes sua, ad insaniam usque redduntur insolentes. *Erasm.*

Industrium animal formica, non laborat nisi sibi: ita nonnulli mortales sibi duntaxat consulunt, & suum modò negotium agunt. *Plin.*

Ut luna quod luminis accepit à sole, mundo refundit: ita donum à Deo acceptù in aliorum commodù conferendum. *Erasm.*

EXEMPLA SACRA.

A Moris exempla: Isaac amabat Esau, Rachel Jacobum, *Genes. 25. v. 28.* Jacob Rachel, *29. v. 18. 20. 30.* Sicheus Dinam, *34. v. 19.* Israël Josephum, *37. 3.* Deus Patres, *Deut. 10. v. 15.* Samson Dalilam, *Judic. 16. 4.* David Jonathan, & contrà, *1. Samuel. 18. v. 1. 2. Sam. 1. 26.* Amnon Thamar Absalonis sororem, *23. 1.* Roboam Maachæ filiam, *2. Paral. 11. v. 21.* JESUS Lazarù, *Joan. 11. v. 3. 4. 5. 36.* Joannem, *20. v. 2.* Petrus Christum, *21. v. 15. 16. 17.* Paulus Christum, *1. Cor. 16. v. 22. Philip. 1. v. 23. 2. 3. v. 8.*

EXEMPLA PROFANA.

B ton in Bucolicis sub pastoris persona. Amorem carminum suorum præceptorem facit. *Stob. serm. 61.*

Epicurus philosophus Leontium & Laidem amicas habuit. Athen. lib. 13. cap. 20.

Plato

Plato Aca Epigra. initium Ag. Iosephus xandriæ lib. 12. cap. Filios Ajanuis corlum invidi cludendu quamvis tandem o

A Pud signu stans. & u nini statu

Egypt ignem am nidedica

Quoni tudo amo monume

Malum na pinger di lascivis

Item cur bola amo pag. 522. 0

E Cce e rit pr Qui f Nonn musi: pr Ecce e diat in v Deus

Plato *Archeanassam* Colophoniam deperisse putatur, edito de ea Epigrammate quod legitur. *lib. 3. Anthol. Græc. Epigram. cuius initium Αρχειανασσαν ηγαθησε* &c.

Iosephus Iudeorum princeps apud Ptolemeum Evergetem Alexandriæ cœnans, saltatriculæ in convivio amore exarsit. *Ioseph. lib. 12. cap. 4. Antiquit.*

Filius Antonii Venerii, ducis Veneti, amatæ à se ardentius puellæ, januis cornua bubula fixit: illiq; occurrenti in via publica osculum invitæ ferre voluit. qua ex re & illum perpetuo carceri includendum curavit pater: nec unquam dimissum esse voluit, quamvis graviter ægrotaret: ita ut peste grassante in carcere tandem obierit. *Egnat. lib. 6. cap. 1.*

¶ HIEROGLYPHICA.

A Pud Onocritas legere est, *Lucernam ardentem* esse mulieris signum, quæ sit amore capta: propterea quod levis inconstans, & infirmus admodum sit carum amor, qui lucernæ instar, minimi flatus impulsu extingui potest. *Pier. Val. lib. 46. pag. 451. B.*

Ægyptii Sacerdotes, qui odium per aquas intelligebant, per ignem amorem exprimi voluerunt: ideoq; faces passim Cupidini dedicarunt. *Idem lib. 46. pag. 452. D.*

Quoniam voluntatum studiorumq; consensus atque similitudo amorem parit, celebratur à Platone *Lyra* inter amatoria monumenta, libro de Anima. *Pier. Valer. 47. pag. 459. B.*

Malum quoq; amoris est symbolum: quique amorum agmina pingere volunt, lusitare eos malis, & inter arbores ejusmodi lascivire: poma decerpere: abrodere, jactareque confingunt. Item cur *Malus arbor* amari potissimum consecrata, ut & symbola amoris mutui, perdit, iniqui? vide apud *Pier. Valer. lib. 54. pag. 522. & 523. & 525.*

ANGELI BONI.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

E Cce qui serviunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit pravitatem. *Iob. 4.*

Qui facis angelos tuos spiritus. *Hebr. 1.*

Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi: propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? *Ibid.*

Ecce ego mittam Angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparavi. *Exod. 23.*

Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferui

AN

ANGELI BONI.

ferri detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reservari. *2. Petr. 2.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Prepositi sunt Angeli cœlorum super potestates aëreas, unde procedit verbum quod sit hic. Intuetur enim legem fixam, legem æternam, jubentem sicut scriptura: sine syllabis, sine strepitu, fixam semper & stantem intuentur Angeli corde mundo, & ex illa faciunt quicquid hinc fit. *August. sup. illud Psalm. 103. Draco iste quem fecisti, &c.*

Utique noscunt Angeli sancti, docti à Deo cuius veritatis æternæ contemplatione beati sunt: quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius civitatis expectat. *Ibidem.*

Magna dignitas fidelium animarum: ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodia sui angelum deputatum: immò plures. *Idem Psalm. 34. Hieron. sup. Matth.*

Superna illa civitas ex angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remansisse: sicut scriptum est: Statuit terminos gentium, juxta numerum Angelorum Dei. *Gregor. hom. 34. sup. Evang.*

Unusquisque in quantum sufficit, si à pravitate proximum revocat: si exhortari ad bene operandum curat: si æternum regnum vel supplicium erranti denunciationis impendit, profectò Angelus exitit. *Idem in hom. 6. sup. Evang.*

Qui parva capiunt, sed tamen hæc eadem parva piè annuntiare fratribus non desistunt, isti in Angelorum numerum currunt. Qui secretorum cœlestium summa capere prævalent & nuntiare: etiam isti in Archangelorum numerum deputantur. Qui amando ardent & loquendo alios accendunt, isti Seraphim dicuntur. *Idem ibidem.*

Angeli, cum ad nos veniunt, sic exteriùs implent ministerium: ut tamen nunquam desinant interiùs per contemplationem. Mittuntur igitur & assistunt: quia etsi circumscriptus est Angelicus spiritus: summus tamen spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli itaque & missi ante ipsum, qui à quolibet missi veniant, intra ipsum currunt. *Idem ibidem.*

In hoc est natura Angelica à naturæ nostræ conditione distincta: quod nos & loco circumscribimur, & cæcitaris ignorantia coarctamur: Angelorum verò spiritus loco quidem circumscribuntur: sed tamen eorum scientiæ longè super nos incomparabiliter dilatantur. Interiùs & exteriùs sciendo distincti sunt:

AN

sunt: quoniam enim de his sunt? *Idem.*

Simus quantum sciamus. A verò inter bis esse: ad Bernh. form.

Væ vobis gligentis sua, & quod inimicum gnationis maximè rem place tas, castita super hæc.

Benigntemuroriam supp

Tu ergo lationes se

Angeli verbum i reverenti ciam. Ca omnibus

Credita vota & prospere

In quo tuo Angeres. A pro te ad

Angeli trio liber iam mortum, sol

Boni ut cuncti de summo

sunt: quoniam ipsum fontem scientiæ contemplantur. Quid enim de his, quæ secunda sunt nesciunt, qui scientes omnia sciunt? *Ibidem 2. lib. moralium.*

Simus devoti, simus grati tantis custodibus, redamemus eos, quantum possumus, quantum debemus effectuosè. Ideò enim sciamus Angelos tanquam futuros aliquando cohæredes: eo verò interim actores & tutores à patre positos & præpositos nobis esse: adhuc enim parvuli sub tutoribus & actoribus sumus. *Bernh. serm. 22. in Psalm. 91.*

Væ vobis! si quando provocati sancti Angeli peccatis & negligentis, indignos nos judicaverint præsentia & visitatione sua, & quorum præsentia protegere nos, & propulsare poterat inimicum. Quod si necessariam habemus familiaritatem dignationis Angelicæ: cavenda est nobis eorum offensæ, & in his maximè mandandum, quibus eos novimus oblectari. Hæc autem placent eis, quæ in nobis invenire delectant: ut est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, creber in cælum gemitus, & super hæc omnia veritatem & pacem à nobis exigunt. *Ibidem.*

Benignus es Domine, qui non es contentus nostra fragilitate murorum: sed ipsis hominum custodibus Angelicam custodiam supponis. *Ibidem.*

Tu ergò si vis habere ministerium Angelorum, fuge consolationes sæculi, & tentationibus resiste diaboli. *Bernh. serm. 10.*

Angelis suis mandavit de te, &c. O quantam debet tibi hoc verbum inferre devotionem! conferre fiduciam: pro præsentia reverentiam, pro benevolentia devotionem, pro custodia fiduciam. Cavè ergò ambula, ubi sunt Angeli: ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Ibidem.*

Credimus Angelos sanctos ad stare orantibus: offerre Deo vota & preces hominum: si sine deceptione lavari puras manus prospexerint. *Ibidem.*

In quovis diversorio, in quovis angulo reverentiam exhibe tuo Angelo: ne audeas illo præsentem, quod me evidente, non auderis. Adsunt igitur tibi non modò præsentem tecum: sed etiam pro te adsunt, ut protegant: adsunt, ut profint. *Ibidem.*

Angelus est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrans, gratia non natura, & immortalitatem suscipiens: cuius substantiæ speciem & terminum, solus qui creator est, novit. *Damasc. lib. 1. cap. 3.*

Boni Angeli ad ministerium humanæ salutis deputati sunt: ut cunctis administrent mundi, & regant omnia iussu Dei. *Isid. de summo bono.*

§ HIEROGLYPHICA.

IN divinis literis *Lilium*, præcipuè album, nunc Christi, nunc Angelorum hieroglyphicum est: à candore quippè justitiæ, ad quod respexisse voluit Salomonem, cum dixit. *Flos Campi & Lilium convallium. Pier. Valer. lib. 55. pag. 533.*

Neq; absurdum est Angelos per *stellas* intelligi, qui stellarum præfides habeantur. In Moseos etiam traditionibus, ut summi viri locum interpretantur, per *stellas* Angeli significantur. *Idem lib. 44. pag. 438.*

ANIMA, ANIMUS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris ejus requiram animam hominis. *Genes. 9.*

Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. *Ezech. 18.*

Nolite timere eos: qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. *Matth. 10.*

Quid enim proderit homini, si totum mundum lucretur, & detrimentum animæ suæ faciat? aut quid commutationis dabit homo pro anima sua? *Marc. 8.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Vis ut animæ tuæ caro tua serviat, Deo serviat anima tua: debes regi, ut possis regere. *August. variis locis.*

Væ animæ audaci! quæ speravit, si à te recessisset, se aliquid melius habituram: versa & reversa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura sunt omnia: & tu solus requies, & ecce ades. *Idem lib. 6. confess.*

Quid est, quod velis habere malum? dices mihi, nihil omnino: non uxorem, non filium, non filiam, non servum, non ancillam, non tunicam: postremò non caligam: & tu vis habere malam vitam: rogo te, propone animam tuam caligæ tuæ. *Idem in homil.*

Anima est substantia creata invisibilis, incorporea, immortalis. Deo simillima, imaginem habens Creatoris sui. *Idem lib. de definitione anime.*

Sicut Deus omnem creaturam: sic anima omnem creaturam naturæ dignitate præcellit. Omnis autem anima, aut Christi sponsa, aut diaboli adultera est. *Idem sup. Gen. ad lit.*

Felix

Felix a
potentia
devotio i

Hæces
tur. & g

rationali

Anim

Si mag

moritur

lesti patr

Quoq

ipsis Deu

confider

perverfa

Tres v

carne no

ne mori

Primus

nimali

Sic co

fideat co

Adi

mnibus

enim D

dedicati

Est ce

fidem, s

ritas, &

Ani

circunf

tigant

oblitari

Paup

litudo

stens. n

sentia v

Idem ib

Hæc

tiamu

purita

interie

Idem se

Felix anima, quam Dei pietas respicit, humilitas subjicit, potentia reducit, obedientia conducit: perseverantia perducit, devotio introducit, charitas unit. *Idem de spiritu & anima.*

Hæc est animæ nostræ vitalis substantia, quæ alitur & pascitur, & gubernatur: nec quicquam est aliud, quod vivere faciat rationalem animam, quam eloquium Dei. *Ambr. in Psal. 118.*

Animus autôr culpæ, caro verò ministra. *Offic. 1.*

Si magnæ mercedis est à morte eripere carnem, quanquam morituram quanti est meriti à morte animam liberare, in cœlesti patria sine finē victuram? *Gregor. in homil. 16. moral.*

Quoquo se vertit anima, si vigilanter intendit, in eisdem ipsis Deum invenit, per quæ reliquit: eiq; potentiam eorum consideratione cognoscit, quorum amore defervet: & per quæ perversa cecidit, per hæc conversa revocatur. *Idem ibid.*

Tres vitales spiritus creavit omnipotens Deus: Unum, qui carne non tegitur: Alium qui carne tegitur, sed non cum carne moritur: Tertium, qui carne tegitur, & cum carne moritur. Primus Angelorum, secundus hominum, tertius brutorum animalium. *Idem lib. dialogor.*

Sic conditi mirabiliter sumus, ut ratio animam & anima possideat corpus. *Gregor.*

Ad imaginem quippè Dei facta anima rationalis cæteris omnibus occupari potest, repleri omninò non potest, capacem enim Dei, quicquid Deo minus est, non implebit. *Bernh. in serm. dedicationis.*

Est cœlum sancta anima habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes, vel certè sol justitiæ zelus, aut fervens charitas, & luna continentia. *Idem sup. Cantic.*

Animæ desideranti Dominus festinus occurrit, cœlesti rore circumfusus. Unguentis optimis delibuit, animam recreat fatigatam: esurientem reficit: aridam impinguat: terrenorum oblitam, sui ipsius immemorem. *Idem ibid.*

Paupertate, mansuetudine, & ætæ renovatur in anima similitudo quedam & imago æternitatis, omnia tempora completens. nam paupertate futura meretur, mansuetudine sibi præsentia vendicat, luctu pœnitentiæ præterita quoque recuperat. *Idem ibid.*

Hæc est animæ suavissima & saluberrima requies: conscientia munda, quies secunda sit beatæ animæ culcitra: conscientie puritatis, capitale: tranquillitas, opertorium: securitas, ut in hoc interim strato dormiat delectabiliter, & feliciter requiescat. *Idem serm. 106.*

Advertistis tres esse sanctorum status animarum: primum videlicet, in corpore corruptibili: secundum sine corpore: tertium in corpore jam glorificato: primum in militia, secundum in requie, tertium in beatitudine consummata. *Bernhard. ibidem 107.*

Quid indecentius, quàm curvum recto corpore gerere animum? *Idem sup. Cantic. serm. 14.*

Tria ista, anima curiosa Dei non cessat inquirere: scilicet justitiam & judicium, & locum habitationis gloriæ sponsi, tanquam viam in qua ambulet: ut de forma justitiæ sit formosa, de judiciorum notitia cauta, de desiderio præsentis seu gloriæ sponsi casta. Talem prorsus decet sponsam pulchram, eruditam & castam. *Idem in Cantica.*

Cadit asinus, & invenit qui se sublevet: cadit anima, & non est qui manum apponat. *Ibidem.*

O anima insignita Dei imagine, decorata similitudine desponsata in fide, dotata in spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps! quid tibi cum carne, qua haud aliud vilius sterquilinum invenisti? *Idem.*

Si animam negligamus, nec corpus salvare poterimus. Non enim anima pro corpore: sed corpus pro anima factum est. Qui ergo quod primum est negligit, & quod inferius est extollit: utrunq; corrumpit: qui verò ordinem servat, & quod primum est colit: etiam si negligat quod secundum est, per primi salutem salvabit & secundum. *Chrysost. lib. de recuperat. lapsi.*

Anima dum vivificat corpus, anima est: dum vult, animus est: dum scit, mens: dum recollit, memoria est: dum rectum judicat, ratio est: dum spirat, spiritus est: dum aliquid sentit: sensus est. *Isidor. 11. Etymolog.*

O homo! quid miraris syderum altitudines & profunditatem maris? animi tui abyssum intra, & mirare, si potes. *Isidor. lib. 1. de summo bono.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenalis Satyr. 15.

*Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cujus egent prona, & terram spectantia mundi:
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoq;: mutares ut nos
Affectus petere auxilium, & præstare juberet.*

Boëtius

Boëtius Metro. 6. lib. 3.

*Hic clusit membrâs animos
Celsa sede petitos.
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen*

Idem Metro. 9. lib. 3.

*Tu causis animas paribus, vitasq; minores
Provehis: & leuibas sublimes curribus aptas
In cælum, terramq; seris: quas lege benigna
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.*

Manilius lib. 4. Astron.

*Iam nusquam natura latet: per vidimus omnem:
Et capto potimur mundo, nostrumq; parentem
Pars sua conspicimus, genitiq; accedimus astris.
An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?
In cælumq; redire animas, cæloq; venire?*

Vergil. 6. Æneid.

Igneus est ollis vigor, & cælestis origo.

Boëtius Met. 10. lib. 3.

*Hoc quicquid placet, excitatq; mentes
Infirmis telles aluit cavernis.
Splendor, quo regitur, vigetq; cælum
Vitat obscuras animæ ruinas.*

Senec. in Oedipo.

An ager animos falsa pro voris videt?

Ovid. 2. de Ponto.

Temperis cæli corpusq; animosq; iuuatur.

Idem Ibidem.

*Omnia deficiunt, animos tamen omnia vincit:
Ille etiam vires corpus habere facit.*

Plautus in rudente.

Animos æques optimum est erumnae condimentum.

Idem in Captiuis.

In re mala animo si bono utare, adiuuat.

Idem in Pseudolo.

Bonus animos in re mala, dimidium est mali.

Ovid. lib. 1. de Remed. amoris.

*Impatiens animos, nec adhuc tractabilis arte
Respuit, atque odio verba monentis habet.*

Terent. in Andria.

Dum in dubio est animus, paulo momento hinc illuc impellitur.

Plautus in Mostellaria,

Nihil est miserius, quam animus hominis confusus.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHORUM.

Opus est te anima valere, ut corpore possis. Cicero *Tirani, Fam. mil. 26.*

Ex anima constamus & corpore. *4. de Finib.*

Animus est rationis compos & particeps: quo nihil ab optimo & sapientissimo genitore melius est procreatum. *De univers.*

Mente nihil homini dedit Deus ipse divinius. *3. Offic.*

Nobis Deus, sive mater rerum omnium natura, dedit animū, quo nihil est præstantius neq; divinius. *Parad. 1.*

Animus est ingeneratus a Deo. *1. de Legib.*

Est animus coelestis. *Cato major. in Piu. 36.*

Humanus animus decerptus est ex mente divina. *5. Tuscul.*

Animus solus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. *Cato Major.*

Omnium animi immortales sunt: sed bonorum, fortiumq; divini. *2. de Leg.*

Bonorum virorum mentes mihi divinæ atq; æternæ videntur: & ex hominum vita, ad Deorum religionem sanctimoniamq; demigrare. *Pro Cajo Rabirio.*

Sic habeto, te non esse mortalem: sed corpus hoc. *Som. Scipionis.*

Corpus hoc est mortale: animi verò motus sempiterni. *Pro Sestio.*

Nihil interest, motu animi sublato, non dico inter pecudem & hominem & saxum, aut truncum, aut quidvis generis ejusdem. *In Lelio.*

Duplex est vis animorum: una pars in appetitu posita: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum, fugiendumque sit: ita fit ut ratio præsit, appetitus verò obtemperet. *1. Offic.*

Est animorum ingeniorumque nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio, contemplatioque naturæ: doctoquæ homini erudito, cogitare est vivere. Sapientis enim cogitatio, non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos. *5. Tuscul.*

Animus perturbatus & incitatus, nec cohibere se potest, nec quo loco vult, consistere omnino. *4. Tuscul.*

Animi

Animi
rum, glori
accedunt a
consciunt

Corpus
animus &
venientem

Corpus
Tuscul.

Deus
Exerce

lio, ration

rando pot

Egris
Æquè

Errat, o
tius gravi

Morbi
3. Tuscul.

Corpo
3. Tuscul.

Animi
sapiens fo

obediens
constring

de Finib

Corpo
possit cop

Deu
que ut de

vi. De Vn

Uc m

quas per
quas vir

Quò
quæ con

Volu
Corp

animo a
Tutu
dit tibi
autem l

Animi morbi sunt cupiditates immensæ & inanes divitiarum gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores, qui animos exedunt, conficiuntq; curis. 1. *de Finib.*

Corpus tamdiu gaudet, dum præsentem sentit voluptatem: animus & præsentem percipit pariter cum corpore, & prospicit venientem, nec præterfluere sinit. 5. *Tusc.*

Corpus est quasi vas animi, aut aliquod receptaculum. *Cic. 1. Tuscul.*

DEUS animum conclusit in corpore. *De Univerſit.*

Exercendum est corpus, & ita efficiendum: ut obedire consilio, rationique possit in exequendis negotiis, & in labore tolerando possit. 1. *Offic.*

Ægris corporibus simillima est animi ægritudo. 1. *de Finib.*

Æquè animo dolemus, dum corpore dolemus. 3. *de Offic.*

Errat, qui nullum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitiis gravius existimat. 3. *Tusc.*

Morbi perniciosiores pluresque sunt animi, quàm corporis. 3. *Tusc.*

Corpora curari possunt: animorum nulla medicina est. *Cic. 3. Tuscul.*

Animi lineamenta sunt pulchriora, quàm corporis. Rectè sapiens solus liber, nec dominationi cujusquam parens, neque obediens cupiditati. Rectè invictus, cujus etiam si corpus constringatur: animo tamen vincula injici nulla possunt. 3. *de Finibus.*

Corpori tantum præstat mentis excellens perfectio: ut vix possit cogitari quid intersit. 5. *de Finib.*

DEUS & ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eumque ut dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori. *De Univerſit.*

Ut multò majora sunt opera animi, quàm corporis. sicæ res, quas persequimur ingenio ac ratione, gratiores sunt, quàm hæ, quas viribus. 2. *Offic.*

Quò major est vis animi, quàm corporis: hóc sunt majora ea quæ concipiuntur animo, quàm illa quæ corpore. *Philip. 11.*

Voluptate animi, nulla potest esse major. *Cato Major.*

Corpore nihil nisi præsens & quod adest sentire possumus: animo autem & præterita & futura. 1. *de Finib.*

Tutum iter & jucundum est, ad quod natura te instruit: dedit tibi illa, quæ si non deserueris, par DEO conſurges. Parem autem DEO te pecunia non facit: DEUS nihil habet. *Prætex.*

AN

ANIMA, ANIMUS,

ta non facit: DEUS nudus est: fama non faciet, nec ostentatio tui. Nemo novit DEUM, licet multi malè de illo existiment & impunè. Non turba servorum læticiam tuam portantium: DEUS ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia. Nec forma quidem & vires beatum te facere possunt: nihil horum patitur venustatem. Quid ergò? animus: sed hic rectus, bonus, magnus, quid aliud voces hunc, quam DEUM in corpore humano hospitantem? hic animus tam in equitem Romanum, quàm liberrimum, quàm in servum potest cadere. *Seneca 3. epist.*

Sursum animum vocant initia sua: erit autem illic etiam antequam hac custodia exsolvatur. Si vitia sua deserunt, puriusque ac levis in cogitationes divinas emicuit. *Senec. 80. epist.*

Insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit: in expugnabilis est, quem multis machinis lacessitum fortuna non transit. Nunquam major est, quàm ubi aliena disposuit, & fecit sibi pacem, nil timendo, divitias nil concupiscendo. *Idem.*

Nil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. *In prov.*

§ APOPHYHEGMATA.

P*ythagoras*, magis animi vires quàm corporis optandas esse asserbat. Animi enim bona verè sunt possessiones: cetera omnia instabilia & incerta. Divitiæ enim aliæque id genus bona fortunæ temeritati subjacent: virtus autem stabilis atque perpetua habetur. *Stob. serm. 1.*

Phocylides, anima immortalis est, inquit, vivitque perpetuò, nec senescit unquam. *In præceptis suis.*

Socrates hominem ipsum animum esse dicebat: corpus autem nihil aliud quàm animi organum, vel domicilium, aut ut verius dicam sepulchrum, ac carcerem: unde cum emerferit, tum demum sui juris esse, multoque quàm antea felicitus vivere. *Erasmus in declamat. de Mort.*

Cyrus moriens filiis suis ait: Nullo modo, filii, hoc unquam mihi persuasi, ut animus vivat, donec sit in corpore mortali: quum verò ab hoc solutus fuerit, moriatur. *Cic. in Catone majore ex Xenophonte.*

Thales dicebat, non esse fucandam faciem, sed animum honestis studiis exornandum: quod hæc forma veros conciliet ac perpetuos amicos. *Diog. Laert. lib. 1. cap. 1.*

Alphonsus rex maximum argumentum immortalitatis sibi videri dicebat: quod corpora in hac vita decrefcere, ac per omnia

AN

omnia m
nimos ve
intelliger
phonsi reb

UT co
ment
Ut avi
studet co
facile rev
tarch.

Quem
as statim
facile rec

Qui à
cùm ser
sic nunc
facta lib
rit avelli

Ut qu
perque d
de capite
lio quær
brevis sic

Ut qu
multum
stis nego
contem

In co
mus vel
item que
in anim

Sicut
vivendi
vis genu
item que

Jum
patiant
animus

Flan
impetu
Rob

omnia membra suos quasi fines & terminos habere videret: animos verò quanto magis ad annos accederent, tantò magis intelligentia, virtute & sapientia crescere. *Panormit. lib. 4. de Alphonfi reb. gest.*

¶ SIMILITUDINES.

UT corpus est instrumentum animæ: sic anima est instrumentum DEI. *Plutarch.*

Ut avis capta, si diutius alatur in carcere etiamsi dimittatur, studet eò redire: sic animus diu versatus in hoc corpore, non facillè revellitur. At puerorum animus lubentius evolat. *Plutarch.*

Quemadmodum igni si extinctam subito facem admovetas statim redaccenditur: sic animus si statim evolet à corpore, facile redit in suam naturam. *Plut.*

Qui à servitute manumissi sunt, quæ dominis solent facere, cum servirent: ea faciunt sibiipsis, suoque arbitrio & praesidio: sic nunc anima alit corpus multo labore, multis curis: postea facta libera, seipsam alet contemplatione veri, nec ab ea poterit avelli. *Plutarch.*

Ut qui in alieno habitant, multis aguntur incommodis, semperque de aliqua domicilii parte quæruntur: ita animus nunc de capite, nunc de pedibus, nunc de stomacho, nunc aliud de alio quæritur, significans se esse non in suo domicilio, sed unde brevi sic emigrandum. *Senec.*

Ut qui thus tundunt, etiam si purgentur, tamen odorem multum tempus referunt: ita animus diu diversatus in honestis negotiis, diu servabit jucundam memoriam, qua factus, contemnet eos, qui vitam ut miseram deplorant. *Plut.*

In corporibus magnæ sunt dissimilitudines: alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis, aliis dignitatem inesse, aliis venustatem: sic in animis existunt etiam majores varietates. *Cic. lib. 1. Offic.*

Sicut membra nobis ita data sunt: ut ad quandam rationem vivendi data esse appareant, sic appetitio animi, non ad quodvis genus vitæ: sed ad quandam formam vivendi videtur, data, itemque & ratio & perfecta ratio. *Cic. lib. 3. de Finib.*

Jumenta quorum in aspero indurata est ungula, quamlibet patiuntur viam: in plaustris pascuo saginata cito subteruntur. sic animus duris assuetus, minus offenditur. *Senec.*

Flamma nec premi potest, nec quiescere: sic animus nativo impetu fertur ad honesta. *Senec.*

Robora in rectum quamvis flexa revocabis: curvatas tra-

bes calor explicat: & aliter natæ in id finguntur, quod usus no-
ster exigit: quanto magis animus accipit formas, flexibilis, &
omni humore obsequentior. *Seneca.*

Radii solis etsi contingunt terram, tamen ibi sunt unde mit-
tuntur: sic sapientis animus tametsi versatur hîc, tamen apud
suam originem est. *Seneca.*

Ut civitas in seditione non potest esse beata: nec in discordia
dominorum domus: sic animus à seipso dissidens, secumquæ
discordans, nullam gustare partem liquidæ voluptatis, ac liberè
potest. *Cic. lib. 1. de Finib.*

Sicut nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto, aut in au-
reo colloces: quocunq; illum transtuleris morbû suum secum
transfert: sic nihil refert, utrum animus æger in divitiis, aut in
paupertate ponatur: malum suû illum sequitur. *Senec. epist. 17.*

Quemadmodum stomachus morbo vitatus, & colligens bi-
lem, quoscunq; accepit cibos mutat, & omne alimentû in cau-
sam doloris trahit: ita animus cæcus, quicquid illi comiseris,
ad onus suum perniciemq; & occasionem miseriæ facit. *Seneca
lib. 5. de beneficiis cap. 12.*

Sicut flamma surgit in rectum: jacere ac deprimi non potest,
non magis quàm quietecere: ita noster animus in motu est: cõ-
mobiliior & arctuosior, quò vehementior fuerit. *Seneca epist. 39.*

Ut si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit non po-
test esse purum: sic animus, si sit infectus malis affectibus, o-
mnia vitiat, quæ accedunt: contrà, si purus & tranquillus. *Plu-
tarchus.*

Ut canes feroces ad omnem vocem irritantur, ad solam no-
tam ac familiarem mansuecunt: sic animi morbi cum sævi-
unt, compesci non possunt: nisi dicta adsint nota familiaria-
quæ, quæ commotus corripiant. *Plutarch.*

Ut corpus ægrotum, nec æstum ferre potest, nec frigus: ita
animus ægrotus prosperis atq; adversis rebus juxta offenditur,
ibidem.

Qui corporis morbo laborant, quieti se tradunt, medicum
accersunt, abstinent: sed qui ægrotant animo, quò gravius æ-
grotant, hõc magis abhorrent à quiete, & à medico. *Plutarch.*

Una tu ssis non facit phthisin, sed in morem adducta: ita er-
ror, non statim gignit animi morbum. *Senec.*

Ut sapiens gubernator in tranquillitate tempestatem expe-
ctat: ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparandus est
animus.

I Mmo

Abral

parition

& CHR

DEO VI

16. v. 31.

Saul cre

tivisset

Unde A

orbitat

quia no

anima

suis dic

Joram,

15. v. 22.

21. v. 18.

tur, eos

eostan

in resu

4. v. 33.

43. Petr

Tob. 2. v.

bis, Sap

v. 8. 9.

Machab

ipso res

50. Luc.

quicati

te, Luc.

Den

feros

bi sign

enim

loar

mar

§ EXEMPLA BIBLICA.

Immortalitatis animæ exempla: in Henoch, *Genes. 5. vers. 24.* Abrahamo, *25. v. 7. 8.* Isaac, *35. v. 29.* Jacobo, *49. v. 29. 30.* Apparitione DEI Moyſi facta, *Exod. 3. v. 15. 16.* Quo ipſo probat & CHRISTUS reſurrectionem futuram & ſanctos mortuos DEO vivere, *Matth. 22. v. 31.* Core cum complicitibus ſuis, *Num. 16. v. 31. 32.* *Pſalm. 106. v. 16. 17.* Saul, & Samuel, *28. v. 11.* Nam ſi Saul credidiſſet Samuelem, quoad animum extinctum, non petiviſſet eum exuſcitari. David, *2. Sam. 12. v. 22. 23.* & *18. v. 33.* Unde Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana inquit: Non orbitatem filii doluit David, dum luget Abſalonem filium: ſed quia noverat in quas pœnas tam impiè adultera & parricidalis anima raperetur. In Regibus, qui dormiſſe cum Patribus ſuis dicuntur: Roboamo, *1. Reg. 14. v. 31.* Joſaphato, *22. v. 51.* Joram, *2. Reg. 8. 24.* Jchu, *10. 35.* Jeroboamo, *14. 13.* Manahem, *15. v. 22.* Joathan, *v. 38.* Achaz, *10. v. 20.* Ezechia, *20. v. 21.* Manaſſe, *21. v. 18.* Abia, *2. Reg. 15. v. 8.* Ozia, *2. Paralip. 20. v. 23.* Unde ſequitur, eos vivere poſt mortem corporis, & in univerſali judicio eoſ tandem reſurrecturos, ut id in dormientibus apparet. Item in reſuſcitatis à mortuis, ab Elia, *1. Reg. 17. v. 22.* Eliſæo, *2. Reg. 4. v. 33.* & *13. v. 21.* CHRISTO, *Matth. 9. v. 25.* *Luc. 7. 15.* *Joan. 11. 43.* Petro, *Actor. 9. 40.* Prætercà in Elia, *2. Reg. 2. v. 9. 11.* Tobia, *Tob. 2. v. 18.* Jobo, *Iob. 13. v. 15.* & *19. v. 25.* In damnatorum verbis, *Sap. 5. v. 2. 2. 3. 4.* Vide *Sap. 3. v. 1.* Nabuchodonofor, *Eſa. 14. v. 8. 9. 11.* &c. Eleazare, *2. Machab. 6. v. 26.* Septem fratribus, *2. Machab. 7. v. 9. 14. 36.* Razia, *14. v. 46.* Ex dicto CHRISTI, ipſo reſurrectionis & vitæ æternæ autore, *Pſal. 31. v. 6.* *Matth. 27. 50.* *Luc. 23. v. 46.* Lazaro & divite, *Luc. 16. v. 22. 23.* Villico iniquitatis, *Luc. 15. v. 9.* Latrone ad dextram CHRISTI pendente, *Luc. 23. v. 42. 43.*

§ EXEMPLA PROFANA.

BArbara Sigifmundi Imp. uxor cum Epicuro ſummum bonum in voluptate ponebat: ſimiliterque atque Sadducei de immortalitate animæ nihil planè credebat: ſed tam ſuperos quàm inferos ridebat. *Dubravins lib. 28.*

Demonax philoſophus percontanti, qualia putaret eſſe apud inferos? Expecta, inquit: & ſimulatq; illuc venero, per literas tibi ſignificabo omnia: impiè ſentiens, nullos eſſe inferos. Nec enim credebat animarum immortalitatem. *Eraſt. lib. 8. apoph.*

Ioannes de Canis Medicus Florentinus multi nominis: cum ex matroſophiæ principis animã mortalem eſſe ſibi certò conſtare ſem-

AN ANIMA, ANIMUS. ANIMAL

re semper affirmasset: mori tamen proximus dubitare cepit, jamq; animam agens, inquit: sic nec ne mox sciam. *Ioan. Bapt. Gellius secundo dialogo Chimerico.*

§ HIEROGLYPHICA.

Equus animi elati ac ferocis hieroglyphicum esse potest. Sic enim Prudentius elationem animi describens ait,

*Fortè per effusas inflata superbia turbas
Inferni volitabat equo.*

Pier. Val. lib. 4. pag. 38. F.

Nec ingratum fuerit hieroglyphicum, quo animi desponsio & desperatio significetur: ubi quis *Equum cespitantem*, aut prioribus prolapsum pedibus appingat. *Idem lib. 4. pag. 42.*

Animum purum, supra terrenas feces elatum, & divinatum rerum meditationi deditum, per *Ciconiam* hieroglyphicè significant sacre etiam nostrorum literæ. Fastigia enim apicesq; rerum semper quæritat *Ciconia*. *Pier. Val. lib. 17. pag. 160. F.*

Accipitrem sursum versus tendentem si quis pingat, animum qui ad divina suscitatur intelligemus: quem si quis ad inferna delabentem effinxerit, animum significabit, qui se ad ea, quæ terræ beneficia sunt, examinanda applicaverit. *Pier. Valer. lib. 21. pag. 195.*

Hominem, qui animum suum à vitiis affectibusq; cruciabilibus depurgat, quæq; se lædant eximat atque depellat, significare si vellent, *Scolopendram* effingebant, eam nonnulli centipedam vocant. Rationem vide apud eundem. *Pier. lib. 30. pag. 280.*

Vas obturatum plerumq; animi significatum habere perhibetur. *Pier. Valer. lib. 56. pag. 539.*

ANIMAL.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sensus melior in brutis, quàm in hominibus. *August. de quantitat. anim.*

Beneficiorum DEI animalia etiam patrem habent. *Chrysostomus in Genes. 28.*

Animantia fecit DEUS propter hominem: hominè autem propter seipsum. Si ergò animalibus ministrat propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum? *Idem in Math.*

Universis animalibus data est ratio, brutis tantum ad vitam tuendam: hominè autem ad propagandam. *Lactantius.*

§ SEN-

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Manilius lib. 2. Astron.

Ad Luna motum variant animalia corpora.

Lucretius lib. 5. de Natur. rerum.

*At varia crescunt pecudes, armenta fereq̃:**Nec crepitacula ess opres est, nec cuiq̃; adhibenda est**Alma nutritiã blanda, & infracta loquela:**Nec varias quarunt vestes pro tempore cœli:**Deniq̃; non armis opres est, non in œnibus altis,**Quis sua tudentur: quando omnibres omnia largè**Tellus ipsa parit, naturaq̃; dædala rerum.*

Manilius lib. 2. Astron.

*Deniq̃; sic pecudes, & muta animalia, terris**Cum manean ignara sui, legisq̃; per ævum:**Natura tamen ad mundum revocante parentem,**Attollunt animos, cœlumq̃; ac sydera servant:**Corporaq̃; ad luna nascentis cornua lustrant,**Venturasq̃; vident hyemes, reditura serena.*

§ SIMILITUDO.

Artifex instrumenta sua tractat ex facili: rector navis scit gubernaculum flectere: pictor colores quos ad reddendam similitudinem multos variosq̃; antè se posuit, celerrimè denotat, & inter ceram opusq̃; facili vultu ac manu commeat: sic animal in omnem usum sui est mobile. *Senec. epist. 122.*

ANNUS. Vide TEMPUS.

ANXIETAS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Anxiæ exempla: Abram, *Genes. 12. vers. 12.* Loth, *19. v. 8.* Abraham, *20. v. 11. & 22. v. 8.* Isaac, *26. v. 7.* Jacob, *28. v. 17. & 32. v. 7. & 34. v. 30.* Ruben, *37. v. 22.* Israëlitæ, *Exod. 14. v. 20.* David, *1. Sam. 20. v. 1. 2. Sam. 24. v. 14. 1. Paralip. 21. v. 23.* Joseph, Mariz Deiparæ vix, *Matth. 11. v. 19.* CHRISTUS, *26. v. 42. Marc. 14. v. 36. Luc. 22. v. 43. 44.* Maria Magdalena, *Marc. 16. v. 3.* Occonomus, *Luc. 16. v. 3.* Discipuli CHRISTI, *Ioan. 3. v. 22.* Pëtri auditores, *Actor. 2. v. 37.* Sacerdotes, *4. v. 16.* Petrus, *10. v. 19. & 22. v. 9.* Paulus, *Philip. 1. v. 23.*

Vide Adversitas, Afflictio, Miseria, Mæror, Luctus, Tristitia.

APOSTA.

APOSTATA.

§ SIMILITUDO.

Qui ex balneo calent, vehementius frigeſcunt, & aqua frigidiſſimo eſſe ſolet, quæ prius caluit: ita vehementius ſeſe oderunt, qui prius fuerunt amici, & ſceleratiores ſunt, qui à pia vita ad impiam ſe tranſtulerunt. *Eraſmus.*

§ EXEMPLA SACRA.

Apoſtaſia: Apoſtaſia à fide quàm exitialis, *Hebr. 6. v. 6. & 10. v. 26. 2. Petri. 2. v. 20. 1. Ioan. 5. v. 16.* Prædicta ab Apoſtoliſ, *2. Theſſ. 2. v. 3. 1. Thimoſ. 4. v. 1. 2. Pet. 2. v. 1.* Exempla: Populus Iſraëliticus & Aaron, *Exod. 32. v. 1. 2. 3. 4.* Iſraëlitæ, *Judic. 2. v. 11. 12. 19. 2. Reg. 17. v. 7. 8. 9. 10. 11. 12.* *Ezech. 2. v. 3.* Michas, *Judic. 17. v. 5. 6.* Salomon, *1. Reg. 11. v. 4. 5. 6.* Jchu, *2. Reg. 10. v. 31.* Roboam & Iſraëlitæ, *2. Paralip. 12. v. 1. Principes Juda, 2. Paralip. 17. v. 18. Ozias, 26. v. 16. 17. Achaz, 28. v. 23. Sedechias & Principes Sacerdotum, 36. v. 13. 14. Hymenæus & Alexander, 1. Timoth. 1. v. 19. 20.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Ammoneſ Alexandrinus, Præceptor Origenis, fuit à puero Chriſtianus. Poſt verò ad philoſophiam ſe convertit, deſerta fide Orthodoxa. *Raviſſus.*

Aurelianus qui *Galiens* ſucceſſit, anno cclxxiii. tantum abeſt, ut iniquus, aut inimicus Chriſtianis fuerit, ut ſuum etiam, in poſtrema & frequentiſſima contra Paulum Samofatenum Synodo Antiochiæ, authoritatem interpoſuerit: & Samofatenum de Eccleſia cedere nolentem, exire compulerit: ut *Eufebius* narrat libro 7. cap. 30. Attamen cum natura barbarus & ſanguinarius eſſet, ut *Entropius* ſcripſit, adeò ut nec à propriæ ſororis filii cæde abſtineret: alienus tandem à Chriſtianis factus, perſecutionem in eos movere propoſuit. *Eufebius & Platina.*

Ecebolius, *Conſtantinopolitanus Sophiſta*, cum Imperatorum ſe ingeniis accommodaret, vehementer Chriſtianum eſſe ſe ſimulaverat: ſub Juliano verò, apoſtata truculentus gentilis apparuit: ac rurfus poſt Julianum Chriſtianus eſſe voluit. Etenim antè portam oratoriſe ipſe pronum in terram projiciens, clamavit: calcate me, ſalem inſipidum. Ad hunc modum levis & mobilis *Ecebolius* & antè & poſt Julianum fuit. *Socrates* libro 3. *hiſtor. Eccleſ. cap. 13. & Suidas.*

Theophilus in *Cilicie* civitate quadam *Diaconus*, diabolo ſe, remotus ab officio, dato chirographo mancipavit, promiſeratq; inſuper ſe Chriſtum abnegaturum eſſe. *Marullus* libro 2. cap. 12. & libro 4. cap. 10.

Apud

Apud Bulgaros Filices Trebellii Rex à patre designatus, abjecta religione Christiana, ad malorum dæmonum cultum rediit, patris sui pietatem aspernatus. *Sab. Enc. 8. lib. 6.*

Boleslaus Criffus, Polonorum princeps Borussia armis ad religionem Christi suscipiendam coegerat. Illi non multò post ad vomitum reuerli, imperata omnia, excepta religione, se facturos promissere. *Cromerus lib. 6.*

Apud Orientales Anglos Redualdus Rex favens religioni Christianæ, Cantii est baptizatus. Domum rediens, à conjuge & quibusdam seductoribus persuasus, eam abjecit, & idololatricos cultus recepit, nec multò post obiit. *Beda lib. 2. cap. 15.*

ARCANĀ.

§ APOPTHEGMATA.

T Hales frequenter dicere solebat. Vide ne te in jus vocet sermo contra conjunctos tibi ac socios dictus. *Laertius lib. 1. capite 1.*

Aristoteles interrogatus, quidnam in vita difficillimum esset? Tacere, inquit, quæ dicenda non sunt. *Ibidem.*

Euripides quum malè audiret ab hominibus ob oris graveolentiam: Multa, inquit, in illo occulta compntuerunt. *Erasm. Rot. lib. 8. apophtheg.*

Philippides Comicus Lyfimacho cum primis charus fuit, & familiaris: cui cum Lyfimachus offerret liberalitatem suam, ac frequenter diceret: quid vis tibi impertiam rerum mearum? quodcunq; voles, inquit, modò ne arcani quippiam. *Plut.*

Vide infrà plura sub titul. Taciturnitatis & Silentii.

ARROGANTIĀ.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

A Rrogantiam & superbiam ego detestor. *Proverb. 8.*

Superbus & arrogans vocatur indoctus. *Idem 21.*

Abominatio Domini est omnis arrogans. *Idem 16.*

Noli te extollere in faciendo opere tuo. *Eccles. 10.*

Quid est homo? & quid est gloria illius? *Idem 18.*

Dies Domini super omnem superbum & excelsum & arrogantem, & humiliabitur. *Esai. 2.*

Arrogan-

Arrogantes fortium humiliabo. *Idem 13.*

Gloriam meam alteri non dabo. *Idem 42.*

Non gloriatur sapiens in sapientia sua. *Jerem. 9.*

Arrogantia tua decepsit te, & superbia cordis tui. *Jerem. 49.*

Respondebit arrogantia eius in faciem eius. *Osee 5.*

Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur, super limen in die illa. *Soph. 1.*

Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris? *1. Cor. 4.*

Non est bona gloriatio vestra. *1. Cor. 5.*

Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est. *2. Cor. 10.*

Si gloriari oportet, non expedit quidem. *Idem 12.*

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. *Gaiat. 5.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

EX copia, atque rerum omnium affluentia, primò arrogantia nata est. *De lege Agr. ad pop. contra Rullum.*

Deforme est de se ipso prædicare, falsa præferim: & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. *1. Offic.*

Quum omnis arrogantia odiosa est: tum illa ingenii atque eloquentiæ multò molestissima. *Dixin. in Verr.*

Est minimè inepti hominis, & ejusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsam detrahere; eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant, ut apud Platonem Socrates in cælum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæterosq;: se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. *De Clar. Orat.*

§ APOPTHEGMATA.

Bion arrogantiam dicebat esse profectus obstaculum. Indocilis enim est, qui mavult doctus videri, quàm esse. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Demonax ad *Agathoclem* Peripateticum arroganter jactantem, sese & solum & primum esse dialecticorum: Si solus, inquit, es, qui primus esse potes? si primus, qui solus? *Erasm. lib. 8. apophthegmat.*

Vide Apopt. de Fastu & Superbia.

§ EXEMPLA SACRA.

Arrogantia vitanda, *Rom. 12. v. 16.* Exempla: *Cain, Genes. 4. v. 9.* *Simeon, Levit. 34. v. 30.* *Pharao, Exod. 5. v. 2. & 15. v. 9.* *Goliath, 1. Samuel. 17. v. 8.* *Roboam, 2. Paralip. 10. v. 14.* *Nabuchodonosor, Daniel. 3. v. 14.* *Judæi, Ioan. 18. v. 30.* *Pilarus, 19. v. 18.*

7. 10. Summus sacerdos, *Aetor.* 15. 7. 28. Herodes, 12. 7. 23. Antichristus, 2. *Theff.* 2. 7. 4.

Vide locum de Superbia & Fastu.

A R S.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 2. Pont. 7.

Artibus ingenuis quesita est gloria multis.

Idem 1. Art.

Arte citæ, veloque rates, remoque reguntur:

Arte levis currus, arte regendos amor.

1. Pont. 7.

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,

Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.

2. Pont. 9.

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,

Emollit mores, nec sinit esse feros.

Idem 3. Art.

Scilicet ingenium placita mollitur ab arte,

Et studio mores convenienter eunt.

Ovid. 1. de Arte amandi.

Disce bonas artes, moneo, Romana iuventus:

Non tantum trepidos ut tueare reos.

Idem lib. 2. de Arte amandi.

Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes

Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Ovid. lib. 4. Trist.

Sola comes nostræ perstitit illa fugæ.

Sola nec insidias inter, nec militis ensem,

Nec mare, nec ventos, barbariemq; timet.

Ex Comicis Græcis.

Οὐκ ἔστιν ἀτυχίας ἀνθρωπίνης
Παρακύνθιον γλυκύτερον ἀνθρώπων τέχνης.
Ἐπὶ τῆ μωδότητος γὰρ ἔστικώς ὀνοῦς
Αὐτὲ λείληθε παραπλείων τῶν Συμφορῶν.

Solamen arte dulcius mortalibus

Non esse possit omnis infortunii.

Mens namque studio haud sentit artis dedita,

Ματοῦς ὀρανσε sui pratervehi,

Πολύγ' ἐστὶ κτήμους πτωχῶτάτων
 Ἀΰπεσιν ἀνθρώποισιν εἰς τὴν τέχνην.
 Τὰ μὲρ γὰρ ἀλλὰ καὶ πόλεμος ἔμετεβολαὶ
 Τύχης ἀνάλωσεν, ἡ τέχνη δὲ καί ζῆται.

*Haud ulla pretiosior hominibus omnibus
 Possessio, Arte: vita est utilis magis.
 Sortis etenim dubique Martis vices,
 Ut cetera rapiant, manet salua ars tamen.*

Διμῶ ἐτυχίας εἰσὶν ἀνθρώποις τέχνη.
 Ars est omnibus portus infortunii.

§ APOPHTHEGMATA.

A Ntigenidas cum scitè canens populo minus probaretur: mihi, inquit, cano & Musis. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Euripides, quum populus Atheniensis tumultuaretur, offensus sententia quadam in illius tragœdia, quæ tum agebatur & authorem efflagitaret, ut eam mutaret: progressus in scenam dixit: se ut populum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas solere componere. Eras. lib. 6. apoph.

Idem apud Alcestim tragœdiarum scriptorem aliquando questus est: quòd summo tridui labore adnixus, non potuisset nisi tres versus absolvere. Contrà Alcestim gloriantì, quòd ipse perfacilè centum absolvisset uno die: at tui, inquit, ad triduum modò: mei in omne ævum duraturi sunt. Eras. lib. 6. apoph.

Pyrrhus interrogatus, uter melior tibicen videretur, Pythonè an Charisius? Polyderehon, inquit. Is erat egregius dux exercitus: contempsit omnes artes, quæ cum re militari nil haberent commune.

§ SIMILITUDINES.

U T frequentius convenitur ad spectaculum, ubi nonnihil theatricæ stipsis confertur: ita disciplinæ à pluribus coluntur, quæ præter voluptatem, ac dignitatem, emolumentum etiam, & commoditatem adferunt. *Plut.*

Arbor suapte natura non nisi unicum fructum gignit, insitione eadem diversi generis fructibus oneratur: ita qui naturam suam sequitur, semper idem est: qui arte ducitur, sui dissimilis est. *Plin. lib. 17. cap. 14.*

Rhombus, squatina, & rhaja, & pastinaca, cum tardissimi sint piscium: tamen sæpè reperiuntur habentes in ventre mugilem omnium velocissimum, solertia & ingenio capientes: ita quidam arte superant longè potentiores opibus aut viribus. *Plin. lib. 9. cap. 42.*

Sicuti

Sicut vina & poma subacerba, vetustate mitescunt dulcescuntq;: sic ætatis insolentia longo rerum usu mitigatur. *Idem.*

Ut ingentia pondera, quæ nullis hominum viribus tolli possunt, machinis facile tolluntur: ita quod nequis efficere, ratione & arte facile efficies. *Erasm.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Atheniensibus acceptum referunt auctores celeberrimi lanificium, oleum, vini usum, arandi serendique frumenta, glan- de vescentibus præmonstratam rationem. Unde & Autochthonas esse cognominatos scribit in Theologumenis Apollodorus, quoniam terram primi colere adorti sunt. *Cælius lib. 18. cap. 25. A. L.*

Liuius lib. 33. & 34. sed maximè lib. 39. In Catone inquit, tanta vis animi ingeniiq; fuit: ut quocunq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur: nulla ars neque privatæ neque publicæ rei gerendæ ei defuit.

Indi & Brachmanes edito infanti curatorem & vitæ magistrum custodemque adhibebant: ut sub legibus & magistratibus, bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiretur. *Alex. ab Alex. l. 2 c. 25.*

Oricadmus luctæ & pugillationis legislator, Siculum morem pugillandi excogitavit. *Alian. lib. 11.*

Gothorum iuvenes olim ad eam perfectè artem gladiatoriam ad- discebant, ut adversam frontem inevitabili ictu ferirent. Si quis recepto ictu palpebris conniveret, aula ejectus stipendiis defungebatur. *Ioan. Magnus lib. 7. cap. 14.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Per vactem artem humana industria comparatam, quæ natu- ram longè vincat, indicamus, negotia verò perdifficilia mi- nimo conatu confecta. *Pier. Valer. lib. 48. pag. 476.*

Artemidorus conjector artes ex manu significari ea de causa dicit, quòd earum opera artes exercentur. Et Cicero ait, Na- tura dedit homini manus multarum artium ministras. *Idem lib. 35. pag. 328.*

Vasa sterilibus arboribus & inutilibus fructibus oppleta hie- roglyphicè inanes artes vanasque disciplinas ostendunt. Per ste- riles enim & inutiles fructus in Divinis literis artes istæ intelli- guntur, interprete Philone, quæ contrà veritatem justitiàmque comparantur. *Pier. Valer. lib. 56. pag. 543.*

Vide plura in loco de Disciplina, Doctrina, Insti- tutione, Professore.

AS ASPECTUS. ASPERITAS. ASSENTATIO.
ASPECTUS.

¶ EXEMPLA SACRA.

A spectus incauti Exempla: Eva, *Genes. 3. v. 6.* Filii Dei, *6. v. 2.*
Cham, *9. v. 22.* Principes Ægyptij, *12. v. 15.* Sichem, *34. v. 2.*
Juda, *38. v. 15.* Hera Josephi, *39. v. 7.* David, *2. Samue. 11. v. 2.*
Duo senes, *Daniel. 13. v. 7.* Holofernes, *Iudith. 10. v. 20. & 16. v.*
10. 11. Herodes, *Matth. 14. v. 6. Marc. 6. v. 22.*

ASPERITAS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 2. Art.

*Dextera præcipue capit indulgentia mentes
Asperitas odium, se vaq; bello movet.
Odinuss accipitrem, quia vivit semper in armis,
Et pavidum solitos in pecoris ire lupos.
At caret insidiis hominum, quia mitis hirundo est,
Quasque colat turres Chaonis ales habet.*

Vide plura in loc. de Misericordia, & Humanitate.

ASSENTATIO.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenalis 3. de Græcis.

*Quid, quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti faciem deformis amici,
Et longum in validi collum, cervicibus equat
Herculis. Ant eum procul à tellure tenentis?
Miratur vocem augustam, qua deterius nec
Ille sonat, quæ mordetur gallina marito, &c.
Natio comæda est; rides? majore cachinno
Constititur: slet, si lachrimas adspexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ si tempore poscas,
Accipit endromidem: si dixeris æstuo, sudat.*

¶ APOPTHEGMATA.

Dio genes in assentatione, inquit, veluti sepulchro quopiam, solum amicitiae nomen inscriptum est. *Stob. serm. 14.*
Consule locum de Adulatore & Adulatione.

ASSI-

ASSIDUITAS.

§ SIMILITUDINES.

UT qui paullum addit paullò, idquè frequenter facit, ingentem acervum accumulatur: ita assiduitas ad bonam mentem parandam plurimum valet. *Plutarch.*

Ut stilla cavat assiduitate saxum: ut ferrum contrectatione atteritur: ita assiduitas etiam durissima vincit. *Plur.*

Gallus Phrygiæ fluvius, si modicè bibas, medetur corporis malis: si immodicè, limphatum animum agit: ita si philosophiz literas modicè attingas, profunt: si totum te illi addixeris studio, sanitatem mentis auferunt & inanis gloriæ furore te quodam præcipitem agunt. *Eras. ex Plin.*

Vide Diligentia, Studium ac Labor.

ASSUETUDO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 3. de Ponto.

Ductus ab armento taurus detrectat aratrum,

Subtrahit & duro colla novella iugo.

Nos quibus assuevit fatum crudeliter uti:

Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes.

Idem lib. 2. de Arte amandi.

Nil assuetudine majus.

Idem eodem libro.

Quod malè fers, assuesce: fers benè, multa vetustas

Lenit.

Seneca in Thyeste.

Iam tempus illi facit ærumnas leves.

Valerius Flac. lib. 5. Argonaut.

Alcidem Stenelo ipse satius: tamen aspera regum

Perpetimur iuga, nec melior parere recuso.

Propert. lib. 2. eleg.

Ac veluti primo taurus detrectat aratra:

Post venit assuetus mollis ad arva iugo.

Claudianus lib. 2. in Rufinum.

Iam nulli febile damnum,

Sed curis solennis erat, campisq; furori

Expositis sensumq; mali detraxerat usus.

Horat. Saryr. 5. lib 2.

*Sic tibi Penelope fugi est, quæ si semel uno
De fene gustavit, tecum partita lucellum:
Ut canis à corio nunquam absterrebitur udo.*

§ APOPTHEGMATA.

Antisthenes rogatus, quæ disciplina cum primis esset necessaria? respondit: deducere mala. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Anonymus puer quidam apud Platonem educatus, quum ad patrem ex intervallo redisset, cumque vidisset effusius ridentem, admiratus dixit: se tale nihil unquam apud Platonem vidisse. *Eras. lib. 6. apoph.*

Plato adolescentem quòd lusisset alea, graviter increpuit, quum dixisset: sic objurgas ob rem parvam? Ad parum non est, inquit, assuescere. *Laert. lib. 3.*

Herodes Sophista quum subindè à Proteo Cynico convitiis aspergeretur: consenuimus, inquit, tu maledicendo, ego verò male audiendo. *Philosf. in Sophistis.*

Socrates Alcibiadi admiranti: quòd Xantippen suprà modum rixosam domi ferret: ego, inquit, etiam pridem his sic assuevi: ut non magis offendant, quàm si rotæ, quæ aquam educit, stridor rem audiam. *Laert. in vita Socratis.*

§ SIMILITUDINES.

UT qui thus tundunt, etiam si purgentur: tamen odorem in multum tempus referunt: ita animus diù diversatus in honestis negotiis, diù servabit jucundam memoriam, qua fretus contemnet eos, qui vitam ut miseram deplorant. *Plut.*

Qui diù in vinculis fuerunt, cum solvantur: tamen claudicant adhuc, nec ingredi possunt: ita diù vitiis assueti, etiam cum ea deserunt, quædam retinent vestigia. *Plut.*

Ut mendū quod induruit, ac diutius inhæsit difficile tollitur: ita vitia inveterata non faciliè corriguntur. *Plut.*

Ut liber post lituras iterum infectus, non faciliè emaculatur, quod altius imbiberit atramentum: ita animus sæpè in eadem relapsus vitia. *Plut.*

Jumenta quorum in aspero indurata est ungula, quamlibet patiantur viam: in palustri pascuo saginata cito subteruntur: sic animus duris rebus assuetus, minus offenditur. *Senec.*

Ut caro quæ callo obduruit, non avertit vibices plagarum: ita animus à consuetudine pecandi non commovetur correptione, licet acri. *Eras.*

Gypsum etiam si induruit, tamen tundi cursum, & in farinam

nam resolvi potest: simulatq; semel induruit ingenium adolescentis, ætate vitisq; non potest refringi. *Erasm.*

Ut Mithridati quotidie sument venenum, consuetudine factum ex innoxium: ita mala quibus assueveris, non offendunt. *Erasm.*

In nassem facilis illapsus est, sed exitus difficilis: sed declive iter in vitia: reditus ad meliorem frugem non perinde facilis. *Idem.*

Ut in loco pestilenti quoq; qui assuevere, durant: ita incommoda parum lædunt assuecros. *Plin. lib. 18. cap. 6.*

Vide Consuetudo.

§ EXEMPLA PROFANA.

Lacedæmonii & Cretenses moribus erudiebantur, non verbis, Athenienses verò, & penè omnes alii Græci, quæ quidem oportet agi, præcipiebant suis legibus: assuescere verò ad hæc operibus minimè valere. *Ioseph. lib. 2. contra Appionem.*

Apud Germanos plus bonos mores, quàm apud alios bonas valere leges, *Tacitus prædicat.*

Telestas Thebanus cum assuevisset optimis veterum Lyricorū *eromatibus*: senex jam magno licet studio *Timothei* & *Philoxeni* musicam assequi non potuit. *Plut. de Musica.*

Apud Romanos munus capere viro ab uxore, aut uxori à viro veritum fuit: ne muneribus capiendis assuetæ etiam alienos admitterent. *Plut. in quæst. Rom.*

Cretenses cum acerbissima execratione adversus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt: ut mala consuetudine delectentur, optant: modestoquæ voti genere efficacissimum ultionis eventum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere, & in eo perseveranter morari, exitio ea dulcedo vicina est. *Val. lib. 7. cap. 2.*

Claudius Imp. ludis gladiatoriiis impensè delectabatur: eorumque consuetudine sanguini & cædibus assuefactus, crudeliter in quovis levi de causa sæviit, *Messalina* instigante. *Zonaras.*

Lycurgus legem tulit, ut peregrini finibus arcerentur: ne adventæ alicujus noxæ civibus doctores existerent. *Plut.*

ASTROLOGIA.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac no-

eternum, & sint in signa & tempora, & dies & annos, & luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. *Genes. 1.*

Ne fortè elevatis oculis ad cœlum, videas solem & lunam, & omnia astra cœli, errore deceptus adores ea, & colas, quæ Dominus Deus tuus creavit in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt. *Deut. 4.*

Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à sole? A Domini scientia separati sunt factio sole, & præceptum custodiens per Dei sapientiam dividuntur. *Eccles. 33.*
34.

Dicebat autem ad turbas: cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, nimbis venit, & ita fit: & cum austrum flantem, dicitis, quia æstus erit, & fit. *Luc. 12.*

Ego sum Dominus faciens omnia: extendens cœlos solus: stabilis terram, & nullus mecum: irrita faciens signa divinorum, & ariolos in furorem convertens: convertens sapientes retrorsum, & scientiam stultam faciens. *Esa. 44.*

Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent & salvent te angures cœli, qui contemplantur sidera, & suppurabant menses: ut ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis comburit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ. *Esa. 47.*

Juxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorum vanæ sunt. *Ierem. 10.*

§ APOPTHEGMATA.

Blon ajebat, maxime ridiculos esse Astronomos, ut quum non videant pisces juxta se nantes in littore: illos qui in cœlo sunt se videre dicant. *Stob. serm. 78.*

Astrologos quidam in foro stellas in tabella quadam depictas cum demonstraret, atque diceret: en tibi hic stellas errantes: audiens hoc *Diogenes*, ne mentiaris, inquit, bone vir: stellæ enim non errant, sed illi: ostensis, qui assidebant. *Stobæus sermone 78.*

Thaletem, dum cœlum contemplatur, in fossam illapsum, ancilla ejus jure id eum pari dixit: qui cum juxta pedes posita ignoraret: cœlestia intueretur. *Stob. ibidem.*

Pindarus naturæ speculationibus vacantes, imperfectum sapientie fructum capere dicebat. *Stob. ibidem.*

Anaxagoras quum cœlum intueretur, astrorumque mirabilem cursum admiraretur, cuidam sciscitanti: cur ira libenter ferret subdivalia pervigilia: respondit, ut cœli aspectu fruar: cursu

curfus &
 Philo lud

Phavo
 gere soli
 spera. Si
 do. Si a
 do. Si v
 animo
 eaque e
 peccatio
 spes tibi
 usmodi
 cap. 1.

Accid
 divitan
 ibidem.

P Er m
 phic

L Ifa
 lo
 hac pa
 quod
 plicar
 effici,
 Cle
 etus,
 multo
 quod
 non a

cursus & recursus siderum in orbem redeuntes subindicans.
Philo lud.

Phavorinus scito dilemmate Astrologos judicarios perstringere solitus est. Aut adversa, inquit, eventura dicunt: aut prospera. Si dicunt prospera, & fallunt: miser fies frustra expectando. Si adversa dicunt, & mentiuntur: miser fies, frustra timendo. Si vera respondent, eaque sunt non prospera: jam inde ex animo miser fies, antequam è fato fias. Si felicia promittunt, eaque eventura sunt: tum planè duo erunt incommoda: & expectatio te spei suspensum fatigabit: & futurum gaudii fructū spes tibi jam defloraverit. Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus res futuras prælagientibus. *A. Gellius, lib. 4. cap. 7.*

Accius poeta nihil, inquit, credo auguribus, qui aures verbis divitant alienas: suas ut auro locupletent domos. *A. Gellius, ibidem.*

§ HIEROGLYPHICA.

Per maculosam hirculi pellem Ægypti Astrologiam hieroglyphicè significabant. *Pier. Valer. lib. 38. pag. 369. A.*

ASTUTIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in captivis.

Qui caret ne decipiatur: vix caret cum caret.

Etiã cum caruisse ratus est: sæpe is cantor captus est.

Terent. in Andria.

Fallacia alia aliam trudit:

Astutum fallere difficile est.

§ APOPTHEGMATA.

Lysander quum probro ei daretur, quòd pleraque astutia, do-
lo simul ac fraude gereret, non palàm virtute conficeret:
hac parte Hercule generis authore indignus: ridens dixit: Ubi
quod vellet non allequeretur leonis exuvium, ibi vulpinū ap-
plicandum esse: sentiens, quod honestis rationibus non posse
effici, id fraude dolisq; perficiendum. *Plut. in Lac. Brus. l. 2. c. 29.*

Cleomenes Anaxandr. F. septem dierū inducias cum hoste pa-
ctus, captata opportunitate, tertia nocte dormientes invadit:
multos interficit: alios in servitutem redigit. Objurgatus verò,
quod fœderis fidem non servasset: ad jusjurandum ait, noctes
non additas fuisse. *Brus. l. 3. c. 20.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Astutiz & fraudulentæ calliditatis exempla: Satan, *Genes. 3. v. 1. 2. Corinth. 11. v. 3.* Palæstini, *Genes. 26. v. 14. 15.* Rebecca, *Genes. 27. v. 15.* Laban, *29. v. 23.* Rachel, *31. v. 34. 35.* Filii Jacobi, *34. v. 13. 14. 15. 18. 24. 25. & 37. v. 31.* Juda, *Genes. 38. v. 11.* Thamar, *vers. 14.* uxor Putipharis, *39. v. 14.* Pharao, *Exod. 1. v. 9. 10. 11. & 5. v. 7.* Gabaonitæ, *Iosue. 9. v. 4.* Balach, *Num. 22. v. 4. 5. 6.* Baalam, *24. v. 14.* Filiz Moabitarû, *25. v. 12. & 31. v. 6.* Saul, *1. Sam. 28. v. 17. 21. 25.* David, *2. Sam. 11. v. 6. 8. 13. 14. 15.* Jonadab, *13. v. 5.* Abfalom, *vers. 26. 28. & 15. v. 2. 3.* Siba, *16. v. 1. 2.* Meretrix, *1. Reg. 3. v. 19. 20.* Jeroboam, *1. Reg. 12. v. 26. 27. 28.* Mulier Thecuitis, *2. Sam. 14. v. 4. 6.* Respha, *21. v. 7. 9. 10.* Giezi, *2. Reg. 5. v. 20.* Jehu, *10. v. 19.* Athalia, *11. v. 1.* Jezabel, *21. v. 7. 8. 9.* Rabsaces, *18. v. 28.* Asa, *36. v. 13.* Jeroboam, *2. Paralip. 13. v. 13.* Hostes Judæ, *1. Esdr. 4. v. 2.* Sanaballat, & ejus contuberniones, *Nehem. 4. Aman, Esdr. 3. v. 8. 9.* Satrapæ Darii, *Daniel. 6. v. 5. 6. 7.* Herodes, *Matth. 2. v. 8.* Scribæ & Pharisei, *15. v. 5.* Discipuli Phariseorum, & Herodiani, *Matth. 22. v. 17.* Marc. 12. v. 14. Principes Sacerdotum, *Matth. 26. v. 5. & 28. v. 11. 12. 13.* Marc. 14. 2. Ananias & Saphira, *Actor. 5. v. 1. 2. 3. 4. 5.* Simon Magus, *8. v. 9. 10. 11.* Judæi, *16. v. 21.* Festus, *25. v. 9.* Pseudoapostoli, *Rom. 16. 18.* Falsi Doctores, *2. Cor. 11. 15. Galat. 6. 12. Ephes. 6. 12. Philip. 3. 19. 2. Pet. 2. v. 3. 18.* Astutiz prudentis & singularis exempla: Jacob, *Genes. 36. v. 32. 37. 38. 39.* Joseph, *44. v. 2.* Josue, *Ios. 8. v. 4.* Gabaonitæ, *9. v. 3. 4. 5. 6.* Gedcon, *Iudic. 7. v. 16. 17. 18.* Philisthæi, *1. Sam. 13. v. 19.* Joab, *2. Sam. 14. v. 1. 2.* Mulier Thecuitis, *2. Samuel. 14. v. 4. 5.* Salomon, *1. Reg. 3. v. 25.* Jerobeam, *2. Paralip. 13. v. 13.* Villicus, *Luc. 16. v. 4. 5. 6.* Paulus, *Actor. 26. v. 6. 7.*

§ EXEMPLA PROFANA.

ÆGyptios, præsertim verò Alexandrinos, astutos esse & fallaces, multis auctoritatibus probat. *Calvus lib. 16. A. L. cap. 3.* *Αἰγυπτιῶν λέγουσιν* dicebantur astuti & impostores, *Theocritus ἐν οὐρανοῖς κισσοῖς*: sicuti pollent acumine & vafritia. Propterea Maternus eos acutos vocat: & Apuleius *l. 11. trilingues*. Unde Sicilicitare verbum Plantinum, est astutè loqui, *Ravissus*.

Cercopes populi in Epheso notæ fraudulentiz, qui conati sunt ipsi etiam Jovi imponere. Hinc adagium *Cercopum cœtus*: de improborum conventu.

Alexander VI. antequã ad Pontificatû ascendit, per xxxv 11. annos (id quod in eo ordine perrarû est) Cardinalis fuit, & naturalem astutiam longa experientia pontificiorû negotiorum ita excr-

ira exercuit: ut omnes pontifices calliditate superarit. *Garimbertus lib. 4. de Vita Pontificum.*

Sisyphus Corinthiorum rex, ob astutiam in proverbium abiit, de eo *Homerus*:

Σίσυφος, ἐς χέρις ἐπιχθονίων ἤϊετ' ἀνδρῶν. Id est.

Sisyphus in terris quo non astutior alter.

Rurfus *Iliad.* ζ.

Ἐπὶ δὲ σίσυφῶτος ἐσση, ὁ χέρις ἐπὶ ἤϊετ' ἀνδρῶν.

Numa Pompilius, ut populum Romanum sacris obligaret, dicebat: Sibi cum Dea *Egeria* congressus esse nocturnos, eiusque instituta, & monitu se, quae accepta diis immortalibus essent, institutere. *Livius lib. 1. Dec. 1. Plut. in Num. Cic. l. 1. de leg. Ovid. l. 3. fasto. c. 15. Metamor. Lactant. l. 1. c. 22. Plin. c. 3. Val. Max. l. 1. c. 3.*

Tiberius, contra *Libonem* per servorum quaestiones ut inquireret, fraudem legi fecit, quod illos emancipari, & deinde per tormenta inquiri iussit. *Alex. lib. 3. cap. 20.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Astutiae pravae hieroglyphicum est *Perdix*, quod desumptum ex fabula *Lythologorum*, quae fingunt *Daedali* nepotem, ob inventa artis suae arma quaedam admodum utilia, per invidiam, ab *Athenarum* arce summa praecipitem datum, qui terra vix tacta mutatus sic in perdicem cuius figmenti talis fertur interpretatio. Impuri homines cum à sapientiae arce deciderint, à rectis honestisque studiis alieni facti, tamen astutia freti aliqua suis in rebus excellere videantur, hisque tractandis super alios attolli: sordidis tamen & improbis negotiationibus impliciti, sublime nihil sapiunt, sed humi volitantes, dolisque & fraudibus omnibus freti, rem quocumque modo facere tantum student, libidinum & cupiditatum suarum laqueis & retibus impliciti obvolutique: eo *Perdice* deteriores, quod illis vaferrima est ars ad elabendum, capturamque declinandum, quod *Graeci* dicunt *ὁ κλέπτης*: hi neque capti fugam moliantur, neque si evadere possint, studium adhibent ullum, ut salvi fiant. *Fier. Valer. lib. 28. cap. 228.*

Vide Dolus, Fraus.

A V A R I T I A.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Non decipiat unusquisque proximum suum. *Levit. 19.*

Statera iusta, & aequa sint pondera, iustus modius, & quousque sextarius. *Ibidem 19.*

Quando

Quando vendes quippiam civi tuo, aut emes ab eo, non contristes fratrem tuum. *Ibid.* 25.

Non assumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua. *Deut.* 19.

Væ! qui jungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usq; ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? *Esa.* 5.

Væ! qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? *Esa.* 33.

Væ ei! qui multiplicat non sua, usquequo aggravat contra se densum lutum? *Abac.* 1.

Væ! qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus & liberari se putat de manu mali. *Ibid.* 8.

Ignis in domo impii, & mensura minor iræ plenæ. *Mich.* 6.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. *Matth.* 6.

Quid prodest homini, si lucretur universum mundum: seipsum autem perdat? *Matth.* 16.

Ne quis circumveniat in negotio fratrem suum. *1. Thess.* 4.

Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. *Proverb.* 13.

Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias suas: dabit ipse ditiori & egebit. *Prov.* 22.

Qui congregat thesauros lingua mendacii: vanus & excors est, & impingeretur ad laqueos mortis. *Ibid.* 21.

Qui festinat dicari non erit innocens. *Prov.* 28.

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. *Eccles.* 4.

Qui acervat ex animo suo injustè, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. *Eccles.* 10.

Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. *Psal.* 9.

Quare impii vivunt, sublevati sunt, confortatiq; divitiis? *Iob.* 21.

Promptuaria eorum plena (& pauperes vacui.) *Psal.* 143.

Conturbat domum suam, qui sectatur avaritiam. *Prov.* 15.

Inferus & perditio nunquam implentur; similiter oculi hominum insatiabiles. *Ibid.* 27.

Avarus non implebitur pecunia. *Eccles.* 5.

Avaro nihil est scelestius. *Eccles.* 10.

Omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad avaritiam suam à summo usq; ad novissimum. *Esa.* 56.

A minore quippè usq; ad majorem omnes avaritiæ student. *Ierem.* 6.

Tuve

Tui v
nem fun

Avar

Avar

for. 5.

Via

NON

cup

Avar

quid ca

Ava

que dev

ri conf

Qu

beant r

verò pr

avariti

um tir

trem c

vat: vic

revoca

tur: qu

rum u

rum, &

Ava

mas p

des, ca

lib. de

Av

to, u

mode

vult q

ditas

nium

Av

nem

Q

demo

toru

A

Tui verò oculi & cor ad avaritiam, & ad innocentem sanguinem fundendū & calumniā, & ad causam mali operis. *Idem 22.*

Avari regnum Dei non possidebunt. *1. Cor. 1.*

Avaricia nec nominetur in vobis, sicut docet sanctos. *Ephesior. 5.*

Vide titul. Divitie.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Non solum avarus est, qui rapit aliena: sed ille avarus est, qui cupide servat sua. *August. in serm.*

Avarus antequam lucreretur, seipsum perdit: & antequam aliquid capiat, capitur. *Idem ibid.*

Avarus vir inferno est similis. Infernus enim quanto scun- que devoraverit, nunquam dicit, satis est. sic & si omnes thesau- ri confluerint in avarum. *Idem in epist.*

Quæ est ista aviditas concupiscentiæ, cum & ipsæ beluæ ha- beant modum? Tunc enim rapiunt, quando esuriunt: parcunt verò prædæ, quum senserint satietatem. Insatiabilis est sola avaritia divitum. Semper rapit, & nunquam satiatur: nec De- um timet, nec hominem reveretur: nec patri parcat, nec ma- trem cognoscit: nec fratri obtemperat: nec amico fidem ser- vat: viduam opprimit: pupillum profert. Res mortui occupan- tur: quare & qui faciunt non moriuntur? Quæ est illa anima- rum insania? amittere vitam, appetere mortem: acquirere au- rum, & perdere cælum. *Idem de verb. Domini.*

Avarus est cæcus: credendo enim dives est non videndo. A- mas pecuniam, ô cæce! quam nunquam videbis: cæcus possi- des, cæcus moriturus es: quod possides hîc, relicturus es. *Idem lib. de Doctrina Christiana.*

Avaritia quæ Græcè *φιλαργυρία* dicitur: non in solo argen- to, unde nomen duxisse resonat: sed in omnibus rebus quæ im- moderatè cupiuntur, intelligenda est. Ubiq; omninò plus vult quisque quàm satis. hæc autem avaritia cupiditas est: cupi- ditas verò improba voluntas est: ergo, propterea voluntas om- nium malorum causa est. *Idem lib. 3. de liber. arbitrio.*

Avarus velut infernus omnia devorans, velle nullum homi- nem esse, ut omnia solus possideret. *Idem in quodam serm.*

Quum avaritia alicui dominatur, subiectus malis omnibus demonstratur: quia de avaritia omnia mala oriuntur, & pecca- torum omnium spinæ producuntur. *Idem de lib. arbitrio.*

Avaritia non vitium avari, sed animæ perversæ amantis au- rum:

AV

AVARITIA.

rum: derelicta justitia, quæ debuit anteponi auro. *Idem lib. 12. de Civit. Dei.*

Minus voluptatibus stimularur, qui non est ubi frequentia voluptatum: & minus avaritiæ molestias patitur, qui divitias non videt. *Idem de sing. Cler.*

Cupiditas & avaritia tantum unum malum sunt: ut nec avaritia sine cupiditate, nec cupiditas sine avaritia possit inveniri. *Idem ad quendam.*

Non est in carendo difficultas: nisi cum fuerit in possidendo cupiditas. *Idem lib. Conf.*

Non minoris est criminis habenti tollere: quàm cum possis & habes indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum, quod tu includis: miserorum redemptio & absolutio pecunia, quàm tu in terra fodis: tantorum scias te invadere bona, quantis possis præstare, & no-
lis. Non sunt bona hominis, quæ secum ferre non potest. Sola misericordia comes est defunctorum. *Ambros. in quodam serm.*

Modum non habet avaritia, nec capiendo expletur: sed incitatur, hóc egentior, quò plura quæsit. *Idem de interpellatione Job.*

Venit avaritia, & dicit: argentum & auram quod habes, servitutis tuæ precium est: possessio quàm tenes, juris tui emptio est. *Idem sup. Psalm. 18.*

Inflammaturo lucro avaritia, & non extinguitur: quasi gradus quosdam cupiditatis habet: & quò plures ascenderit, eo àltiora festinat, unde sit gravis ruina lapsuro. *Idem de Naboth. 16. & raelita.*

Pauperiorem se judicat omnis abundans: quia sibi deesse arbitraturo quicquid ab aliis possidetur: toto mundo leget, cujus non capit mundus cupiditatem: ei autem qui fidelis est, totus mundus divitiarum est: toto mundo fugit, qui considerans conscientiam suam timer deprehendi. *Ibidem.*

Avaro tam deest quòd habet, quàm quòd non habet. Credenti totus mundus divitiarum est, infidelis autem obolo indiget. *Hieronym. ad Paulinum.*

Nos ardemus avaritia: & contrà pecunias disputantes, auro sinum expandimus: & illud quòd de Megarensibus dicituro, nobis miseris aptari potest. ædificant quasi semper victuri: vivunt quasi altera die morituro. *Idem ad Rusticum.*

Cum cætera vitia senescente homine senescant: sola avaritia juvenescit. *Idem in quodam serm.*

Avaro tam deest quòd habet, quàm quòd non habet: quia aut non habita concupiscit, ut habeat: aut habita metuit ne amittat:

AV

mittat: & adversa.

Multis

Avaritiam

Peccata

dit: ut ad

Avare

more ig

de vider

cernitur

Avare

in quod

quia dur

saictas

em quæ

Omn

petit, ac

Dæm

pter div

tradit f

mat. 16

Divi

mam, c

boris, p

in quod

Quæ

probria

hæc on

tione t

cluder

quòd i

compe

pecuni

mittat: & dum in adversis sperat prospera, in prosperis formidat adversa. *Ibidem.*

Multis nomen pauperum avaritiæ occasio est. *Idem ibid.*

Avaritia latenter oritur in mente: sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione. *Gregor. 20. mor.*

Peccatum avaritiæ, mentem quam infecerit, ita gravem reddit, ut ad appetenda sublimia attolli non possit. *Idem lib. 24.*

Avaritia desideratis rebus non exinguitur, sed augetur, nam more ignis cum ligna, quæ consumit, acceperit, excrescit: & unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulò post cernitur dilatari. *Idem lib. 15.*

Avarus prius anhelat concupita congregare: & quum quasi in quodam ventre avaritiæ multa congeserit, satiatus arctatur: quia dum anxietur, qualiter acquisita custodiat, ipsa cum sua satietas angustat. Mens avari, quòd prius ex abundantia requiem quæsierat: postea ad custodiam gravius laborat. *Idem ibid.*

Omnis avarus ex potu sitim multiplicat: quia quum quæ appetit, adeprus fuerit, appetenda alia amplius anhelat. *In Homil.*

Dæmonum habitaculum sit quisque in hoc seculo, qui propter divitias & honores laborat: quas postquam consecutus est, tradit se luxuriæ: ut quæ avaritia congregavit, luxuria consumat. *Idem ibidem.*

Divitiarum amor insatiabilis longè amplius torquet animam, quàm refrigeret usu suo: quarum acquisitio quidem laboris, possessio timoris, amissio plena doloris invenitur. *Bernh. in quodam. serm.*

Quod sine miserabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, spina, flagella, clavos, lanceam, crucem & mortem: hæc omnia in fornace avaritiæ constant, & pereunt in acquisitione turpis quæstus, & pretium universitatis suis marsupis includere festinant: hoc solo sanè à Juda Iscariote differentes, quòd ille horum omne emolumentum denariorum numero compensavit, isti voraciori ingluvie lucrorum infinitas exigunt pecunias. *Idem sup. Cant.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 2. Fast.

Vix ego Saturno quemquam regnante videbam:

Cujus non animo dulcia lucra forent

Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi:

Vix ultra quò jam progrediatur habet.

Horat.

Horat. 3. Carm. 16.

*Crescentem sequitur cura pecuniam,
Majorumque fames. —*

Ibidem.

*— Multa petentibus
Desunt multa, bene est, cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.*

Horat. 3. Carm. 24.

— Scilicet improba.

*Crescunt divitiæ: tamen
Cura nescio quid semper abest res.*

Idem 1. Epist. 2.

Semper avarus eget: certum voto pete finem.

Idem 1. Epist. 10.

Imperat, aut servit collecta pecunia. —

Juvenal. 14.

*Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
Et minus hanc optat, qui non habet. —*

Horat. 2. Serm. 3.

*Si quis emat citharas, emtas comportet in unum,
Nec studio cithara, nec Musæ deditus ulli:
Si scalpra, & formas non sutor: nautica vela
Aversis mercaturis: delirus & amens
Undique dicatur merito, quid discrepat istis,
Qui nummos, aurumque recondit, nescissis uti
Compositis, metuensque velut contingere sacrum?*

Horat. 1. Serm. 1.

*At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit. —*

Claud. bel. Gildo.

*— Quodcumque profunda
Traxit avaritia, luxu pejore refundit.*

Idem 1. Ruf.

*Plenus sevitæ, lucrifque cupidine fervens:
Non Tartestiacis illum satiaret arenis
Tempestas pretiosa Tagi: non stagna rubentis
Aurea Pactoli, totumque exhausserit Hermum,
Ardebit majore siti. —*

Horat. 2. Serm. 3.

*Maxima pars hominum morbo jactatur eodem:
Filius, aut etiam hac libertas ut ebibat heres,*

*Dis inimice senex custodis, ne tibi desit ?
Quantulum enim summa curtabit quisque dierum ?*

Propert. 3. 5.

*Ergò sollicitè tu causa pecunia vitæ es,
Pecore immaturum mortis adimissis iter.
Tu vitis hominum crudelia pabula præbes:
Semina curarum de capite orta tuo.*

Lucret. lib. 5.

*Ergò hominum genas incassum frustra quæ laboras
Semper, & in curis consumit inanibus ævum:
Nimirum quia non cognovit, quæ sit habendi
Finis, & omninò quo ad crescat vera voluptas.*

Juvenal. 14.

*Inde ferè scelerum caussa, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sapiens ullum
Humanæ mentis vitium: quàm se va cupido
Indomiti censet, nam dives qui fieri vult,
Et citò vult fieri: sed quæ reverentia legum,
Qui metus, aut pudor est unquam properantis avari ?*

Idem.

Vnde habeas querit nemo: sed oportet habere.

Claud. 1. Ruf.

Semper inops quicumque cupit. —

Longinus Maximianus.

*Quid mihi divitiæ? quarum si demiseris usum,
Quamvis largus opum, semper egenus ero,
Inimò etiam pœna est partis incumbere rebus,
Quas cum possideas, est violare nefas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas
Captat, & oppositis abstinet ora cibis.*

Virg. 3. Æneid.

*— Quid non mortalia pectora cogis ?
Auri sacra fames ?*

Manil. 4. Astron.

*Quid jam sollicitis vitam consumimus annis ?
Torquemur quæ metu, cæcæque cupidine rerum ?
Æternis quæ sese curis dum quaerimus, ævum
Perdimus, & nullo votorum sine beati;
Victures agimus semper, nec vivimus unquam.
Pauperior quæ bonis quisque est, qui plura requirit;*

K

*Nec quod habet numerat: tantum quod non habet, optat.
Cum quæ sui parvos usus natura reposit,at,
Materiam struimus magnæ per vota ruinae.
Luxuriam lucris emittimus, luxuriam rapinas,
Et summum census pretium est effundere censum.*

Publ. Syrus.

*Avarus ipse miserie causa est sua.
Avarus nisi cum moritur, nil recte facit.
Avaro quid mali optes? ni ut vivat diu.
In nullum avarus bonus, in se pessimus.
Inopie pauca desunt, avaritie omnia.
Luxuria desunt multa, avaritie omnia.
Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet.*

Horat. Oda. 2. lib. 2.

*Nullus argento color est avaris
Abdito terris, inimica lanuæ:
Crispe Salusti, nisi temperato
Splendeat usui.*

Martialis 8. lib. Epig.

Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est.

Ex Comicis Græcis.

*Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν.
Οἱ γὰρ θέλοντες ὡς λαβεῖν τὰ τῶν πόδας.
Ἄπο τυχεύονσι πολλὰ κίς νικώμενοι.
Τὰ δ' ἰδίᾳ ὡς πῶς τοῖς ἀλλοτρίοις.
Cupido habendi aliena, maximum malum.
Aliena utique qui student asciscere:
Sæpè excidentes spe sua, contra bonis.
Aliis addunt ipsimet tandem sua.*

*Ἄλλὰ σχεδὸν τι τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν
Εἰσηκας. εὐφίλαρ γυμναζέω γὰρ πάντα ἐνί.
Id nempe dicis omnium quod est caput
Malorum: avaritiam mihi quum nominas.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

DUæ res sunt, quæ maximè homines ad maleficium impel-
lunt: luxuries & avaritia. 2. ad Heren.
Corrupti sunt, depravatiq; mores admiratione divitiarum.
2. Offic.
Nihil est tam sanctum: quod non violari: nihil tam muni-
tum, quod non expugnari pecunia possit. 2. Act. in Var.

Nullum

Nullum est officium tam sanctum atque solenne: quod non avaritia comminuere atque violare soleat. *Pro Quint.*

Nemo tam firmum habuit præsidium: quod avaritia non in-
frugerit atq; debilitaverit. *In Vat.*

Avaritia, est opinio vehemens de pecunia. *4. Tusc.*

Illi morbo, qui permanat in venas, & inhæret in visceribus,
nec inveteratus evelli potest, nomen est avaritia. *7. Tusc.*

Magno malo est hominibus avaritia: idcirco quod homines
magnis & multis incommodis consistantur, propter immen-
sam pecuniæ cupiditatem. *2. ad Heren.*

In quibusdam neque pecuniæ modus est, neq; cupiditatum,
quos nulla præda unquam improbæ parti minuit: sed auget po-
tius atque inflammat. *1. de Finib.*

Nunquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis: neque ea
solum quæ habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amit-
tendi metu. *Parad. 1.*

Avaritia insatiabilis, immensa & incredibilis potest. Ita e-
nim hominum mentes obstructas tenet: ut eas nullo tempore
respirare permittat. *In Vatim.*

Nullum est vitium tetrius, quàm avaritia: præsertim in prin-
cipibus, & Rempub. gubernantibus: habere enim quæstui
Rempub. non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefari-
um. *2. Offic.*

Avaritia senilis vituperanda est maximè, Potest enim quid-
quam esse absurdius: quàm quò minus vix restat, eò plus via-
tici quærere? *Cato Major.*

Avaritia latentium indagatrix lucrorum: manifestæ prædæ
avidissima vorago: neque habendo fructu felix, & cupiditate
quærendi miserima. *Val. lib. 3.*

Jam rusticitatis & miseræ est, velle quantum satis est. *Senec.
in epist.*

Monstro similis est avaritia senilis, quid enim sibi vult, non
intelligo. Nam quid absurdius, ut (dici solet) quàm quo minus
restat vix: eò plus viatici quærere: & vita deficiente augere via-
ticum? *Senec. in lib. de morib.*

Pecunia non faciat avaritiam, sed irritat: homo semper indi-
get pecunia. Mihi crede, non potest esse dives foelix. *ibid.*

Si pecuniam habueris: necesse est ut te ipsum aut pecuniam
vilem habeas. *Senec. in epist.*

Avarus ipse miseræ suæ causa est. *In proverb.*

Avarus nisi quum moritur: nil rectè facit. *ibidem.*

Avaro quid mali optes: nisi ut diu vivat? *ibidem.*

AV

AVARITIA.

Avarus damno potius, quàm sapiens dolet. *Idem.*

Negandi causa, avaro nunquam deficit. *Ibid.*

Pecuniæ oportet imperare, non servire. *Ibid.*

Pecunia, si uti scias, ancilla est: si nescias, domina. *Ibid.*

¶ APOPTHEGMATA.

Bonam avaritiam dicebat omnis improbitatis esse metropolim. *Stob. serm. 10.*

Diogenes interrogatus, quænam essent feræ pessimæ? respondit, in montibus ursi & leones: in civitatibus autem publicani & sycophantæ. *Antonines in Melissa, part. 1. sermon. 34. Maxim. serm. 22.*

Simonides interrogatus, cur in extrema senectute avarus esset? quoniam, respondit, malim defunctus opes inimicis relinquere: quàm vivus amicis egere. *Stob. serm. 10.*

Socrates interrogatus, quinam essent avari? Respondit, qui turpia lucra venantur, & necessarios aut amicos negligunt. *Stob. serm. 10. Maxim. serm. 18.*

Aristides avarus quidam & prædives quum paupertatem ei exprobraret: mihi, inquit, paupertas nihil mali videndum præbebit. tibi autem divitiæ per fas nefasq; paratæ turbas non paucas. *Maxim. serm. 12.*

Anacharsis quum rogasset quendam, quanta esset spissitudo navium? respondit, quatuor digitorum. Tantillum, ait *Anacharsis*, à morte sunt, qui avaritia & lucri cupiditate irritati, pernavigant maria, incerti de reditu. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

¶ SIMILITUDINES.

Quemadmodum Cæcias ventus, contrà aliorum Septentrionalium ventorù naturam, nubes non pellit, sed magis ad se trahit: ita avarus opes ac divitias. *Arist.*

Ut quidam morbo aliquo & sensus stupore suavitatem cibi non sentiunt: sic avari & facinorosi veræ laudis gustum non sentiunt. *Cic. Philip. 2.*

Arundinis radix contrita & imposta, silicis stirpem corpore extrahit: item arundinem silicis radix: ita vicissim, & pecuniæ studium eximit animis amorem sapientiæ, & sapientia studium pecuniæ. *Plin.*

Quemadmodum apud *Myconios* non est indecorum calvitium, quod illic omnes calvi nascantur: ita apud *Italos* (ut hos exempli causa nominem) non est turpe pecuniæ studium, quo nemo non tenetur apud illos. *Plin. lib. 11. cap. 37.*

Ut *adamas* si juxta magnetem ponatur, non patitur abstrahi ferrum: aut si ad motus *magnes* apprehenderit, *adamas* è diverso capit

AV

so capit at

stiana pier

CHRIS 1

Uc Ind

tum, no

& aliis in

lib. 3.

Hirud

quod inf

nique: si

Aquil

sed fame

tur habe

In arg

ad se tra

plinæ. li

pectus. l

Cervi

ea, præc

vites no

nunt ali

A Va

Gen

Num. 2

Ios. 7. 7

Saul, 7

Giczi,

3. 4. Q

lites, 2

cipes I

7. 13.

Popul

Phari

42. 8

Sacer

26. 7.

Quid

Dive

Sim

Dem

so capit atque aufert: ita pecuniæ studium diffidet cum Christiana pietate, & modis omnibus avocatur: nec finit adhærere Christo. *Erasm.*

Ut Indicæ formicæ aurum è cavernis erutum servant tantum, non fruuntur: ita dives avarus nec fruitur ipse suis opibus, & aliis invidet illarum usum. *Plinius lib. 11. cap. 31. & Herodot. lib. 3.*

Hirudo est quoddam pediculi genus, cui non est exitus cibi, quod insatiabile sit: suctu sanguinis intumescens rumpitur denique: sic avarus copia sua præfocatur. *Plin.*

Aquila avium rapacissima, non oppetit morbo neque senio, sed fame: ita avarus quo magis accedit ætas, hoc magis cruciatur habendi studio, & minus potest uti partis. *Plin. lib. 10. cap. 3.*

In argento vivo omnia natant, excepto auro: nam hoc unum ad se tradit: ita nil incidit animo avari, præter lucrum, disciplinæ, literæ, probitas, in summo fluitant: non descendunt in pectus. *Plin. lib. 33. cap. 6.*

Cervi cum cogantur sua cornua abjicere: tamen occultant ea, præcipue dextrum, ne medicamenti vis aliis situsui: ita divites nonnulli, cum ipsi divitiis uti non queant: haud tamen sinunt alios frui. *Plin. lib. 8. cap. 32. Arist. lib. 9. de nat. cap. 5.*

§ EXEMPLA SACRA.

Avaritiæ & tenacitatis exempla: Pastores Abraham & Loth, *Genes. 13. v. 7. Laban, 31. v. 41. Fratres Joseph, 37. 28. Baalam, Num. 22. v. 7. 8. 2. Pet. 2. v. 15. Juda, v. 11. Achan filius Charmi, Ios. 7. v. 11. Dalila, Iudic. 16. v. 5. 6. Filii Samuelis, 1. Samuel. 8. v. 3. Saul, 15. v. 19. Nabal, 25. v. 11. Semei, 1. Reg. 2. 40. Achab, 21. v. 2. Giezi, 2. Reg. 5. 20. Sennacherib, 28. 14. Benadad, 2. Paral. 16. v. 3. 4. Quidam Judæorum divites, *Nehem. 5. v. 2. 15. Quidam milites, 2. Machab. 12. 40. Exercitus Judæ, 1. Machab. 4. 17. 18. Principes Israël, Esai. 1. v. 23. Pastores Israël, 56. 11. Judæi, Ierem. 6. v. 13. Joachim, Ierem. 22. v. 17. Principes Israël, Ezech. 22. v. 12. Populus Judaicus, 33. v. 31. Ammonitiæ, Amos 1. v. 13. Scribæ & Pharisei, Matth. 15. v. 5. & 23. v. 16. 23. Marc. 7. v. 11. Luc. 11. v. 42. & 16. v. 14. Quidam adolescens, Marc. 10. v. 22. Luc. 18. v. 23. Sacerdotes, Matth. 21. v. 12. Ioan. 2. v. 15. Judas proditor, Matth. 26. v. 15. Ioan. 12. v. 6. Custodes sepulchri, Matth. 28. v. 12. 15. Quidam de turba, Luc. 12. vers. 13. Dives quidam, 12. vers. 16. 17. Dives nequam, 16. v. 21. 22. Ananias & Saphira, Actou. 5. v. 2. Simon Magus, 8. v. 19. 20. Domini puellæ Pythonissæ, 16. v. 19. Demetrius, 19. v. 27. Felix, 24. 26. Quæstionarii, 1. Timoth. 6.**

v. 5. Falsi Doctores, 2. Petr. 2. v. 3. r. 4. Avarorum crudelium exempla: Pharisei, Matth. 15. v. 3. 6. Marc. 7. v. 11. 12. Agricola, Matth. 21. v. 34. 35. Marc. 12. v. 2. 3. 5. Luc. 20. v. 10. Pseudopastores, Act. 20. v. 29. 2. Petr. 2. v. 15.

¶ EXEMPLA PROFANA.

VOes quas avari homines, ac minuti animi, infusurrare filiis solerent, retulit Horatius in Satyra prima ad Mœcenasem, qua vitium illud accusavit, & quanta maximè diligentia potuit exagitavit: *At bona pars hominum, decepta cupidine falso, &c.* *Victorinus lib. 23. Var. lect. cap. 10.*

Nero nunquam cuiquam officium delegavit, nisi hæc adjiceret: *scis quibus mihi est opus? &c.* hoc agamus, ne quis quid habeat. *Vox prædona, quam principe dignior. Sueton. & Dion.*

Hispanis olim, ut scribit Philarchus, micrologia propria fuit: qui res vel minimas plurimi faciebant. & avaritiæ studio semel tantum die cibum capiunt. Sunt, inquit, & hydropotæ, & in tam avido ingenio vestibus tamen amicitur vel preciosissimis. *Thom. Zuving. fol. 2390.*

Vespasianos cum rapacissimum quemq; promoveret, ut mox ditatos condemnaret, vulgò dictus est: officarios suos habere pro spongiis: quòd veluti spongas & siccos madefaceret, & humentes exprimeret. Candidatis honores reisq; tam innoxiiis quàm nocentibus absolutiones vendidisse dicitur. *Suetonius & Dion.*

Pertinax, qui Commodo successit, avaritiæ suspicione privatus non caruit: nam & sordidè se gessit in provinciis consularibus regendis. & cum paternum patrimonium per exiguum esset, subito factus est dives. *Cuspin.*

Phocas Imp. parricida avarissimè tributa exegit. More Persico cum suis aulicis secreta tractabat, qui magistratus & judicia vendebant. *Cuspin.*

Negotiatorum genus nihil habet sacrum, propter unum pecunie lucrum, cui se totos, ceu Deo consecrârunt. Hoc pietatem, hoc amicitiam, hoc honestum, hoc famam, hoc divina patiter & humana omnia metiuntur: reliqua nugæ. *Eras. in Adag.*

Simonides is, qui avaritiam ei objiciebant, respondit: aliis se voluptatibus ob senectutem orbem, ab una ætatem suam fovèri quæsituarium. *Plut.*

Numidii avaritiam describit Horatius. *Lib. 1. Sermonum in hæc verba.*

Numidius quidam (non longa est fabula) dives. &c.

HIERO-

Sunt quæ
gnent.
Theocriti
ἄλυσιν
digitis co
conjecto
pè quæ ac
nacitati a

Pericle
sentit
bet è mo
Lycur

argento
quit, vo
publica
Plutarch
Cicer
eos die
verò, in
tiz? Pl

Cato
Castor
gladia
O tim
mavit

Aug
rumu
mule
nem s
blica
illos
exegi

§ HIEROGLYPHICA.

Sunt qui per *manus & brachia* hieroglyphicè avaritiam designent, atque interpretamentum hujus modi ex carmine Theocritiano mutuuntur: *εὐχέλαια δ' ὑπὸ κερδαίων, πᾶς δ' ὑπὸ κήλων χεῖρας ἔχων.* Neque defunt, qui manum tantum sinistram digitis compressis pro tenacitate & avaritia pingant. Nam & conjectores lævam lucri, & augendæ rei signum ponunt: quippe quæ ad custodiendum magis idonea sit, utpote segnior, & tenacitati accommodatior. *Pier. Valer. lib. 35. pag. 335.*

AUCTORITAS.

§ APOPHTHEGMATA.

Pericles à populo frequenter vocatus, *ἀσυντάκτος εἶμι*, inquit: sentiens, se non esse cogendum in ordinem, nec pro quolibet è media plebe habendum. *Plut. in Græc. apoph.*

Lycurgus Atheniensis, quum ei publicè exprobraretur: quod argento dato calumniatorem placasset: & qualis tandem, inquit, vobis videor civis, qui apud vos tanto tempore rem gerens publicam: dare potius, quàm accipere injustè deprehensus sim? *Plutarch.*

Cicero Metello objicienti, plures ipso testimonium contra eos dicente damnatos, quàm defendente absolutos esse: quis verò, inquit, non hoc dicit: plus in me fidei esse, quàm eloquentiæ? *Plut.*

Cato Uticensis in forum veniens cum Thermo, ac conspicatus Castoris templum armatis occupatum: omnesque fori aditus à gladiatoribus obsideri, ipsumque Metellum unà cum Cæsare: O timidum, inquit, hominem! qui adversus unum tantam armavit multitudinem. *Plut. in eius vita.*

Augustus quum juvenes nobiles ac dignitate claros inter se tumultuantes vellet compescere, nec auscultarent illi, sed tumultuari pergerent: audite, inquit, juvenes senem, quem juvenem senes audierunt. Augustus enim adolescens ad Rempublicam admodum est, summaque fuit autoritate: hæc solâ voce illos coercuit, nec aliud supplicium ob concitatum tumultum exegit. *Plut. Rom. apoph.*

Vide plura in loc. Honoris Nobilitatis, &c.

AU AUDACIA, AUDACES.
AUDACIA, AUDACES.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 10. Metamorph.

Audentes Deos ipse iurat.

Ibidem.

In audaces non est audacia tuta.

Vergil. 6. Æneid.

Tu ne cede malis: sed contra audentior ito.

Idem 10. Æneid.

Audentes Fortuna iurat.

Ovid. 2. Fast.

Audentes Forsquæ, Venusquæ iurat.

Tibullus 1. 2.

Audendum est, fortes ad iurat ipsa Venus,

Terent. Phorm.

Fortes Fortuna iurat.

Publ. Syrus.

Nunquam periculum sine periculo vincitur.

Claudianus ad Probinum.

Fors iurat audentes, præsi sententia vatis.

Valerius Flaccus lib. 4. Argonaut.

Stetimus tamen, & Deos adfuit ausis:

Qui idem iterum aderit credo Deos.

Stattius lib. 10. Theba.

Ille monet, ne frena animo permitte calenti.

Da spatium tenuemq; moram: mala cuncta ministras

Impetuos: hoc oro munus concede parenti.

Idem lib. 11. Theb.

Addo moram sceleri, & metire quod audes.

Ex Comicis Græcis.

Εὐτολμοῦ εἶναι κερῖναι, τολμηρός δὲ μή.

Audens ita esto sit procul ut audacia.

Τὰ πολλα τολμῶν, ἢ πολλὰ ἄμωρε πένειν ποιῶ.

Audere multa, multa nos labi facit.

Ἐστὶν τὸ τολμῶν, ἢ φίλ' ἀνθρώπος ἢ Κοφῦ.

Audacia aliena sapiente est à viro.

Προπίτεια πολλοῖς ἐστὶν αἰτία κηκῶν.

Ex temeritate multa nascuntur mala.

§ ΑΡΟΡΜ.

§ APOPTHEGMATA.

Leonidas objurgatus à quodam, quod paucis militibus stipatus, cum multis pugnare tentaret; audacter respondit: si ex multis constat victoria non tota sufficeret Græcia: si in audacia horum, numerus sufficit. *Plut. in Lacon.*

Archidamos conspiciens filium suum cum Atheniensibus juveniliter ac temerè congregientem: aut viribus, inquit, adde, aut animis adime. *Stob. serm. 51.*

Agis Archidami F. audiens quosdam abhorrere ab hostium multitudine, ait: non percontandum esse quot sint hostes, sed ubi sint; ut audacter aggrediantur. *Plut. in Lacon.*

Alexander audiens Darium, invictissimum Persarum regem, multas parare militum myriades: respondit, unus lupo non multas timet oves. *Antonius in Melissa serm. 37. part. 1. & Maximus, serm. 71.*

Agis interrogatus quot haberet milites? quot sufficiunt, inquit, ad fugandos hostes. *Plut. in Lacon.*

Ad Macedonum regem nuntios misit *Agésilao* rex, rogans: utrum per hostium solum irent an amicorum? cum ille respondisset, se consultaturum: fiat, inquit, igitur consultatio: nos tamen interim iter faciemus. Rex admiratus hominis audaciam, sibiq; metuens: facius esse censuit, illum ut amicum suscipere. *Plut. in Lacon. apoph.*

Idem admonitus à suis, ne cum Thebanis, qui numero præstabant, manus confereret: respondit, qui multis vult imperare, non debet multorum timere congressum. *Plut.*

Pedaretus, quum à quopiam audiret magnum hostium esse exercitum: audacissimè respondit: eò major erit & gloriosior nostra victoria. *Plutarch. in Lacon.*

Pirata quidam populabundus discurrebat per agros Lacedæmoniorum. Is ut captus est, rogatus, cur id ausus esset? quoniam inquit, deerat mihi commeatus, quem militibus præberem: ad eos veni, qui & habebant, nec spontè dabant, vi crepturus. Ad id *Cleomenes*: compendiosa, inquit, militia. Detestatus prædonis nefarium scelus: probavit tamen orationis expeditam brevitate. *Plut. in Lacon. apoph.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Nearchus scribit ab amicis, qui ægrotantem curabat, Alexandrum Magnum objurgatum, quod in prima acie dimicaret: militis enim id esse munus, non imperatoris. Quæ verba molestè non tulit Alexander. quòd & vera esse intelligeret, & meritò se reprehendi agnosceret. Et tamen ob id impetum, a-

AU AUDACIA. AUDITUS.

nimi in præliis, & gloriæ cupiditatem: &, ut ii qui alia quapiam voluptate vincuntur, pericula vitare noluit. *Suidas.*

Terentius Varro & *C. Flaminius* hic ad *Thrasimeum*, ille ad *Cannas*: dum *Hannibalis* artes despiciunt: dum æquales haberent exercitus: denique dum seipfos parum noscunt: nimum viribus suis fidunt, rem Romanam penè funditus subvertère. *Pontanus lib. 1. cap. 10.*

Ser. Cæpio consul contra *Cimbros* in *Italiam* irruentes temerè pugnans xxx. millia amisit. *Livius lib. 67.*

Gallia rex Carolus 11 X. tametsi neq; manu neq; consilio multum valeret: tamen amplissimis maximi atq; opulenti regni viribus innixus: viginti trium annorum adolescens, & pacem in *Italia* evertit, & rem *Gallicam* armis atq; ausu plurimum illustravit. *torius lib. 1.*

Iulius 11. Pap. fuit incredibili audacia, atq; constantia præditus: sed vehemens, quiq; immensa animo agitaret: quibus quominus præceps rueret, magis pontificatus majestate, principum dissensionibus, & temporum conditione: quàm ipsius moderatione aut prudentia factum est. *Gusciardin. lib. 2.*

Perdiccas Macedo *Alexandrum* securus in bellis, in speluncam lænæ ingressus, lænam ipsam non deprehendit: sed catulos ejus secum exportavit: & magnam hominum admirationem hoc facto meruit. *Ælian. lib. 10.*

AUDITUS, AUDIRE.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Eva serpentem audiens in peccati incidit consensum & actû. Sed & serpens. *Genes. 3.*

Cunctis sermonibus, qui dicuntur, non accommodes cor tuum: ne fortè audias servum maledicentem tibi. Scit enim conscientia, quia tu crebrò maledixisti aliis. *Eccles. 7.*

Septem aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. *Eccles. 28.*

Corrumpunt bonos mores colloquia mala. *1. Corinth. 15.*

Athenienses autem omnes & advenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi. *Actor. 17.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Tucius auditur veritas, quàm prædicatur: quoniam quum doctrina recipitur, humilitas custoditur. Quum disputatio vel prædicatio placet: vix est, ut differentem non pulset, quantum lacunq; jactantia. *August. de doctrina Christi.*

Vidit

Vidit Apostolus in audiendo facillimè servari humilitatem, quæ difficilis est in docendo: quoniam necesse est, doctor habeat superiorem locum: ubi laboriosum est obtinere, ne surrepat elatio. *August. sup. Iacob.*

Quum verbi boni auditores esuriunt: pro reficiendis eis majora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Sæpè enim doctori verbum Dominus pro gratia tribuit auditoris: nonnunquam verò propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori. *Gregor. in pastor.*

Nisi Spiritus sanctus auditorum corda repleat, ad aures corporum: vox doctorum incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt: sed hanc interius imprimere non valent. *Lib. 27. moral.*

Via Domini ad cor dirigitur: quum veritatis sermo humiliter auditur. *Idem in homil.*

Multi legunt, & ab ipsa lectione jejuni sunt. Multi vocem prædicationis audiunt, sed post vocem vacui recedunt: quorû, etsi venter comedit, viscera non replentur: quia etsi mente intellectû sacri verbi percipiunt: obli viscendo & nõ servando quæ audierant, hæc in cordis visceribus nõ reponunt. *Idem in Ezech.*

Verba DEI, quæ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo DEI, & quasi acceptus cibus in stomacho languente rejicitur, quando auditur sermo, in ventre memoriæ nõ tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, hujus profectò vita desperatur. Æternæ ergò mortis periculum formidate: si cibum quidè sanctæ exhortationis accipitis: sed verba vitæ, id est, alimenta justitiæ in memoria non tenetis. *Idem sup. Matth. 13.*

Secundum capacitatem auditorum moderetur lingua doctorum. *Idem lib. 12. Moral.*

Propter bonos auditores malis doctoribus sermo datur: & propter malos auditores bonis doctoribus sermo subtrahitur. *In Ezech.*

Auris bona est, quæ libenter audit utilia: prudenter discernit audita: obedienter operatur intellecta. *Bernh. in quadam. Epist.*

Dele (inquit) literas, magis quàm scripturas, quas diabolus in tua impressit anima: & fer mihi cor à vitæ hujus tumultibus liberum. *Chrysof. super Matth.*

Frequenter ipsa eadem audire etiã scientibus prodest. quod enim novimus, si sæpius audiamus, ampliùs compungimur. *In Epist. ad Hebr.*

Auditores quiq; suum remedium in concionibus capiant. *Greg.*

Audi.

AU

AUDITUS, AUDIRE.

Auditores benevoli, alacres reddunt prædicatores. *Idem.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. in arte poet.

*Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus: & quæ
Ipse sibi tradit spectator.*

Idem.

Nec retinet patula commissa fideliter aures.

Plautus in Truculento.

*Non laudandus est, qui plus credit quæ audit, quàm
Quæ videt. non placet cum illis plus laudant quæ audiunt,
Quam quæ vident. Pluris est oculus testis unus, quàm auriti
Decem: qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.*

§ APOPTHEGMATA.

T Haler ab amico quodam rogatus, quantum veritas distaret à mendacio? quantum, inquit, oculi distant ab auribus. *Maximus serm. 35.*

Xenocrates dicebat, pueris potius aures esse muniendas folliculis, quàm athletis: quod plus sit periculi, ne puerorum aures occupentur pravis sermonibus, quàm ne athletarum aures pateant ad ictus. Maxima, inquit *Satyrus* debetur puero reverentia: *Laert. lib. 4. cap. 2. Plutarch.*

Cum *Stratoni* physico quidam objecisset, quod Menedemus plures haberet auditores: quid mirum, inquit, si plures reperiantur: qui lavari cupiunt, quàm ungi? *Erasm. Rot. lib. 7. apoph.*

Cleantes differens, adolescentem quendam, quem videbat parum attentum, rogavit: sentirétne? illo affirmante, se sentire: cur igitur ego, inquit, non sentio te sentire. *Laertius libro septimo cap. 2.*

Aristoteles quendam vana loquacitate præter modum garrientem: quum aliquandiu audivisset, demum aliud cogitans, eodem mansit loco. Verum finita oratione, cum is, qui peroraret, eum interrogasset: num hæc placuissent, quæ dixisset? *Hercule*, inquit, tibi animum non intendi. *Brusson. lib. 3. cap. 25.*

Cicero quum orante se, quidam creditus Afer genere, diceret: non audio: hoc sermone negans se probare quod dicebatur: atqui, inquit *Cicero*, aurem habes perforatam. *Plutarch. in Rom. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

Frustrà clauduntur portæ civitatis, si una relinquatur aperta, per

AU

ta, per quæ
peratum

Ut dil

ira caut

animi pa

potest ve

Ut ve

re, sed in

non sine

tarchas.

Judex

ac secun

tis lapsi

rii statu

Non

pluris te

non exp

ne? Pla

Non

Staculu

mur. Pl

Mul

ta supe

Ut c

dum d

solum

Plutar

Ut

du, n

Qu

lunt, a

ta, mu

oratio

Ut

non a

tat. Pl

Ut

quiri

orari

Plut.

U

bent

ta, per quam hostes irrumpant: ita non satis est in cæteris tem-
peratum esse, si auditus pateat perniciosis sermonibus. *Plutar.*

Ut diligentius servanda est ea porta, quæ via sit ad regiam:
ita cautius servandus auditus, quod maximè sit cum rationali
animi parte conjunctus: & quod per eum admittitur, maximè
potest vel juvare, vel lædere. *Plutarch.*

Ut venatores non sinunt canes quidvis olfacere, aut morde-
re, sed integros eos servant feræ: sic oportet aures & oculos,
non sinere quovis vagari, sed rebus necessariis reservare. *Plu-
tarchas.*

Judex in causa nihil tribuens amori, tantùm rem perpendit,
ac secundum eam pronuntiat: at in audiendis philosophis, mul-
tis lapsibus candidè favendum est. Unde veteres juxtà Mercu-
rii statuam: Gratiarum item ponere soliti sunt. *Idem.*

Non convenit, ut in constrictina surgens, ad speculum contem-
plèris te ipsum, num rectè sis curatus? ab oratione discedens,
non expendas: num melior sis factus, aut deterior ex auditio-
ne? *Plutarch.*

Non oportet hoc animo ad audiendum accedere, quo ad spe-
ctaculum: puta ut tantùm delectemur, sed ut meliores efficiamur. *Plut.*

Multa belli inania, juxtà proverbium: ita & auditionis, pu-
ta supercilium, acclamatio, strepitus, & id genus alia. *Plut.*

Ut œconomicis & amici profunt & inimici: quemadmo-
dum dixit Xenophon: sic vigilans auditor & cordatus, non
solum benè dictis, verùm etiam erratis aliorum fit eruditior.
Plutarch.

Ut tragœdi in theatris: ita philosophus in scholis est audien-
dus, nempe ad finem usque. *Idem.*

Quemadmodum in iis, quæ ad tibiam canuntur, multa fal-
lunt, ac suffugiunt auditorem errata: ita in oratione phalera-
ta, multa ineptè dicta fallunt auditorem, ob phaleras & fucos
orationis. *Plut.*

Ut non impletur vas, quod semper effundit, nihil accipit: ita
non accipit sapientiam, qui semper loquitur, nunquam auscul-
tat. *Plut.*

Ut qui ad convivium accessit, utitur appositis, nec aliud re-
quirat: ita discendem tacitè audire oportet: donec qui dicit, per-
oravit: tum si libeat, utilem aliquam quæstionem proponere.
Plut.

Ut amantes candidè interpretantur vitia quædam: ita de-
bent & auditores dicentium. *Plut.*

In obso-

AU

AUDITUS, AUDIRE.

In obsoniis non solum sequimur voluptatem, sed etiam salubritatem: sic in audiendis & legendis autoribus. *Plut.*

Ut pulli involucres semper hiantes pendent de ore alieno: sic quidam molesti sunt docenti. quod necessarium sit eis omnia mansa in os inserere, nihilque tradant ipsi cibi. *Plut.*

Ut in ludo sphaerae alterius est commodè mittere, alterius scietè excipere: sic in audiendo convenit utrunq; suo fungi officio, tum qui disserit, tum cum qui auscultat. *Plut.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Philoxenus poeta Dithyrambicus, cum Dionysii tyranni poemata non probaret, utpote indocta: in lapidicinas ab eo detrusus est: deinde revocatus illinc amicorum precibus: ubi denuò Dionysium sua carmina pronunciantem audisset, surrexit: & rogatus à Dionysio, quid esse rei? respondit, satius ac potius esse in lapidicinis vitam degere, quàm illius audire poemata. *Erasm. in Adag.*

D. Augustinus Roma Mediolanum evocatus ad Rhetoricam docendam: Manicheorum hæresi adhuc implicatus, concionantem tamen Ambrosium episcopum solius eloquentiæ commendatione audire voluit. *Theat. Zuing.*

D. Augustinus antè conversionem audiens à Simpliciano senè sanctissimo, quanta constantia Victorinus rhetor Romanus eloquentissimus, jam senex publicè fidem suam in Ecclesia confessus esset, & baptisma suscepisset: miro desiderio eum imitandi flagrare cepit. *Testis ipsemet, lib. 8. confess. cap. 4. & 6.*

Antonius Eremita, ex evangelica lectione, cui casu supervenerat, admonitus: tanquam sibi diceretur, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni sequere me: confestim relictis omnibus in cremum se contulit. *D. August. lib. 8. confess. cap. ult.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Ægyptii sacerdotes per auriculam Tauri pictam, & auditum, & obsequii sedulitatem indicabant. In Tauro enim ad audiendum promptæ semper aures sunt, atque eo præsertim tempore quo fœmina pruritu exagita mugierit: qua audita Taurus, quantumlibet longè abfuerit, statim accurrit. *Pier. Val. lib. 3. pag. 25. A.*

Surrectas auriculas Cervi auditus acris significatum esse ostendit illud, quòd *ἀσὶν ἰσῶσαι* proverbium fertur: quod, *arrectis auribus*, Maro: & *arrigere aures*, Terentius interpretatur. Contrà verò pro surditate easdem demissas pingere moris est: quia tunc

cervi

AU AUDITUS, AUDIRE. AULĀ. 80.

cervi acutissimè audiunt, cum surrectas aures protendère: cum verò eas demisère, vix proximum excipiunt sonum. *Pier. Valer. lib. 7. pag. 64. E.*

Hominem auditu præpollentem Ægyptii hieroglyphice significare si vellent, *Capram* ponere soliti sunt: quàm per aures perinde atque per nares spiritum emittere prodidère unà cum Ægyptiis gravissimi auctores: quamvis reclamante Aristotele: qui humanam diligentiam id adhuc nulla depræhendisse se-ctione aut sensu aliquo evidentiore firmiter esseverat. *Pier. Val. lib. 10. pag. 47. A.*

Plutarchus etiam ex *Leporino simulachro* auditum hieroglyphicè intelligi apud Agyptios affirmat. *Lepus* enim aures proportionè reliqui corporis maximas omnium animalium habet: auritiq; idèò ob excellentiam vocantur à poëtis. *Idem lib. 13. pag. 118. E.*

Nec desunt, qui auditum ex quantumvis remoto loco per *Talpam* significari tradant. Liquidius siquidem audiunt: *Talpa* terra obruta, tam densò atq; surdo naturæ elemento. *Idem lib. 13. pag. 123. B.*

AULA, AULICI, VITA
Aulica.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Hypolito.

Fraus sublimi regnat in aula.

Idem in Thyeste.

Vt nemo doceat fraudis, & sceleris viam;

Regnum docebit.

Lucanus lib. 8. bel. civil.

Exeat aula

Qui volet esse pius. Virtus & summa potestas

Non coeunt.

§ APOPHTHEGMATA.

C *Allisthenem* quum quispiam audiente *Diogene Cynico* beatum dixisset, quòd *Alexandri aulicus* esset: at, inquit: *Diogenes*, infelix est, qui tum prandet ac coenat, cum *Alexandro* videtur. *Bruson. lib. 1. cap. 5.*

Polyxenas dialekticos Dionysio quum diceret, ego te convinco: nimirum verbis, inquit: at ego te re ipsa convinco, qui tuis *reli-ctis*, me meaq; colas. Significans, illum à schola ad aulam, à philosophis

AU AULA, AULICI, VITA AULICA.

philosophis ad tyrannum transisse: non facturum, nisi hanc vitam illâ judicasset beatiorem. *Plutarch. in apoph.*

Aulicus quidam injuriarum Palatarū patientissimus: cum à quodam rogaretur, quomodo rarissimam rem in aula consequutus esset? Injurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo. *Brufon. lib. 1. cap. 5.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodū Luna quò propior est Soli, hòc minus habet luminis: ita plus fructus ac dignitatis est iis, qui procul absunt à magnis principibus. *Plin.*

Est apud Indos herba quædam præcipui odoris, referta minutis serpentibus, quarum ictu protinus moriendum sit: ita habent principum quorundam aulæ, quod alleget: sed occultant lethale venenum, nō caveas. *Plin.*

Sunt arbores aliquot, quæ post solstitium invertunt sua folia, ut ulmus, tilia, olea, populus, alba salix: ita vulgus procerū, simulatq; princeps vitæ genus in diversum commutat, vertunt & ipsi vultum, cultum, orationem & omnia. *Idem.*

Formicæ triticum arrodunt ea parte, qua germinare incipit ne sibi reddatur inutile: sic potentes quò ministris perpetuo utantur, premunt: ne si emerferint, tædio servitutis relinquunt aulam. *Idem.*

Ut halcyones videre rarissimum est: sed quoties apparent, tranquillitatem vel faciunt, vel denuntiant: ita abbates & episcopi rarò deberent prodire in principum aulas: sed rerum motus, & bellorum tempestates autoritate sua componere. *Erasm.*

Gracca leguminis genus est ad eò gratum columbis, ut ea semel gustata, negent illos postea ab eo loco profugere: ita qui semel aulæ mel & honorem degustarint, nunquam ab aula possunt avelli. *Plin. lib. 16. cap. 16.*

Mulus ex equo & asina constatus, nec equus est, nec asinus: ita quidam dum & aulici esse volunt, & ecclesiastici, neutrum sunt. *Erasmus.*

Indicæ testudines, meridiano tempore blandiente, gaudent toto dorso per tranquilla fluitare: donec oblita sui, solis vapore siccet cortex, ut mergi nequeant: jamque invitæ natent oportune venantium prædæ. Ita quidam spe magnarum rerum allesti, in principum aulas sese conjiciunt: & ad eò delinuntur aulæ deliciis: donec imprudentes eò redigantur, ut non possint, etiamsi velint, in suum ocium sese recipere. *Plin. lib. 9. cap. 10.*

Ut Heliotropium ac lupinum circumagantur cum sole, & quocunq; se moverit ille, eodem dessectunt & hæc cacumen: ita pro-

AU
ita procer
dent omn
Croco
in terra p
mul & au

Auli

M
app
morus a
ubi le
tionis re
trocinat
collega,
terimi c

Ablat

Et sub C
ludus fo
stantine
que fra
sibi ut
admin

Theo

rò cur
lem de
infame
per ba
esse. S

Per

eloqu
arcane
invid
virtus
quam
cus bo
tiens,
tum
Fulgo

ita proceres aulici quocunq; regis ingenium vergit, cō propen-
dent omnes. *Plin. lib. 18. c. 24 & 27. eod. lib. 1.*

Crocodilus anceps animal, nunc in terris agit, nunc in aquis:
in terra ponit ova, in aqua prædatur & insidiatur: ira quidam si-
mul & aulici sunt & ecclesiastici, utrobiq; pestilentes. *Erasm.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Aulicos variis casibus ac mutationibus esse obnoxios.

M *Acrinus* sub Commodò fuit vitæ sordidæ, & prostibulum
appellatus, gladiator, venator, tabellioque. Sub Servo re-
morus ab officiis, etiam miserimis: & relegatus in Aphricam,
ubi lectioni operam dedit, & declamavit, ut infamiam damna-
tionis tegeret. Sub Antonino Vero advocatus fisci factus, pa-
trocinante sibi Festo liberto, inde præfectus prætorii, ablegato
collega, Antoninum Caracallam Imperatorem suum dolo in-
terimi curavit, & sic imperium invasit. *Cuspinianus.*

Ablabius humili genere ortus, ad dignitatem prætorio præfe-
cti sub Constantino Magno evehctus, tanquam pila quædam &
ludus fortunæ, plus Imperatore posse visus est. At mortuo Con-
stantino, Cæsar Constantius imperium adeptus, ac sortem cui-
que fratrum suam partitus, obrinuit quicquid ab Illyrico ad Ni-
sibin usq; extenditur: mox Ablabium imperio exiit, aliosque
administratores surrogavit. *Eunapius.*

Theodosius Magnus Rufinum honoribus extrulit, in primis ve-
rò cum Arcadio Augusto filio in insequentem annum consu-
lem declaravit. licet Promoti magistri militiæ clariss. nec vulgò
infamem: quem jussu Theodosii in Thraciam contendentem
per barbaros quosdam in insidiis constitutos dicebatur interfe-
cisse. *Sigon. lib. 9.*

Petrus Vinca Campanus, obscuro natus loco, sed doctrina atq;
eloquentia, quantum ætas illa tulit, insignis Federici II. Imp.
arcanorum omnium particeps ac moderator. Cæterum per
invidiam, quæ in aula & oritur, & nutrimenta habet, atque
virtutis perpetua est insectatrix, in suspicionem adductus, tan-
quam cum Pontifice Alexandro III. sentiret (quo cum Federi-
cus bellum gerebat) luminibus est privatus. Cujus rei impa-
tiens, atque ob id in furorem conversus: ad sanctum M. na-
turus quod Ethrurix oppidum est, sibi ipsi mortem conscivit.
Fulgos. lib. 6. cap. 11.

AU AURUM. AUTUMNUS. AUXILIUM.

AURUM.

¶ APOPHTHEGMATA.

Physicus quidam cum Diogenem interrogasset, quàm ob causam aurum palleret? quoniam, inquit, plurimos habet sibi insidiantes. *Laert. lib. 6.*

Consule loc. de Divitijs.

AUTUMNUS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de Arte amandi.

Sapè sub autumnum, cum formosissimæ annes,

Plenaq; purpureo subrubet uva mero.

Cum modo frigoribus premimur, modo solvimur æstus

Aere non certo corpora languor habet.

Vide Tempus.

AUXILIUM.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Homines omnes æquè diligendi sunt: sed omnibus si prodesse non possis, his potissimum subveniendum est, qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictis, tibi quasi quadam sorte uniuntur. *Aug. de doctr. Christiana lib. 1.*

Hæc lex est divinæ providentiæ: ut nemo à superioribus adjuvetur ad cognoscendam gratiam Dei, qui non ad eandem puro affectu inferiores adjuverit. *August. in vera relig.*

Justum consilium est: ut qui se à potentiori vult adjuvari, adjuvet & inferiorem: si est ipse potentior. *August. in serm. in mont. lib. 1.*

Nihil sic probat amicum: sicut onera amici portare. *August. de verb. Apost.*

Non facile inveniuntur in adversitate præsidia, quæ non fuerunt in pace quæsitæ. *August. in serm.*

Necessitates aliorum quantum possumus, juvemus: & plus interdum, quàm possumus. Nihil tam secundum naturam est, quàm juvare consortem naturæ. *Ambros. de off.*

Si non potest alteri subveniri, nisi alter lædatur: commodius est neutrum juvari, quàm gravari alterum. *Ambros. de offic. lib. 5.*

Illis

AU

Illis favore mus. *Ibidem.*

Vult De sentire: & q sibi cupere ponat. *Hierem.*

Impude querere au sup. *Hierem.*

Habens affluentiar regitur, u locum apu nomine cu Gregor. sup.

Qui pot constituit: reg.

Mindus p necessitate homil.

Adjuva rem, elatio

Tunc a proprijs f negetur: f hitur. *Ber.*

Oleum bus in fra bus augm

Age lic enim pro Quid t

baris aux insequitu Nulliu

lib. 6.

Illis favemus sæpius, à quibus referendæ gratiæ vicem speramus. *Ibidem.*

Vult Deus unumquemque alterius angustias, ut proprias sentire: & quomodo sibi, in tali tribulatione si esset, subveniri sibi cuperet: ita ipse alteri propter Deum subvenire non postonat. *Hier. in epist.*

Impudens postulatio, tempore necessitatis & angustia, ab eo quaerere auxilium, quem in prosperitate contemseris. *Hieron. sup. Hierem. lib. 2.*

Habens intellectum, curet omnino ne taceat: habens ratam affluentiam, à misericordia non torpescat: habens artem qua regitur, ulum ipsius cum proximo partiat: habens loquendi locum apud divitem, pro pauperibus intercedat: talenti enim nomine cuilibet reputabitur, quòd etiam minimum accepit. *Gregor. sup. parabol. talenti.*

Qui potest emendare & negligit, participem se proculdubio constituit: qui alterius bonum adjuvat, suum facit. *Gregor. in reg.*

Minus proximum amare convincitur, qui non cum eo in necessitate illius, ea quæ sunt sibi necessaria, partitur. *Gregor. in homil.*

Adjuvare imbecillum, charitatis est: adjuvare velle potentem, elationis. *Gregor. 7. mor.*

Tunc amor tuus ad te ipsum temperans erit & justus: si quòd proprijs subtrahitur voluptatibus, fratris necessitatibus non negetur: sic amor socialis efficitur, quum in communi protrahitur. *Bernh. de diligendo Deo.*

Oleum pietatis & misericordis unguentum: quantò copiosus in fraternas necessitates effunditur: tantò donis potioribus augmentatur. *Cas. in quadam epist.*

Age sic aliud, ut tuum non obliviscaris negotium, amicis ita enim prodesse debemus, ut nobis non noccamus. *Ibid.*

Quid tibi fidelissime, opus sunt arma, qui habere talia probaris auxilia? ipse enim pro te pugnat, cui nullus resistit: ipse insequitur, quem nullus declinat. *Cassiod. sup. Psalm. 55.*

Nullius ope indigere se putat, qui alteri suam negat. *Lactant. lib. 6.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 4. Metamor.

Ad opem brevis hora ferenda est.

Idem lib. 2. de Pont.

*Brachia da lasse potius pendenda natanti,
Nec pigeat mento supposuisse manum.*

Ex Comicis Græcis.

*Ἄλλο γὰρ ἄνδρα ἐν πόλει σιζέει πτόλιν.
Χεῖρ χεῖρα νίπτει, ἡράκτους τε ἡράκτους.
Urbs servat urbem, servat itidem vir virum.
Manus manum, digitumq; digitus abluat.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Succurrere paupertati amicorum stude, imò potius occurre. *Senec. in lib. de morib.*

Pœnam à quo merueris frustra petis auxilium. Ab aliis peccata, alteri quod feceris. *Ibidem.*

Alteri vivas oportet: si tibi vis vivere. *Senec. epist. 45.*

Fructus ingenii & virtutis omnisque præstantiæ tunc manus capitur: quum in proximum quemque confertur. *Cicero Amicitia.*

Homines hominum causa generati sunt: ut ipsi inter se aliis prodesse possint. *Idem 1. Offic.*

Habet in adversis auxilia, qui in prosperis commodat. *Salustius in proverb.*

Qui succurrere perituro potest quum non succurrit, occidit. *Ibidem.*

Lento adjutorio opus est contra mala continua & foecunda non ut desinant, sed ut ne vincant. *Senec. de ira, lib. 2.*

¶ SIMILITUDO.

In tempestate qui confugiunt sub arborem, serenitate facti ramos illius vellunt fugientes: sic in rebus afflictis utimur præsidio quorundam, quos eisdem per invidiam affligimus in rebus prosperis. *Plut.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Invenias apud Xenophontem (quisquis ille fuerit) eo libello qui titulus æquivocis circumfertur, per *Hirundines* in metallo patente pictas, populos auxilium implorantes hieroglyphice significari. Nidus enim patriam, os verò adaperitum clamorem & implorationem ostendit. Hinc illud in Ezechie Cantico *Sicut pullus Hirundinis, sic clamabo. Pier. lib. 22. pag. 209.*

BAPTIS

BAPTISMUS.

SENTENTIÆ BIBLIÆ.

ET convertit me ad portam domus, & ecce, aquæ egrediebantur subter limen domus ad orientem. *Ezech. 47.*

Et sanabuntur & vivent omnia, ad quæ venerit torrens. *Ibid.*

Lavi te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te. *Ezech. 18.*

Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris: & ab idolis vestris mundabo vos. *Ibid. 36.*

Omnis anima vivens, quæ serpit: quocunq; venerit torrens, vivit. *Ibid. 47.*

Fons egredietur de domo Domini, & irrigabit torrentem spinarum. *Joel 3.*

Euntes in mundum universam, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. *Matth. ult.*

Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. *Marc. 16.*

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: non potest introire in regnum Dei. *Joan. 3.*

Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. &c. *Rom. 6.*

Omnes in Mose baptizati sunt in nube & mari. *1. Cor. 10.*

In uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. *Ibidem 12.*

Quicumque in Christo Jesu baptizati estis, Christum induistis. *Galat. 3.*

Una Fides, unum Baptisma. *Ephes. 4.*

Dilexit Ecclesiã, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ. *Ibid. 5.*

Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis. *Coloss. 2.*

Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti. *Tit. 3.*

Abluti corpus aqua munda: teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. *Hebr. 10.*

Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. *Actor. 2.*

Baptizare, & abluc peccata tua, invocato nomine ipsius. *Actor. 22.*

In arca pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.
1. Petr. 3.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Tantum valet baptismus per hominem contemptibilem, quantum per Apostolum datus: ita nec istius, nec illius, sed Christi cognoscitur. Invenimus itaque dictum ab Apostolis & gloriam meam, & evangelium meum, & ministerium meum: quamvis utique à Domino impartitum atque donatum: Baptisma autem meum nemo eorum dixit omnino. Non enim omnes ministrant æqualiter, & in evangelizando alius alio melius operatur: alius autem alio magis vel minus baptizatus dici non potest, sive ab inferiore, sive à majore baptizetur. *Augustin. de uni. bapt. lib. 5.*

Baptismus talis est, qualis est ille, in cuius potestate datur: non qualis, per cuius ministerium datur. *Idem sup. Ioan.*

Non omnes qui tenent baptismum, tenent ecclesiam. *Idem eunt. Dion. lib. 5.*

Baptizandi potestatem Dominus sibi tenuit: servis ministerium dedit. *Idem in Evang. Ioan. tract. 5.*

Spiritus etiam ante baptismum gentilium corda perfudit, qui nunquam in Judæorum mentibus, nisi post aquam baptismatis venit. *Greg. 12^o or.*

Idem salutaris curationis auxilium, circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere, revelante gratiæ tempore consuevit: exceptio quòd regni celestis januam nec dum intrare poterat: donec adveniens benedictionem daret, qui legem dedit: ut videri posset Deus Deorum in Sion: tantum in sinu Abraham post mortem beata requie consolati, supernæ pacis ingressum spe felici expectabant. *Beda. in Luc. 2.*

Baptizati utuntur albis vestibus: utpote quorum nativitatibus faciem vetusti erroris pannus fuscaverat, habitus securæ regenerationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur post sacram unctionem caput eius mystico valamine, ut intelligant se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri. *Raban. de institut. cleri.*

Infideles & criminosi baptismum cum fide suscipientes, sic absolvuntur à debito damnationis: ut non teneantur debito expiationis. Fideles verò criminosi, post lapsum verè poenitentes, sic absolvuntur à debito damnationis: ut tamen teneantur sub debito expiationis. Sed cur quæso expiatur difficilior, nisi quia offensus est gravius? *Ricard. de potest. ligandi.*

In bap-

In bap
epist. ad Co

In bap

missa mu

no(cit)ur

Bapti

Idem.

A Lex

tis,

nihil, in

quid sibi

prælio

Hiera

professio

spondio

intellig

quoq;

Nica

aleren

pulche

Plat in

potissi

philos

rogat

tu me

Erasms

An

starec

nihil

A

sunt

S

In baptismo Rex, Sacerdos, & Propheta efficimur. *Chrysoft. in epist. ad Cor. hom. 3.*

In baptismo sic omnia & originalia delicta, & perperâ commissa mundantur: ut illi nos restituat puritati, in qua Adam nascitur esse procreatus. *Cassiod. sup. Psalm. 5.*

Baptismus est meritò factus, cum invocatione Trinitatis. *Idem.*

BARBA.

§ APOPHTHEGMATA.

Alexander quodam tempore, cum omnibus ad prælium paratis, interrogaretur, nunquid aliud præter hæc fieri vellet? nihil, inquit, nisi ut Macedonum barbæ radantur. Hoc dictum quid sibi veller, admirante Parmenome: an nescis, inquit in prælio nullam aniam meliorem esse, quàm barbæ? *Plut.*

Hieronymus Rhetor Gymnasii Basiliensis antè paucos annos professor, interrogatus: cur tam promissam aleret barbam? respondit, ut intuens hos pilos me non mulierem, sed virum esse intelligam. Barba enim ornat virum: & admonet, ut virilia quoq; facinora fortius aggrediamur. *Lycosth.*

Nicanor Spartanus percontanti, quare Lacedæmonii barbam alerent? quoniam, ait, hic ornatus cum sit homini omnium pulcherrimus ac proprius, nullo omninò constat impendio. *Plut. in apoph. Lacon.*

Demetrius cuidam percontanti, quàm philosophiz sectam potissimum amplecteretur? quis, inquit, tibi indicavit me esse philosophum? moxq; vehementer secum ridens, abiit. Interrogatus quid rideret? an non magnoperè ridiculum, inquit, si tu me ex barba iudicas philosophum, ipse barbam non habens? *Erasm. lib. 2. apophth.*

Anonymus Lacon quidam senex interrogatus, cur barbam gestaret sylvosam ac promissam? ut, inquit, intuens, canos pilos, nihil committam illis indignum. *Plut. in Lacon.*

BARBARIES.

§ APOPHTHEGMATA.

ANacharsis cuidam obijcanti, quod esset barbarus: certè inquit, apud Athenienses: sed vicissim, Athenienses barbari sunt apud Scythas, *Laert. lib. 1. cap. 9.*

Strabonius interrogatus, utri essent barbariores, Bæoti, an

BE

BEATUS, BEATITUDO.

Theſſali? nominavit Elæos: ſignificans, hos utriſq; barbariores, cum illi haberentur barbariſſimi. Hoc erat lepidius; ſi ab Elæo fuiſſet propoſitum, ut forte fuit. *Eraſm. 6. apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

Camelus non gaudet potu, niſi prius obturbata conculcatione aqua; ita quibuſdam nihil placet in literis niſi barbarie conſpurcatum. *Plin. lib. 8. cap. 17.*

U: ignavi canes omnibus ignotis oblatrant: ita barbari quicquid non intelligunt, carpunt ac damnant. *Plut.*

BEATUS, BEATITUDO.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Inſelix, qui omnia novit, & te nescit: qui autem te & illa novit, non propter illa beatus, ſed propter te ſolum. *Auguſt. ſuper Ioan. 17.*

Tam potentem Deus fecit animam, ut de eius pleniffima beatitudine, quæ in fine temporum ſanctis promittitur, redundet in inferiorom naturam quæ eſt corpus: non beatitudo quæ intelligentis & fruentis eſt propria, ſed plenitudo ſanctitatis quæ eſt incorruptionis vigor. *In epiſt. ad Diacon.*

Beati immaculati in via, tanquam diceret: ſcio quid velis, quæris beatitudinem? ſi ergo vis eſſe beatus, eſto immaculatus. *Idem ſup. Pſalm. 118.*

Quando dicis: beatè vivere volo: bonam rem quæris, ſed non hîc: ſi habuit hic iſtud Chriſtus: habe & tu in regione mortis tuæ. Quid ille invenit, attende. Veniens de alia regione, quid invenit, niſi quod hîc abundavit? labores, dolores, mortē. Ecce quod hîc habes, & quod hîc abundat, manducavit tecum. Quod hîc in cella miſerix tuæ abundavit acetum hic bibit, ſed hic bibit, ecce quod in cella tua invenit, & ad magnam menſam te invitavit, menſam cœli, menſam Angelorum, ubi ipſe panis eſt. *Idem ſup. Ioan. 13.*

Beatitudo vera non eſt, de cuius æternitate dubitatur. *Idem lib. 3. de Civitate Dei.*

Beatus ex ſeipſo nemo eſſe poteſt. *Idem lib. 12.*

Beatus non eſt, qui quæ vult habet, ſi mala velit. *Idem epiſt. ad Probum.*

Ille beatus eſt, qui omnia quæ vult habet, nec aliquid vult, quod non deceat. *Idem de ſpiritu & litera.*

Quid hoc bono melius? quid facilitate felicius? vivere Deo, vivere de Deo. *Ambr. de Offic.*

Dico

BE

Dico b
rate conſe
victorem

Beati

juſtina re

Beatu

Beatu

ſtetit, no

hora cor

Beatu

inquina

nis, quæ

Tripl

Deo: vid

bis ipſiſ

beatius,

Berub. in

Una

mnibus

moria,

aſtring:

Bea

veller, &

haber o

Bea

na, poſ

ſiduoſa

Dico beatam vitam consistere in altitudine sapientiae, suavitate conscientiae, virtutis sublimitate: non sine passione esse, sed victorem passionis esse, beatum est. *Ibidem.*

Beatus quem sapientia devoravit: quae virtus hauserit: quem iustitia receperit. *Ibidem.*

Beatum nihil, nisi quod caret peccato. *Ibidem.*

Beatus vir, qui non cogitavit, nec fecit, nec docuit mala: non fecit, non perseveravit in delicto: sed per poenitentiam ad maiora conversus est. *Hieron. sup. Psalm. 1.*

Beatus qui post illa non abit, quae possessa onerant: amata inquinant: amissa cruciant: an non satis ea cum honore spernis, quae cum dolore perdis? *Bernh. in epist.*

Tripliciter in aeterna illa & perfecta beatitudine fruemur Deo: videntes eum in omnibus creaturis: habentes eum in nobis ipsis: & quod his omnibus ineffabiliter jucundius sit atque beatius, ipsam quoque cognoscentes semetipsam Trinitatem. *Bernh. in serm.*

Una cunctis erit beatitudo laetitiae, quamvis non una sit omnibus sublimitas vitae: & in illa beatitudine erit culpae memoria, non quae mentem polluat, sed quae nos laetitiae arctius alstringat. *Bernh. ibid. serm.*

Beatus dicitur, quasi bene habitus, scilicet ab habendo quod vellet, & nihil patiendo quod nolleret. Ille enim verè beatus, qui habet omnia quae vult, & nihil vult male. *Isidor. Ety.*

Beatus est, de cuius culmine amicis datur laetitia, lividis poena, posteris gloria, vegetis & alacribus exemplum, pigris & desidiolis incitamentum. *Cassiod. in epist.*

§ SENTENTIAE POETICAE.

Ovid. lib. 3. Metamorph.

*Scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est: dicitur beatus.
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.*

Ausonius in Solonis sententijs.

Dicitur vitam beatam, cum peracta fata sunt.

Horat. lib. 1. Epist. ad Quintium.

*Tu rectè vivis, si curas esse quod audis:
Iactamus jam pridem omnis te Roma beatum.
Sed vereor ne cui de te plures, quam tibi credas,
Nereputes alium sapiente bonoque beatum.*

Terent. in Phorm.

Beatus es, n̄ unum desis: animus, qui modestè isthac ferat.

Horatius Oda. 9 lib. 4.

*Non possidentem multa, voca veris**Rectè beatum: rectiss occupat**Nomen beati, qui Deorum**Muneribus sapienter uti,**Duramq; callet pauperiem pati,**Peiusq; letho flagitium timet:**Non ille pro charis amicis,**Aut patri timidus perire.*

Lucretius lib. 9 bel civil.

*Non illis auro positi, nec thure sepulti**Perveniunt. Illic postquam se lumine vero**Implevit. stellasq; vagas miratur, & astra**Fixa polis: vidit quanta sub nocte jaceret**Nostri dies, risitq; sui ludibria trunci.*

Martialis 10. 4.

*Vitam qua faciunt beatiorem,**Lucundissime Martialis, hæc sunt:**Res non parva labore, sed relicta:**Non ingratus ager, foccus perennis,**Lis nunquam, toga rara, mens quieta,**Vires ingenue, salubre corpus,**Prudens simplicitas, pares amici.**Convictus facilis, sine arte mensa:**Nox non ebria, sed soluta curis:**Non tristis torus, attamen pudicus:**Somnes, qui faciat breves tenebras:**Quod sis, esse velis, nihil malis:**Summum nec metuas diem, nec optas.*

Juvenalis. 9.

*Vivendum est rectè, tum propter plurima, tum de his**Precipue causis: ut linguas mancipiorum**Contemnas. nam lingua mali pars pessima servi.*

Ex Comicis Græcis & Tragicis.

*Εὖ ποίς εἴ ἀν εἶδεν τῶν πάλιντων, αἰ Δημία,**Δ' ἀδὸν εἴ ᾗ πὴ μὴ ἀπέσσει καὶ ἡγεῖν.**Bonum invenire Demea nullum potes,**Admixta cui non aliqua portio mali.*

E' 204

Ἐξωθέν εἰσιν οἱ δευγῶτες εὐτυχίας,
 Τῶ δ' ἰσθμῶσι πάντων ἀνθρώπων ἴσος.
Foris beati quos beatos credimus,
Nihil sed intus differunt à cæteris.

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ:
 Εἷναι δ' ἰσθμῶσι πάντων περὶ τὸν ἴσος.
Beatus omni ex parte nullus usquam.
Vnum esse de multis putaro te quoque.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Beatuſſe ſine virtute nemo poteſt. *Cicer. 1. de Natura Deorum.*

Is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad dimittendum animum, aut minus lætabile ad efferendum videri poteſt. *4. Tuſc.*

Beati dicuntur, qui ſunt in bonis, nullo adjuncto malo. *Cic. 5. Tuſc.*

Beati ſunt, quos nulli meſterreat: nullæ ægritudines excedunt: nullæ libidines cruciant: nullæ foſiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciant voluptatibus. *5. Tuſc.*

Vir temperans, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate niliæ, ſine libidine, is eſt beatus. *Ibidem.*

Nemo poteſt non beatiffimus eſſe: qui eſt totus aptuſ ex ſeſe, qui que in ſe uno ſua ponit omnia. Cui autem ſpes omniſ & ratio, & cogitatio pender ex fortuna: huic nihil poteſt eſſe certuſ: nihilque quod exploratum habeat, permanſuru ſibi, ne unum quidem diem. *in Parad. 2.*

Niſi ſtabili & fixo & permanente bono, beatus eſſe nemo poteſt: nihil enim inveteraſcere, nihil extingui, nihil evadere debet eorum, quæ in vita beata conſiſtunt. Nam qui timebit, ne quid ex hiſ deperdat, beatus eſſe non poterit. *5. Tuſc.*

Qui beatus eſt, non intelligo quid requirat, ut ſic beator: ſi eſt enim quiddam quod deſit, ne beatus eſt. *Ibid.*

Beatus eſſe in maximarum rerum timore nemo poteſt: nemo igitur beatus eſſe poteſt, neque enim in aliqua parte: ſed in perpetuitate temporis vita beata duci ſolet. Nec appellatur omnino vita beata: niſi conſecta atque abſoluta: nec enim poteſt quiſquam aliâs beatus eſſe, aliâs miſer. Qui enim exiſtimabat poſſe ſe miſerum eſſe, beatus non erit. Nam cum ſemel eſt ſuſcepta beata vita, tam permanet, quàm ipſa illa effectrix beatæ vitæ ſapientia, neque expectat ultimum tempus ætatis, quod *Cæſo* ſcribit *Herodotus* præceptum eſſe à *Solone*, *2. de Finib.*

Est verè

Est ferè fortunatus ille, cuius ex salute non minor penè ad omnes, quàm ad illum, cui ventura sit læticia pervenerit. *Pro M. Marc.*

Omne beatum est cui nihil deest: & quod in suo genere expletum atq; cumulatam est: idq; virtutis est proprium. *s. Tusc.*

§ APOPHTHEGMATA.

Socrates interrogatus de Archelao Perdixæ filio, qui tum fortissimus habebatur. num eum beatum judicaret? nescio, inquit: nunquam enim cum eo collocutus sum. Subjicienti, eadem opera de rege Persarum dubitare potes an sit beatus? Quid nî, cum nesciam quàm sit doctus, aut quàm vir bonus. *Cic. lib. Tusc. quest. 5.*

Solon à Cræso interrogatus, an quem vidisset ipso beatiorem? Telum nominavit Atheniensem, privatû hominem: sed qui relictis liberis ac nepotibus, benè institutis, feliciter obiisset diem. Interrogatus dein, cui post illum tribueret felicitatis elogium? Cleobin & Bitum Argivos fratres nominavit, qui cû summa pietatis laude defuncti fuerant. Indignatus rex, nullo igitur loco me ponis? Ego, inquit Salon, faciliè confiteor te regem opibus & imperio florentem: beatum non appello, priusquam feliciter hanc vitam absolveris. *Herod. in 1. & Laert. in lib. 1. cap. 1. & Erasmi. lib. 7. apophth. Val. Max. lib. 7. cap. 2.*

Cum quidam apud *Agésilauum* admiraretur regis Persarum felicitatem, quòd admodum juvenis esset: ne Priamus quidem inquit, cum hujus esset ætatis, erat infelix. *Plut.*

Epaminondas percontatus, quisnam inter omnes duces omnium esset fortissimus: ipsène, an Chabrias, an Iphicrates? respondit: hoc judicare satis arduum est, dum vivimus. *Plutar. in Grec. apophtheg.*

Anaxagoras interroganti cuidam, quisnam esset beatus? nemo, inquit, ex iis, quos tu fœlices existimas: sed eum in co numero reperies, qui à te ex miseris constare creditur. *Val. Max. lib. 2.*

§ SIMILITUDO.

UT vulgus ineptum magno labore, magnoq; impendio remedia ab extremis Indis, aut Æthiopibus petit: cum in hortis nobis nascatur, quo morbis mederi possimus: ita præsidia beatæ vitæ magno molimine foris quærimus in imperiis, in opibus, in voluptatibus: cum in animo sit, quod nos beatos faciat. *Senec.*

§ EXEMPLA vide sub titulo Felicitatis.

BELLUM.

BELLUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Hostes vos sentient Madianitæ: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos. *Numer. 25.*

Quando egressus fueris adversus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. *Deut. 23.*

Varius eventus est belli, & nunc hunc, & nunc illum, consumit gladius. *2. Reg. 21.*

Gubernaculis tractanda sunt bella. *Proverb. 21.*

Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus: quia cum dispositione initur bellum: & erit salus ubi multa consilia sunt. *Ibid. 24.*

Pro justitia agonizare pro anima tua: & usque ad mortem certa pro justitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *Eccles. 4.*

Pro eo quo plausisti manu, & percussisti pede, & gavisus es ex toto affectu super Israel: idcirco ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium. *Ezech. 25.*

Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & majorem quam tui exercitus multitudinem: non timebis eos, quia Dominus Deus tecum est. *Deut. 20.*

Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. *Luc. 3.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Donabit certanti victoriam, qui certandi dedit audaciam. Non ergo nos hostium turba, non bellantium forma, non quasi fulgens vitrea terreat armatura. *Augustinus contra quinque hæ. in principio.*

O homo! idcirco non vicisti, quia de tuo præsumisti, qui præsumit de viribus suis, ante quam pugnet, prosternitur. *Idem de verb. Ap.*

Si Christiana disciplina omnia bella culparet: hoc potius consilium salutis perentibus in Evangelio daretur, ut abjicerent arma, sequi militiæ omnino subtraherent. Dicitur autem est eis, neminem concutiatis: estote contenti stipendiis vestris: quibus proprium stipendium sufficere præcepit, militare non prohibuit. *Idem in serm. de pue. Cent.*

Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit: ut suscipiendi belli autoritas atque consilium penes principem sit. *Idem con. Fau.*

Iusta bella solent definiri, quæ ulciscuntur injurias: si gens vel civitas prestanda est: quæ vel judicare neglexerit, quod à suis

suis improbè factum est: vel reddere, quod per injuriam ablatum est. *Idem in lib. questionum.*

Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implicitus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia, hæc sunt, quæ in bellis jure culpantur. *Idem Con. Fav.*

Apud veros Dei cultores, etiam bella parata sunt: quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, mali coercentur, & boni sublevantur. *Idem in libro de verb. domin.*

Non quæritur pax ut bellum exerceatur, sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus: ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas. *Idem ibid.*

Quum justum bellum suscipitur: utrum àpertè pugnet quis, an ex insidiis, nihil ad justiciam interest? Dominus enim Josuæ mandavit, ut habitatoribus Hai insidias poneret. *Idem in lib. quest.*

Noli existimare, neminem Deo placere posse qui armis bellicis ministrat: in his erat sanctus David, cui Dominus magnū testimonium perhibuit. *Idem ad Bonifac.*

Fortitudo, quæ per bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est. *Ambr. de offic.*

Incautum contra exteriores inimicorū in campo bellum geritur: si intra ipsa urbis mœnia jus insidians habetur. *ibidem.*

Utilior est in conflictu lorica ferrea, quàm stola linea, licet oneri illa sit. In minimis probate conflictibus, quàm viriliter in majori certamine stare possitis. *ibidem.*

Si bona fuerit causa pugnantis, pugnae exitus malus esse non potest: sicut nec bonus iudicatur finis, nisi causa non bona, & intentio non recta præcesserit. *Bernh. de nova milit.*

In præliis concitatis, gloria vincētis semper apparet: nam virtus probatur latère: quæ non fuerit explorata certamine. *Cassiod. super Psalm. 26.*

Viri fortes semper in pace modesti sunt, & justiciam minus diligunt, qui frequenter prælia tractaverunt. *Cassiod. lib. 5. epist. 3.*

Sapientis non est velle certare, & periculo se velle committere: quoniam & vincere non est in nostra potestate, & est anceps omne certamen. *Lact. lib. 6.*

Non dattor pugna socios, quot solet mensa convivas. *Sidon. lib. 3. epist. 3.*

Quemadmodū certantibus ventis mare concutitur: sic regibus sibi adversantibus populus regni vexatur. *Chrysost. in Matth. Adver-*

Adversariorum pugna constanter aliquando appetenda est,
& prudenter aliquando declinanda. *Gregor. in mor.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Lucanus lib. 1. bel. civil.

*Hinc usura vorax, & avidumq; in sænore tempore:
Et concussa fides, & multis utile bellum.*

Tibul. eleg. 10. lib. 1.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?

Quàm ferres, & verè ferreus ille fuit!

Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata:

Tunc brevior dira mortis aperta via est.

At nihil ille miser meruit: ad nos mala nostra

Vertimus. in se vas quod dedit ille feras.

Divitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt

Fagineas astabat cum scyphas ante dapes.

Non agger, non vallæ erat, somnumq; petebat

Securus varias dux gregis inter oves.

Virgil. lib. 1. Georg.

Quippe ubi fas versum atq; nefas: tot bella per urbem

Tam multa scelerum facies. non ullus aratro

Dignus honos: squalent abductis arva colonis:

Et curva rigidum falces constantur in ense.

Tibul. Eleg. 10. lib. 1.

Quis furor est atram bellu accersere mortem?

Imminet, & tacito clam venit illa pede.

Quàm potius laudandus hic est. quem prole parata,

Occupat in parva pigra senecta casa?

Ipsæ suas sectatur oves, at filius agnos:

Et calidam fesso comparat uxor aquam.

Ovid lib. 1. de Arte amandi.

Mars dubites, nec certa Venies, victiq; resurgunt:

Quosq; neqes unquam posse jacere, cadunt.

Seneca in Thebaid.

Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Silius Italic. lib. 6. bel. Pun.

Est incerti fallax fiducia Martis.

Vergil. 11. lib. Æneid.

Nulla salus bello, pacem te pascimuss omnes.

Ovid. eleg. 6. lib. 1.

Urbis obses clausa munimina porte

Prosunt, in media pace quid arma times?

Ovid.

Ovid 4. de Ponto.

*Hic, ubi barbaros hostis**Vt fera plures valeant legibus arma facit.*

Lucanus 1.

*Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagetur
 Ensis, & à nullo revocatum est pectore ferrum.
 St at cruor in templis, multaq; rubentia cade
 Lubrica saxa madent, nulli sua profuit etas:
 Non senis extremum piguit vergentibus annis
 Precipit affe diem: nec primo in limine vitæ
 Infantis miseri nascentia rumpere fata.
 Crimine quo parvi cedem potuere mereri?
 Sed satis est jam posse mori. —*

Ibidem.

*Quemque suæ rapiunt scelerata in prelia causse:
 Hos polluta domos, legesque in pace timenda,
 Hos ferro fugienda fames, mundiq; ruina
 Permiscenda fides. nullum furor egit in arma:
 Castra petunt magna victi mercede. —*

Lucanus 10.

*Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur,
 Venalesq; manus: ibi fas, ubi maxima merces.*

Silius 3.

Et pace & bello cunctis stat terminis ævi.

Senec. Hipp.

*Invenit artes bellicas Mavors novata,
 Et mille formas mortis: hinc terras cruor
 Infecit omnes fustes, & rubuit mare.
 Tum scelera demto sine per cunctas domos
 Ière: nullum carnis exemplo nefas.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Suscipienda bella sunt: ut in pace sine injuria vivatur. *Cic. 1. Offic.*

Non solum adventus belli, sed metus ipse affert calamitatem: nam cum hostium copiarum non longè absunt, etiam si irruptio facta nulla sit: tamen pecora relinquuntur: agricultura desertur: mercatorum navigatio conquiescit. *Pro lege Manli.*

Incerti sunt exitus pugnarum, Marsq; est communis, qui sæpe despoliantem jam & exultantem evertit, & perculit ab abjecto. *pro Milon.*

Incertus est exitus & anceps fortuna belli. *Pro M. Marcello.*

Incerti

Incerti
 Omnium
 lib. 6.

Omnis
 prætorum
 Armorum
 bro 7.

Omnia
 ipsa victor
 rociore. I
 sine neces
 rum arbit
 Marcello, L

Bellorum
 fiant, qua
 adjutorib

Nihil v
 abesse a c

Si egr
 bile infel
 virtus: ita
 de memor.

Scienti
 facile me
 bellorum
 ralis ergo
 te militar

Ille qui
 pugno:
 projectu
 resurrex

Male
 scere, qu

Diu a
 belli præ
 Bellu
 videatu
 Ibidem.

A G
 nij

Incerti sunt exitus belli. Mars communis. *Philip. 10.*

Omnium bellorum exitus incerti sunt. *Cicer. Torq. Famil. lib. 6.*

Omnis belli Mars est communis, & semper incerti exitus præliorum sunt. *Cic. Torq. Fam. lib. 6.*

Armorum exitus semper incerti & timendi. *Cicer. Attic. libro 7.*

Omnia sunt misera in bellis civilibus, sed miserius nihil, quàm ipsa victoria: quæ etiam si ad meliores venit: tamen eos ipsos ferociores, impotentioresq; reddit: ut etiam si naturâ tales non sint: necessitate tamen esse cogantur. Multa enim victori, eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito, facienda sunt. *Cicer. Marcello, Famil. lib. 4.*

Bellorum civilium hi semper exitus sunt: ut non ea solum fiant, quæ velit victor, sed etiam ut is mos gerendus sit, quibus adjutoribus parata sit victoria. *Corn. sic. Famil. lib. 12.*

Nihil vir bono & quieto, & bono civi magis convenit, quam abesse à civilibus controversiis. *Cic. Attic. lib. 9.*

Si egregium est hostem dejicere, non minus tamen laudabile infelicis scire misereri. quia sicut infinitam gloriam bellica virtus: ita præcipuum amorem clementia meretur. *Valer. Max. de memor. dictis, lib. 5.*

Scientia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam. Nemo enim facile metuit, quod se bene didicisse confidit: & in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior est. Ruralis ergo & indocta multitudo exposita est ad eandem. *Veget. de re militari, lib. 1. cap. 6.*

Ille qui sanguinem suum vidit, cuius dentes crepuere sub pugno: qui supplantatus adversarium toto tulit corpore nec projectus animum projecit: qui toties recidit, contumacior resurrexit, cum magna spe ad pugnam descendit. *Senec. epist. 13.*

Male vicit, quem pœnitet victoriæ. Melius est enim ignoscere, quàm post victoriam pœnitere. *Idem epist. 15.*

Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius: quia longa belli præparatio celerem facit victoriam. *Idem ibid.*

Bellum itaque suscipitur: ut nihil aliud quàm quæsitum videatur. Parva sunt arma foris, si non est consilium domi. *Ibidem.*

§ APOPHTHEGMATA.

Agis Archidami F. cuidam sciscitanti, quot essent Lacedæmonij? Quot satis sunt, inquit, ad propulsandos malos. *Plur.*

M

Idem cuidam consulenti, ut hostibus fugientibus daret tractatum: & quomodo, inquit, pugnabimus cum his, qui ob fortitudinem manent. si non pugnabimus cum fugientibus? *idem.*

Eudamides Archidami F. quum quidam, commemoranda laudem ac trophæa quæ Lacedæmonii ex rebus cum Persis præclare gestis retulissent, hortaretur ad bellum cum Macedonibus suscipiendum: ignorare mihi videris, inquit, istuc idem esse, ac si quis devictis mille ovibus pugnaret cum quinquaginta lupis. *Ibidem.*

C. Marius mille Camerinos, qui se in bello adversus Cimbrorum strenuos viros præstitissent, honore Romanis æquavit, idque præter omne jus. Ad eos verò qui factum hoc reprehendebant, respondit: se ob armorum strepitum, legum vocem non potuisse exaudire. *Plut. in Rom. apoph.*

C. Cesar Metello obstitenti, ne pecunias ab ærario tolleret, ac leges id fieri vetantes proferenti: non idem, inquit, armorum & legum tempus est. Quod si hæc pati non potes, nunc quidem hinc abscede: ac posteaquam peractis foederibus arma deposuerimus: tunc si videbitur, & plebis patronum age. *Plutar. in Rom. apoph.*

Antigonus Sophistæ cuidam librum de justitia conscriptum porrigenti: desipis, inquit, qui cum me videas alienas urbes armis vexantem: tamen apud me de justitia disseris. *Erasim. lib. 4. apoph. ex Plut.*

Archidamides in bello Peloponnesiaco sociis rogantibus, quanta pecunia futura esset satis? ac postulantis, ut tributorum certum modum præscriberet: Bellum, inquit, non quarit definita. *Plut. in apoph.*

Themistocles in Eretrienfes ita cavillari solebat: ut diceret eos similes piscium, qui gladioli vocantur: quippe qui gladium quidem haberent, cor autem non haberent. Notans illorum ignaviam, quod armatis non esset animus. *Plutarch. in apoph.*

Antigonus olim hostibus ingruentibus cedens, dixit se non fugere: sed utilitatem retrò sitam persequi. *Stob. serm. 52.*

Lamachus præfectus quendam manipuli peccantem reprehendebat: & cum ille diceret: posthæc se nunquam similiter peccaturum: non licet, inquit, in bello bis delinquere. *Plutarch. in Stob.*

Antigonus interrogatus, quomodo hostes aggrediendi essent? respondit, aut dolo, aut vi: aut apertè, aut per insidias. *Stobæus.*

§ SIMI-

UT Dis-
gum i-
stratus ob-
egregias.

Ut in a-
rificis, cu-
ira belli g-
quorum
aliena eti-

Draco
eos, & ip-
ita sepe
mnum d-

Cybi-
ut cohæ-
dum mu-
que subv-

Ut gr-
eum de-
qui prof-
conam

Bellu-

pæn-
Iudic. 2.
et 13. v-

modo p-
re & co-
2. et 20.
et 30. v-

DE OS
vers. 4.
Bellor-

rum e-
Exod.
4. 24.

elius, 7.
9. vers.
15. vers.
Israel.
vers. 8.

¶ SIMILITUDINES.

UT Dianæ Ephesiæ templum viginti annis à tota Asia tot regum impendio, tot artificum ingenis confectum: Herostatus obscurus homo poterat exiter: ita facillimum est, urbes egregias bello demoliri: at ædificare difficillimum. *Erasm.*

Ut in admirandis operibus, sed inutilibus major est laus artificis, cujus arte res confecta est, quàm regis cujus impendio: ita belli gloria maxima ex parte penes militem est conductitiu, quorum industria geritur res: minima pars ad regis redit, qui aliena etiam pecunia militem conducit. *Erasm.*

Dracones exugentes sanguinem elephantorum, occidunt eos, & ipsi vicissim inebriati opprimuntur ac commoriuntur: ita sæpenumero in bello, pars utraque, & perimit & perit: damnum dat & accipit. *Plin. lib. 8. cap. 12.*

Cybindus avis bellum internecinum gerit cum aquila: ad eum ut cohærentes sæpenumero prendantur: ita fit aliquoties, ut dum mutuum in se odium pertinaciter exercent principes: utriusque subvertantur, tertio copiam invadente. *Arist.*

Ut gravius ægrotant ij, qui cum levati morbo videntur, in eum de integro inciderunt: sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello, ac penè sublato, renovatum bellum gerere conamur. *Cic. lib. 12. epist.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Bellum à DEO mittitur propter peccata populi, ideoque pœna peccati est, *Levit. 26. vers. 24. 25. Deut. 28. vers. 36. 49. Judic. 2. v. 13. & 3. vers. 1. 8. & 4. vers. 1. & 6. vers. 1. & 10. vers. 6. & 13. v. 1. 1. Reg. 8. v. 33. Esa. 5. v. 25. Jerem. 5. v. 15.* Bellum quomodo gerendum, *Deut. 20. v. 10. 11. 12. & 23. v. 9.* DEO auctore & consulto suscipiendum est, exempla: Israelitæ, *Judic. 1. v. 2. & 20. v. 18. Saul, 1. Sam. 14. v. 37. & 28. v. 5. 6. David, 23. v. 2. & 30. v. 8. 2. Sam. 5. v. 19. 1. Paralip. 14. v. 10.* Bella improbante DEO suscepta, non succedunt. Exempla: Ab Israelitis, *Num. 14. vers. 43. 44. 45. Deut. 1. v. 43. 44.* Achab, *1. Reg. 22. vers. 17. 35.* Bellorum à fidelibus susceptorum & divina virtute confectorum exempla: Ab Abrahamo, *Genes. 14. v. 14. 15. 16.* Hebræi, *Exod. 17. v. 9. 10. 11. Num. 13. v. 7. Josu. 6. v. 20. & 7. v. 4. & 8. v. 4. 24. & 10. v. 11. 42.* Juda, *Judic. 1. v. 4.* Juda & Simeone fratre eius, *vers. 17.* Barac, *4. vers. 14.* Gedeone, *7. v. 7. 16.* Abimelech, *9. vers. 42. 43. 45. 52.* Jephthe, *11. vers. 32.* Samsone, *14. vers. 19. & 15. vers. 5.* Familia Dan, *18. vers. 11.* Benjamitis, *20. vers. 21. 25.* Israelitis, *vers. 35.* Philisthæis, *1. Samuel. 4. vers. 10.* Israelitis, *7. vers. 8. Saul, 1. Sam. 11. vers. 11. & 15. v. 5. 6. Jonatha, 14. vers. 11.*

12. 13. 14. David, 17. v. 48. 2. Sam. 5. 17. 25. Juvenibus Benjaminis, 2. 15. Famulus Davidis, v. 31. Joabo, 10. v. 9. 13. & 18. v. 14. Achabo, 1. Reg. 20. v. 20. 29. Joram, Josaphat & EDOM, 2. Reg. 3. 6. 7. 9. 24. Samana, 6. v. 24. & 7. v. 6. & c. Joas, 14. v. 3. Jeroboam, v. 16. 17. Ezechia, 18. v. 8. Abia, 2. Paralip. 13. v. 17. Asa, 14. v. 12. Josaphat, 20. v. 23. 24. 25. Phacee, 28. v. 6. Judith, *Judith* 16. v. 7. 8. 9. 10. Juda Machabæo, *Machab.* 3. v. 10. 11. & 4. v. 1. 13. 14. 15. & 5. v. 7. 8. Jonatha, 9. v. 49.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Quantis odris, quàm varia fortuna bello Peloponnesiaco per XXVII. annos Athenienses & Lacedæmonii inter se ob Græciæ dominatum concertârunt, & suis discordiis omnem reliquam Græciam implicaverint, *Leges apud Diodorum. Sic. lib. 11. & Thucydidem.* Tandem Lyfandro duce victi Athenienses, urbem dedere.

Theffali æterni Phocensium hostes, quos ut sacro bello gravissimè affligerunt: ita ab iisdem multò antè magnis affecti sunt sæpè cladibus. Pausanias in Phociciæ.

Lacedæmonii cum Messeniis vicinis bella gesserunt. Pausanias in Messeniis.

Eo bello, quo Hierosolyma orientis olim clarissima excisa sunt: nihil magis funestum civitati fuit & exitiale, quam Eleazari & exterorum Ducum discordia. Horum dissidium non minus obsessam multitudinem intus afflixit, quàm foris Romanus hostis, qui mœnibus hærebat. Sab. lib. 7. cap. 2.

Germani veteres nunquam vel ad consilium, vel ad diem festum, nisi armati conveniebant: in consiliis assensum suum armorum crepitu declarabant. Fulg. lib. 2. cap. 1.

C. Julius Cæsar, a nulla belli occasione, ne injusti quidem ac periculosi abstinuit, tam fœderatis, quàm infestis ac feris gentibus ultrò læcessitis. Sueton.

Bellum Naxii & Milesii Neareæ causa, uxoris Hypsicreontis Micesii gessere. Plur.

Bella, uti per fœciales indicta fuerint apud Romanos, consule Alexand. ab Alexand. lib. 5. cap. 3.

Antiquitus bellum suscepturi fœciale mitterent, qui arictem adductum in hostium fines immitteret: hoc significans pæcto, civitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Digenianus, Erasmi in Adagis.

¶ HIEROGLYPHICA.

Primum omnium Equi hieroglyphicum belli signum esse, clarissimo Vergilij testimonio, dicentis.

Belle

*Bello arm
Equorum
34. D.*

*Bellum
citatis ha
at: neque
impetit,
lum cui p
stium fin*

*Sagum
scilicet u
dit, prob*

*Apud
erat ind
fessuri e
ferunt.*

Bene
trid
Anc
cordis
Dan
Homil.

Ne
de serm

Ne
accept
nifici

In
tur: r
dendi

G
dici p

P
oblig
mitt

epist
B
Gen

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur. Et duellicam Equorum prolem Lucretius appellat. Pierius Valer. lib. 4. pag. 34. D.

Bellum etiam hieroglyphicè significat Aries, qui tantum ferocitatis habet, ut simul ac cornua accreverunt pugnacissimus fiat: neque alio tantum sui generis laceffit, sed homines etiam imperit, atque in bellum provocat. Olim etiam indicturi bellum cuiquam, Arietem per Fæcialem præmittebant, quem in hostium fines immitteret. Pier. Val. lib. 10. pag. 95. A.

Sagum quoque cum militare omnino sit indumentum, cuius scilicet usus expeditiorem ad itinera & negotia hominem reddit, pro bello poni solitum est. Pier. Valer. lib. 40. pag. 388. D.

Apud Carthaginenses, genus intractabile bello, Hasta belli erat indicium. Hinc quum bellum velle se cum Romanis professuri essent, Romam ad eos hastam suæ voluntatis signum miserunt. Pier. Valer. lib. 42. pag. 409. C.

BENEFICENTIA.

SENTENTIÆ PATRUM.

Beneficium est benevola actio, tribuens captansque gaudium, tribuendo id quod agit. *August. de definit.*

Antè DEI oculos non est vacua manus à munere: si arca cordis plena est bonâ voluntate. Idem Hom. in Ioan.

Dandum est quod nec tibi, nec alteri noccat. Gregorius in Homil.

Nemo in vitis benefacit: etiam si bonum est, quod facit. Idem de ferm. Domini.

Nescit virtus mensuram gratiæ: nec contenta referre quod acceperit: sed vult cumulare, quod sumpsit: nec inferior sit beneficio, licet æquetur officio. August. lib. 1. Confess. cap. 11.

In beneficio conferendo plus ænimus, quàm sensus operatur: magis præponderat benevolentia, quàm possibilitas reddendi muneris. De Offic.

Gratiam principis voluntas nuda non asserit: nec beneficiū dici potest, quòd nulla utilitate sentitur. Cass. lib. 2. epist. 28.

Pietate plenum est, peregrinam gentem publicis beneficiis obligare: & non tantum compatriotas ad substantiæ lucra admittere: quantum ipsos quoque advenas invitare. Idem lib. 5. epist. 9.

Beneficia DEI omnibus horis consideranda sunt. Chrysof. in Gen. homil. 9.

BE

BENEFICENTIA.

Beneficiorum DEI memoria, sufficiens est ad virtutum laborem. *Idem hom. 67.*

Officiorum assiduitate hostes conciliandi sunt. *Chrysostr. homil. 56.*

Benefacere homini, est beneficium magnum apud DEUM deponere. *Idem homil. 27.*

Benefacta non sunt revelanda: nisi cogat necessitas. *Idem ibidem. de La.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Captivis.

Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea gravis est bonis.

Idem in Persa.

Si quid bonis boni fit, esse idem & grave, & gratum solet.

Idem in Rudente.

Bonis quod bene fit, haud perit.

Idem in Persa.

Improbos est homo.

Qui beneficium scit sumere & redlere nescit.

Idem in Captivis.

Nam ferè maxima pars morem hunc homines habent: quod sibi volunt,

Cum id impetrant, boni sunt: sed id ubi jam penes sese habent:

Ex bonis pessimi & fraudulentissimi sunt.

Auson. in sentent. Chilonis.

Tu bene si facias, non meminisse fas est.

Terent. in Adelph.

Abs quivis homine, cum opus est, beneficium accipere gaudeas: Verum enim verò id demum juvat: si quem aequum est benefacere, is facit.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Summæ malignitatis est, non vocare beneficium: nisi quod dantem aliquo beneficio afficit. *Idem ibidem.*

Si indigentiam ei optares, cujus nullum beneficium haberes, inhumanum erac vorum: quàm inhumanus ei optas, cui beneficium debes? *Ibid.*

Sapientis est bene debere, beneficia bene solvere. Interdum autem solutio est ipsa confessio. *Senec. 87. epist.*

Nemo habet tam certam in beneficiis manum: ut non sæpè fallatur. *Idem ibid.*

Sæpè enim hoc non potuere divitiæ in domum infusæ quod oportet.

BE

oportune
veris, an f
struxer t
magnum

Errat
larior esse
bet qui æ
gatur. *Ide*

Si redd
potero: æ
infamian

Non p
suo datur
quam vis
incipit.

Benefic.
Benef
ruit sine
dit, cum

Pœna
non aud

In be
monum

Mihi
spe recip
Hæc
debet da

ecat: na
Taci
sunt: in
nec à qu

Mul
Inaque
proxim

ras. In
Imper
nor est

oculis
Ple

lio in c
poenic
Ing

oportunè dati mille denarii. Multum enim interest an donaveris, an succurreris, an servaverit illum tua liberalitas, an instruxerit? Sæpè quod datur, exiguum est: quòd sequitur ex eo, magnum est. *Idem ibid.*

Errat, si quis beneficium accipit libentius, quàm reddit. Hilarior esse debet qui solvit, quam qui mutuat: & lætior esse debet qui ære alieno accepti beneficii exoneratur quàm qui obligatur. *Idem ibid.*

Si reddere beneficium, non aliter quàm per speciem injuræ potero: æquissimo animo ad honestum consilium per mediam infamiam tendam. *Idem ibid.*

Non potest dari beneficium sapienti, cui quicquid datur de suo datur. Quædam amicis dantur, quædam ignotis: & plus est, quam vis idem datur. Si enim datur, quod à beneficio tuo nosce incipis, ille tribuit auxilia, iste ornamenta. *Idem libr. 3. de Benefic.*

Beneficium est, quod alienus dat: alicujus enim est, qui potuit sine reprehensione cessare, idèò beneficiù est, quòd quis dedit, cum illi liceret etiam non dare. *Ibidem.*

Pœna est, quod non audet ab ullo beneficium accipere, quòd non audet ulli dare. *Idem ibidem.*

In beneficio tempus, locum, personam quisq; observet: quia monumentis quædam grata & ingrata sunt. *Ibidem.*

Mihi cæteris plus dedit, quam vis idem aliis dedisset, qui sine spe recipiendi dedit. *Idem ibid.*

Hæc enim beneficii inter duos lex est: alter statim oblivisci debet dari, alter accepti nunquam. Qui dedit beneficium, taceat: narret, qui accipit. *Idem ibid.*

Tacitè danda sunt beneficia: ut nota sint solis, quibus profunt: interdum etiam ipse qui juvatur, fallendus est: ut habeat, nec à quo acceperit, sciat. *Idem ibid.*

Multum interest inter materiam beneficii, & beneficium. Itaque nec aurum, nec argentum, nec quicquid eorum: quæ à proximis recipiuntur, beneficiù est: sed ipsa tribuentis voluntas. Imperiti autem, quod traditur, solum vocant beneficium. Imperatoris enim corona, & vestis, & currus nihil horum honor est, sed honoris insigne. Sic nec est beneficium, quod sub oculis venit, sed vestigium beneficii. *Idem ibid.*

Plerique sunt, qui beneficia asperitate verborum, & supercilio in odium adducunt, sermone usi ea superbia: ut impetrare pœniteat. *Idem.*

Ingratum est beneficium, quòd diu inter manus dantis hæ-

sic: quod quis ægrè dimittere visus est: & sic dare, tanquam sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia parata, facilia, & concurrentia: ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. *Idem ibidem.*

Optimum est occupare antè, quàm rogemur: quia cum homini probo ad rogandum os concurrat, & diffundat rubor: quod hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum. *Idem, ibidem.*

Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit, nulla res carius constat, quàm quæ precibus empta est: molestum enim verbum & onerosum est, demisso vultu dicere, Rogo. *Idem, ibidem.*

Lacerat animum & premit frequens beneficiorum commemoratio. Demus beneficia: non fœneremur. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit, quum daret. *Idem, ibid.*

Nullum est tam magnum beneficium, quod non vilificare malignitas possit: nullum tam angustum, quod non bonus interpretes extendat. *Idem, ibidem.*

Nihil carius æstimamus, quàm beneficium, quod diu petimus: nihil vilius, quàm quum accepimus. Unum beneficium multorum amissorum damna restaurat. *Idem ibidem.*

Quamvis omni petenti dare debeas: tamen in beneficio spectandi sunt mores ejus, cui datur: & animus erga nos, & cohabitatio, & vitæ societas, & ad nostras utilitates officia antè colata. *Idem, ibidem.*

Elige eum, qui gratis beneficium accipiat, non qui redditurus sit: non beneficium, sed fœnus est: circumspice non ubi optimè ponas, sed quæstuosissimè, habeas, undè facillimè rollas. *Idem ibid.*

Pulchrum sanè prædicandum beneficium nulla dilatione suspensum, nullis precibus redemptum: nullis meritis comparatum, gratius est enim donum, quod venit antè preces. *Idem.*

Beneficium qui dare nescit, injustè petit. Beneficium accipere, est libertatem vendere. Beneficia plura recipit, qui se ita reddere. Beneficium dando accipit, qui digno dedit. Beneficiū dignis ubi das, omnes obligas. Beneficium, qui se dedisse dicit, petit. Beneficium sæpè dare, docere est reddere. Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. Nihil prodest benefacere didicisse, si cesses benefacere. *Senec. in pro.*

¶ APOPTHEGMATA.

A Naxilases rex interrogatus, quid esset in regno beatissimum? respondit: nunquam vinci beneficiis, *Phavori.*

Alphon.

Alphonse
objicienda
fictis vince

Alexand
nihil aut
cur nihil p
de me que

Idem ro
neribus re
Maxim se

Demor
promptè
percas, q
mon. 8.

Diogen
dicis dare
claudos &
nimè. *An*

Pythag
haberi p
Etis bene

Theop
manam

El. Vej
posiano

regnare
cit. Id
benefici

Fabi
panem
sit, et si

Anti
illam p
semper

prælid
apoph

Ales
peret,
ter Ph

ut eos
Arch.

Alphonsus rex oblatrantibus canibus & rebellantibus offulam objiciendam, dicitabat: intelligens, malevolos homines beneficiis vincendos esse. *Pontan. cap. 30. de liberalitate.*

Alexander Severus descriptū habebat, quid cui præstitisset? qui nihil aut minimum petissent, eos appellabat, dicens: quid est, cur nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? pecc, ne privatus de me queraris. *Ælius Lampridius.*

Idem rogatus quis esset rex optimus? qui, inquit, amicos muneribus retinet, & inimicos beneficiis ambit & sibi conciliat. *Maxim. serm. 9. de Magistratu.*

Demosthenes quum animadvertisset quendam quibuslibet promptè largientem, & temerè suppeditantem: malè, inquit, pereas, qui Gratias virgines meretrices effecisti. *Maxim. sermon. 8.*

Diogenes à quodam rogatus, quam ob causam homines mendicis darent: philosophis vero nihil largirentur? quia, inquit, se claudos & cæcos fore sperare possunt: philosophos autem minime. *Anton. & Maxim. serm. de beneficentia.*

Pythagoras interrogatus, qua ratione homines Diis similes haberi possent? respondit: si veritatem amplecterentur, & cunctis beneficerent. *Ælian. lib. 12. de varia. hist.*

Theophrastus interrogatus, quidnam vitam conservaret humanam? respondit, Beneficentia. *Stob. serm. 41.*

El. Vespasianus admonitus ab amicis, ut caveret à Metio Pomposiano, quod de hoc rumor increbuerat: fore ut aliquando regnaret, non solum sibi non meruit ab illo, sed & consulem fecit. Id admirantibus amicis. Erit, inquit, olim memor tantī beneficii. *Erasmus lib. 8. apoph.*

Fabius Verrucosus beneficium ab homine duro asperè datum, panem lapidosum vocabat, quem esurienti accipere necessariū sit, et si acerbum. *Senec. de benefic.*

Antigonus amicis suadentibus, ut si Athenas caperet, validis illam præliis communiret, ne quando deficeret: respondit, se semper in ea fuisse opinione: ut crederet, nullum esse regni præsidium firmitus, quàm civium benevolentiam. *Erasm. lib. 4. apophtheg.*

Alexander quum benevolentiam civium sibi conciliare cuperet, largitionibus eos corruptit. Verum cum hoc audiret pater Philippus: Quæ te, inquit, ratio in istam spem induxit: fili: ut eos putes tibi fore fideles, quos tibi cœmis pecunia? *Plutarch. in apoph.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum adamas adversus omnia invictus, hircino sanguine, eoque calido, ac recenti maceratus malleo frangitur: ita quædam ingenia nulla vi pervincas, blanditia emollienda sunt. *Plin. lib. 37. cap. 4.*

Quemadmodum quod in tesseris cecidit, id arte & ratione, quàm potest optimè disponendum: ita quòd in vita accidit, in optimam vertendum partem. *Plinius libr. 37. cap. 12. & libr. 10. cap. 12.*

Ut fluvius in multos diductus rivos, fluit tenuis ac languidus: sic benevolentia in multos distracta languescit, & evanescit. *Plutarch.*

Ut animantia, quæ unicum pariunt foetum, vehementius amant: sic ergà unum ardentior est benevolentia. *Plut.*

Ut post malam etiam segetem serendum: ut post naufragiù tentantur maria: ut fœneratorem à foro non fugat coactor: ita beneficium de novo collocandum, etiam si semel incideris in hominem ingratum. *Senec.*

Quemadmodum pulcherrimum opus est, etiam invitos nolentesque servare: ita rogantibus pestifera largiri, blandum & affabile odium est. *Idem.*

Quo modo mundi officium est circumagere rerù ordinem: ut Solis loca mutare, ex quibus oriarur, in quæ cadat, & hæc salutaria nobis facere sine præmio: ita boni viri officium est inter alia, & beneficium dare. *Idem lib. 4. benefic. cap. 13.*

Ut aliud est munus, aliud ipsa donatio: aliud qui navigat, aliud ipsa navigatio: & quamvis æger non sit sine morbo, non tamen idem est æger & morbus: ita aliud est beneficium ipsum, aliud quod ad unumquemq; nostrum beneficio pervenit. *Idem lib. 6. benefic. cap. 1.*

Quomodo multos fortaita sanant, & in flumen alicui recidisse frigore magno, causa sanitatis fuit: quomodo quorundam flagellis quartana discussa est, metus repentinus animum in altam curam avertendo, suspectas horas fefellit: nec idèò quicquam horum, etiam si saluti fuit, salutare est: sic quidam nobis profunt, dum nolunt, imò quia nolunt: non tamen idèò illis beneficium debemus. *Idem eod. lib. cap. 8.*

Quemadmodum ei, qui voluit mihi pecuniam credere & nò credidit, nihil debeo: ita ei qui voluit mihi beneficium dare, sed non potuit: amicus quidem ero, sed non obligatus. *Idem eod. lib. cap. 11.*

Siphnius lapis oleo excalfectus durefcit, alioqui molli-

mus:

mus: ita quosdam benefactis reddas deteriores. *Plinius.*

Ferè non convenit odori & sapor: ut ficis quibus nihil dulcius nullus est odor, & cotoneis plurimum odoris, sapor autem asperimus: ita vix in eodem invenias homine blandiloquentiam, & beneficentiam ac fidem. *Plin.*

Ut magis humectat ventrem, magis que sitim pellit humor, qui sensim infunditur, quam qui universim hauritur: ita magis cohibent à petendo munera paulatim data, dispensataque, quam si semel dones universa. *Erasmus.*

Ficus non floret, cum fructus habeat dulcissimos: ita quidam benefaciunt nihil pollicitantes. *Plin. lib. 2. cap. 26.*

Quemadmodum Dii immortales regnum inermes regunt, & illis rerum suarum ex edito tranquilloque tutela est: ita vir beneficentia utens, officia sua quamvis latissimè pateant, sine tumultu obit. *Senec. lib. 7. de benefic.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Beneficentiæ in pauperes exempla: Booz in Ruth, *Ruth. 2. 7. 8. 14. 15. 16. 17.* Tobias in pauperes, *Tob. 1. 19.* Job in pauperes, *Iob. 29. 15.* Samaritanus in viatorem cæsum, *Luc. 10. 7. 34. 35.* Zachæus in pauperes, *19. 7. 8.* Cornelius in pauperes, *Act. 10. 2.* Antiocheni infideles Judææ, *11. 29.* Macedonica Ecclesia in eodem, *Rom. 15. 7. 26. 2. Cor. 8. 7. 2.* Hebræi in pauperes, *Hebr. 6. 10.* Gajus in fideles hospites, *3. Ioan. 5.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Ludovicus XI. Francorum rex, cum precibus piæ vitæ diurnitatem sibi conciliari posse persuaderet, sacros homines quosvis maximis affecit beneficiis, præsertim eos qui vel vitæ sanctimonia vel etiam miraculorum dono præstarent. *Cloud. Sciffellius.*

Apud Persas rex, in principio dominatus, quodcumque optaret à populo donum serebat. *Alex. lib. 4. cap. 23.*

Porſenarum Hetruscorum discedens ab Janiculo, ex fœderis lege, castra opulenta, convecto ex propinquis ac fertilibus Hetruriz arvis com meatu, Romanis dono dedit, inopitum urbe ab longinqua obsidione. *Erasm. in Adag.*

Telegoras apud Naxios prædives quispiam ac præpotens erat, cui quod quotidie multa à Naxiis missitarentur: vulgato sermone receptum est, ut venditores parvo licitantibus dicerent: *μᾶλλον ἀποβίλοιμι τῶν τελεγορῶν δένει,* id est, malim Telegoræ dare. *Adrianus l. Dipnosophist. 8. ex Arist.*

Adrianus Imp. in balneo veteranū quempiam servuli penuria, sese marmoribus affricantem conspicatus: cum & servulis ali-

quor,

BE BENEVOLENTIA. BLANDILOQ.

quot, & sumptibus donavit. Quod reliqui veterani feliciter cessisse videntes, ceperunt & ipsi complures sub oculis imperatoris sese marmoribus affricare, ut hoc modo principis elicerent benignitatem. At ille evocatis senibus, jussit ut alius alium vicissim defricarent, atque ita pueris nihil opus fore. Is jocus postea in vulgi fabulam cessit. *Spartianus.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Sunt qui benevolam hominem per *Ascolopaca*, quam *Gallinaginem* Latini appellant, pictam intelligant: quod avium nullam majore erga hominem studio affici compertum sit. Magnitudo volucris, quanta Gallinæ est, rostrum longum, Attagenz color. *Pier. lib. 24 pag. 225. A.*

Vide Liberalitas.

BENEVOLENTIA.

Vide Amor, Beneficentia, Misericordia, Liberalitas.

BLANDILOQUENTIA.

Vide Adulatio.

BLASPHEMIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. *Exod. 20.*
Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus super caput eius: & lapidet eum omnis populus. *Levit. 24.*

Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. *Ibid.*

Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo? *2. Reg. 2.*

Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. *2. Reg. 12.*

Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus eorum, & non est Deus vallium: dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua. *3. Reg. 20.*

Omnis fur sicut scriptum est, judicabitur: & omnis jurans similiter judicabitur. *Zach. 5.*

Si affliget

Si affliget homo Deum, quia vos configitis me? *Malach. 3.*

Ideò dico vobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemix non remittetur: & quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. *Matth. 12.*

Amen dico vobis, quoniam omnia remittentur filiis hominum peccata & blasphemix: quibus blasphemaverunt. At qui blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum. *Marc. 3.*

Vir multum jurans, replebitur multa iniquitate: & non discedet à domo illius plaga. *Eccles. 23.*

Docuit iniquitas tua os tuum, & imitâris linguam blasphemantium, condemnabit te os tuum, & non ego. *Iob 15.*

Sit sermo vester, est, est: non, non. *Iacob. 5.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Non minus peccant, qui blasphemant Christum regnantem in cœlis, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris. *August. sup. Matth.*

Blasphemia est, cum quadam probrosa irreligiositate convitiatorum jacula, in alterum maledictio. *Hug. de sanct. Vict.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Blasphemix in Deum exempla: In Satana, *Genes. 3. vers. 4. 5. Matth. 4. v. 9. Luc. 4. 7.* Pharaone, *Exod. 5. 2.* filio Salumith, Israëliticidis, *Levit. 24. 11.* familiaribus Regis Syriæ, *1. Reg. 20. 23. Sedecia, 22. 24. 2. Paralip. 18. 23.* Rabsace, *2. Reg. 18. v. 30. 35. & 19. v. 10. 22. 23. 28.* Sennacherib, *2. Paral. 32. 11. Esa. 36. v. 15. 18. 20. & 37. v. 6. 10. 17.* Rege Tyri, *Ezech. 28. 2.* Nabuchodonosor, *Daniel. 3. v. 14. 15.* Holoferne, *Iudith. 6. v. 2.* Judæis, *1. Machab. 1. v. 12. 45. Esa. 1. 4. & 5. 24. Matth. 9. 34. Ioan. 7. 20. & 9. v. 16. 24. & 10. 20.* quibusdam Gentibus, *2. Machab. 12. v. 14.* Nicanore, *15. v. 1. 2. 3. 4. 5.* Scribis & Pharisæis, *Matth. 9. 34. & 12. 24. Marc. 3. vers. 22. Luc. 11. v. 15. Ioan. 7. v. 20. & 9. v. 16. 24. & 10. vers. 20. summis Sacerdotibus, Principibus populi, Scribis & Pharisæis, Matth. 27. v. 39. Marc. 15. v. 31. Luc. 22. v. 64. 65. & 23. v. 37. Latrone, *39.* Pauli hostibus, *Actor. 13. v. 4. & 18. v. 6. 19. 8. Rom. 3. 8.* Antichristo, *2. Thessal. 2. v. 4. Apocal. 13. v. 5. 6. & 16. v. 11.* Paulo, antè conversionem, *1. Corinth. 15. v. 9. 1. Timoth. 1. v. 13.**

¶ EXEMPLA PROFANA.

JVISS Apostata, in ipso Persici belli medio ardore, septem libros contra Christum evomuisse proditur: cum & antè contra Christianos libris editis pugnare consuevisset. *Eutrop.*

Idem

Idem suscepto adversus Persas bello, cum in ipso prælio ab incognito, inter costas lethale vulnus accepisset: sanguinem suum manu in cælum jaculatus, in hæc verba prorupit: vicisti Galilæe, ita enim Christum appellare consueverat. Sozomenus, Ruffinus, Eutropius.

Elpidius Iuliani imp. domes præfectus blasphemus in Christum, affectatæ tyrannidis suspicione bonis exurus & carceri inclusus perit. Nicephorus lib. 10. cap. 29.

Olympius Episcopus Arianus. Carthagine in Elyanensium balneo lavans, cum Trinitatem publicè blasphemaret: tribus ictus jaculis, tanquam fulminibus consumtus est. Anno Christi 510. Paulus Diaconus lib. 15. in Anastasio. Sabellus Ennea, 8. lib. 2. Marcellus lib. 2. cap. 11. Mattheus Palmerius in chronico Sigebertis.

Simon Thurvaizes Anglus, Parisiensis scholæ præfectus, dialecticus acutissimus, & in artibus liberalibus peritus: cum senex in Mosen & Christum plurimas evomeret blasphemias, repente obmutuit & cum horrendo mugitu pœnas blasphemiarum morte luit. Polydorus lib. 5. Anno 1201. Balcanus Cent. 3. cap. 41.

Cum in convivio quodam Bononiæ mira arte Gallus assatus dissectus fuisset, unus convivarum dixit: D. Petro hunc Gallum in integrum restituere impossibile esse: alius verò: nec ipse Christus id præstare posset. Ad has voces statim Gallus ipse profiliit, & alis collisis jusculum in discumbentium ora effudit. Blasphemiarum statim hæreditaria puniti sunt. Vincentius libr. 25. cap. 64.

BONITAS, BONUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Virtutes, quibus vivitur rectè, magna bona sunt. Species autem quorumlibet corporum, sine quibus rectè vivi potest, media bona sunt, *August. de Lib. Arbit.*

Neque accepta duo sunt bona, quæ antè oculos ejus malorum admitione maculantur *Gregor. in Moral.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Paulinus in Epist. ad Auson.

Quid enim temera vel bonum aut verum queant,

Qui non tenent summa caput,

Veri boni quæ: fomitem & fontem Deum?

Auson. de 7. Sapientum sententiis.

Quenam summa boni? Mens, que sibi conscia recti,

Plautus

Plautus in Captivis.

*Tum deniq; homines nostra intelligimus bona:
Quum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.*

Ovid. eleg. 6. lib. 2.

*Optima prima ferè manibus rapiuntur avaris,
Implentur numeris deteriora suis.*

Juvenal. Satyr. 10.

*Omnibuses in terris, quæ sunt à Gædis usque
Auroram & Gangem pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis multum diversa, remota
Erroris nebula. Quid enim ratione timentis?
Aut cupimus? Quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non pœniteat, voti q; peracti?*

Plautus in Trinummio.

Ne quicquam illud verbum est, benè vult, nisi qui benefacit.

Plautus in Captivis.

Quid est suavius, quàm benè rem gerere bono publico?

Plaut. Aul.

Fortiter malum qui patitur: idem post patitur bonum.

Idem Capt.

*Proximum quod sit bono, quòdque à malo longissimè,
Id volo. —*

Idem. Curc.

*Nulli est homini perpetuum bonum:
Iam huic voluptati hoc adjuvmentum odium est.*

Terent. Heaut.

*Quid reliqui est, quin habeat quæ quidem in homine dicuntur
bona?*

*Parentes, patriam incolumen, amicos, genes, cognatos, divitias:
Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, quia ea possidet:
Qui uti scit, ei bona illi qui non utitur rectè, mala.*

Juvenalis 8.

*Prima mihi debes animi bona sanctus haberi,
Iustitia q; tenax, factis, dictis q; meritis,
Agnosco procerem. —*

Senec Oct.

— *Sola perpetua manent,*

Subiecta nulli, mentis atque animi bona.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Quod rectum & honestum & cum virtute est: id solum opinor bonum. Cic. 1. paradox.

Triā

Tria sunt genera bonorum: maxima, animi: secunda corporis: externa, tertia. *Idem 3. Tusc.*

Nihil bonum, nisi quod honestum: nihil malum, nisi quod turpe. *Cic. lib. 10. Attic.*

Non sunt dicenda bona illa, quibus abundantem licet esse miserimum. *Cic. paradox. 1.*

Quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est: quod autem expetendum, id certè approbandum: quod verò approbaris, id gratum acceptumq; habendum. *5. Tuscul.*

Nihil perdit qui se habet. Circumspice ista, quæ nos agunt in insaniam, quæ cum plurimis lachrymis amittimus: sciens enim non damnum in his molestum esse, sed opinionem damni: pecuniam minorem habebis, nempe & molestiam: gratiam minorem, nempe & invidiam, scilicet minorem habebis. *Senec. 83. epist.*

Pecuniã perdidisti, & illam quæ multos habet perdidisti: fortassis te illa perderet. O te foelicem! si cum illa avaritiam perdidisti. Pecuniam perdidisti: antequam tu haberes alius perdididerat. Oculos perdidisti: quàm multis cupiditatibus vita infecta est! Liberos amisisti: stultus est, qui mortem mortaliũ deflet. Perierunt periuri: habebant illi cuius magis esset, quàm tui: apud te precariò morabantur: educandos tibi illos fortuna mandaverat: recepit illos, non abstulit. *Senec. de remed. fortuitorum.*

Nudus existi, omnia perdidisti: sed cum omnibus perire potuisti. Cogitas quòd perdidideris: sed non quòd evaseris. *Idem ibid.*

Pecuniam perdidisti: eris nunc in via expeditior. Exoneravit te fortuna, si intelligis, & tutiore posuit loco. Damnum putas: remedium est. Desces, miserum te clamitas, quòd opibus excussus es: tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. Non tam molestè ferres, si tanquam perditurus habuisses. *Idem ibid.*

Uxorem bonam amisisti: utrum inveneras bonam, an feceras? Si inveneras habere posse aliam ex hoc intelligas. Si feceras: benè tibi speras: res perit, salvus est artifex. *Idem.*

Amicum perdidisti: si unicum, erubescere. quid in tanta tempestate ad unam anchoram stabas? Alium quære, & cum cum quæras, ubi invenias. quære inter liberales artes, inter certa & honesta officia: quære in laboribus: ad mensam res ista non quaeritur. *Idem ibidem.*

Multa tibi possum ostendere, quæ acquisita & sepeq; liberatam nobis extorserunt. Nos essemus nostri: si ista nostra essent. *Senec. in epist.*

Idaga-

Idaga-
mo liben-
est. *Idem*

Nulli-
non por-
Stilpo

incendio
Demetri-
perdidit
hil bonu

Aspic-
tur, non
Senec. in

Vid
sequen

Id agamus, ut jucunda nobis amissorum fiat recordatio: nemo libenter ad id redit quod sine tormento cogitaturus non est. *Idem ibid.*

Nullius rei amissio facilior est: quam quæ desiderari amissa non potest. *Idem ibid.*

Scilpon capta patria, amissis liberis, amissa uxore: cum ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret: interroganti Demetrio, nunquid omnia perdidisset? respondit nihil, inquit, perdidit: omnia mea mecum sunt: justitia, virtus, prudentia. Nihil bonum putare potuit, quod eripi posset. *Idem ibid.*

Aspicere posses, quod possis perdere, dimissum quod nescitur, non amittitur. Homo toties moritur, quoties amittit suos. *Senec. in prov.*

Vide Virtus, Utilitas, & consule etiam locum sequentem, de Bono viro.

BONUS VIR.

§ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Horat. lib. 1. epist. ad Quintium.

Vir bonus est quis?

Qui consulta patrum, qui leges, jurâq; servat.

Martial. lib. 10. Epigram.

Ampliat etatis spatium sibi vir bonus: hoc est,

Vivere his, vita posse priore frui.

Horatius Ibidem.

*Vir bonus & sapiens audebit dicere: Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre, patique
Indignum coges? Adimam bona: nempe pecas, rem,
Lectos, argentum. tollas licet in manicis, &
Compedibus sero te sub custode tenebo.
Ipse Deus, simulatq; volam, me solvet, opinor.
Hoc sentit, moriar. Mors ultima linea rerum est.*

Martial. 11. Epigram. in laudem

Nervæ Trajani.

Tanta tibi est recti reverentia, Caesar, & equi:

Quanta Numæ fuerat: sed Numa pauper erat.

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores:

Et cum tot Cræsus viceris, esse Numam.

N

Horat. lib. 1. Epist. ad Quintium.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Horat. lib. 1. Satyr. 4.

Sulcius acer.

*Ambulat, & Capriss, ranci malè, cumq; libellis,
Magniss uterq; timor latronibiss, at bene si quis
Et vivat puris manibiss, contemnat utrumq;.*

Plautus in Trinummo.

*Boni sibi hec repetunt, rem, fidem, honorem,
Gloriam & gratiam: hoc probis precium'st.*

Juvenalis Satyr. 13.

*Rari quippè boni, numero vix sunt totidem, quot
Thebarum porte vel devitis ostia Nili.*

Seneca in Hercule furente.

Sontibus parent boni:

Iss est in armis: opprimit leges timor.

Virgil. in Viro bono.

*Vir boniss & sapiens, qualem vix repperit ullum
Millibiss è cunctis hominum consultiss Apollo
Iudex ipse sui, totum se explorat ad unguem:
Quid proceres? vaniq; ferat quid opimo vulgi?
Securiss mundi instar habens, teres atq; rotundiss,
Externe ne quid labis per leviss sidat
Ille dies quàm longiss erit sub sydere cancri,
Quantaq; nox tropico se porrigit in capricorno:
Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat:
Ne quid hiet: ne quid protuberet: anguliss equis
Partibiss ut coeat, nil ut deliret amississ.
Sit solidum quodcumq; subest, nec mania subiss
Iudicet admotiss digitiss pellentibiss iciss.*

Ibidem.

*Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quàm longi reputa verit acta diei:
Quo prætergressiss, quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti factò decuss absfuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedit,
Quam meliss mustare fuit? miseratiss egentem,
Cur aliquem fracta persensimente dolorem?
Quid volui quod nolle bonum foret? Vtile honesto
Cur maliss antetuli? Num dicto, aut deniq; vultio*

Per.

*Perstrictus quisquam? Cur me natura magis, quam
Disciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia
Ingredient, ortoq; à vespre cuncta revolvens,
Offensus pravis, dat palmam & premia recti.*

Ex Comicis Græcis.

Αὐτὸς ὃ χρηστὸς χρηστὸν ἐμισθῆται.
Non odit unquam vir probus virum probum.

Γνώμης γὰρ ἐδὴ λῆε θεοῖα χρηστὴ γίγνεται.
Proba illius sunt facta cui mens est proba.

Ἐδὴ λῶ γὰρ ἀνδρὶ ἐδὴ λὰ εἰ δίδει θεός.
Bono viro etenim dat Deus, quæ sunt bona.

Ζήλου τὰν ἐδὴ λὸν ἀνδρα πρὸς τὴν αἰφρονα.
Probi viri esto temperantissq; amulius.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Vir bonus est, qui prodest, quibus potest: nocet autem nemi-
ni. 3. *Offic.*

Vir bonus non modò facere: sed ne cogitare quidem quid-
quam audebit, quod non audeat prædicare. 3. *Offic.*

Homo frugi omnia rectè facit. *Tuscul.*

Fas nec est, nec unquam fuit: quidquam nisi pulcherrimum
facere eum qui esset optimus. *De uni vers.*

Vir bonus, nihil cuiquam, quòd in se transferat, detrahet.
Itaq; in virum bonum non cadit, mentiri emolumentum sui caus-
sa, criminari, præripere, fallere. 3. *Offic.*

Non est res ulla tanti, aut commodum ullum tam expeten-
dum: ut viri boni & splendorem & nomen amittas. 3. *Offic.*

Probus invidet nemini. *De uni vers.*

Ut qui sique est vir optimus: ita difficillimè esse alios impro-
bos suspicatur. *Cic. ad Quint. Frat.*

Omnes boni beati. 3. *de Finib.*

Nec bono quidquam mali evenire potest, nec vivo, nec mor-
tuo: nec unquam eius res à diis immortalibus negligentur. 5.
Tuscul.

Qui omnibus bonis instructi sunt & ornat: cum sapientes:
tum viri boni dicunt. 5. *Tuscul.*

Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem: impii sæ-
pè parvo. *Pro Milon.*

Sancti viri, & religionem colentes sunt, qui meritum diis
immortalibus: gratiam iustis honoribus & meritis & memori
mente persolvunt. *Pro Planc.*

N 2

Omnes viri boni æquitatem & jus ipsum amant: nec est viri boni errare, & diligere, quod per se non sit diligendum & colendum. *1. de leg.*

Nemo est omninò negligendus, in quo aliqua virtutis significatio appareat. *1. Offic.*

Vir bonus citò nec fieri nec intelligi potest. nam ille alter fortasse tanquam Phoenix anno quingentesimo nascitur. Nec est mirum: ex intervallo magna generat, mediocria, & in turbam nascentia sæpè fortuna producit. Sed qui sciret, quid esset vir bonus, nondum se esse crederet: fortasse etiam fieri posse desperaret. *Senec. 42. epist.*

Aut ista bona non sunt, quæ vocantur: aut homo felicior Deo est. Quæ enim nobis bona videntur, non habet in usu Deus. Nec enim libido ad illum, nec epularum lautitia, nec opes. Incredibile autem est bona Deo deesse: hoc ipsum argumentum est, bona non esse, quæ Deo defunt. *ibid. 85. epist.*

Non nascitur ex bono malum: non magis quàm ex ficu, olea: ad semen nata respondent, bona denegare non potest. *Senec. 30. epist.*

Bonarum rerum etsi successus non fuerit, conatus ipse honestus est: bona nemini est hora, si non alicui sit mala. *Senec. in Pre.*

Non est bonitas, pessimis esse meliorem. *Senec. 21. epist.*

§ SIMILITUDINES.

UT scarabei, ac vultures offenduntur unguentis: & Scythia juravit se mallo equum hinnientem audire: quàm citharædum canentem: ita non omnibus placent optima. *Plur.*

Ut Phoenix non nisi quingentesimo anno nascitur: ita insignium virorum rarus est proventus. *Senec.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Bonorum inter malos latentium exempla: Noë cum domo sua inter filios Dei à siltibus hominum corruptos, & diluvio absorptos, *Genes. 6. 9. & 77.* Loth inter Sodomitas pessimos, *13. 7. 11. 13.* Abraham inter Chananæos, *7. 12.* Joseph inter Ægyptios, *9. 7. 8.* Samuel inter perversos & impios Heli filios, *1. Sam. 2. 7. 25. 26.* Elias cum septem millibus virorum inter Israelitas idololatrias, *1. Reg. 19. 7. 9. 10. 18. Rom. 1. 7. 45.* Tobias inter captivos sub regno Samaritæ, *Tob. 3. 7. 2. 3.* Mardocheus inter servos Assueri, *Esth. 3. 2.* Job qui gentilis fuisse, & de Esau descendisse dicitur inter reliquos gentiles, *Iob. 1. 1.* Jeremias inter captivos, *Iere. 43. 7. 1. 2. 3. 4.* Ezechiel inter scorpiones, *Ezech. 2. 6.* Daniel,

2. 6. Daniel, Sidrach, Misach, Abdenago inter idololatrias, *Dan.*
 3. 7. 16. 17. & 6. 10. Mathathias & filii ejus inter Apostatas & idolo-
 latrias, 2. *Machab.* 2. 7. 19. 20. Centurio inter Israelitas, *Matth.*
 8. 10. Joseph Arimathæus inter Judæos, *Marc.* 15. 43. Nicodemus
 inter Pharisæos, *Ioan.* 3. 7. 1. 2. & 29. 39. Cornelius Centurio in-
 ter gentes, *Actor.* 10. 7. 1. 2.

§ EXEMPLA PROFANA.

S Cythiæ moderatissimi & abstinentes, & suapte natura probi:
 quod Romani ac Græci vix præceptis ac disciplinis philoso-
 phorum, id natura ipsi consequi potuerunt. plus enim his pro-
 fuit ignorantio vitiorum, quam illis cognitio virtutis. *Bonfinius*
lib. 2. Decadis 1.

Apud Germanos plus boni mores valent: quam alibi bonæ le-
 ges. *Cornel. Tacit. de morib. Germanorum.*

Quotquot novère Socratem, qualis fuerit (inquit *Xenophon. lib.*
4. Memorabilium) ex iis qui virtutis cupidi sunt etiam nunc cum
 perpetuo desiderio exoptant: ut qui ad virtutis studium utilissi-
 mus fuerit. *Theat. Zuing. fol. 1600.*

Xenocrates charissimus Platoni magistro discipulus, ei fuit
 comes in Siciliam transmittenti, hebeti ingenio, sed severo,
 sanctisq; moribus. Plato hunc calcaribus: Aristotelem con-
 discipulum freno dicebat indigere. *L. Vives in lib. octavum Augu-*
stini de Civitat. Dei cap. 12.

Pius II. Pontifex, *Æneas Sylvius* prius dictus, inter postero-
 ris temporis optimos Pontifices referri debet: cujus virtutes &
 domi & foris abunde persequitur. *Platina.*

Theseus Atheniensium civitatem, quæ prius sparsim & vica-
 tim habitabat, in unum locum congregatam Græcarum ur-
 bium amplissimam fecit. *Isoc. in Helena.*

Cyrus Persarum rex, non justitiæ solum, sed omnium etiam re-
 giarum virtutum exemplum fuit, si modo *Xenophontis Pædiæ*
 vera est narratio. *Theat. Zuing.*

Agésilæus Spartanorum rex, omni bellica urbanaque virtute
 Græcorum longè princeps sua tempestate. *Sabell. lib. 2. Ennea-*
dis 4.

Philippum Alexandri genitorem memoriæ prodidit Theo-
 phrastus, non majestate modo cæteros reges: sed fortuna quo-
 que & ingenii modestia antecelluisse. *Plutarch. in Apophthegma-*
tibus.

§ HIEROGLYPHICA.

Ægyptii Sacerdotes hominem eâ modestiâ præditum, ut fa-
 cilè eum queas à perperam factis avertere, si indicare vel-

BR BREVITAS SERMONIS.

lent, *Taurum genu dextero illigatum pingebant.* Hunc enim si dextro alligaveris genu mansuetum & vincula consequentem invenies. *Pier. Valer. lib. 3. pag. 23. C.*

Rosæ simulacrum Bonum significat, quod undiq; circumseptū sit malis: ac perindē voluptates nostras amaritudinis & asperitatis plenas. *Pier. Valer. lib. 55. pag. 530. D.*

Fuerunt etiam qui ætatis florem, vel unum quodq; bonum, quod celerime deficere videretur, atque ad eō humanæ ipsius vitæ imbecillitatem per decerptum *Perficum* & in lance positum, non ineptum dicerent hæroglyphicum. Pomum enim nullum aliud fugacius, longissimaq; decerpto bidui mora sit, cogatq; se quamprimum venundari. *Pier. Valer. lib. 54. pag. 526. F.*

Vide Vir, Mas.

BREVITAS SERMONIS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. de arte Poetica.

*Quicquid præcipies, esto brevis: ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.*

Terent. in Andria.

Quin tu uno verbo dic, quid est quod me velis?

Ausonius in Paulino.

*Est enim comis brevitatis: sic fama venatum
Pythagoram docuisse refert: cum multa loquaces
Ambiguè sererent verbis, contra solum
EST, respondebat, vel non. ò certa loquendi
Regula! nam brevis nihil est, nec plenius ista,
Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant.*

Ibidem,

Nemo silens placuit, multi brevitate loquendi

Horatius de arte Poetica.

*Decipimur specie relictis: brevis esse laboro,
Obscurus fio: scētantem levia nervi
Deficiunt: animiq; professus grandia, turges.*

Marcial. lib. 2. Epigram.

Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis.

¶ APOPTHEGMATA.

Pythagoras ne multis, inquit, verbis pauca comprehendas. sed paucis multa. *Stob. serm. 33.*

Reuo

Zeno Citiensis ad quendam dicentem, breves esse philosophorum sententias: Vera prædicas, inquit: oportet enim & syllabas illorum, si fieri possit esse breves. Veritas multis verbis non eget: & firmius tenemus quæ paucis verbis comprehensa sunt. *Laert. lib. cap. 1.*

Leo Eurycratidis F. cuidam de rebus haudquaquam inutilibus intempestivè loquenti, O hospes, inquit, re opportuna non opportunè iveris. *Plut. in Lacon.*

Lycurgus interroganti, quamobrem Lacedæmonii breviloquium uterentur? Quoniam silentio est finitimum, inquit. *Stob. serm. 33. Anton. in Melissa. part. 1. serm. 73. Max. serm. 20.*

Plato Antisthenem, qui disserendo fuerat prolixior, sic admonuit: ignora quod orationis modus sit, non penes dicentem, sed penes audientem. *Laert. lib. 3.*

Phocion in concione sedens seorsim accessit quidam qui diceret, videris cogitabundus, & *Phocion.* rectè quidem conjectas, respondit: Cogito enim, si quidem queam detrahere his, quæ dicturus sum apud Athenienses. *Plut. in apophtheg.*

§ SIMILITUDO.

C Eltiberi ita ferrum temperant ac durant: ut infosso in terram, quod est terreum auferatur ac repurgetur: Laconicus sermo sublacione supervacui fit penetrantior.

§ EXEMPLA PROFANA.

A *Ἀνευσμῶν*, veluti proverbio breviloquentiam vocant, sive quod Lacedæmonii factis magis, quàm eloquentia præcelluerunt: sive quò in Apophthegmatis præcipuè voluerunt. Horum autè præcipua gratia, ut paucissimis verbis plurimum sententiæ complectantur. *Eras. in Adag.*

Homerus Menelao Lacedæmonio argutam breviloquentiam affingit: *παῦρος ἴδρι, σὶ δὲ μὲν λαλιῶς*, id est, Pauca quidem, verum planè argutissima.

Laertius, ex auctoritate Aristagoræ Milelisi refert: Chiloni uni è septem peculiarem fuisse breviloquentiam: unde genus hoc dicendi Chilonium appellat.

Interpres Pindari breviloquentiam tribuit quoq; Argivis, citans illud ex Ulyssè furente Sophoclis, *μῦθος γὰρ ἀργεῖσι στίμματα βραχὺς*, id est, Argiva paucis multa fert ratio.

De Pythagoræ breviloquentia hæc refert *Ausonius epist. 12. ad Paulinum.*

Est etenim comis brevitatis: sic fama renatum.

*Pythagoram docuisse refert, &c.
Nemo silens placuit, multi brevitare loquendi.*

CÆCITAS, cum Corporis, tum Animi.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Lucret. lib. 2. de Natur. rerum.

*Omiferas hominum mentes, & pectora cæca!
Qualibet in tenebris vitæ, quantisque periclis
Degitur hoc ævi quodcunque est!*

Ovid, lib. 6. Metamorph.

*Proh superi! quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent!*

§ APOPHYHEGMATA.

A Sclepiades cuidam interroganti, quid incommodi cæcitas ipsi attulisset? ut uno, inquit, puero ambulem comitator.
Erasm. lib. 8. apoph.

Aristoteles percontanti, quæ fieret, ut eum formosis diutius ac iubentius confabularem? respondit, eam percontationem esse cæci. Cæcus enim non sentit formæ illecebram, nihilo magis quàm colorum gratiam. *Laert. lib. 5. cap. 5.*

Antipater *Cyrenaicus* mulierculis quibusdam cæcitatem ipsius deplorantibus: quid agitis? inquit: an vobis nulla videretur voluptas nocturna? nocte omnes cæci sumus, nec tamen lamentamur. *Erasm. lib. 8. apoph.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Cæcitatæ & exæcationis externæ exempla: Sedechias, 2. Reg. 7. 7. Jerem. 39 7. 7. Tobias, Tob. 2. 7 10. 11. Duo cæci: Matth. 9. 7. 27. & 20. 30. Cæcus, Matth. 12. 22. Bartimæus, Marc. 10. 46. Cæcus natus, Ioan. 9. 7. 1. Elymas, Act. 13. 7. 11. Cæcitas cordis, pœna peccati, Deut. 28. 7. 28, 29. Damna tur, Marc. 3. 7. 5, Ioan. 3. 7. 19, & 9. 7. 39. & 12. 46. Rom. 11. 25. Ephes. 4. 7. 18. 2. Timoth. 3. 7. 8. 2. Petr. 1. 7. 9. Cæcitatæ internæ exempla: Pharisei, Matth. 22. 7. 13. 14. Marc. 3. 7. 5, 6. Judæi, Luc. 23. 7. 18. Ioan. 11. vers. 37. 3. Cor. 4. 7. 3. 4.

§ EXEMPLA PROFANA.

Sesoris, vel (ut alij appellant) Sesostris, Ægyptiorum rex potentissimus & bellicosissimus, post multas res egregiè gestas, visum amisit. *Diod. Sic.*

Anysis

Anyfis rex Aegyptiorum cæcus fuit, ex urbe Anyfi. Herodotus lib. 2.

Lycurgus à Thracibus (quibus imperabat) excæcatus est: quòd feminas quasdam sequentes Bacchum, simulata cum Deo amicitia interfecisset. Diodorus.

Ioannes Boemorum rex cæcus, pro Gallis adversus Anglos pugnans, fortiter occubuit. Theat. Zuing.

Belsarius præfectus Iustiniani Imp. deletis Vandalis, actò de Persi triumpho, Italia à Barbaris non semel liberata, propter prosperos successus Imp. formidolosus & suspectus factus est: ac propterea ab eodem oculis privatus. Procopius & Crinitus lib. 9. cap. 6. Volater. lib. 23. Anthrop. Fulg. & Egnat. lib. 5. cap. 3.

Appius Claudius, Cæcus cognomine, mentis oculis pacem cum Pyrrho patriæ inhonestam fore prævidens, eam magno animo & felici eventu dissuasit. Cic. de Senect.

Cn. Aufidius pratorius, in cæcitate sententiam in senatu dicebat, nec amicis deliberantibus deerat: Græcam scribebat historiam & videbat in literis. Pontanus lib. 2. cap. 8.

C. Drusus cæcus fuit: tamen domus ejus implebatur consultoribus, qui in suis causis cæcum adhibebant ducem. Valerius de studio.

CALUMNIA.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non facias calumniam proximo tuo. *Levit. 19.*
Omni tempore calumniam sustineas: ne habeas qui liberet te. *Deut. 28.*

Feci iudicium & justiciam, non tradas me calumniantibus me. *Psal. 118.*

Dux ingens prudentia: multos opprimet per calumniam. *Proverb. 28.*

Vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem. *Eccles. 4.*

Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subverti justiciam in provinciam, non mireris. *Ibidem 5.*

A tribus timuit cor meum, & à quarto facies mea metuit: delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem. *Eccles. 26.*

Qui projicit calumniam & avaritiam ex calumnia, in excelsis habitabit. *Esai. 33.*

Recede procul à calumnia. *Idem. 54.*

N 5

§ SENTENTIÆ POETICÆ.
EX GRÆCIS COMICIS.

Οὐ δὲ διαβολῆς κολῶ φρονεῖν, εἴδ' αὖ (Φῶδρ' ἢ
Ψυδῆς. ἐπίσασσ' ἀνεύανεν ἀντιῶ πνίς.
Δι' οὖς φυλάττεισθαι τὰ τοιῶν' ὀρθῶς ἔχει.
Spernenda non est vel minima calumnia.
Nam plurimi artem illius augende tenent.
Quos propter illam qui cavet, recte facit.

Ὅστις δ' διαβολῶσι πέφικται ταχὺ,
Ἢ τὴν πενήθ' ἀντίς ἐστὶ τοὺς τρέπουσ,
Ἢ πανταῖσι πᾶσι παιδαγῶν γνώμῃ ἔχει.
Qui prebet autem crudelem calumnijs,
Vel ingenio is est preditus vir improbo,
Vel menti haud plus quam puer qui in is habet.

Ἢ δὲ οὐδὲν, οὐδὲν μυστικῶν πτερον
Ἐς' ἡ δωκῶσ' αὖ λοιδορῶν ἄβρον φέρεν.
Ὅ λοιδορῶν γὰρ, ἀν' ὁ λοιδορῶν μὲν
Μη' ἀποποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν.
Incendior res nulla, nec concinnior,
Convitiante posse quam nobis, pati.
Convitia etenim si tibi quis fecerit.
Id d' simula: & ille ipse iūm qui fecerit
Tibi, facta sentiet sibi convitia.

§ APOPTHEGMATA.

Diogenes audiens aliquando hominem moribus perversis, ca-
lumniis incessere Platonem, Ohe | desine inquit: neq; enim
tu male de illo dicendo fidem credere: neque ego in te lau-
dando. *Stob.*

Demosthenes cuidam eum calumnianti, respondit: non de-
scendo in certamen, in quo victus victore superior est. *Anton.*
& *Maxim. serm. de calumnia.*

Simonides dicenti cuidam, multi te apud me deferunt, respon-
dit: equando tu tandem desines me auribus calumniari? *Stob.*
serm. de malitia.

Pelopidas quum forti quidā miles per calumniam apud ipsum
deferretur, ut qui ei conviciatus esset: equidem dixit, facta eius
respicio: verba autem non audiui. *Stob. serm. 30.*

Thearidas quum gladium cote acueret, rogatus à quopiam,
num esset acutus? magis acutus, inquit, quam est calumnia:
graviter innuens, rem omnium rerum nocentissimam esse ca-
lumniam. *Plut. in Lacois.*

§ SIMILIA

Primum
& bove
nis primu
post hunc
ita cum ap
cidat. *Plut.*
Ut mor
multarum
tiam: ita
malas & r

Hæc
cusator

Proseli
est co
viciari et
tiquos d
A. L.

Mosch
carissim
vis clam
semel a
nam. A
Drauf
re & in
cum ve

Vi
Apop

Basilij
gl
lumn
etatu
aliā r
Basilij
nullo
ita pl
14. p.

§ SIMILITUDINES.

Primum homines iuvaserunt animalia noxia: post & oves & boves: postremò à nullo genere temperatù est: & Athenis primum calumniator aliquis supplicio affectus est: & rectè post hunc unus & alter: postremò nec à bonis est temperatum: ita cum aperitur jus in malos, cavendum ne postea in bonos recidat. *Plut.*

Ut morbus in corpore non admittente, quod proprium est multarum noxiarum & absurdarum rerum, gignit appetentiam, ita calumnia suspicioq; adversus cognatos & domesticos, malas & noxias aliorum necessitudines inducit. *Plut.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Hæc quære supra in loco, Accusatio, & Falsò accusatorum.

§ EXEMPLA PROFANA.

*Roselini dicuntur Arcades apud Lycophronis interpretem, hoc est contumeliosi, & in probra proclives. nam $\omega\sigma\sigma\lambda\epsilon\iota\upsilon$ conviciari est. Sunt tamen qui fatuos interpretentur, tanquam antiquos dicas, & luna quoque venustiores. *Caliss. libr. 16. cap. 7. A. L.**

*Moschi naturâ sua ad contumelias & calumnias mutuas etiâ carissimorum propensi: sæpè etiam in domos alienas res quasvis clam inferunt, quas tanquam furto eruptas repetunt. Qui semel ad principem delatus est, morte vel falsam luit calumniam. *Alex. Græginus in Moscovia.**

*Drusus tribunus plebis traditur caprinum bibisse, cum pallore & invidia venent sibi dari insimulare Q. Cepionem inimicum velle. *Plin. lib. 28. cap. 9.**

Vide Accusatio, Maledicentia. Consule etiam Apophthegmata huius loci.

§ HIEROGLYPHICA.

*Basilisci vis, quæ sine morsu pernicioza sit, argumentù hieroglyphici dedit Ægyptiis sacerdotibus: ut si hominem à calumniatoribus malè acceptum & mortiferis delationibus afflictatum significare vellent, Basiliscum apponerent. Non enim aliâ ratione calumniatores homines conficiunt, quàm faciat Basiliscus. Clam siquidem illi principum auribus insufurrant: nullo palam morsu infixo, quo diluendi ansa præripiatur: atque ita pleriq; falsò delati, extrema quæque pertulere. *Pier. Valer. lib. 14. pag. 132. D.**

Theologi

CA CALLIDITAS, CANITIES.

Theologi per *amputatam aurem* accipiunt eum quoq; qui detractationibus & calumniis in alios oggestis delectatur, & turpium impudicorumq; sermonum lascivia capitur: proba vero consilia, & admonitiones de honesta & homine digna ratione vivendi, cane peius & angue protinus averfatur. *Pier. Valer. lib. 33. pag. 311. A.*

Vide præterea, Accusatio, Mendaciũ, Detractio.

CALLIDITAS.

§ SIMILITUDO.

Quemadmodum quædam in oblectamentum ac jocum sic calligantur: ut eorum solutio imperito difficilis sit: quæ ille, qui implicuit, sine ullo negotio separat: quia commissuras eorum & moras novit: nihilominus illa habent aliquam voluptatem: tentant enim acumen animorũ, & intentionem excitant: ita hæc quæ videntur callida & invidiosa, securitatem, torporem ac segnitiam ingeniis auferunt: quibus modo campus in quo vagentur sternendus est: modo recti aliquid & confragosi obijciendum, per quod erepant & sollicitè vestigium faciant. *Senec. lib. 5. de benefic.*

Vide supra locum Astutia. Et infra Fraus, Dolus. Item Prudentia.

CANITIES.

§ APOPHTHEGMATA.

*L*acon quidem senex, percontatus cur barbam gestaret tam prolixam: ut, inquit, virũ me esse sciam, canos intuens capillos: nihilque committam illis indignum. *Plut. in Lacon.*

Iulia Cæsaris Augusti filia maturè canos habere cœperat, subitus autem Cæsaris interventus oppressit comprices, filia canos sublegentes, deprehensis super vestes earũ pilis, quos evulserant. Id dissimulavit Augustus, & aliis sermonibus extracto tempore: tandem induxit ætatis mentionem. Hac occasione rogavit filiam, utrum post aliquot annos cana esse mallet, an calva? Quumq; illa respondisset, Ego, pater, cana esse malletm. Cur ergo, inquit, istæ te calvam ante tempus student facere? *Erasm. lib. 4. apoph. ex Macrobi. lib. 12. cap. 5. Satur.*

Vide Senectus.

CAN-

CANTUS, CANTOR:

§ SENTENTIAE POETICAE.

Ovid. 1. de arte Amandi.

*Si vox est, canta: si mollia brachia sulata:
Et quacunq; potes arte placere, place.*

Horat. lib. 1. Satyr. 3.

*Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati:
Injusi nunquam desistant.*

Vide Musica. Item, Carmina.

CAPTIVITAS.

§ EXEMPLA SACRA.

Captivorum hominum exempla: Loth, *Genes. 14. vers. 12. 13. 14.* Madianitarum uxores & parvuli, *Numer. 31. vers. 9.* Israëlitz, *Judic. 2. vers. 14.* & *2. Reg. 5. vers. 2.* Equites mille septingenti, & duo millia militum, *2. Samuel. 8. vers. 4.* Amasias, *2. Reg. 14. vers. 13.* Sacerdotes, *17. vers. 72.* Uxores Davidis, filii & filix, *1. Samuel. 30. vers. 3. 4. 5.* Beera, *1. Paralip. 5. v. 6.* Jefana, Ephron, *2. Paralip. 13. vers. 19.* Decem millia virorum, *2. Paralip. 25. vers. 11. 12.* Ahas, *28. vers. 5.* Judæi, eorumque mulieres & parvuli, *vers. 8.* Manasses, *33. v. 11.* Tobias, *Tob. 1. vers. 2.* Sedechias, *Ierem. 39. vers. 5.* Reliquiæ populi & filix Regis in Masphat, *Ierem. 41. vers. 10.* Jechonia & Principes ejus, *Baruch. 1. 9.* Captivarum civitatum & regionum exempla: Villæ seu viculi Jazer, *Numer. 21. vers. 32.* Jericho, *Iosue 6. vers. 20. 2. Macchab. 12. vers. 15.* Ai, *Iosue 8. vers. 19.* Maceda, *Iosue 10. v. 28.* Gazer, *vers. 33. 1. Reg. 9. vers. 16.* Lachis, *Iosue 10. vers. 33.* Dabib, *vers. 38. 39.* Gosen, *vers. 41.* Canat Sefhor, *Iosue 15. v. 17.* Lesem, *19. vers. 47.* Jerusalem, *Judic. 1. vers. 8.* Baruch, *1. vers. 24.* Jerem, *38. vers. 28.* Gaza, *Judic. 1. vers. 18.* Ruma, *9. vers. 45.* Sion, *2. Samul. 5. v. 7.* Syriæ, *8. v. 13.* Rabbah, *12. v. 29.* Geth, *2. Reg. 12. vers. 17.* Aion, *15. v. 19.* Samaria, *18. v. 10. 11.* Civitates Juda, *18. vers. 13.* Gessur & Aram, *2. Paralip. 2. v. 23.* Bethel, *13. vers. 19.* Civitates Ephraim, *17. v. 2.* Bethsames, Ajalon, &c. *28. vers. 18.* Azorum, *Esa. 20. v. 1.* Carioth, *Ierem. 48. v. 41.* Mefpha, *1. Macchab. 5. v. 35.*

§ EXEM-

CA CAPTIVITAS, CARCER.

§ EXEMPLA PROFANA.

LEO III. Romanus Pontifex, Carolo Magno regnante, dum supplicationes agit à Gregorio institutas, apud ædem Sylvestri captus, & Paschalis Primitivii ac Campuli presbyteri, fraudibus ferè ad mortem cæsus, in cœnobii S. Erasmi relegatus est. *Volat. lib. 22. Anihrop.*

Anastasio III. Benedicto III. deposito, cum pontificatum invasisset: ab Imperatoris legatis dejectus, & in carcerem coniectus est. *Sigebertus in Chronicis.*

Rogeri F. Guilielmi, Apulie & Calabriae dux, Innocentium II. Pontificem bello cepit. *Theat. Zuing.*

Agathocles, Lyfimachi Thracie regis F. à patre contrà Dromichæten Gætarum regem missus, captus est Lyfimachus filium Dromichæi despondit: & ea parte Thraciæ cessit, quæ trans Istrum est. *Pausanias.*

Croesus Lydorum rex, qui templa oraculorū omnium quæ tum facere multis & magnis muneribus ornavit, quiq; aurum & argentum in lateres fudit, à Cyro Persarum rege captus: quod reliquum ætatis superfuit, in servitute vixit. *Herodotus.*

Pescennius Niger à ducibus Servi Imp. per Æmylianum superatus, apud Cyzicum sauciatus, captus, & ad Severum deductus est, Caput eius suffixum. Romam missum. *Spartian.*

Emilianus Mauritianus Imp. ab exercitu nominatus, à Duce Gilieni Theodoro captus, ad Galienum missus est. *Trebel. Pollio.*

Vide Adversitas, Afflictio, Fortuna, Miseria, Item Fortitudo, & Constantia.

CARCER.

§ EXEMPLA SACRA.

IN carcerem conjeclorum exempla: Joseph. *Genes. 39. vers. 20. Psalm. 105. vers. 18.* Pincerna & Pistor Pharaonis, *Genes. 40. vers. 1.* Filius Salumith Israelitidis blasphemus, *Levit. 24. vers. 12.* Colligens ligna in Sabbato, *Numer. 15. vers. 34.* Samson, iudic. *16. vers. 21.* Michzas, *1. Reg. 22. vers. 27.* 2. Paralip. *18. vers. 26.* Oseas, *2. Reg. 17. v. 4.* Joachin, *25. v. 27. 28. 29.* Jeremias, *Ierem. 32. vers. 2. & 37. v. 15.* Sedechias, *39. vers. 7. & 52. vers. 11.* Joachas, *Ezech. 19. v. 9.* Joannes Baptista, *Matth. 14. vers. 3. Marc. 6. vers. 17. Luc. 3. vers. 20.* Conservus, *Matth. 18. vers. 30.* Barrabas, *Luc. 23. v. 18.* Apostoli, *Actor. 5. v. 18.* Petrus, *12. v. 4.* Paulus & Silas,

Silas, 16. vers. 24. Multi Sanctorum, 26. v. 10. Paulus, 2. Corinth. 11. vers. 23.

Vide supra, Captivitas.

CARMINA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 1. Epist. ad Augustum.

*Scribimus indocti doctiq; poemata passim.
 Os tenerum pueri balbumq; poeta figurat.
 Torquet ab obscænis jam tunc sermonibus aurem.
 Mox etiam pectus præceptis format amicus,
 Asperitatis & invidiæ corrector & ira.
 Recte facta refert, orientia tempora notis
 Instruit exemplis: inopem solatur, & agrum.
 Castis cum pueris, ignara puella mariti
 Disceret unde preces, vates nî Musa dedisset?
 Poscit opem choros, & præsentia numina sentit.
 Cælestes implorat aquas, docta prece blandiss
 Avertit morbos, metuenda pericula pellit.
 Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum,
 Carmine dii superi, placantur carmine manes.*

Olympius Nemelianus Eclog. 2.

*Tum verò ardentes flammati pectoris aestus
 Carminibus, dulciq; parant revelare querela.*

Idem Ecloga 4.

Cantet, amat quod quisq;: levant & carmina curas.

Horat. Oda 6. lib. 4.

*Dignum laude virum Musa vetat mori.
 Cælo Musa beat.*

Idem Oda 9. lib.

*Vixere fortes ante Agamemnona
 Multi: sed omnes illachrymabiles
 Vrgentur, ignoti q; longa
 Nocte, carent quia Vate sacro.*

Ovid lib. 4. de Tristib.

*Carmine sit vivax virtus expersq; sepulchri:
 Notitiam sepe posteritatis habet.*

Idem

Idem lib. 1. Eleg.

*Scindentur vestes, gemme frangentur, & aurum:
Carmina quam tribuent fama perennis erit.*

Tibullus Eleg. 4. lib. 1.

*Quem referent Musæ, vires dum roborata tellus:
Dum cælum stellas, dum vehat amnis aquas.*

Vergilius de Orphico.

*Threicinas quondam vates fide creditur canora
Mouisse sensus acrium ferarum:
Atq; amnes tenuisse vagos,
Et surda cantu concitasse saxa:
Suavissonosq; modos testudinis arborea sequuta
Vmbra feruntur præbuisse vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit,
Doctaq; vitam voce temperavit.
Iustitiam docuit, cætu quoq; congregavit uno,
Moresq; agrestes expolivit Orphæus.*

Horatius de arte Poëtica.

*Sylvestres homines sacer interpretq; Deorum
Cedibus & victu sæda deterruit Orphæus:
Dictis ob hoc lentire tigres, rabidosq; leones:
Dictis & Amphion Thebæ conditor urbis,
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia quondam
Publica privatis secernere: sacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare jura mariti:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor & nomen divinis vatibus, atq;
Carminibus venit. post hos insignis Homæus.*

Ovid. de Sapho.

*Nec mihi, dispositis jungam quæ carmina nervis
Proveniunt: vacua carmina mentis opus.*

Idem lib. 1. de Tristibus.

*Carmina proveniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis, & otia querunt:
Me mare, me venti, me fera jactat hyems.*

Ovid. lib. 2. de arte Amandi.

*Quid tibi præcipiam teneros quoq; mixtere versus?
Hæc mihi! non multum carmen honoris habet.*

Carmina

*Carmina laudatur, sed munera magna petuntur;
Dummodo sit deus barbaros, ille placet.*

Ibidem.

*Ipse licet venias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Consule locum, de Pœsi & Pœtis.

CASTIGATIO.

Vide Afflictio, Correctio, Tribulatio.

CASTITAS.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Sunt evnuchi qui castraverunt seipfos propter regnum cœlorum. *Matth. 19.*

Sint lumbi vestri præcincti. *Luc. 12.*

Et mulier inupta & virgo, cogitat quæ Domini sunt. *2. Corinth. 7.*

Volo autem omnes homines esse, sicut me ipsum. *Ibid.*

Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego. *Ibid.*

Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. *Ibidem.*

Fructus Spiritus est charitas, continentia, castitas. *Galat. 5.*

Ne respicias in mulieris speciem, & ne concupiscas mulicem à specie. *Eccles. 25.*

Quoniam felix est sterilis, & incoquinata, quæ nescivit thorum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctarum. *Sapient. 3.*

O quàm pulchra est casta generatio cum charitate! immortalis est enim gloria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. *Ibid. 4.*

Scivi quoniam non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia summa. *Sapient. 8.*

Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. *Eccles. 26.*

Ecce vir unus vestitus lincis, & renes eius accincti auro obrito. *Dan. 10.*

Confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaveris:

○

& post virum suum alterum nescieris: idè eris benedicta in æternum. *Iud. 15.*

Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. *Iob. 31.*

Accinge sicut vir lumbos tuos. *Ibid. 38.*

Tu possidisti renes meos. *Psal. 138.*

Hæc est voluntas DEI sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione: ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore. *1. Thess. 4.*

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. *1. Tit. 5.*

Te ipsum castum custodi. *Ibidem.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Castitas est virtus, sub jugo rationis, impetum libidinis refrenans. *August. de def.*

Castitas est per edomitas vitiorum furias, munda & honesta totius corporis habitudo. *Idem.*

Proposito animi permanente, per quod & corpus sanctificari meruit: non tam ipsi corpori auferit sanctitatem violentia libidinis alienæ, quàm servat perseverantia continentia sanctæ. *Idem lib. de bono conjugali.*

In conjugali vinculo, si pudicitia conservatur, damnatio non timetur. Sed in virginali ac viduali continentia, excellentia, muneris amplioris expetitur: quæ expetita & electa & voti debito obligata, jam non solum nuptias capescere sed etiam si non nubant, nubere velle damnabile est. *Augustinus de contin. viduali.*

Sicut bonum erat, quod Martha faciebat occupata circa ministerium sanctorum: sed melius quod Maria, audiens verbum Dei: etiam bonum Susannæ in castitate conjugali laudamus: sed bonum viduæ Annæ, & magis Mariæ virginis anteponimus. *Idem de bono conjugali.*

Pudicitia res est animæ, virginitas corporis: deniq; illa integra in anima permanente, potest ista de corpore sibi violenter auferri: & quum ista integra manet corpori, potest illa in animo lascivia voluntate corrumpi. *Idem cont. Iul. lib. 4.*

Non dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. *Idem de communi vita cleric.*

Audeo dicere superbis continentibus, expedit cadere: ut in eo ipso, in quo se extollunt, humilientur. Quid enim prodest, cui est continentia, si dominetur superbia. *Serm. 57. sup. Matth.*

Inter omnia certamina Christianorum duriora sunt prælia castitatis:

castitatis: nam ibi continua pugna, & rarior victoria. Rara enim concordia formæ atq; pudicitia: rara avis in terris nigroq; simillima cygno. *In sermone.*

Ubi necessitas imponitur castitati, autoritas datur libidini: itaque nec casta est, quæ metu cogitur: nec honesta, quæ mercede conducitur. *Idem.*

Pudicitia virtus animæ est, & comitem habet fortitudinem. *Idem.*

Pudicitia vi nec in carne, nec in animo violari potest. *Idem lib. 1. de Civit. Dei, Epist. 22.*

Quæcunque virtute polleas, quibuscunque operibus niteas: si cingulo castitatis careas, omnia per terram trahes. *Hieronym. in epistola.*

Quum de ipsa continentia mens elatione tangitur, plerumq; omnipotens Deus, superbiam deferens, hinc in immunditiam operis cadere permittit: nulla enim est castitas carnis, quam non commendat humilitas mentis. *Gregor. in moral.*

Differunt quidem inter se homo pudicus & Angelus: sed felicitate, non virtute. Sed etsi illius castitas felicitior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Castitas sine charitate, lampas est sine oleo: subtrahite oleum, lampas non lucet: tolle charitatem, castitas non placet. *Bernh. in epist.*

Utinam qui continere non valent, cœli barui cederent, ne urerentur: esset proculdubio melius nubere, quam uri: & salvari in humili gradu, quam in sublimitate cleri deterius vivere. *Idem ibidem.*

Quidam in juventute luxuriosè viventes, in senectute continentem fieri delectantur: & tunc eligunt servire castitati, quando libido eos servos habere contempsit. Nequaquam in senectute continentem vocandi sunt: qui in juventute luxuriosè vixerunt: tales non habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt. Eos enim expectat gloria, in quibus fuerunt gloriosa certamina. *Isidor. lib. 2. de summo bono, cap. 31.*

Sex sunt quæ incorruptam conservant castitatem: scilicet sobrietas, operatio, asperitas, cultus, inhibitiio sensuum, raritas sermonis cum honestate, evitatio oportunitatis, & personæ, & loci, & temporis. *Cassiod. super Matth.*

Pudicitia, est ornamentum nobilium: exaltatio humilium: nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium: solamen mœrentium: augmentum omnis pulchritudinis: decus religionis: minora rio criminum: multiplicatio meritorum: creatoris omnium Dei amica. *Cypran. de 12. abusione, n. 2.*

Expertis vitiorum illecebris, difficilius quàm cognitis caremus: & minoris laboris est incognitam carnis cavere voluptatem, quàm rejicere jam cognitam. *Beda sup. Esdr. lib. 4.*

Majus miraculum est, de carne propria fomitem eradicare luxuriæ: quàm expellere immundos spiritus de corporibus alienis. *Idem in callationibus Patrum.*

Major est virtus ac sublimior gratia, internam libidinem carnis extinguere: quàm nequitiis dæmonum extrinsecus irruentes jugo Domini, ac virtutis altissimæ potentis subjugare. *Ibidem.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horatius Oda. 24. lib. 3.

*Dos magna parentum,
Virtus, & metuens alterius viri
Certo federe castitas.*

Plautus in Persa.

*Quamquam res nostre sunt, pater, paupercule.
Modice, & modeste: melius est tamen ita vivere.
Nam ubi ad paupertatem accessit infamia,
Gravior paupertas fit, fides sublestior.*

Tibullus lib. 2. eleg.

*Vos quoque abesse procul jubeo: discedat ab aris
Cui tulit hesternæ gaudia nocte venus.
Casta placent superis.*

Vergil. 3. Æneid.

Hac casti maneant in religione nepotes.

Ovid. lib. 6. Fast.

*Nullaq; dicetur vittas temerasse sacerdos
Hoc duce, nec viva defodietur humo:
Sic incesta perit: quia quam violavit, in illa
Conditur: & tellus, Vestiq; numen idem est.*

§ APOPTHEGMATA.

CITUS abstinebat à conspectu Panthæ: & Araspo dicenti mulierem esse insigni forma, dignam regis oculis: ob isthuc ipsum, inquit, magis est illa abstinendum. Etenim si nunc tuo obtemperans consilio illam adiero, quam vacat: fortassis illa mihi persuasura est, ut ad ipsam frequenter eam, etiam quum non vacabit, eique assideam, neglectis scriis negotiis. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Livia Augusti Cæsaris uxor, cum nudos homines, qui sibi facti erant obviam, qui eam ob turpitudinem damnabantur, vidisset:

dulces: dixit, eos, matronis quidem honestis & continentibus, nihil à statuis differre. Cor enim hominis pudicum, rerum impudicarum aspectu, nequaquam malis cogitationibus tangitur. *Dion. in T. berio.*

§ SIMILITUDO.

Quomodo quasdam illecebras escarū aucupes proponunt, ut facilius aves capiant per oblectamentum gulæ: sic est quædam *castitas diaboli* (id est) decipula humanæ animæ, ut per istiusmodi castitatem & mansuetudinem, & iustitiam possit facilius capere, & falsis sermonibus irretire. *Origenes homil. 7. in Ezechielem.*

§ EXEMPLA SACRA.

Castitatis exempla: Abimelech, *Genes. 26. vers. 10.* filii Jacob, *Genes. 34. v. 7. 25. 26. 27.* Joseph, *39. v. 8. 9. 12.* Juda, qui etiam castus non esset, deestatus tamen est fornicationem Thamar, *Genes. 38. v. 24.* Moses, *Numer. 31. v. 17. 18.* Booz, *Ruth. 3. v. 7. 8.* Achilech, Sacerdos, *1. Sam. 21. v. 4.* Job, *31. v. 1.* Sara Raguclis filia, *Tab. 3. v. 16. 17. 18.* Judith, *8. v. 45.* Susanna, *Daniel. 13. v. 23.* Joseph Mariæ Deiparæ vir, *Matth. 1. v. 19.* Deipara virgo Maria, *Luc. 1. v. 34.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Aunt Melanionem quendam odio mulierem in solitudinem demigrasse: perq; avia montium, cane, quo uno convictore utebatur, feras insectari solitum: nec unquam domum revocari potuisse. Hinc proverb. Melanione castior. *Erasmus.*

Demosthenes excitatus ad Laidis Corinthiæ famam, cujus formam tunc Græcia mirabatur, accessit, ut & ipse famoso amore poriretur: qui ubi dimidium talentum unius pretium noctis audivit, decessit hoc dicto: *ὄχι ἀγροῖζω τοῦ ἐξ ἐμὲ γυναικός.* Tarentanti non emo. *Mabrob. lib. 2. cap. 2.*

Ictys Tarentinus athleta nobilis, quum certò sciret corporis vires enervari libidine, toto vitæ tempore duravit expers Venereis, ut Palæstricis ludis esset accommodatior. *Volaterr.*

Asbyllus Crotoniates athleta, perpetua castitate præditus fuit, ob cursus studium. *Plat. de Repub.*

Clitomachus athleta, surgebat & abscedebat, si quis sermones injecisset amatorios. *Plut. lib. 7. Quæst. con. 7.*

D. Bernharde nocte quadam, puella nuda injecta est in lectum dormienti ad latus. Et quamvis impudica ipsum irritaret suis illecebris: tamen se continuit. Eodem modo cum iter faceret, & apud matronam quendam diverteret, illa ter ad lectum ejus

venit. Sed ille ter clamitans: Latrones, ab se eam repulit. cumq̄ postero die focii arguerent, quod toties ea nocte latrones somniasset, eorumq̄ somnum interturbasset, respondit: verè latro aderat. Nam hospita castitatem irreparabilem thesaurum, mihi ablatura ter venit. *Autor vitalib. 1. cap. 3.*

Eusebii episcopus & martyr. quam virginitatem ab ineunte ætate follicite custodierat, Deo protegente nullius infidiis amittere potuit. Mulier quædam forma illius capta, cum ad ipsum impudenter irrumperere vellet, cubiculum aditu apertu intrare non potuit: & culpæ conscia, ac terrore simul percussa, antè januam exiit. episcopo crimen confitendo, veniam impetrauit. *Marullus lib. 4. cap. 7.*

Columbam virginem apud Senones passam, cùm inter meretriculas vitandam pertraxissent, ursus ab injuria tutatus est. *Marullus lib. 4. cap. 8.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Palumbes castitatis hieroglyphicum est. Palumbes enim parcosissimi coitus sunt: ideoq̄ quod parcant lumbis, Albertus existimat appellatos. *Pier. Valer. lib. 22. pag. 204. D.*

Incorruptam virginitatem & castum animi propositum per *Apem* significari id argumento est: quòd ipsæ homines à concubidos acriter oderunt, ut Plutarchus in præceptis conjugalibus ait. *Idem lib. 26. pag. 244. D.*

Quod nonnulli ajunt *Salicem* castitatis indicium esse: tamen de ea nihil *Ægyptii*: non incongruè tamen confectum est: sive sit propter vinculi significatum: quod ejus materia sit plurimùm apta vinculis, atque ideo coercitionis indicium sit: castitas ipsa modo *Zonæ*, modo *campestri*, modo alio atq̄ alio vinculo coerenda præcipitur. Sive sumptum ab *Amerina salice* quæ lectis accubitisq̄ imposta, castitatem inducit. Sive ab eo, quod plerique auctores tradunt, folia huius arboris, contrita & pota intemperantiam libidinis efficaciter frenare: sæpius verò sumpta, usum in totum auferre. *Idem Pier. Valer. lib. 52. pag. 507. A.*

Vide Conjugium, Matrimonium, Temperantia, Virginitas.

CAUSSA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. *Metamorph.*

Quippè ubi temperiem sumere humorq̄ calorq̄
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.

Cumq̄

*Cumq; sit ignis aqua pugnax, vaporq; humidus omnes
Res creat: & discors concordia fœtibuss apta est.*

Virgil. in Ætna.

*Sed frustra certis disponere singula causis
Tentamus.*

Boetius Metro. 2. lib. 5.

*Puro clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus:
Qui tamen intima viscera terre
Non valet, aut pelagi, radiorum
Infirma perumpere luce.*

Virgilius Georgicã.

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas.

Virgil. in Ætna.

*Nam que mortali spes est, que amentia maior,
In lovis errantem regno perquirere velle?*

Ovid. lib. 3. Fastor.

*Emissi laqueis quid agant, que carmina dicant,
Quaq; trahant superis sedibus arte Iovem?
Scire nefas homini est, nobis concessa caventur.*

Virgil. in Ætna.

*Sed prior hæc omnium cura est cognoscere terram,
Et que nunc miranda tulit natura notare;
Hæc nobis magna affinis celestibus astris.*

Ibidem.

*Tantum opus autè pedes transire & perdere, sequet
Torquemur miseri in parvis.*

Ibidem.

Leves cruciant animos & corpora causæ.

Ovid. lib. 3. Fastorum.

*Nobis concessa caventur.
Quaq; pio dici vatis ab ore licet.*

CHARITAS.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Qui autem servat verbum eius: verè in hoc charitas Dei perfecta est. 1. Ioan. 2.

Si diligimus invicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. Ibid. 4.

In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. *Ibid.*

Univerſa delicta operit charitas. *Proverb. 10.*

Qui deſpicit proximum, peccat. *Ibid. 17.*

Fortis eſt, ut mors, dilectio: dura ſicut infernus æmulatio. *Ibid. 8.*

Aquæ multæ non poterunt extinguerè charitatem: nec flumina obruent illam. *Ibid.*

In tempore tribulationis permanc fidelis: ut in hæreditate illius cohæres ſis. *Eccleſ. 22.*

Ne avertas faciem tuam à proximo tuo. *Eccleſ. 31.*

Majorem charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Ioan. 15.*

Qui manet in me (per charitatem) & ego in eo: hic fert fructum multum, qua ſine me nihil poteſtis facere. *Ibid.*

Charitas Dei diſtuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. *Rom. 5.*

Neceſſitatibus ſanctorum communicantes: per charitatem ſervite invicem. *Ibidem.*

Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit, quæ (na ſunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitate: congaudet autem veritati: omniâ ſuſfert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. *1. Corinth. 13.*

Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans. Et ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum: & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, nihil mihi prodeſt. *Ibidem.*

Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. *Ibidem.*

Charitas nunquam excidit. *Ibidem.*

Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: major autem horum eſt charitas. *Ibidem.*

Sequitur charitatem: æmulamini ſpiritualia. *Ibid. 14.*

Omnia opera veſtra in charitate fiant. *Ibid. 16.*

Fructus Spiritus eſt charitas. *Galat. 5.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

IN charitate pauper eſt dives: ſine charitate omnis dives eſt pauper. Hæc in adverſitatibus tolerat: in proſperitatibus temperat: in duris paſſionibus fortis eſt: in bonis operibus hilaris eſt:

ris eſt: in
ter bono
laude cha

Rad

lorum eſt
radicitus
natur ra
homil. 7.

Habe

tem cha

ritatis.

Non

major e

patet, &

ſervat i

Sola

omnia:

ſola ſit,

mittit i

Cha

um: glu

actio n

Si n

eſt, que

eum b

Ioan. ca

Paſc

us laud

veſtit d

ibidem.

Cha

ædific:

alios e

mater

Sen

Pſalm.

In c

Idem d

Vic

mus, i

opini

ſubſta

ris est: in temporalibus ditissima: in hospitalitate latissima, inter bonos fratres lectissima; inter falsos sapientissima. *August. de laude charitatis.*

Radix omnium bonorum est charitas, & radix omnium malorum est cupiditas, & simul ambæ esse nō possunt: quia nisi una radicitus evulsa, alia plantari non potest. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem non contendit evellere. *Idem homil. 7. super Ioan.*

Habere omnia sacramenta, & malus esse potest: habere autem charitatem, & malus esse non potest. *Augustin. de laude charitatis.*

Non numerositas operum, non diuturnitas temporum: sed major charitas meliorq; voluntas auget meritum. Nam quod patet, & quod later in divinis codicibus, tenet, qui charitatem servat in moribus. *Idem ibid.*

Sola charitas est. quæ vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia: & quæ ubicunq; fuerit, trahit ad se omnia. Scientia si sola sit, inflat: quia verò charitas ædificat, scientiam non perimit inflari. *Idem de doctrina Christiana.*

Charitas est actio rectitudinis, oculos semper habens ad Deum: glutinum animarum, societas fidelium, otio non frigida, actio non fracta, non fugax, non audax, non præceps. *Idem.*

Si non vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatem: fons est, quem voluit Deus ponere, ne deficiamus, & abundantius eum bibamus, quum ad patriam venerimus. *Idem super epist. Ioan. cap. 7.*

Pascit esurientes charitas, pascit & superbia. charitas, ut Deus laudetur: superbia, ut ipsa laudetur. Vestit nudos charitas, vestit & superbia, jejuna charitas, jejuna & superbia. *Idem ibidem.*

Charitas alios parurit, quum aliquis infirmatur: alios curat ædificare: alios contremiscit offendere: ad alios se inclinat: cū alios erigit, aliis blanda, aliis severa, nulli inimica, omnibus mater. *Idem de catechizandis rudibus.*

Semper habet unde det, cui plenum est pectus charitatis. *In Psal. 36.*

In charitate pauper est dives, sine charitate dives est pauper. *Idem de laude charitat.*

Vide quantum bonum est charitas? si ita martyrium fecerimus, ut nostras velimus ob omnibus reliquias venerari: & si, opinionem vulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderimus & substantiam nostram usque ad mendicitatem propriam dederi-

mus: huic operi non tam præmium, quàm pœna debetur: peccidiz magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ. *Hieron. super Epist. ad Galat.*

Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit: habet enim multos intercessores: & impossibile est multorum preces non exaudiri. *Idem 6.*

Tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, quum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & quæ benignè descendit ad infima, valenter incurrit ad summa. *Gregor. in pastoralis.*

Charitatis & pietatis miracula amate: quæ tantò securiora sunt, quantò & occultiora, de quibus apud Deum eò major sit retributio, quò apud homines minor est gloriæ. *Ibidem.*

O bona mater charitas! quæ sive fovet infirmos: sive exercet proventus: sive arguat inquietos, diversis diversa exhibens: sicut filios diligit universos: quum te arguit, mitis est: quum blanditur, simplex est: piè solet sèrvire: sine dolore mulcere: patienter novit irasci: humiliter indignari. Charitas hominum mater est & Angelorum: non solum, quæ in terris, sed etiam quæ in cœlo sunt, pacificavit: ipsa est, quæ Deum homini placavit, & hominem Deo reconciliavit. *Bernh. in epist.*

Cibus indigestus corpus corrumpit, inflatum & hydropicum reddit: si digestus fuerit, nutrit: sic sapientia stomacho animæ indigesta, si non fuerit igne charitatis decocta, malos humores generat. Nunquid non mali mores mali humores sunt? *Idem super illud scientia inflat.*

Mens quam semel affecerit charitas, sui juris esse non finit: metuit quod nescit: dolet quod non oportet: sollicitatur plus quam voluerit: compactur nolens: miseretur in vita. *Idem in Epist.*

Obstinatio non permittit nos alterius cor ingredi: nec suspicio patitur credere nos ab aliis amari: huic duplici morbo duplex charitas medetur: illa scilicet quæ non sua quærit: & iterum illa quæ omnia credit. *Idem in quodam serm.*

Charitas est mors criminum, virtus pugnantium, palma victorum, concordia mentium, societas electorum, quam fides concipit, ad quam spes currit, cui profectus omnium bonorum servit. *Cassiod. super Psalm.*

Charitas Dei quædam vitalis est pluvia virtutum, sub qua & beata volupras germinat, & operatio sancta fructificat. patiens hæc in adversis: temperata in prosperis: humilitate potens afflictione lætissima, inimicis benevola, bonis suis superans malos. *Idem super Psalm. 13.*

§ SIMILIA

UT ma
char
Sicut i
est instru
Ut lun
donum à
dum. *Ibidem.*

CH
14. 7
28. Jacob
cius, 45.
n. 2. 3. D
nathas.
vers. 20.
11. v. 21.
orant, L
7. v. 60.
1. Corint
Galat 4
1. v. 3. F
gelii, P
ses, 1. T
19. Heb
4. v. 7.

QU
Qu
per Co
Origin
Valer. l
V

QU
putar

§ SIMILITUDINES.

UT manus eadem in variis dissecta digitos: sic multorum
charitas. eos unum reddit, discretos tamen. *Plutarch.*

Sicut ignis in omnibus officinis omnium artium & operum
est instrumentum: ita sine charitate nihil rectè geritur. *Erasm.*

Utluna quod luminis accepit à Sole, mundo refundit: ita
donum à Deo acceptum, in commodum aliorum est conferen-
dum. *Ibidem.*

§ EXEMPLA SACRA.

Charitatis & dilectionis mutue exempla: Abraham, *Genes.*
14. v. 14. & 18. v. 2. 24. & 22. v. 2. Isaac, & Rebecca *25. v.*
28. Jacob, *26. v. 18.* Israel, *37. v. 3. & 44. v. 20.* Joseph & fratres
eius, *45. 15.* Moses, *Exod. 32. v. 32. Num. 14. 19.* Israelitæ, *Iudic. 21.*
n. 2. 3. Debora & Barac, *5. 9.* Elcana, *1. Sam. 1. 5.* Saul, *16. 21.* Jo-
nathas, *18. 1. & 19. 1. & 20. v. 17.* Israel & Juda, *18. v. 16.* Michol,
vers. 20. David, *2. Sam. 1. v. 24. 25. & 18. v. 33.* Roboam, *2. Paral.*
11. v. 21. Joseph vir Mariæ, *Matth. 1. vers. 19.* qui pro socio Petri
orant, *Luc. 4. 38.* Samaritanus, *Luc. 10. v. 34 35.* Stephanus, *Act.*
7. v. 60. fideles Ephesij, *Act. 20. 37. Ephes. 1. 15.* Paulus, *Rom. 9. 3.*
1. Corinth. 4. v. 14. 21. & 3. v. 1. 2. 2. Corinth. 11. v. 29. & 12. v. 15.
Galat. 4. 16. 1. Thes. 2. 8. Philip. *1. 24. & 4. v. 1. 1. Timoth. 1. 2. Tit.*
1. v. 3. Philem. v. 1. 19. Galatæ, *Galat. 4. v. 14. 15.* Ministri Evan-
gelii, *Philip. 1. v. 3. Colossenses, Coloss. 1. v. 3. 4. Thessalonicen-
ses, 1. Thess. 1. v. 3. & 4. 10. 2. Thess. 1. v. 3. Philemon, Philem. v. 5.*
19. Hebræi, Hebr. 6. v. 10. Joannes Evangelista, *1. Ioan. 3. v. 18. &*
4. v. 7. 11. Pastores Thyatirenses, *Apocalip. 2. v. 19.*

§ HIEROGLYPHICA.

Quod mutuis sese osculis Columbe suavientur, ansam dedis-
que charitatem, amoris quippe pii virtutem, hieroglyphi-
per Columbam nonnulli interpretentur. Et Apostolum citat
Origines, qui de charitate locutus, Columbam protulerit. *Pierius*
Valer. lib. 22. pag. 202. F. & 203. A.

Vide Amor, Dilectio.

CIVITAS.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Qui periculū non timet proposita invidia, morte, poena, qui
nihilò sequius Rempublicam defendit: is vir verè, & civis
putandus est. *Pro Milone.*

Civis

Civis est is qui patriam suam diligit, ac bonos omnes salvos, incolumesque desiderat. *In Vat.*

Ab omnibus huiusmodi civis laudandus ac diligendus est, qui non solum Reipubl. civem improbum removel: verum etiam seipsum eiusmodi fore profiteatur ac præstat: ut sibi non modo, communi voluntate virtutis atque officii: sed etiam ut quadam magis necessaria ratione, rectè sit honesteque vivendum *5. Act. in Verr.*

Civem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere: neque summissum, & abjectum: neq; sese efferentem: tum in Republica velle, quæ tranquilla & honesta sunt. *1. Offic.*

Nihil viro bono & quieto & bono civi magis convenit, quàm abesse à civilibus controversiis. *Ad Attic. 9. Epist.*

Civis non est habendus, qui civile bellum concupiscit. *Philipp. 3.*

Ingratus est, injustusq; civis, qui amorum periculo liberatus: animum tamen retinet armatum. *Pro Marc.*

Civem ab hoste non natura ac loco sed animo factisq; distinguimus. *Paradox. 4.*

Hi & audaces & mali & perniciosi cives putantur, qui incitant populi animos ad seditionem: aut qui largitione cæcantes imperitorum: aut qui fortes & claros viros, & bene de Republica meritos in aliquam vocant invidiam. Qui verò sceleratorum impetus & conatus represserunt, qui auctoritate, qui fide, qui magnitudine animi, consiliis audaciam resistunt? ii boni cives semper habiti sunt. *Pro Sestio.*

Civitas in seditione non potest esse beata. *1. de Finib.*

Proprium est civitatis atq; urbis, ut sit libera, & non sollicita suæ rei cujusque custodia. *2. Offic.*

Milites perire est melius, quàm in sua civitate sine armorum præsidio non posse vivere: præsidium charitate & bevolentia civium septum oportet esse, non armis. *2. Philipp.*

Non est illa tum civitas, cum leges in ea nihil valent: cum judicia jacent: cum mos occidit patrius. *Paradox. 4.*

In hoc vel maximè vitiosa est civitas, quæ largitione interposita, virtutis ac dignitatis oblivisci solet. *De pet. Conf.*

Vide Patria, Urbs.

CLEMEN-

CLEMENTIA.

Consule Loc. de Humanitate, Mansuetudine, Patientia, & in primis de Misericordia.

COGITATIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Cogitationes justorum, justæ. consilia impiorum, fraudulenta. *Proverb. 12.*

Mens iusti meditabitur sapientiam: Os impiorum redundat malis. *Ibid. 15.*

Revela Domino opera tua: & dirigentur cogitationes tuæ. *Proverb. 16.*

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei: & in mandatis illius maxime assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. *Eccles. 6.*

Cogitatus sensati in omni tempore, vel metu non depravabitur. *Ibid. 22.*

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, nõ quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. *1. Cor. 3.*

Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate. *Philip. 2.*

De cætero fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ: si qua virtus est, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. *Philip. 4.*

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Matth. 5.*

Videns autem Deus, quòd multa malitia esset in terra: & cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra: & præcavens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus: delebo, inquit, hominem, quem creavi, à facie terræ. *Genes. 6.*

Dolus, in corde cogitantium mala. *Proverb. 12.*

Abominatio Domini, cogitationes malæ. *Proverb. 15.*

Qui attronitis oculis cogitat prava: mordens labium suum perficiet malum. *Ibid. 16.*

Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. Cogitatio stulti, peccatum est: & abominatio hominum detractor. *Ibid. 24.*

Perversæ cogitationes separant à Deo. *Sapient. 1.*

In cogitationibus impii, interrogatio erit. *Ibid.*

Impii

Impii secundum quæ cogitaverunt, correptionem habebunt
Idem 3.

Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit
terrena habitatio sensum multa cogitantem. Non est cogitatio
impiorum, prudentia. *Ibidem 9.*

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne
forte elidatur virtus tua per stultitiam. *Eccles. 6.*

Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens, & ep
rans, cogitat stulta. *Ibid. 16.*

Sicut in percussura cribri remanebit pulvis: sic aporia homi
nis in cogitatu illius. *Ibidem 27.*

Cogitationes eorum inutiles. *Esa. 59.*

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adul
teria, fornicationes, furta, falsa testimonia & blasphemiae: hæc
sunt, quæ coinquinant hominem. *Matth. 15.*

Auferte præputia cordium vestrorum, viri Juda: ne forte egre
diatur, ut ignis, indignatio mea, & succendatur, & non sit, qui
extinguat: propter malitiam cogitationum vestrarum. *Ierem. 4.*

Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias: usquequo
morabuntur in te cogitationes noxiæ. *Idem ibidem.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Cogitationes nostræ non sunt in potestate nostra. *Augustin.*
lib. 4. cont. Peti.

Quicquid pudet dicere, pudet & cogitare. est tutissimum at
que perfectum, ut assuescat animus sollicita semper & pervigili
custodia discernere cogitationes suas, & ad primum animi mo
tum, vel probare vel reprobare, quod cogitat: vel bonas cogita
tiones alar, vel statim malas extinguat. Hinc namq; sors est bo
ni, & origo peccandi. Ibi maxime oportet observare peccatum,
ubi nasci solet: statimq; ad primam tentationis faciem, & ma
lum ante quam crescat relinguere, dum adhuc est in cogita
tione. *Hieron. in epist. ad Demetriadem.*

In illa tantum cogitatione peccatum, quæ suggestioni con
sensum mentis dedit: quæ malum suum blandè fovet: quæ in
factum gessit irumpere. Hujus cogitatio est, si ex aliquo im
pedita casu non impleat voluntatem: nihilominus æstione cri
minis condemnatur à Domino: ut illud in Evangelio legimus,
qui viderit mulierem ad concipiscendum. *Idem ibid.*

Tunc ad perfectionis summam pertingimus, quum sic exte
riora vitia vincimus, ut cogitationes superfluas à mente resece
nt. Nam tanto longius mens à necessariis cessat, quanto ina
nia latius cogitat. *Gregor. lib. 2. moral.*

Peccata

Peccata operis tantò citius cognoscuntur, quantò exterius videntur: peccata verò cogitationis eò ad intelligendum sunt difficilia, quò invisibiliter perpetrantur: & tantò latius cogitationes defluunt, quantò se esse securus æstimant: quia foris à reprehensoribus non videntur. *Idem lib. 11.*

Magno studio superfluz cogitationes amputandæ sunt: sed tamen amputari funditus nequaquam possunt. Semper enim caro superflua generat: quæ semper spiritus ferro sollicitudinis rescindat. *Ipem lib. 5.*

Electorum mentes, si quas in se carnales cogitationes inveniunt, pœnitentiæ ardore consumunt: nec cogitationes suas dilatarì carnali voluptate permittunt: quia eò semetipsos iudicantes subtiliùs feriunt, quò districtum iudicem præstolantur vicinum. *Idem lib. 12.*

Quum reproborum mentibus occasio perpetrandi peccati deest: desideriorum cogitationes eorum cordibus: ullatenus defunt: & quum non semper diabolum sequuntur in opere: valde tamen se illi obligant in cogitatione. *Idem lib. 14.*

Antè Dei oculos vacuæ nò transvolant cogitationes nostræ, & nulla momenta temporis per annum transeunt sine statu retributionis. *Idem lib. 20.*

Sæpè misericors Deus eò citius peccata cordis abluit, quò hæc exire ad opera non permittit: & cognita nequitia, tantò citius solvitur, quantò effectu operis non ligatur. *Idem in Pastoral. cap. 53.*

Si à domo mentis ad monumentum ratio discedat, quasi absente domina, cogitationum clamore, velut garrula ancillarum verba, multiplicat. Ut autem ratio ad mentem redierit: mox se confusio tumultuosa compescit, & quasi ancillæ se ad injunctū opus tacitè reprimunt, dum cogitationes protinus se causis propriis ad utilitatem subdunt. *Idem in Moral.*

Cogitatio est improvidus animi respectus ad evagationem pronus. *Castiod. super Psalm. 38.*

Quocunq; tempore non cogitaveris Deum, puta tempus illud amisisse. *Cæsarius monitione 2. cap. 3.*

Contemplatio est illa species, quæ rapit omnem animã desiderio sui tantò ardentiorè, quantò mundiorè: & tantò mundiorè, quantò ad spiritualia surgentem, quantò carnalibus desiderijs & terrenis affectibus morientem. *August. de Trinitat.*

Qui didicerunt à Domino Jesu Christo mites esse & humiles corde: plus cogitando & orando proficiunt, quàm legendo & audiendo. *Epist. ad Paulin.*

Tuta vita est, in qua nihil sit, quod timeas: quæ compensatur mentis placiditate, levatur usu, sustentatur otio, non occupatur alienis molestiis, non urgetur urbanis discursibus. *Ambrosius in epist.*

Hæc in Judæa usque hodiè perseverat consuetudo: non solum apud nos, sed etiam apud Hebræos: ut qui in lege Domini meditantur die ac nocte, ac patrem non habent in terra, nisi solum Deum: totius orbis foveantur ministeriis. *Hieronymus contra Vigilantium.*

Mens nostra ad contemplanda interna non perducitur: nisi ab his qui exterius implicant, studiosè subtrahatur. Mens nostra nullo modo ad viam intimæ contemplationis rapitur: nisi studiosè prius à terrenorum desideriorum tumultu sopiatur. *Gregor. lib. 5. moral.*

Nunquam commotioni contemplatio jungitur: nec prævalet mens perturbata conspicerè, ad quod vix tranquilla valet inhiare: quia nec solis radius cernitur, quum commotæ nubes cæli faciem obducunt: nec turbatus fons respicientis imaginè reddit, quam tranquillus propriè ostendit: quia quò ejus unda palpitat, eò in se speciem similitudinis obscurat. *Ibidem.*

Contemplari Dei sapientiam non possunt, qui sibi videntur esse sapientes: quia tantò ab eius luce longè sunt, quantò apud semetipsos humiles non sunt: quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit: & unde se lucere præ cæteris æstimant, inde se lumine virtutis privant. *Idem lib. 28. moral.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ausonius de ludo 7. Sapient.

Μελέτη τί πάντων qui dixit & dictum probo,
Meditationem id esse, rectè quod geras.

Ibidem.

Is quippe solus rei gerenda est efficax,
Meditatur omne qui prius negotium.

Terentius in Adelphis.

O Demea, istud est sapere, non quod antè pedes modo est
Videre: sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere.

Ausonius de ludo 7. Sapient.

Adversa rerum, vel secunda prædicat
Meditanda cunctis comicus Terentius:
Locare sedes, bellum gerere, aut ponere
Magnas, modicasq; res etiam, parvas quoque

Agere

*Agere volentem, semper meditari decet.
Nam segniores omnes inceptis novis,
Meditatio si rei gerende defuit.*

Ibidem.

*Nihil est quod ampliozem curam postulet,
Quam cogitare quid gerendum sit: Achinc
Incogitantes fors, non consilium regit.*

§ SIMILITUDINES.

Porphyrus serpens venenum habet: sed quoniam edentulus, sibi habet: ita quidam malè cogitant, sed quòd desit facultas, nemini nocent. *Erasm.*

Quemadmodù quæ in usu sunt, & manù quotidie tactumq; patiuntur, nunquã periculum situs adveniunt: at illa quæ ad oculos non revocantur, sed extrà oculos ut supervacua jacuerunt, sordet ipsa colligunt vetustate: ita quicquid frequens cogitatio exeret ac renovat, memoriæ nunquam subducitur, quæ nihil perdit, nisi ad quòd sæpè non respexit. *Senec. lib. 3. de beneficiis. cap. 2.*

Quemadmodum artifices ex alicuius rei subtilioris intentione: quæ oculos defatigat, si malignum & non præclarum lumen habent, in publicum prodeunt: & in aliqua regione ad populi oculum dedicata, oculos libera luce delectant: sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio clusus, quoribus potest, apertum petit, & in rerù naturæ contemplatione requiescit. *Sen. epist. 66.*

Ut qui ex claro sole redierunt in umbrã, his caligant oculi: ita qui à divinorù contemplatione, ad humana recidunt. *Senec.*

Heraclitus dixit vigilantibus unum communem esse mundum: sopitos, in suum quenque discedere: at superstitiosus, ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruatur, semper somniantè cogitatione. *Plut.*

§ EXEMPLA PROFANA.

D. *Augustinus Hipponensis Episcopus*, dum sanctæ Trinitatis mysterium solus in cubiculo sedens contemplatur, ita à se ipso abscesserat: ut à muliere, quæ illum consulere cupiebat, sæpius interpellatus nihil responderet, imò ne respiceret quidem: mulier denique, quia se contemptam putavit, abiit tristis. Postero autem die, cum eum in ecclesia audiret, in spiritu rapta, vidit de Trinitate disputantem, atq; audivit idcirco se illum die hæteno frustra quidem adisse: quod eiusmodi meditatione occupatus, ipsam neq; videre, neq; omninò sentire potuisset, ac proinde ne redire dubitaret. Rediit & quòd petierat consilium sine cunctatione accepit. *Marul. lib. 2. cap. 4. & Sab. lib. 2. cap. 6.*

D. Thomas Aquinas Parisiis cum Philippo, aut (ut Campa-

P

nus scribit) Ludovico Gallorū rege cœnans, animo alienatus, cum ne oculis quidem conniveret tandem percussa manu mensa exclamavit, adversus Manichæos conclusum est. Quod factū eum rex admiraretur, Thomas cum rubore respondit: argumentum sibi in mentem venisse, quo Manichæorum dogma penitus everteret. *Fulgosius lib. 8. cap. 7.*

Atlantem Lybicum tanta cœlestis cursus cognoscendi voluptas incessit: ut spreto hominum commercio, in altissimum Africa occidentalis montem secesserit solus. Itaque & monti nomen indidit, & ob singularem cœlestium rerum cognitionem cœlum suis humeris fulcire dictus est. *Theat. Zuīng. fol. 24.*

Indorum Gymnosophistæ ab exortu solis ad occasum usque eodem in loco perstant: alternis sæpè pedibus toto die ferventissimis arenis insistant: solemq; immobilibus oculis continentur: ut hac ratione & animum contemplatione, & corpus laborum tolerantia exercent. *Plin. lib. 7. cap. 2.*

Archimedes, qui machinationibus suis multum ac diū victoriam M. Marcelli Syracusas obsidentis inhibuerat, cum capta urbe, animo & oculis in terram defixis, formas describit, militi, qui prædandi gratia domum irruerat, strictoque super caput gladio, quis nam esset, interrogabat? propter nimiam cupiditatem investigandi quod requirebat nomen suum indicare non potuit: sed protecto manibus pulvere: noli (inquit) obsecro, istum circulum disturbare, ac perinde quasi negligens imperii victoris, obruncatus, sanguine suo artis suæ lineamenta confudit. *Valer. lib. 8. cap. 7.*

P. Scipio Africanus antè lucanis horis in Capitolium ascendens, in templo Jovis Opt. Max. prius contemplabundus sedebat, quàm in senatum descenderet: ut ea quæ Reipub. salutaria essent, deorum prius pacè implorata, invenire & patribus proponere posset. *Gellius lib. 7. cap. 1. ex Julio Hygino & C. Oppio refert: eoq; Jovis filium creditum.*

Carolus Magnus ad cervicale pennam & encaustum cum pergameno noctu reponebat: ut si quid in lecto cogitanti utile occurreret, signare posset, ne è memoria laboretur. Vicinus etiam lecto erat paries cera illitus, cui, si quid in tenebris occurrisset, inscriberet. *Eginard. in vita Caroli, & Henrici. Ephordensis.*

Carolus V. Imp. antequam quicquam aggrediretur, diū multumq; prius deliberabat, in publicum non prodibat, nemini ad se intromittebat, sæpè quin etiam morbum simulabat. Quo ipso effectit, ut non prius ejus consilia deprehenderentur, quàm in opus deducta essent. *Theat. Zuīng.*

COGNITIO SUL.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Persius Satyr. 4.

*Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed precedenti spectatur manica terga.*

Horat. Satyr. 3. lib. 1.

*Mævius absentem Nevium cùm caperet, heus tu?
Quidam ait: ignoras te, an ut ignotum dare nobis
Verba putas? Egomet mi ignosco Mævius inquit:
Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari.*

Terentius Heauton.

*Dii vestram fidem! Itan' comparatam esse hominum naturam
omnium:
Aliena melius ut videant & judicent, quàm sua?
An eo fit, quia in re nostra, aut gaudio sumus prepediti nimio,
aut egritudine?*

Horat. lib. 1. Satyra 3.

*Denique te ipsum
Concute, num tibi quid vitiorum in se verit olim
Natura aut etiam consuetudo mala? Namque
Neglectis wrenda filix innascitur agris.*

Persius Satyra 1.

Nō te quæsi veris extrā.

Idem Satyr. 1.

*Discite q; o miseri, & causas cognoscite rerum:
Qui sumes, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis dat res, aut metæ, quàm molles flexos, & undæ,
Quam modicos argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummos habet, patria carisq; propinquis
Quantum elargiri deceat: quem te Dives esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re?
Disce.*

Idem 4. Satyr.

*Respice quod non es, tollat sua munera cerdo:
Tecum habita, & noræ quàm sit tibi curta supelleæ.*

Juvenalis Satyr. 11.

*Illum ergo jure
Despiciam, qui scit quantò sublimior Atlas
Omnibus in Lybia sit montibus, hic tamen idem.*

CO COGNITIO SUI. COMBUST. COMBUR.

*Ignoret quantum ferrata distet ab arca ?
Sacculus è cælo descendit γῆθη σκαῶν,
Figendum, & memori tractandum pectore: sivo
Conjugium queras, vel sacri in parte senatus
Esse velis.*

¶ APOPTHEGMATA.

T Hales cuidam percontanti quid esset difficile? Seipsum, inquit, nosse. Atqui hoc vulgus putat esse facilimum. Aliena rectius perspicimus quàm nostra, & sibi quisq; adulator est. *Laert. lib. 1.*

Socrates dicebat, sese nihil scire præter hoc unicum, quòd nihil sciret: reliquos verò ne hoc quidem scire. Anton. in Meliss. part. 1. serm. 59.

Idemroganti cur nihil scriptum ederet? respondit: quia video chartam multò pretiosiore, quàm ea quæ scribenda forent. Stobæus.

Heraclitus juvenis adhuc omnium sapientissimus esse judicabatur, quòd rogatus quid sciret, respondisset: sat scio, quòd nihil scio. Ex Aristonymi scriptis recitat Stobæus serm. 21. Anton. Melissa, part. 1. serm. 59. Maxim. serm. 56.

Diogenes interrogatus quonam modo quis suimet præceptor fieri posset? respondit: si seipsum eis, quibus alios increpat, increpaverit. Stob. serm. 1.

Demonax interrogatus, quando cœpisset philosophari? tum dixit, cum cognoscere meipsum incœpi. Stob. serm. 21.

Vide, Amor sui, & Philantia.

COMBUSTIO COMBURERE.

¶ EXEMPLA SACRA.

C ombustorum, & igne devoratorum exempla: Sodomitæ & Gomorrhitæ, *Genes. 19. vers. 24. 25.* Nadab & Abihu, *Levit. 10. v. 1. 2.* Ducenti quinquaginti viri, *Numer. 16. vers. 33. 34. 35.* Thammathæus & uxor ejus, *Judic. 15. vers. 6.* Saul & filii ejus, *1. Sam. 31. v. 12.* Quinquagenarii duo cum quinquaginta viris, *2. Reg. 1. vers. 10. 11. 12.* Filii & filia Israelitarum, *2. Reg. 17. v. 17.* Filii Sepharvaim, *vers. 31.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

E mpedocles, se in ardentis Ætnæ specū intempesta nocte conjecit, ut cum repenti non apparuisset, abiisse ad Deos crederetur. *Horatius in arte.*

Plinius

CO COMITAS. COMMISERATIO. 115

Plinius secundus Veronensis, Vespasiani Imperatoris tempore, eū opus de natura successivis temporibus conscriberet in montis Vesuvii incendio, dum eius causam indagare cupit, perit. *Volat. lib. 18. Antrop.*

Fama est *Cæsum Bassum*, poetam lyricum, in suis prædiis ardente Vesuvio, lateq; vagantibus flammis, cum villa sua conflagrasse. *Theat. Zuing. fol. 477.*

Saxo lib. 7. historię Danicę ait, Frothonem regem in antro, quo fugerat, flamma & fumo fuisse suffocatum.

Sarnis Galli, *Alpium accolę* à *Q. Martio* rege obsessi: cum nullam libertatis spem superesse viderent, interfectis liberis, & conjugibus, se cum omni præda igni absumendos objecerunt. *Eutrop. lib. 4. Orofius lib. 5.*

Capta à *Carolo V. classe anno 1532. Naupacto*, Turcæ quidam crudelitate Christianorum territi, media inclusi turre, seipos & turrim torumq; penè Castellum succenso tormentario pulvere concremârunt. *lo vius lib. 31. histor.*

COMITAS.

§ APOPHTHEGMATA.

A *Ntalcida* rogatus à quodam, quo pacto quis maximè placere possit hominibus? Si, inquit, loquatur illis injucundissima, præster autem utilissima. *Plut. in apoph. Lacon.*

Telectrus fratri suo quærenti, quòd cives ergà se non proinde afficerentur, atque ergà illum: sed inhumanius tractarent, quòd nondum ab illis esset creatus *Ephorus*. ut (inquit) extrà omnem comitatem positus, injuriam ferre nescis: ego autem scio. *Plut.*

Trajanus Imp. amicis incusantibus quod parum memor imperatoris majestatis, nimium esset omnibus expositus: respondit: talem præstabo me Imperatorem privatis, qualem optarem ipse privatus. *Erasmus Roter. lib. 8. apoph. Brus. lib. 3. cap. 4.*

Vide locum, de Affabilitate, Humanitate, Misericordia, Mansuetudine.

COMMISERATIO.

§ EXEMPLA SACRA.

Commiserationis exempla: *Abraham, Genes. 14. v. 14. Melchisedech, v. 18. Ruben, 37. v. 21. Joseph, 43. vers. 30. & 41.*

v. 1. Obstetrices, *Exod. 1. v. 17.* Filia Pharaonis, *Exod. 2. vers. 6.* Moses, *v. 12. 17. & 32. v. 32.* Num. *12. v. 13.* Gedeon, *Judic. 8. v. 5.* Israelitæ, *21. v. 15.* Booz, *Ruth. 2. v. 8. 9.* Samuel, *1. Sam. 16. v. 1.* David, *30. v. 23. 24.* Sobi & Machir, *2. Sam. 17. v. 27. 28. 29.* Pueri mater, *1. Reg. 3. v. 26.* Abdias, *18. v. 4.* Elias, *17. v. 19.* Elifseus, *2. Reg. 4. v. 2. & 6. v. 23. & 8. v. 12.* Josabeth, *2. Paralip. 22. v. 11.* Azarias, Barachias, & c. *2. Paralip. 28. v. 15.* Nehemias, *Nehem. 1. v. 4. & 2. v. 3.* Amici Job, *Iob. 2. v. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 30. v. 25.* Esther, *Esth. 7. v. 3.* Tobias, *Tob. 1. v. 19.* Esaias, *Esa. 21. v. 3. & 22. v. 4.* Jeremias, *Iere. 4. v. 19. 31. & 19. v. 1. Thren. 2. v. 11.* Abde-melech, *Iere. 38. v. 7. 9.* Baruch, *45. v. 3.* Dominus, *48. v. 32.* Amos, *7. v. 3.* Ezechiel, *Ezech. 3. v. 14. & 9. v. 4.* Darius, *Daniel. 6. v. 18.* Onias, *2. Mach. 3. v. 16. 17.* Antiochus, *4. v. 27.* Discipuli, *Matth. 15. v. 23.* JESUS CHRITUS, *Matth. 8. v. 3. & 9. v. 2. 36. & 14. v. 14. & 15. v. 32. & 20. v. 34. & 23. v. 37. Marc. 1. v. 41. & 6. v. 37. & 8. v. 2. Luc. 7. v. 13. & 19. v. 41. Ioan. 5. v. 6. 9. & 11. v. 33. 35. & 19. v. 26.* Paterfamilias, *Matth. 18. v. 27.* Samaritanus, *Luc. 10. v. 33.* Viduæ, *Actor. 9. v. 39.* Paulus, *17. v. 16. Rom. 9. v. 2. 3. 2. Cor. 2. v. 7. 8. & 12. vers. 21. Galat. 4. v. 19. Philip. 3. v. 18. Philem. vers. 10.* Custos carceris, *Actor. 16. vers. 33.* Fideles Thessalonicenses, *20. v. 37.* Fideles Cæsaræenses, *21. v. 12.* Barbari, *28. v. 2. Hebræi, Hebr. 10. v. 33.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Heraclitus Ephesus philosophus, ad omnem hominum occursum fleuisse dicitur. Dolebat ille, quod nihil sani esset in vita, nihil in homine non caducum, fluxum, & deceptibile. Flevit ille itaque hominum mala, meliore haud dubie affectu, quam Democritus, qui hæc eadem ridebat. Nam hic contemptum arguit & stultitiam: ille justitiam & charitatem. *Sabellius lib. 5. cap. 2.*

Dionysius Sicilia tyrannus, cum mercenarij ad eum interficiendum impetū fecissent, mirabili veste amictus prodiit, comamque pulvere resperxit, & potestati militum suam vitam permisit. Mercenarij ejus miseri, salvū & incolumem dimiserunt. Dionysius eos non ita multo post in urbe Leontinorum circumventos ad unum trucidavit. *Polyæn. lib. 5.*

Seleucus Antiochi F. Syria rex, Asiaticas civitates ingenti classe aggrediebatur, ob auxilia Berenice novæ regis suæ & fratri ex ca nato exhibita. Sed subita tempestate naves omnes amisit. Quæ res Seleuco hoc boni peperit, ut Asiatici omnes, ira in misericordiam versa, sponte sua in fidem infensissimi hostis redierint. *Sabellius lib. 9. En. 4.*

Atheni-

*Atheniensibus naves conscendentibus, commiserationis cam-
pus amplissimus. Theat. Zuing.*

*Antiochus Syriarum rex, qui Nobilis appellabatur, audiens Oniam
summum sacerdotem iniquè occisum, flexus ad misericordiam,
lacrymas fudit. 2. Mach. 4.*

Vide Misericordia.

COMOEDIA.

§ APOPTHEGMATA.

Lacones comœdias & tragœdias non audiebant, ut nec serio
nec joco quicquam audirent repugnans legibus. Leges
enim prohibent stupra, incestum & adulteria: prohibent dolos,
injuriam, furta, cœteraque flagitia: at in fabulis talia poetæ
Diis affingunt. Nec placuit illis quorundam excusatio, fabulas
ad voluptatem fingi, non ad fidem veri. Voluptas ea corrup-
pit imbecillium animos. Hanc ob causam Archilochum poetam
cum venisset Lacedæmonem, eadem hora expulserunt:
quod intellexerant ab illo scriptum: satius esse abjicere arma,
quàm mori. *Plut. in apoph.*

CONATUS.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Quærendi defatigatio turpis est: cum id quod quaeritur, sit
pulcherrimum. *Cic. 2. de Finib.*

Non est consentaneum, ullam honestam rem, actionemve,
ne sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere.
Quod si curam fugimus, virtus fugienda est: quæ necesse est, ut
cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit: ut
bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo.
Laliss.

Sine studio & ardore quodam amoris, in vita nihil quidquam
fit egregium. *1. de Orat.*

Diligentia in omnibus rebus plurimum valet: hæc præcipuè
colenda est nobis, hæc semper adhibenda: hæc, nihil est quod non
assequatur: qua una virtute omnes reliquæ virtutes continentur.
2. de Orat.

Parum valet doctrina: nisi industria, studio, labore, diligen-
tia comprobetur. *3. ad Heren.*

Nihil est in natura rerum omnium, quod se universum pro-

CO CONATUS. CONCORDIA.
fundat, & quod totum repente evolet: sic omnia quæ sunt
quæq; aguntur acerrimè, levioribus principiis natura ipsa præ-
textit. 2. de Orat.

Omnium rerum principia parva sunt: sed suis progressionibus
usu augentur. 5. de Finib.

Nihil in simplici genere omni ex parte perfectum atq; bea-
tum natura expolivit: tanquam cæteris non sic habitura quod
largiatur, si uni omnia concesserit. 1. de Invent.

In omni disciplina, infirma est artis præceptio, sine summa
assiduitate exercitationis 3. ad Heren.

§ SIMILITUDO.

Qui bove venatur leporem, & aratro jacularis, & sagena ca-
prat cervos, si non assequitur, non potest accusare fortu-
nam, sed suam ipsius stultitiam: sic qui conantur, quod non
queant efficere: non debent inculcare fortunam, sed suam de-
mentiam. Plut.

Vide Actio, Exercitatio.

CONCORDIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Silius Italicus 9. lib. bel. Pun.
Velle ac nolle ambobus idem, sociataq; lato

Mens ævo, ac parvis dives concordia rebiss.

Titus Calphurnius Ecloga 1.

Este pares: & ob hoc concordēs vivite: nam vos
Et decor, & cantus, & amor sociavit, & etas,

Horat. 1. Car 13.

Felices ter, & ampliùs,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Divulsis querimoniis
Suprema citius solvet amor die.

Publ. Syrus.

Discordia fit carior concordia:
Auxilia humilia, firma consensūs facit.

§ APOPHTHEGMATA.

Melanthes quam Gorgias sophista recitaret in Olympiaca
ludis apud Græcos orationem de concordia: Melanthes
quidam, hic, inquit. de concordia totius Græciæ disserit, qui si-
bi, uxori, & ancillæ tribus dantaxat, ut concorditer vivant
nonduo perfasit. Bras. 2. apophth.

Ag. illos

Agessilaus à quodam percontatus, quam ob causam Sparta mœnibus non cingeretur? ostendit cives armatos & unanimes: hi, inquit, sunt Sparta civitatis mœnia. *Plut. in apoph. Lacon. Erasim. lib. 1. apoph.*

idem similiter cùm alius quidam interrogasset hoc ipsum civitatem non faxis lignisve, sed pro vallis ac mœnibus, inco-
lentiũ virtute muniri oportere, ait: quos si jungit, concordia: nullus potest esse murus inexpugnabilior. *Plut. in Lacon. apoph.*

Iovianus Imp. cùm sollicitaretur, ut responsum daret Macedo-
nianis supplicantibus: odi, respondit, omne contentionis ge-
nus: concordiam autem unice amplector & amo. *Nicephorus
Callistus lib. 10. cap. 40. Eccles. hist.*

Mycipsa rex jam jam moriturus, filios suos paterno monet
affectu: ut concordēs sint, aureis semper literis scribendam sen-
tentiam addens: Concordia parvæ res crescunt: discordia autē
maximæ dilabuntur. *Sallustius de bello jugurtino.*

§ SIMILITUDINES.

UT singula hastilia faciliè frangas, conjuncta non possis: ita
dissidentes faciliè superantur, concordēs haud faciliè. *Plu-
tarchus.*

Duabus vocibus simul sonantibus, gravior fit concentus: ita
quicquid fit in familia, fit quidem utriusque consensu: sed ta-
men arbitrio mariti. *Plutarch.*

Ut in corpore ex humidi, frigidi, calidi, siccī temperatura,
optima fit constitutio: sic ex fratrum concordia maximè floret
humanum genus. *Plutarch.*

Tyrrhenus lapis, quamvis grandis innatat, comminutus si-
dit: ita concordia sustinemur, discordia pessum imus. *Plin. lib. 2.
cap. 102. & Aristot. de natur. cap. 12.*

Uel lapis è Styro fluctuat integer, sidit comminutus: sic res
discordia pessum eunt, concordia sustinentur. *Plin. lib. 36. cap. 17.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Concordiæ exempla: Abraham & Loth, *Genes. 13. vers. 8.*
Apostoli, *Actor. 1. vers. 14.* Fideles, *Actor. 2. vers. 44. 46. &
4. vers. 32.*

§ HIEROSLYPHICA.

ROmani veteres per *Lyra* hieroglyphicum concordiam figu-
rarunt. *Pier. Valer. lib. 47. pag. 457. C.*

Rei familiaris concordiam in confortibus, per duas *Perdices*
incumbentes exprimere plerique voluerunt: propterea quod
Perdices interdū remisso ardore illo, quo suprâ modum in libi-

CO

CONCUPISCENTIA.

dinem efferaſcunt, unanimi concordia mas & foemina rem familiarem eurent: quippe bina ovorum faciant receptacula, in quoru altero mas, in altero foemina incubet, ova inter ſe partiu, excludatq; uterq; ſua, atq; educet. *Pier. Valer. lib. 24. pag. 227. B.*

Mercurii Caduceus angues illos circumvolutus habens, quos ipſe, ut poe'tae narrant, pugnantes cum inveniffet diremit: ita ut ambo caduceo ejus adhaerint, concordiae ſymbolum eſt, ut in antiquis numiſmatis apparet. *Eruditus quidem lib. 1. Hieroglyphicorum pag. 571.*

Vide locum de Amicitia, Amore, Charitate, Dilectione.

CONCUPISCENTIA.

§ SENTENTIA BIBLICA.

NE ſequantur cogitationes ſuas, & oculos ſuos per res varias fornicantes. *Numer. 15.*

Oculus malus ad mala non ſatiabitur pane indigens, & triſtia erit ſuper menſam ſuam. *Eccleſ. 14.*

Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis uxorem ejus: non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, nec omnia, quae illius ſunt. *Deut. 5.*

Aufer iram a corde tuo, & amove malitiam a carne tua: adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt. *Eccleſ. 11.*

Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui. *Eccleſ. 5.*

Virginem ne conſpicias: ne forte ſcandalizeris in decore illius. *Ibid. 9.*

Averte faciem a muliere compta: & ne circumſpicias ſpeciem alienam. *Ibid.*

Propter ſpeciem mulieris, multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia, quali ignis exardescit. *Ibid.*

Ne reſpicias in mulieris ſpeciem: & ne concupiſcas mulierem a ſpecie. *Ibid. 25.*

Post concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua averte re. Si praestes animae tuae concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. *Eccleſ. 18.*

Aufer a me vanas concupiſcentias: & concubitus concupiſcentiae ne apprehendant me. *Ibid.*

Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit. *Matth. 6.*

§ SENTEN.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: id est, hoc sine & animo attenderit, ut eam concupiscat: quod jam non est delectatione carnis, sed planè consensere libidini: ita ut non refrænctur illi: us appetitus: sed si facultas fuerit, satietur: hic mœchatus est. *August. de serm. Domini, lib. 1.*

Nescio quomodo hoc ipsum, quod concupiscitur, sit iacundius, dum vetatur. *Idem de Spiritu & Litera.*

Concupiscencia minui potest: consumi non potest in hac vita. *Idem lib. 5. contra Iul.*

Qui viderit mulierem, &c. Inter passionem & propassionem hoc interest: quod passio reputatur in vitium: propassio licet inicit culpam habeat: tamen non tenetur in crimine: ergo qui viderit mulierem, & anima eius fuerit tuillata, hic propassione percussus est. Si verò consenserit, & de cogitatione affectum fecerit: sicut scriptum est in Davide: transierunt in effectum cordis, de propassione transiit ad passionem, & huic voluntas peccati non deest, sed occasio. Quicumque ergo viderit, id est, si sic aspexerit, ut concupiscat, ut facere disponat: iste rectè mœchatus dicitur eam in corde suo. *Hieron. super Matth. lib. 1. cap. 14.*

Caro quæ concupiscitur, pensetur quid sit exanimis, & intelligatur quid ametur. Nil quippe sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet, quam ut quisque hoc, quod vivum diligit, quale sit mortuum penset. *Gregor. lib. 18. moral.*

Vitius quidam pravi desiderii, delectationis terrenæ animam violare non patitur, & citius retrahit mentem, si fortè aliquando sublevatur. *Bernh. in serm. super Cant.*

Concupiscencia carnis, est motus animæ in affectu sordidæ cogitationis. *Isidor. lib. 2. de summo bono.*

Cætera vide in loco de Cupiditate.

CONFESSIO.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam & gratiam. *Eccles. 4.*

Non confundaris confiteri peccata tua: & ne subicias te omni homini pro peccato. *Ibid.*

De negligentia tua purga te cum paucis. *Ibid. 7.*

Non

Non demoreris in errore impiorum: antè mortem confite-
re. A mortuo quasi nihil petit confessio, confiteberis vivens,
vivid & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in
miserationibus illius. *Ibid. 17.*

Averte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda
cor tuum. *Idem 38.*

Vade & ostende te sacerdoti, & offer munus tuum. *Matth. 8.*
Quocumque solveris super terram, erit solutum & in caelis.
Ibid. 16.

Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in ce-
lis: & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in ce-
lis. *Ibid. 18.*

Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum re-
tinueritis, retenta sunt. *Ioan. 20.*

Ore autem confessio fit ad salutem. *Rom. 10.*

Revela Domino opera tua, & diriget cogitationes tuas. *Pro-
verb. 16.*

Iustus prior est accusator sui. *Ibid. 18.*

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confes-
sus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Ibidem
cap. 28.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Confessio est salus animarū: dissipatrix vitiorum: oppugna-
trix dæmonum: quid plura? obstruit os inferni, portas ape-
rit paradisi. *August. in lib. de pœnit.*

Plurimum suffragatur Deo verecunda confessio: & pœnam,
quam defensione evitare nō possumus, pudore revelamus. *Am-
brosius in lib. de Ioseph. cap. 36.*

Qui se accusat, etsi peccator sit, iustus esse incipit: quia nec
sibi parcat, & Dei iustitias confitetur. *Idem super Beati imma-
culi, &c.*

Cessat vindicta divina: si confessio præcurrat humana. *Ibi-
dem.*

Qui promereri vult quod expetit, debet malum confiteri
quod fecit. Valdè enim facilè est, ut peccatorem se quisque
fateatur quum nihil pro peccato suo patitur. *Gregorius lib. 8.
moral.*

Trux morsus à serpente fugit conscientiam sacerdotis: ad
quem cum magis oportuerat, tanquam ad sinum recurrere ma-
tris. *Bernh. super Cant.*

§ SENTEN-

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 11. *Metamorph.*

*Mite Deum numen Bacchos, peccasse fatentem
Restituit, facti q. fide data munera solvit.*

Idem lib. 10. *Metamorph.*

Numen confisus aliquod patet.

Horat. *Satyr.* 3. lib. 1.

*Qui ni tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat, ignoscet verrucas illius. a quum est
Peccati veniam poscentem reddere rursus.*

Claud. in *Epigram.* *satisfact.*

*En adsum, & veniam confisus crimina posco.
Mambus Hectoris atrox ignorit Achilles.
Victrices furias matris placavit Orestes.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quare vitia sua nemo confitetur? quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare vigilantis est: & vitia sua confiteri, sanitatis est indicium. Expergiscamur ergo, ut errores nostros coarguere possimus. *Senec. epist. 54. ad Lucill.*

§ APOPTHEGMATA.

Pitthagoras dicebat peccata non esse verbistegenda: sed tentandum, ut reprehensionibus curarentur. *Anton. & Max. serm. de injust. peccato, & confis.*

Aristoteles non multum ab impeccabili discedere dicebat, qui peccatum ut decet fateretur. Ibid.

Lysander in Samothracia oraculum petens, iussus est à sacerdote dicere, quid deterrimum in vita egisset? ipse quoq; sacerdotem rogavit, utrum iussu suo, an deorum, id facere oporteret? At illo dicente, deorum. Tu igitur, inquit, mihi concede, ut illis, si percontentur, dicam. Brufon. lib. 2. cap. 13. ex Plutarch. in Laconicis.

Antalcidas interrogatus à sacrorum ministro, quibus rebus per omnem ætatem operam dedisset? non opus est, inquit, ut tibi hoc dicam: sed si quid malè egi, Diis nequaquam incognitum est. Plut. in Lacon.

Anonymus Sacerdos quidam Laconem initiaturus, rogabat in quibus ab ineunte ætate potissimum peccasset? at ille: hoc, inquit, Deos nequaquam latet. Verum cum magisurgeret responsum, Lacon rogavit etiam: num hoc sacerdoti, vel diis ipsis dicendum esset? quum respondisset, Diis: tu igitur secede parum, inquit, ne audias, Diis dicturus eram. Plut. in Lacon.

§ EXEM-

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Confessionis privatæ exempla: Adam & Eva, *Genes. 3. vers. 12. 13.* Judas, *38. v. 26.* Fili Jacob, *42. v. 21.* Pharao, *Exod. 9. v. 27. & 10. 17.* Balaam, *Num. 22. 34.* Achán, *Ios. 7. 10.* Saul, *1. Sam. 15. v. 24. 30. & 26. v. 21.* David, *2. Sam. 12. 13. 1. Paral. 21. v. 8. 17. Psalm. 32. 5. & 41. 5. & 51. 6.* Esaias, *Esa. 6. v. 5.* Jeremias, *Ierem. 14. v. 20.* Nehemias, *Nehem. 1. v. 6.* Esdras, *3. Esdr. 8. v. 76. 92.* Jechonias, *v. 93.* Achab, *1. Reg. 21. 27.* Bethuliani, *Iud. 7. v. 18. 19.* Esther regina, *Esth. 14. v. 6. 7.* Job, *Iob. 7. v. 20.* Baruch & Israelitæ, *Baruch. 1. v. 13. 17. 18. & 2. v. 5. 12. & 3. v. 12.* Azarias, *Dan. 3. v. 29. 30.* Daniel, *Dan. 9. v. 5.* Jonas, *Ion. 1. v. 12.* Jerosolymitani, *Matth. 3. v. 6. Marc. 1. 5.* Judas, *Matth. 27. 4.* prodigus filius, *Luc. 15. v. 17. 21.* Publicanus, *18. v. 13.* Zachæus, *19. 8.* Latro, *23. v. 41.* Credentes, *Actor. 2. v. 37. & 19. 17.* Paulus, *22. 4. & 26. 10. 1. Cor. 15. v. 9. Gal. 1. 13. 1. Tim. 1. v. 13. 15.* Confessionis fidei exempla: Jethro, *Exod. 18. 17.* Danielis socii, *Dan. 3. 17.* Petrus, *Matth. 16. v. 16.* Apostoli, *Iohan. 6. 69.* Martha, *Iohan. 11. 27.* Eunuchus Candaces reginæ Æthiopum, *Actor. 8. v. 37.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

A pud Lacedæmonios, si quis in peccato deprehensus fuisset, is cogebatur aram quandam, quæ erat in urbe, circumire, ac vituperationem interim in se ab arte composuã canere? quòd nihil aliud erat, quàm seipsum sua voce objurgare. Ingenui pudore, & laudis amore melius ducuntur ad honesta: virgis aut flagris coedi, servile est, *Plut. in Lacon.*

Claudius Cesar. iræ atque iracundiæ conscius sibi utrumq; excusavit edicto: distinxitq; pollicitus alteram quidem brevem & innoxiam: alteram non injustam fore. *Sueton.*

Attila Hunnorum rex. è pugna Catalaunica veniens, eversurus reliquas Galliæ civitates, interrogatus à D. Lupo Trojæ antistite, quisnam esset, qui tot regibus devictis, cuncta vi sibi subderet? Ego, inquit, sum rex Hunnorum, flagellum Dei. *N. Orlani cap. 9. in Attila.*

Agathocles Siciliæ tyrannus, ignobilitatem generis aperte fatebatur, abacumq; suum fictilibus tantum instruebat, *teste Aufonio.*

Creusa apud Euripidem in Jove, ut flagellantis conscientia stimulos confessione mitiget, detegit occultum suum stuprum, quod filium habuerit ex compressu Apollinis, & illum exposuerit:

Οὐκ ἐπὶ κρύψω λέχῃ ὡς σέβραν
 Ἀποινειάδην, βάλω ἱσορμῆν.

CONJE-

CONJECTURA.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Perinde ut est opinio de cuiusque moribus: ita quid ab eo factum sit, & non factum, existimari potest. *Cic. Pro Cluent.*
De futuris rebus etsi difficile est dicere; tamen interdum possis conjectura propius accedere, quum res est eiusmodi, cujus exitus prævideri potest. *Cic. Torq. Famil. 6.*

Vide Locum de Scientia.

CONJUGIUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Vide Matrimonium.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Quia ægritudini semper consulendum est, propterea si contigerit primo privari conjugio: si voluerit secundas vel tertias intrare nuptias, nullum de illis peccatum habebit, si eas castè servarit: & si fuerit aliquis conjugalibus excessus, qui tamen legitimum non violet horum, habet nonnullum, sed veniale peccatum. *August. de fide ad Petrum.*

Matrimonium non est, ubi datur opera, ne fœmina pariat, *August. lib. 2. de mor. Mani.*

Benè utitur malo, concupiscentiam restringens connubio. *August. de pueror. Bapti.*

Conjugum dissensio, totius domus est perturbatio. *Idem in Psalm. 33.*

Conjugiū humile melius est virginitate superba. *In Psalm. 99.*

Propemodum non inferioris virtutis est: eo abstinere conjugio, quod aliquando delectaverit: quàm conjugii oblectamenta nescire. Copula nuptialis nō est quasi culpa vitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda. *Ambros. de Viduit.*

Tolle quod pejus est, & per se non erit bonum nubere. Vide qualia sunt matrimonia, quæ lupanaribus præferuntur. *Hier. in Epist. quadam.*

Sicut boni filii adulterorum nulla est defensio: sic mali filii conjugatorum nullum crimen est matrimonii: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis, causa vitiorum est atq; viturum. *In Epist. ad Ruffinum.*

Bonnum est conjugium: sed mala sunt quæ circa illud ex hujus mun-

ius mundi cura succrescunt. Dum ergo tenetur, quod non nocet ex rebus juxta positis, committitur plerumque quod nocet: sicut sæpè rectum mundumq; iter pergitur: & tamen ortis juxta viam vepribus per vestimenta retinemur. In via quidem munda non offendimur, sed à latere nascitur, quo pugnamur. *Greg. 12. moral.*

Qui tentationum procellas cum difficultate tolerant, conjugii portum petant. Melius est nubere, quàm uri. Sine culpa enim ad conjugium veniunt: si tamen nec dum meliora devoverunt. *Idem ibid.*

Quos Deus conjunxit, homo nõ separat: sub audi violenter, sine lege, absque ratione. Non enim homo separat, quos pena damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat. *Isidor. sup. Matth. 19.*

Quemadmodum si vides hominem assiduè amicitias medicorum colentem, ex hoc statim intelligis, quod infirmus est: sic & cum videas sive virum, sive mulierem de dimittendis uxoribus aut viris legem interrogantes: cognosce, quia vir ille lascivus est, & mulier illa meretrix est. *Chrysof. sup. Matth. 19.*

Omnis causa per quas nascitur, per ipsas absolvitur causas: matrimonium enim non facit coitus, sed voluntas: & idè non illud solvit separatio corporis: sed separatio voluntatis. *Idem ibidem.*

Sicut crudelis est & iniquus, qui castam dimittit: sic faruus est, & injustus, qui retinet meretricem. *Idem ibid.*

Utriusque sexus infirmitas, propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honestate nupriarum: ut quod sanis possit esse officium, sit ægrotis remedium. Neque enim quia incontinentia malum est: idè connubium, vel quò incontinentes copulantur, non est bonum: imò verò non propter illud malum culpabile est hoc bonum: sed propter hoc bonum veniale est illud malum: quoniam id quod bonum habent nuptiæ, & quod bonæ sunt nuptiæ, peccatum nunquam esse potest. *August. de Gen. ad lit. cap. 7.*

Quùm initio viri sorores suas conjuges acceperunt, profectò id quantò est antiquius compellente necessitate, tantò postea factum est damnabilius, religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis: ut homines quibus esset utilis & honesta concordia, diversarum necessitudinum vinculis neccerentur: nec unus in una multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos: ac sic ad socialem vitam diligentius colligandam, plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe & focer duarum

rum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo alium quisque habeat patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. *Augustin. lib. 15. de Civit. Dei cap. 16.*

Etiā si continentia conjugio præferatur: melior est tamen fidelis conjugatus, quàm continens infidelis. Sed continens infidelis homo non solum minus laudandus est: quia se continet, dum non credat: verum etiam multò magis vituperandus: quia non credit, cum se contineat. Constituamus ergò ambos bonos: etiam sic profectò melior est conjugatus fidelissimus & obedientissimus Deo, quàm continens minoris fidei, minorisq; obedientiæ. Si verò paria sint cætera, continentem conjugato præferre quis ambigat? *August. lib. 16. de Civit. Dei cap. 36.*

Bonum conjugii Dominus in Evangelio confirmavit: non solum quia prohibuit dimittere uxorem, nisi ex causa fornicationis: sed etiam quia venit invitatus ad nuptias. *idem libr. de bono conjugali.*

Conjugium mihi bonum videtur: non propter solam filiorum procreationem: sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexu societatem. Habet etiam id bonum, quod carnalis vel juvenlis incontinentia, etiam si vitiosa est, ad propagandæ prolis redigitur honestatem: ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio conjugalis. *idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. 1. Carm. 13.

*Felices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Dirulsis quarimonis
Suprema citius solvet amor die.*

Propert. 2. 15.

*Exemplo junctæ tibi sint in amore columbæ,
Mæsculus, & totum semina conjugium.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

HAbent locum maledicti crebræ nuptiæ, quæ multis nubit, multis non placet. *Senec. in Prov.*

Vitium uxoris aut tollendum, aut ferendum est: qui tollit vitium uxoris, commo liorem præstat: qui fert, sese meliorem facit. *Gellius lib. 1.*

§ APROPHTHEGMATA.

DEmonax Episc. to Cynico, suadenti, ut uxore ducta, daret operam liberis: acque enim id indignum esse philosopho: da mihi, inquit, igitur unam è filiabus tuis. Notans

Q

illum ineptè suadere alteri, quòd ipse non faceret. *Erasmus lib. 1. apophtheg.*

Pittacus interrogabat quendam, quamobrem uxorem ducere nollet? qui cum respondisset, quoniã si formosam duxero, habiturus sum communem: sin deformem, pœnã: haudquaquã, dixit *Pittacus*. Sed si pulchram duxeris, non erit tibi pœna: sin deformem, non habebis communem. *Stob. serm. 65.*

Martia Catonis F. interrogata, quam ob causam post mariti mortem, alio se copulare viro renueret? Respondit, quia non virum facilè in venero, qui me magis velit, quàm mea. Nolum probare castissima matrona hoc conjugium, quod mutuo careret amore. Quæ dotis enim causa nubit viro, concubinam verius quam maritum habebit. *Erasm. 8. apoph.*

Portia cum laudaretur apud eam mulier quædam, ut bene morata: quæ tamen iterarat matrimonium: felix, inquit, ac pudica matrona non nubit nisi semel. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Eadem quum diuicius lugeret maritum, rogata quem esset habitura diem luctus ultimum? respondit, quem & vitæ. *Idem.*

Antisthenes adolescenti consulenti, cuiusmodi uxorem ducere expediret? si formosam duxeris, inquit, habebis communem: sin deformem, habebis pœnam. *Luert. lib. 6. cap. 1.*

Lycurgus, quum certum tempus præscripsisset quo puellæ nubere, iuvenes ducere deberent: interrogatus cur id statuendum putasset? Ut, inquit, soboles ex adultis perfectæq; ætatis parentibus nata, valida sit & vegeta. *Plut. in Lacon.*

Barbara Imperatrix erat *Sigismundi Cæsaris* uxor, quo factis functo vidua superstitit, ei cum diceret aliquis imitandum turturis exemplum, quæ mortuo marito, per pecuam castitatem seruaret: si me, inquit, ratione carentes imitari volucres jubes, cur non columbas potius passeressq; proponis? *Ant. Sylv. de dictis Sigismundi & Friderici Imperatoris.*

Charilæus percontanti quamobrem *Lacedæmonii* virgines nudas producerent in publicũ, uxores verò tectas? Quoniam, inquit, virginibus mariti sunt inveniendi: uxores verò seruandæ us, quæ eas nacti sunt. *Plut.*

Anna ab amicis adhortata, ut post defunctum priorem maritum, alteri nuberet: cum ætas esset & integra, & forma præstantissima adhuc: quoniam alterum præberet spem prolis, alterum promitteret amorem mutuum: nullo, inquit, pacto hoc factura sum: si enim bono viro nupsero, nolo posthac timere ne amittam: sin verò malo, quæ me caperet dementia, ut post optimum talem admitterem? *Erasm. lib. 8. apoph.*

Valerio

Valerius à quodam rogata, quam ob rem defuncto Servio marito, nulli post hac nubere vellet? Ideò, inquit, hoc facio: quia Servius meus, licet aliis defunctus sit, apud me vivit, viverique semper. *Erasm. lib. 8. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT vincula ex commissura vires accipiunt: sic ex consensu viri & mulieris, familiarum status. *Plut.*

Ut corpus nihil potest absque animo, nec animus rectè valet, nisi corpore incolumi: sic inter uxorem & maritum omnia sunt communia. *Plut.*

Qui venenis piscatur facilè interimit & tollit piscem, sed corruptum & malum: sic quæ philtis captant maritos, stupidos habent & inutiles. *Plut.*

Quæ malunt dominari dementibus maritis, quàm sanis ac prudentibus parère: perindè faciunt, ac si quis in itinere malit ducere cæcum, quàm sequi videntem, & vix gnarum. *Plut.*

Ut qui in equum insilire non possunt ob imbecillitatem, doctent ipsum inflectere genua: sic quidam generosas ac potentes nacti uxores, non dant operam, ut ipsi meliores fiant, sed illas deprimunt. *Plut.*

Pro equi magnitudine temperamus fræna: ita pro uxoris dignitate moderanda gubernatio. *Plut.*

Ut humida miscentur omnibus partibus: sic inter conjugatos omnia debent esse communia. *Plut.*

Ut v. num appellatur, etiam si major aquæ pars sit admixta: ita domus mariti dicetur, etiam si mulier plus contulerit. *Plut.*

Qui prima virginum dissidia non ferunt ad tempus: idem faciunt, quod si, qui offensi labruscis, uvas maturas aliis relinquunt. *Plut.*

Vasa initio quavis occasione dissolvuntur: ac tempore commissuris compactis, vix igni ferroq; dissecantur: ita prima conjugatorum consuetudo levi momento dirumpitur: sin coaluerit, longè firmior est. *Plut.*

Cætera vide in Loc. de Matrimonio, Nuptiis, Muliere & Uxore.

CONJURATIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Conjuratōnis exempla: Absalom, 2. Sam. 15. v. 10. Adonias,

Q 2

CO CONJURATIO. CONSCIENCIA.

1. Reg. 1. v. 5. Zambri, 16. v. 9. Jehu, 2. Reg. 9. v. 15. Ofec filius
25. v. 30. Jerosolymitani, 14. v. 19. Sellum, 15. v. 10. Phace, v.
Amonis servi, 21. vers. 23. Judæi, Ierem. 11. vers. 19. & 18. vers.
Actor. 23. v. 12.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Marc. Brutus & C. Cassius in C. Cæsaris cædem conjurarunt
aliosque huius consilii socios sibi adjunxerunt. Vide Plut.
in Bruto & Cæsare.

Martia concubina Commodi Imp. cum Q. Ælio Læto præ-
torii præfecto, & electo cubiculi custode, conjuratione facta
redeunti ex balneo Imperatori venenū in vino suavissimo de-
tulit. Vide Sabell. lib. 5. Enn. 7. & Herodian. in Commodo.

Carolus junior Ludovici Germanorū regis filius, à Dæmonio gra-
viter in præsentia patris & optimatum eius vexatus est: & in
vexatione confessus: hoc sibi ideò contigisse, quod contra pa-
trem suum conspirationem facere moliebatur. Sigebert. in Chro-

Tarquini legati Aquiliorum & Vitelliorum familias multo-
ribus corruerant, duos item Bruti Cos. filios, visum est
proditoribus omnibus, hominis jugulati sanguine libato & re-
scribis tactis, magnum & durum jusjurandum concipere. Plu-
t. in Valerio.

Darius rex designatus à patre Artaxerxe Mnemone, cum de-
spasim pellicem à patre impetrare non posset, instinctu Tiro-
bazi contra patrem conjuravit. Plut. in Artaxerxe.

Cum Alexander Magnus in Aria esset, Dynimus quidam ex
Cælestria Macedoniæ oppido, cum plerisq; aliis regi insidians
est. Diod. lib. 17.

L. Catilina, nobili Sergiorum familia, valido corpore, malo
pravoq; ingenio, Syllanæ proscriptionis nefariiq; dominatus
mirator, pessimo exemplo captus: animum adjecit ad Rempub.
per fraudem & scelus occupandam. Sabelli. lib. 5. Ennea. 6.

CONSCIENCIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Nam gloria nostra hæc est: testimonium conscientia: no-
stræ. 2. Corinth. 1.

Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere &
veritate: In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus &
in conspectu ejus suadebimus corda nostra. Quoniam si repre-
henderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, & no-
vit omnia. 1. Ioan. 3.

Secura

Secura mens, quasi iuge convivium. *Proverb. 15.*
 Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam
 habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo.
1. Ioan. 3.

Frequenter enim preoccupant pessima, redarguente consci-
 entia. Cum enim sic timenda nequitia, dat testimonium con-
 demnationis condemnata: semper enim presumit sæva pertur-
 bata conscientia. *Sapient. 17.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Quid obest illi, si de illa tabula cū humana vult delere igno-
 rantia: si eundem de libro viventium nunquam propria
 deleat conscientia? nam & si bonum, quod de nobis dicitur,
 in mente non invenitur, magnam debet in nobis tristitiam ge-
 nerare: & è contrā si malum quod de nobis dicitur, in nobis
 non invenitur, in magnam debemus lætitiā proflire. *August.*
in serm.

Conscientia mala benè sperare non potest. *Idem in Psalm. 31.*

Conscientiam malam laudantis præconium non sanat, nec
 bonam vulnerat convitium. *Idem con. lit. Petri.*

Benè sibi conscius falsis non debet moneri convitiis, nec æsti-
 mare plus ponderis in alieno esse convitio, quàm in suo testi-
 monio. *Ambros. de Offic.*

Unusquisq; non intermittat opus probabile, sive à pluribus
 videatur, sive sine arbitro sit. Abundat enim sibi locuples testis
 conscientia: fugat etiam mala & opprobria, etiam si se credat
 non posse convinci: nam etsi, clausis parietibus sit coopertus
 tenebris, sine teste, sine conscio: habet tamen facti arbitrum,
 quem nihil fallit: ad quem facta clamant omnia: deniq; clama-
 vit & vox sanguinis. Scipsum unusquisq; & animum suum seve-
 rum iudicem, sui ultorem sceleris, & vindicem criminis habet.
Idem in epist. ad Constantin.

Duo sunt tibi necessaria, conscientia & fama: conscientia
 propter rem: fama propter proximum. *Idem.*

In omni quod dicitur, semper tacitè recurrere debemus ad
 mentem, & interiorem testem & iudicem requirere. *Quid enim*
prodest, si omnes laudent, & conscientia accusat? aut poterit
obesse: si omnes derogent, & sola conscientia defendat. Gregor.
sup. Ezechielem.

Bonum parat habitaculum Deo, cuius nec ratio decepta, nec
 voluntas per versa, nec memoria fuerit inquinata. *Bernhard. in*
sermon.

Bona consolatio, quum & blasphemamur à malis benefaci-

entes, si rectè diligit nos: omninò sufficit aduersum os loquentium iniqua, opinio bonorum cum testimonio conscientia, *Idem.*

Fortitudo tua, fiducia fidelis conscientia decor tuus, splendor bonæ opinionis, *Idem 3. de consider.*

Conscientia peccati formidinis mater, *Chrysof. in Psalm. 38.*

Conscientia est codex, in quo quotidiana peccata conscribunt, *ibidem.*

Conscientia impiorum, magna pœna est: piorum verò, gaudium magnum, *Ansel. ad Cor.*

Semper conscientia serui Dei humilis esse debet, & tristis: ut per humilitatem non superbiat, & per utilem in errorem cor ad lasciuiam non feratur, *Isidor. lib. 3. de summo bono.*

Nulla pœna grauior, pœna conscientia. Vis autem nunquam esse tristis, bene vive. Secura mens tristitiam leuiter sustinet. Bona vita gaudium semper habet: conscientia autem rei semper in pœna est. Nunquã securus est reus animus: mens enim mala, conscientia propriis agitatur stimulis, *Isidor. lib. 2. soliloquorum.*

Conscientia munda est, quæ nec de præterito iniuste accusatur, nec de præsentis iniuste delectatur, *Idem ibid.*

§ SENTENTIAE POETICAE.

Horat. lib. 1. Epist. ad Mæcœnatem.

At pueri ludentes, reueris ajunt.

Si rectè facies, hic murus ahenus esto:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Ovid. lib. 4. Fastorum.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet:

Sed nos in vitium credula turba sumiss.

Plaut. in Amphit.

Qui non deliquit, decet

Audacem esse, & confidenter pro se & proteruè loqui.

Idem lib. 5. Fastorum.

Conscia mens ut cuiq; sua est, ita concipit intrâ

Pectora, pro factò spemq; metumq; suo.

Juvenalis Satyr. 13.

Exemplo quodcumq; malo committitur, ipse

Dissplicet auctori, prima hæc est ultio, quod se

Iudice ne nocens absolvitur, improba quam ræ

Gratia fallacis pratoris vicerit urnam.

Quid

Quid sentire putas omnes, Calvine, recenti
De scelere, & fidei violata crimine?

Ibidem.

Nullane perjuri capitis fraudisq; nefande
Pœna erit? abreptum hunc crede & graviore catena
Protinus, & nostro (quid plus velit ira?) necare
Arbitrio.

Ibidem.

Cur tamen hostiu
Evasisse putes, quos dixi? conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verberere cedit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens, ac multo se vior illis,
Quas & Sedstius gravis invenit & Rhadamanthus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Stadius lib. 3. Thebaid.

In vigilans animo, scelereq; patris
Supplicium exercent curæ, tunc plurima versat
Pessimus in dubiis timor.

Plautus in Mustellaria.

Nihil est miserius, quam animus hominis conscius.

Ex Comicis Græcis.

Ὁ συνιστορῶν αὐτῶν τι, κἄν ἢ πρᾶσύν τ' αὐτῶν,
Ἡ σωίστις αὐτῶν δευλότ' αὐτῶν εἰς αὐτῶν ποιεῖ.
Sibi conscius, licet virum audacissimum,
Timidissimum facit ipsa conscientia.

Ἐποταῖς ἅπαντων ἡ συνειδήσις Θεός.
Deus hominibus est conscientia omnibus.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Conscientia grave pondus. 3. de Natur. Deor.

Nullum theatrum virtuti conscientia majus est. 2. Tusc.
Conscientiam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis
avelli non potest. Pro Cluent.

Si optimorum consiliorum atq; factorum testis in omni vi-
ta nobis conscientia fuerit: sine ullo metu summa cum hone-
state vivemus. Pro Cluent.

Conscientia rectæ voluntatis, maxima consolatio est & erum
incommodarum, Cic. A. Torq. Fam. 6.

Vacare culpa, maximum est solatium. Cic. M. Mario Fa-
mil. 7.

Nihil est melius, quam memoria rectè factorum & libertate contentum, negligere humana. *Cic. Brut.*

Conscientia bene actæ vitæ multorumq; benefactorum recordatio, jucundissima est. *Cato Major.*

Magna est vis conscientia in utramq; partem: ut neq; timeant, qui nihil commiserint: & poenam semper antè oculos verari putent, qui peccaverint. *Pro Milone.*

Ego semper hæc opinione tractus fui: ut eum qui nihil commiserit, sibi nullam poenam timere existimarem. *In Vat.*

Rem dicam, ex qua mores æstimas nostros. Vix quempiam invenies, qui possit aperto ostio vivere, janitores conscientia nostra, non superbia opposuit. sic vivimus, ut depræhendi se subito aspici. Quid autem prodest recondere se & oculos hominum auresq; vitare? Bona conscientia turbam advocat: mala autem in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quæ facies, omnes scient: si turpia, quid refert neminem scire, eum tu scias? O te miserum! si contemnis hunc testem. *Senec. 26. epist.*

Nemo plus videtur æstimare virtutem: nemo magis illi esse devotus: quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet. *Senec. 71. epist.*

Si vivendum est, tanquam in conspectu vivamus: sic cogitandum, tanquam aliquis pectus intimum prospicere possit. *Lib. de mor.*

Conscientiam magis, quam infamiam attende. Falli namq; sæpè poterit fama, conscientia nunquam. *Idem ibid.*

Mala conscientia sæpè tuta est, secunda nunquam. Itaq; nihil ei commiseris, nisi quod amico committere possis: plerique famam, conscientiam autem pauci verentur. *Idem ibid.*

Nullum conscium peccatorum tuorū magis timueris, quam temetipsum, alium enim potes effugere, te autem nunquam: nequitia enim ipsa est sui poena. *Idem ibid.*

Superet conscientia, quicquid mali finxerit lingua. *Idem ibidem.*

Stulti malorum conscientia torquentur: sapientes bona præterita grata recordatione renovata, delectant. *Cicero 2. de Finibus.*

A recta conscientia non oportet quenquam in omni vita sua transversum unguem discedere. *Idem ad Attic. lib. 3.*

Si optimorum consiliorum atq; factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit: sine ullo metu summa cum honestate vivemus. *Cic. pro Cluent.*

¶ APOPTHEGMATA.

Bias interrogatus, quoniam res in vita metu careret? Bona conscientia, respondit. *Stob. serm. 41.*
Periander percontatus, quid in minimo esset maximum? Respondit. Bona mens in corpore humano. Stob. serm. 1. de Prudentia.

Idem interrogatus, quid esset libertas? Recta conscientia, dixit. Stob. serm. 24.

Socrates rogatus, quinam tranquille viverent? Illi, inquit, qui nullius absurditatis sibi consci sunt. Stob. serm. 24.

Agis ab Ephoro interrogatus, num etiam poeniteret eorum quæ gessisset? impavidè respondit, nequaquam poenitet: cum sciam, me prudentiam cum honestate semper conjunxisse: nullam enim aliam ob causam, nunc ad supplicium mortis ducor. Plut. in Lacon apoph.

¶ SIMILITUDINES.

Ut Nepenthes herba, ab Homero prædicata, addita poculis, omnem conviviæ tristitiam discutit: ita bona mens inlita, nobis omnem vitæ sollicitudinem abolet. *Plinius.*

Uel loca gravia etiam firmissimam valetudinem tentant: ita bonæ quoque menti, nec dum adhuc perfectæ & convalescenti, sunt aliqua parum salubria. *Senec. epist. 28.*

Quemadmodum ulcus vel vulnus cicatricem relinquit in corpore, doloris indicium: sic conscientia malefacti, notas peccati in animo relinquit. *Plut. lib. de animi tranquillitate.*

Ut verus amor erga mulierem non desiderat testem: sed sat habet, si clam ea potiarur: ita vir sapiens recti conscientia contentus: at qui fictè amant, ostentant & jactant. *Plut.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Conscientiæ malæ, eiusque perturbationum exempla: Adam, *Genes. 3. v. 10.* fratres Josephi, *50. 15.* filii Sennacherib, *2. Reg. 19. v. 37.* Herodes, *Matth. 2. v. 3.* Scribæ & Pharisei, *Ioan. 8. v. 9.* Felix, *Actor. 24. v. 26.* Hymenezus & Alexander, *1. Timoth. 1. v. 20.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Commendatus fuit *tullius Drusus tribunus plebis*: quod cum ædes eius multis locis paterent vicinorum oculis, & opifex quidam eas se quinque mercede talentorum ostenderet aversum & mutatum: decem, inquit, dabo, si totam domum meam conspicuam effeceris: quo cives omnes, quemadmodum vitam instituam, contemplantur. quippe vir fuit temperans & moderatus. *Plutarch.*

es

CO CONSCIENTIA. CONSILIUM.

Titus Imp. Sabinos petens, cum sacrificanti hostia aufugisset, & tempestate serena tonuisset, subtrissior, ad primam statim mansionem febrim nactus, cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimoris plagulis cœlum, multumq; conquestus eripi sibi vitam immerenti: neq; enim extare ullum suum factum poenitendum, excepto duntaxat uno. *Suet.*

Nero occisa matre Agrippina per Anicetem, nec sceleris conscientiam, quanquam & militum & senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut unquam postea ferre poruit: sæpè confessus, exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac telis ardentibus. *Dion. in Nerone.*

Ab *Arianis* Sicarius quidam conductus fuit ad Gregoriū Nazianzenum tollendū; ad quem ægrotantem, cum irruisset, conscientia sceleris ductus, stens sese ad pedes ejus abjecit, ac facinoris veniam ab eo consecutus est. *Gregor. Nisissenus.*

§ HIROGLYPHICA.

C *Libanus* apud Latinos est præfurnium: per ejus figuram interpretes cor hominis intelligunt. Nam quædam Deus apud majores nostros, veteres inquam Prophetas opponit sibi vult, *Clibano* cocta, hoc est, tacita mentis agitatione examinata, cum scilicet nos erroris poenitet, & conscientia nostra ardore quodam occulto intrâ se succenditur, vitiumq; ipsa suum paulatim exurere contendit. *Pier. Val. lib. 34. pag. 318. D.*

Vide Confessio.

CONSILIUM.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

A Udi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum. *Exod. 18.*

Scientia sapientis quasi inundatio abundabit, & consilium ejus sicut fons vitæ permanet. *Eccles. 31.*

Cum viro irreligioso ne tracta de sanctitate, & cum injusto de justitia. Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoveris observantem timore Dei, cujus anima est secundum animam tuam. *Eccles. 37.*

Cor boni consilii statue tecum. *Ibidem.*

Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso: & sic in his omnibus deprecare! Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam. *Ibid.*

Omni tempore consilia tua in ipso permaneant. *Tob. 4.*

Et consilium tuum justificationes tuæ. *Iob. 14.*

Fili

Fili sine consilio nihil facias: & post factum non penitebis.

Eccles. 32.

Nunquid bonum tibi videtur, ut consilium impiorum adjuves? *Iob. 10.*

Adducit consiliarios (malos) in stultum finem, & iudices in stuporem. *ibid. 12.*

Præcipit ab impio consilium suum. *idem. 18.*

Consilium impiorum longè sit à me. *ibid. 21.*

Consilium custodiet te. *Proverb. 2.*

Custodi legem meam atque consilium meum: & erit vita animæ tuæ. *ibid. 3.*

Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. *ibid. 8.*

Meum est consilium & æquitas. *ibid.*

Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. *ibid. 13.*

Astutus omnia agit cum consilio. *ibid.*

Væ! qui profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: quis videt nos? & quis novit nos? *Esa. 29.*

Væ fili defectores! dicit Dominus: ut faceretis consilium, & non ex me. *ibid. 30.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Consilium omne à Deo est, à quocunq; proficiatur. *Aug. lib. 1. de doctr. Christ.*

Consilium Dei nemo nisi spiritualis intelligit. *idem ibid.*

Advertendum, quod in acquirendis consiliis plurimum valet vitæ probitas, virtutum prærogativa, benevolentiae usus, facilitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? quis de turbida aqua potum petat? Itaque ubi luxuria est, ubi intemperantia, ubi vitiorum confusio: quis inde sibi aliquid hauriendum existimet? quis utilem iudicet causæ alienæ, quem videt inutilem vitæ suæ? Quomodo enim potero cum iudicare consilio superiorem, quem video moribus inferiorem? Suprà me debet esse, cui me committere paro. Anne cum idoneum putabo, qui mihi det consilium, quòd non dedit sibi? & mihi cum vacare credam, qui sibi non vacat? cujus animum voluptates occupant, libido devincit, avaritia subjugat, cupiditas perturbat? *Ambros. de Offic. lib. 2.*

Necesse est, ut præstantior sit, à quo consilium petitur, quam ille sit, qui petit. Quis enim consulat hominem, quem non arbitraris posse melius aliquid reperire, quàm ipse intelligis? *idem ibid.*

Talia

Talis debet esse qui consilium dat: ut seipsum formam aliis ad exemplum bonorum operum exhibeat in doctrina, in integritate, in gravitate: ut sit ejus sermo salubris atque irreprehensibilis, consilium utile, vita honesta, sententia decora. *Idem ibidem.*

Quanto utilius regem Pharaonem Joseph consilio providentiæ juvit, quàm si pecuniam contulisset. Pecuniam unius civitatis ubertatem non redimeres, & prospicientia Joseph totius Ægypti per septennium famem repulit. Facile autem pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt: hæc usu augentur, pecunia minuitur & citò deficit: ut quò pluribus largiri volueris, eò pauciores adjuves, & sæpè tibi desit, quod alii conferendum putaveris. Consilii opisque collatio, quò in plures diffunditur, eò redundantior manat, & in suum fontem recurrit. *Idem ibidem.*

Quid tibi prodest habere sapientiam, si consilium neiges? Si consulendi copiam includas, clausisti fontem: ut nec aliis influat, nec tibi proficit. *Idem ibidem.*

Consilium bonis datur, correctio, errantibus. *Ambros.*

Valde fortitudo destruitur, nisi per consiliū fulciatur: quia quò plus se posse conspicit, eò virtus sine moderamine deterius in præceptis ruit, mens quæ intus sedem consilii perdidit, foras per se desideria innumerabiliter spargit. *Gregor. in moral.*

Dare stulto consilium, charitatis est: dare sapienti, ostentationis: dare verò tempore perversitatis, sapientiæ. *Idem ibidem.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terentius in Heauton.

Tenè istuc loqui?

Nõnne flagitium est, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse te auxiliari?

Terent. in Andria.

Facile omnes cum valemus recta consilia egrotis damus:
Tu si hic sis, aliter sentias.

Claud. lib. 1. in Eutrop.

Quàm benè dispositum terris, ut dignes iniquò
Fructus consilii, primis authoribus instet?
Sic multos fluvio vates arente perannos,
Hospite qui cæso monuit placare tonantem,
Inventas primum Busiridis umbuit aras:
Et cecidit savi, quo dixerat, hostia sacri,

Sic opi-

*Sic opifex tauri, tormentorumq; repertor,
Qui funesta no vo fabrica verat ara dolori,
Primus in expertum, Siculo cogente tyranno,
Sensit opes, docuitq; suum mugire iuvenum.*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Cum poteram vello transire Ceraunia velox
Vt fera vitarem saxa: monenduss eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest dicere factus,
Qua mea debuerit currere cymba via?*

Terent. in Eunucho.

Omnia prius experiri consilio, quam armis sapientem decet.

Ovid. lib. 1. eleg. siue amor.

Consilium nobis resq; lacusq; dabunt.

Ex Comiis Græcis.

Σοφὸς πικρὸ ἀνδρὸς παροδῆχαι Συμβουλίας.

Σοφὴ σοφῶν γὰρ χηρῶν συμβουλία.

Consultor ille sit tibi vir qui sapit.

Sapientis etenim consilia sapientia.

Γερον ἀληθὲς ἐστὶν ἡ Συμβουλία.

Dare consilia, res proficere & verè sacra est.

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

HOC plerunq; facimus, ut consilia eventis ponderemus: & cui bene quid processerit, multum illum prævidisse: cui se-
cus, nihil sensisse dicamus. *Pro C. Rabirio.*

Ne dum hominum humilium, sed etiam amplissimorum vi-
rorum consilia ex eventis, non ex voluntate à plerisq; probari
solent. *Cic. lib. 9. ad Attic. Epist. 10.*

Suum quisq; noscat ingenium, acremq; se, & vitorum, &
bonorum suorum iudicem præbeat: ne scenici plus quam nos
videantur habere prudentiæ, ne vè histrio videat in scena, quod
non videat sapiens in vita. *Cic. 1. Offic.*

Non est incommodum ex aliis iudicare: ut si quid dedecet
in aliis, vitemus & ipsi. fit enim, nescio quo modo, ut magis in
aliis cernamus, quam in nobismetipsis, si quid delinquitur. *1. Offic.*

Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere homi-
nes doctos debemus, vel etiam usu peritos: & quid iis de uno
quoq; officii genere placeat, exquirere. *1. Offic.*

Non est satis iudicare quid faciendum, non faciendum vè sit?
sed stare etiam oportet in eo quòd sit iudicatum. *1. de Finib.*

Melius curantur ea, quæ consilio geruntur, quam quæ sine
consilio administrantur. *1. de Invent.*

Domus

Domus ea quæ ratione geritur, omnibus instructior est rebus, & apparatus quàm ea, quæ temere, & nullo consilio administratur. *s. de Invent.*

Exercitus is, cui præpositus est sapiens & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is, qui stulticia & temeritate alicujus administratur. *s. de Invent.*

In rebus magnis memoriaq; dignis, consilia primum, deinde acta, postea eventus spectantur. *Cic. 2. de Orat.*

Benè præcipiunt qui vetant quicquam agere quod dubites, æquum sit, an iniquum? *s. Offic.*

Non debemus quidquam agere, cujus non possimus causam probabilem reddere. *s. Offic.*

Ad rem gerendam qui accedit, caveat, ne id modò consideret, quàm illa res honesta sit? sed etiam ut habeat efficiendi facultatem. in quo ipso considerandum est illi, ne aut temerè desperet propter ignaviam: aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis prius quàm aggrediâre, adhibenda est præparatio diligens. *s. Offic.*

Nulla consilia meliora sunt, quàm illa quæ ignoraverit adversarius antè quàm facias. quum igitur consilium tuum cognoveris adversarius proditum, dispositionem mutare te convenit. Quid fieri debeat, tractato cum multis: quid verò facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum. *Veget. de re milit.*

Tunc consilia salutaria advoca, quum tibi alludit vitæ prosperitas. tunc te velut in lubrico retinebis: nec tibi dabis impetus liberos. sed circumspicies quò eundum sit, & quousque. *Seneca in epist.*

Maximè sunt contraria consilio, festinatio & ira velox: consilium sequitur pœnitentia. *Idem lib. de ira.*

Pauci sunt, qui consilio se suaque disponunt: cæteri eorum more, qui fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. *Idem.*

Diu delibera: citò facito: nil curare, hoc est insanum esse: nihil posse, hoc est mortuum vivere. *Idem in pro.*

Sepultus sit sermo apud te, quum tu solus audieris. Consilio melius vinces, quàm iracundia. *Idem ibid.*

Deliberandum est diu, quicquid statuendum est semel: deliberare utilia, mora est tutissima: mora omnis odio est, sed facit sapientiam. *Idem ibid.*

Fortuna homini plus quàm consilium valet: malo consilio formine vincunt viros. *Idem ibid.*

Recta consilia capere possumus, si quæ suos lædere potuère agnosca-

agnoscamus. Si sollicitus fueris, iudicium prævenies: occasio tabernaculum mentis est, si in bono utaris: si in malo, caligo. Idem ibid.

§ APOPHTHEGMATA.

Lycurgus rogatus aliquando, quare ob rem vetuisset frequenter adversus eisdem expeditiones agere? ne, inquit, dum crebrò sese defendunt, bellandi peritiam usu colligant. *Plutarch. in Lacon.*

Antigonus filio Philippo multis præsentibus percontanti, ac dicenti, Quando castra movebimus? quid! inquit, num metuis, ne solus tubam non audias? Notans adolescentis imperitiam, qui hoc patrem multis præsentibus interrogaret, quum in bello celandi sunt principum consilia: sed quoties castra movenda sunt, omnibus tuba datur signum. *Plut. in apoph.*

Phocion, Athenienses cum adversus Alexandrum feliciter pugnassent, ac diis jam gratias agerent, rogatus Phocion, an hæc ita gesta noller? Hæc quidem, inquit, gesta vellem, sed illa decreta. Sentiens, etiam in consulta consilia non nunquam feliciter cedere. *Plut. in apoph.*

Livius Salinator in consilio primus rogatus sententiam, neminem fidelius dare posse consilium dixit, quàm eum qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, facturus fuerit. *Liv. lib. 7. Dec. 4.*

Iulius Cæsar ea facinora plurimum probare solitus erat quæ sine longo consilio & consultatione prolixa gererentur. *Plut. in apoph.*

Bias interrogatus, quis esset optimus consiliarius? Tempus, inquit. *Stob.*

Alphonse rex interrogatus, quibus consiliariis maximè delectaretur? *Libris* respondit: à quibus sine metu, sine gratia, quæ nosse cuperet, fideliter audiret. *Panormit. libro tertio de rebus gestis Alphonse.*

Fridericus Cæsar consiliariis suis in curiam vocatis: Utinam, inquit, consilarii mei in palatii vestibulo duas res deponerent. Sic enim & ipsi rectè consulere, & mihi etiam inter consilia dijudicare facillimum esset. Interrogatus autem, quænam res illæ essent? simulatio & dissimulatio, respondit. *Æneas Sylvius lib. 3. de reb. gest. Alphonse regis.*

§ SIMILITUDINES.

Velut, si qui laborat hepatis vitio, Medico ostendat ungues exulceratos, ineptè faciat: ita qui gravibus laborans malis, de nugis consulat amicum. *Plut.*

Sunt

Sunt qui propius admota non cernunt, quæ longius absunt: vident: ita nonnulli plus sapiunt in rebus alienis, quam in his quæ ad se pertinent. *Plutarch.*

Hyponemia, hoc est, subventanea vocant: & Zephyria ora quæ vento concipiuntur: sic evanidum est, quicquid imaginatione, non certo iudicio instituitur. *Aristot. lib. 6. cap. 2. de natura Animal. & Plin. lib. 10. cap. 58.*

Ut Apion Homerum ab inferis evocatum nihil aliud interrogavit, quam quibus parentibus genitus esset? sic quidam gravissimorum virorum consilio convocato, de meris nugis consulunt. *Erasm.*

Ut Perillus qui Phalaridi taurum donavit æneum, suo perit invento: sic aliquoties malū consiliū in caput authoris redundat. *Plin. lib. 34. cap. 8.*

Ut sæpenumero Polypus dum conchæ carnem captat, ipse capitur ac tenetur: ita sæpius dum aliis nocere studemus, nos ipsos in periculum adducimus. *Plin. lib. 9. cap. 29.*

IBI AJUNT, ubi consenuit, jamq; quod erat turbidum exspiravit, magis aromaticè olere: sic gloria senum tranquillior. & consilia fedatiora. *Plutarch.*

Sicuti Aquilo initio vehementer, desinit lenior: contra, Austrius initio lenior, desinit vehementior: ita qui præcipientes magno impetu rem aggrediuntur, frigescunt in progressu: contra, qui consilio suscipit, magis ac magis accenditur operis progressu. *Plutarchos.*

EXEMPLA SACRA.

CONSILII MALI EXEMPLA: Eva, *Genes. 3. vers. 6.* Sarai, *16. vers. 1.* Filia major Loth, *19. vers. 13.* Frater Joseph, *37. vers. 20.* Uxor Potiphar, *39. vers. 7.* Pharaon, *Exod. 1. vers. 10.* Israelitæ, *31. vers. 1. Actor. 7. vers. 40.* Balaam, *Num. 24. vers. 14. & 31. vers. 16.* Servi Davidis, *1. Samuel. 24. vers. 5.* Principes filiorum Ammon, *2. Sam. 14. vers. 3. & Paralip. 19. vers. 3.* Jonadab, *2. Samuel. 13. vers. 5.* Achitophel, *16. vers. 21.* Juvenes consiliarii Roboam, *1. Reg. 12. 10. 2. Paralip. 10. vers. 10.* Jeroboam, *1. Reg. 12. vers. 27. 28. & 14. vers. 2.* Regis Syriæ, servi, *20. vers. 24.* Jezabel, *21. vers. 7. 10.* Nuncius Achab, *22. vers. 13. 2. Paralip. 18. vers. 12.* Rubaces, *2. Reg. 18. vers. 31. 32.* David, *1. Paralip. 21. vers. 2.* Athalia, *2. Paralip. 22. vers. 3. 4.* Semaia, *Nehem. 6. vers. 10.* Zares uxor Aman, *Esth. 5. vers. 14.* Uxor Job, *Iob. 2. vers. 9.* Principes Regis Sedechiæ, *Ierem. 38. vers. 4.* Principes Darii, *Daniel. 6. vers. 7.* Filia Herodiadis, *Matth. 23. vers. 8. Marc. 6. vers. 25.* Petrus, *Matth. 16. vers. 22.* Principes Sacerdotum, & Seniores populi, *26. vers. 4. & 27. vers. 1. Ioan. 11. vers. 47. & 12. vers. 15.*

49. 50. Pontifices, *Marc. 15. v. 11.* Diabolus, *Luc. 4. v. 3.* Coloni, *20. v. 14.* Cajaphas, *Ioan. 11. v. 49. 50. 51.* Judai, *Actor. 13. v. 50. & 23. v. 35.* Milites, *27. v. 42.* Consilii astuti exempla: Rebecca, *Genes. 27. v. 9. 10.* Gabaonitæ, *Iosue. 9. v. 3. 4.* Majores natu inter Israëlitas, *Judic. 21. v. 20.* Manuchan, *Esth. 2. vers. 19.* Pharisei, *Luc. 13. v. 31.* Discipuli, *Actor. 21. v. 4.* Fideles, *v. 12.* Consilii carnalis exempla: Petrus, *Matth. 16. v. 22. & 17. v. 4.* Marc. *9. v. 5.* Luc. *9. v. 33.* Mater filiorum Zebedæi, *Matth. 20. v. 21.* Jacobus & Joannes, *Luc. 9. v. 54.* Fratres CHRISTI, *Ioan. 7. v. 3.* Discipuli, *11. v. 8.* Cajaphas, *v. 50. & 18. v. 14.* Gamaliel, *Actor. 5. v. 35.* Consilii mutati exempla: Judas, *Genes. 37. v. 26.* Nathan, *1. Paralip. 17. v. 2. 4.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Nero Romanorum Imp. natura crudelis, consiliariorum suorum insuper instinctu, multa contra dignitatem fecit, cum crebro ab illis audiret: tu hæc pateris? tu hoc times? ignoras te Cæsarem esse? teq; illorum potestatem habere, non illos tui *Xiphilinus in Nerone.*

Diodorus Mercurium scribit fuisse Isidi & Osiridi in consilio: cumque in expeditionem Osiris irer, Mercurium ceu consiliarium Isidis conjugis domi reliquisse: hominemq; fuisse insigni prudentia: multasque tradidisse mortalibus artes ac scientias. L. Vives lib. 8. Aug. de civit. Dei cap. 26.

Sigebertus Occidentalium Saxonum in Anglia rex; cum suos non libenter audiret consiliarios, unum ex iis Cumbranum intefecer. Quare indignati reliqui, facta conjuratione, cum primo imperii anno regno deturbarunt. Tum Sigebertus sese in loca sylvestria abdidit, & ibi à vilissimo Cumbra seruo, qui porcos pascebat, trucidatus est. Polyd. lib. 4.

Bajazetes VI. Turcorum rex, adeo præfractus & temerarius erat: ut neminem monentem sequeretur, sed sibi soli confideter, quando eundem erat in hostes. Chalcocondylas lib. 3.

Iustinianus II. Imp. sexdecim natus annos, imperium adeptus, propriis consiliis usus: maxima incommoda Romano nomini attulit. Cuspinianus.

§ HIEROGLYPHICA.

BVlti quedam cordis figuram habens puerilis ingenuitatis insigne fuit apud veteres. Ea enim figura admonitos volebant pueros, ut frugaliter semper consilia secuti, Corde præstare conarentur. Corculum enim veteres pro solerti & acuto dicebant. Et animæ partem, rationis participem, Cor appellari solet dicitur

R

Adamantius. Cor igitur *Consilii* hieroglyphicum esse, ex hisce
satis manifestum est. *Pier. Val. lib. 34. pag. 316. E.* De bullâ illâ
vide eundem *Pierium Hieroglyphicorum lib. 41. pag. 395. B.*

Veteres cum *Consilia cogitationes occultas* esse debere significa-
re volebant, *Plutonem* pingebant *galeatum*, & *Proserpinam* rapien-
tem: tum quòd subterranea quorum Deus dicitur *Pluto*, lateant,
absconditaquæ sint: tum quia raptus elàm fiunt, tum denique,
quòd cum in capite consilii sedes esse putetur, *galea* illud tegent
apèrè consiliorum occultationem significet. Eruditus quidam
lib. 1. Hieroglyph. pag. 567. B.

CONSOLATIO.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

ET convertam luctum eorû in gaudium: & consolabor eos
& lætificabo a dolore suo. *Ierem. 31.*

Bonus Dominus & confortans in die tribulationis. *Nahum. 1.*

Fidelis autem Deus est, qui non parietur vos tentari, supra id
quod potestis: sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis
sustinere. *1. Cor. 10.*

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater
misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur
in omni tribulatione nostra. *1. Cor. 1.*

Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita &
per Christum abundat consolatio nostra sicut socii passionum
estis, sic eritis & consolationis. *Ibidem.*

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.
Ibidem 4.

Consolamini pusillanimes. *1. Thess. 5.*

Expectemus humiles consolationem ejus. *Iud. 8.*

Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo
consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. *Psal. 93.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Hoc est quod nos & lætificat in omnibus laboribus & peri-
culis vitæ hujus: amor noster in Deum, & pium studium, &
certa spes, & fervor spiritus. *August. super Ioan.*

Si paupertas angit, si luctus mœstificat, si dolor corporis in-
quietat, si ulla calamitas vexat: adsunt boni homines, qui non
solum gaudere cum gaudentibus: sed flere cum flentibus no-
runt: leniuntur aspera, relevantur gravia, & superantur adversa,
Idem ibidem.

Conso-

Consolatio mitis debet esse, non aspera: quæ magis dolorem leniat, pavorem mitiget, quàm commotionem excitet. *Ambr. in lib. de ioseph*

Quum volumus afflictû quempiam à mœre suspenderè, ordo consolationis est: ut studeamus prius mœrendo ejus luctui concordare, Dolentem non potest consolari, qui non concordat dolori: quia eo ipso quòd mœrentis afflictione discrepat, minus ab illo recipitur, cui mentis qualitate separatur. Sed emolli prius debet animus, ut afflictio congruat: congruens inhæreat: inhærens trahat: nec ferro jungitur, si non utrinq; exustione ignis liqueatur. Durum molli non adhæret, nisi prius eius duritia mollescat. Sic nec jacentem erigimus, nisi a rigore nostri status inclinemur: quia dum rectitudo dantis à jacente discrepat, eum, cui condescendere negligit, nequaquàm levat. *Gregor. in moral.*

Magnâ consolatio tribulationum est: auctoris nostri dona ad memoriam revocare. *Ibidem.*

Magnâ est consolatio in eo quod displicet, quod ordinante illo erga nos agitur, cui non nisi justum placet. *Ibid.*

Festina consolatio bonorum: consideratus finis malorum, dum enim ex eorum interitu malum conspicunt quod evadunt, leve æstimant quicquid adversum in hac vita patiuntur. *Ibidem.*

Facilior erit consolatio, si inter flagella quæ patimur, quæ fecimus ad memoriam delicta revocamus: atque hæc jam non flagella, sed dona esse conspicimus: si quæ carnis delectatione peccamus, carnis dolore purgamus. *Idem in registro.*

§ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Ovid. 4. Pont. II.

*Temporis officium est solatia dicere certi,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem,
At cum longa dies sedavit vulnèra menti,
Intempestive, qui monet, ille movet.*

Ovid. 3. de Ponto.

*Nec scelus admittis, si consoleris amicum:
Mollibus est verbis aspera fata leves.*

Tibullus Eleg. 4. lib. 3.

*Ergo ne dubita blandas adhibere querelas
Vincuntur molli pectora dura prece,*

Ex Græcis Comicis.

Ψυχῆς παύσεως ἐστὶ φάρμακον λόγος.

Ægræ medela mentis est oratio.

Λόγος γὰρ ἐστὶ λύπης φάρμακον μόνον.

Mæroris unica medicina est oratio.

Λύπη γὰρ ἴκνουσ ὁδὸν ἰατρικῆς λόγος.

Verba benevola medela sunt mærentibus.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Non sis miser antè tempus, quum illa, quæ velut imminetia expavisti, fortassè nunquam ventura sint: certè non veniunt *Senec. 12. Epist.*

Noli mala tua facere tibi graviora, & te querelis onerare. Levis dolor est, si nihil opinio adjecerit: contrà, si te exhortatio cœperit, ac dicere: nihil est, aut certè exiguum est, duremus jam desinet: levem illum dum putas, facies: omnia ex opinione suspensa sunt: tam miser est quisque quàm credit. *Senec. 11. Epist.*

Esset aliquod imbecillitatis nostræ solatium: si tanto tempore repararentur cuncta, quanto finiuntur. *Senec. 92. Epist.*

Hæc sunt officia consolantium: tollere ægritudinem funditus, aut sedare: nec pati manare longius, aut ad aliam traducere. *Cic. 3. Tusc.*

Sunt qui consolationem respuant: sed refert quomodo adhibeatur, ut enim tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, nõ quo quisque incommodo, prædicandum est. *Ibid.*

Consolationum multræ sunt viæ: sed illa rectissima: impetret ratio, quod dies impetratura est. *Cic. ad Attic.*

¶ APOPHTHEGMATA.

A Masis ad quandam filio privatum dixit: si non tristatus es, cum nondum esset in mundo: ne nunc quidem dolere debes, cum non amplius est: scilicet in hac vita *Stob.*

Diogenes Antisthenem morbo decumbentem invisens dixit: nunquid amico est opus: significans, in rebus afflictis potissimum fidis amicis utendum, qui vel re opulentur, vel consolando molestiam mitigent. *Laert. lib. 6. apoph.*

Idem dicere solitus est, sapius in vita parandum λόγος ἢ βράχον, id est, sermonem quàm laqueum. Qui desponderunt animum, ad laqueum confugiunt: cum ad consolatorium sermonem potius sic confugiendum, nam animo ægrotanti medicus est oratio. *Laert. lib. 6.*

Demetrius Phalerius quum apud Thebanos exul, inglorius & humi-

humilis viveret, & intellexisset. Cratem philosophum se visendi gratia adventasse, ad se vocavit: quem ut de fortiter & moderate ferendo exilio disputantem audivisset: malè sit, inquit, omnibus negotiis & occupationibus, per quas hactenus talem vitum non licuit cognoscere. Ostendit hoc dicto, multum ægritudinis ex philosophi disputatione ablatum esse. *Laert. lib. 5. cap. 4.*

§ SIMILITUDINES.

UT medici in vehementi fluxu pituitæ, non statim succurrunt pharmacis, sed foris admovent, quod tempore concoquat humorem, ac tùm medentur: ita in recenti dolore tacendum: donec tempore mitior factus homo admittat consolationem. *Plut.*

Ut medici vetant admoveri remedia: cùm morbus in accessu est ac sævit, sed cùm remittit: ita ad primos illos iræ aut doloris motus, non est adhibenda consolatio, vel admonitio, sed ubi tempore cœperint esse leviores. *Senec.*

Ut unguentum non solum delectat olfactum, verùm etiam remedio est adversus malè olentia: sic in malis bonorum memoria consolatur. *Plut.*

§ EXEMPLA SACRA.

CONSOLATIONIS exempla: Dei ergà primos parentes, *Genes. 3. v. 15.* Abraham, *12. v. 2. 7. & 15. v. 1. 16. & 18. v. 17.* Jacobum, *28. 13.* ergà populum Israëliticum, *Exod. 3. v. 3. 8. & 16. v. 12. & 17. v. 5. 6.* ergà Josuah, *Ios. 1. v. 5. 6.* ergà Eliam, *1. Reg. 17. v. 4.* ergà Sidrach, Misach, & Abdenago, *Dan. 3. v. 22.* ergà Danielelem, *6. v. 22.* Josephi ergà fratres suos, *Genes. 45. v. 4. 5. & 50. v. 21.* Jonathæ ergà Davidem, *1. Sam. 23. v. 16. 17.* Davidis ergà Hanonem, *2. Sam. 10. v. 2. 1. Paral. 19. v. 2.* ergà Bethsabee, *2. Sam. 12. v. 24.* Joab ergà Davidem, *9. v. 7.* Elisei ergà ministrum suum, *2. Reg. 6. v. 16.* Esaiæ ergà Ezechiam, *19. v. 6. 32. Esa. 37. v. 6.* Baladan ergà Ezechiam, *2. Reg. 20. 12.* Nehemiæ ergà Israëlitas, *Nehem. 8. v. 10.* Cognatorum Job ergà Jobum, *Iob. 42. 11.* Angeli ergà Eliam, *1. Reg. 19. 5.* ergà mulieres, *Matth. 28. 5. Marc. 16. v. 6.* ergà Zachariam, *Luc. 1. 13.* ergà Mariam, *v. 30.* ergà Pastores, *2. 10.* ergà JESUM, *22. v. 23.* ergà Petrum, *Act. 12. 7.* Christi Domini ergà Apostolos, *Matth. 14. 27. Marc. 6. 50. Luc. 24. 36. Ioan. 2. v. 20. & 14. v. 1. 18. & 15. v. 18. 21. & 16. v. 3. 4.* ergà Petrum, *Luc. 5. 10.* ergà Petrum, Jacobum, & Joannem, *Matth. 17. 7.* ergà vi-duam, *Luc. 7. 13.* ergà Synagogæ Principem, *8. v. 50. 52.* ergà ecclesiam, *12. v. 4. 7. 32. & 21. 28.* ergà Latronem fidelem, *23. 43.* ergà Paulum, *Act. 18. 9. & 23. 11. 2. Cor. 1. 5. & 7. 6.* ergà Joannem, *Apoc.*

1. v. 17. Juætorum ergà Marcham & Mariam, *Joan.* 11. v. 19. Petri ergà poenitentes, *Actor.* 2. v. 18. & 3. v. 17. Ananix ad Paulum, 9. v. 17. Spiritus Sancti ergà Ecclesiam, 31. Pauli & Barnabæ ergà Ecclesiam, 16. v. 40. Fidelium Romanorum ergà Paulum, 28. v. 15. Pauli ergà Ecclesiam, 20. v. 10. 12. ergà eos qui cum navigabat, 27. v. 9. 22. 23. 24. 33. 34. ergà Theſſalonicenſes, 2. *Theſſ.* 1. v. 11. ergà ſcipſum, 3. v. 7. *Philem.* v. 7. Apoſtoli ergà Hebræos, *Hebr.* 12. v. 3.

¶ EXEMPLA PROFANA.

P *Aula Romana* matrona ſanctiſſimè in mœrore cantabat: quare triftis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus. *Hieron. in Epitaphio.*

M. Tull. Cicerò Tulliolæ ſux, quæ defuncto Piſone priore marito Dolabellæ nupſerat, & ex partu deceſſerat, mortem indiſſimè tulit. Itaq; ad eum conſolandum undiq; concurrerunt Philoſophi. *Plut. in Cic.*

Aneas apud Virgil, 1. *Æneid.* naufragos ſuos ſocios præclare conſolari introducitur:

O ſoci (neq; enim ignari ſumus ante malorum)

O paſſi graviora: dabit Deus his quoq; finem.

L. Paulus, Emilis amiſſis duobus filiis optimæ indolis, tempore triumphæ Macedonici, in concionem progreſſus, graviffima oratione populum, infortunium ſuum dolentem, conſolatus eſt. *Plut. in eius vita.*

Alphonſus Aragonis Neapolitanorum Rex, amiſſo Petro fratre, quod ab aliis expectare debuerat, ipſe aliis præſtitit, & Petri amiços literis conſolatus eſt: exercitum verò oratione. *Panorm. lib. 3. de rebus geſtis Alphonſi.*

Horatius lib. 2. Ode 9. conſolatur Valgium amicum ſuum, virum conſularem, impatienter ferentem mortem Myſtæ pueri chariſſimi. *Theat. Zuing. 195.*

Vide Adverſitas, Afflictio, Tribulatio, Triftitia.

CONSTANTIA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ,

Claud. 2. paneg. in laud. Stilico.

Constantia futile ne quid,

Infirmitumq; geras.

Verg.

Verg. 4. Æneid.

Mens immota manet, lacrymæ voluntur inanes.

Ovid. Epist. 15. Paris Helenæ.

*Nec piget, haud unquam stultæ elegisse videbor:
I'ermanet in voto mens mea firmâ suo.*Idem lib. 5. de Trist. Epistola loquitur de
Ovidio.*Fert tamen (ut debet) cassus patienter amarus,
More nec indomiti frena recusat equi.**Nec fore perperetiam sperat sibi numinis iram,
Conscius in culpa non sceles esse sua.*

Horatius Oda. 9. lib. 4.

*Est animus tibi**Rerumq; prudens, & secundis**Temporibus, dubiisq; reclus.*

Statius lib. 2. Sylvarum.

*Est hic, quem geminas sælix hominesq; & eosq;**Et dubios cassus, & cæca lubrica vite,**Effugit immunis fati: non ille rogavit,**Non timuit, metui ve mori.*

Idem lib. 5. Sylvarum de Priscilla.

*Nec tamen hic mutata quies, probitas ve secundis**Inimuit: tener idem animus moresq; modesti**Fortuna crescente manent.*

Horat. Oda. 10. lib. 2.

*Sperat infestis, metuit secundis**Alteram sortem: bene præparatum**Pectus.*

Vergil. lib. 3. Georg.

*Non umbre aliorum nemorum, non mollia possunt**Prata movere animum.*

§ APOPHTHEGMATA.

Pelopidas ab Alexandro Phæreo captus, tyranno nuntiavit: absurdum esse, miseros cives (Phæreos autem intelligebat) infantes occidi, quotidie, sibi autem soli parci: quem si servet, cognoscat viturum. Admirans igitur Alexander constantiam capti: quid, inquit, mortem accelerat Pelopidas? Tu autem diis invisus, inquit, ille, per quàm celeriter optes, *Brus. lib. 2. c. 1. ex Plutarch.*

Agis quum in carcere rogaretur ab Ephoro, num poeniteret eorum quæ gessisset? impavide respondit: se nulla tanquam poenitentia consilio cum prudentia honestoque conjuncti: tamen non ignoraret, se mortem præmi loco relaturum. *Plut. in Bras. lib. 2. c. 1.*

Socrates solitus est dicere: ut statuam in sua basi: ita virum virtutis studiosum bono proposito nixum, immotum esse debere. *Stob. serm. 1.*

Idem morti adjudicatus propter philosophiæ sinceram professionem, ad iudices conversus ait: equidem vos omnes singulari quadam benevolentia complector: parendum tamen & potius duco Deo immortalis, quam vobis. Itaque quandiu & spirare potero, nunquam philosophiæ curam abjiciam: nec vestri admonendi, moreque ac modo meo adhortandi ad virtutem quencunq; fuero ex vobis nactus. *Plut. in Adag.*

C. Marius Augusti centurio, captus, & ad Antonium perductus, quum interrogaretur, quid de se statui juberet? Jugulari me, inquit, jube: quia non salutis beneficio, nec mortis supplicio adduci possum: ut aut Cæsaris miles esse desinam, aut tuus esse incipiam. *lib. 2. cap. 1. ex hist. Rom.*

Anaxarchus cum à Nicocreonte Cypri tyranno in saxo concavo tunderetur, philosophus animo infractus: tunde, tunde Anaxarchi vasculum, ait: Anaxarchi constantiam non teris. *Bruson. lib. 2. cap. 2. ex Plut.*

Xantippe de Socrate marito prædicare solebat, quod semper vidisset illum eodem vultu revertentem domum, quo exierat. Argumentum verè constantis animi: cum alii domo egressi, si quid accidit triste, redeant turbidi: si quid læti, gestientes. *Bras. lib. 8. apophth.*

§ EXEMPLA SACRA.

Constantiæ & perseverantiæ exempla: Noë, *Genes. 6. vers. 9.* Abraham, *19. v. 27.* Joseph, *39. 8.* Moses, *Exod. 8. 26. & 10. v. 9. 24. 25.* David, *1. Sam. 17. v. 33. 34.* Jonathas, *19. 4.* Joab, *2. Sam. 19. 5.* Michæas, *2. Paralip. 18. 27.* Daniel, *Dan. 1. v. 11. 12. & 6. v. 10.* Sidrach, Misach, Abdenago, *3. vers. 16. 17.* Susanna, *13. v. 24. 43.* Mardocheus, *Esth. 5. 9.* Matthathias & filii ejus, *1. Machab. 2. 19.* Eleazar ob non gustatam carnem suillam interfectus, *2. Macchab. 6. vers. 18. 19.* Mater cum septem filiis, *6. vers. 1. 2. &c.* Discipuli Joannis, *Matth. 14. 12. Marc. 6. 29.* Joannes Baptista, *Matth. 14. 12. Marc. 6. 18.* Joseph Arimathæenses, *Marc. 15. v. 43. Luc. 23. 52. Ioan. 19. v. 38.* Pilatus, *19. 22.* Petrus & Joannes *Actor. 4. v. 13. 19. 31.* Apostoli, *5. v. 21. 41. & 8. v. 1.* Antiochenses, *11. v. 20.* Paulus, & Bar-

& Barnabas, 13. v. 46. & 14. v. 21. Paulus, 18. v. 18. & 20. v. 24.
 & 21. v. 13. & 23. v. 1. & 24. v. 10. 24. & 28. v. 31. 2. Corint. 1. v. 17.
 & 4. v. 1. 16. & 10. v. 11. Galat. 2. v. 5. 1. Theſſal. 2. verſ. 1. Apollo,
 Actor. 18. v. 26. 27. Epaphroditus, Philipp. 2. v. 30. Petrus, 2. Petr.
 1. v. 12. Ephesinus Paſtor, Apocal. 2. v. 3. Pergamensis Paſtor,
 verſ. 13. Philadelphensis Paſtor, 3. v. 8. Martyres, 12. v. 11.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Gorgias Leontinus Iſocratis Magiſter, centum & ſeptem vixit
 annos: nec tamen tam longævus ab opere & ſtudio ceſſavit
 unquam. Sab. lib. 2. cap. 7.

Plato octogenario major & dormiens, & moriens Sophronis
 Mimographi numeros ſub capite habuiſſe traditur, vitæque ſi-
 mul & ſcribendi finem fecit. Laert. lib. 3.

Cato Uticensis ita doctriæ cupiditate flagravit, ut ne in curia
 quidem, dum ſenatus cogereur, temperaret ſibi, quod minus
 Græcos libros, leſtitarer. Valer. lib. 8. cap. 7. Et Cic. lib. 2. de Finib.

Portius Latro, Hiſpanus, condiscipulus Senecæ, quicquid cepit,
 non deſiit quin perfeciſſet. Rurſus cum ſe remiſſioni traderet,
 in omnes luxus & jocos reſolvebatur. Theatr. Zuinger.

D. Aur. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus quinquaginta
 narius, ſemper tamen aliquid vel legebat, vel ſcribebat. Sabellie.
 lib. 1. cap. 8. Fulgoſ. lib. 8. cap. 7. Et Egnat. eodem.

M. Horatio Vulvillo Coſſ. Capitolini Jovis templum dedicanti,
 ab æmulis falſus afferretur nunciuſ, filiũ in prælio periſſe. Tum
 ille, ego luctum non capio, inquit, vos cadaver ubi vulvitiſ ef-
 ferre, inſtitutum conſtanter peregit. Sabell. lib. 9. cap. 2.

Capta ab Alarico Roma, Gothuſ quidam cum mulierem forma
 excellentem vidieſſet, amore percituſ ad ſui obſequium invita-
 vit. Ubi verò ſtudio pudicitie libidini reſtictari ſue conſpexit,
 ſtictum, gladium jugulo intentavit, ac demum etiam feriit.
 Cum virgo tota perſuſa amore, ne ita quidem de ſententia ce-
 deret: tum conſtantiam admiratuſ, ad baſilicam S. Petri addu-
 xit, ac datuſ alimonie cauſa nummiſ aureiſ, eam templi cuſto-
 dibuſ commendavit. Sigoniſ lib. 10. Imp. occident.

¶ HIEROGLYPHICA.

ERat legio (militum Romanorum) quæ rutilum equum in cor-
 rulea parma geſtabat, in medio viridiſ orbis conſtitutuſ, cui
 quadrupes toto inniti pectore videbatur, ea Conſtantia nuncu-
 pabatur, quæ ſub Magiſtro peditum mercebat, Conſtantio quip-
 pe principe inſtituta. Pier. Valer. lib. 4. pag. 38. E.

Nazianzenuſ pro Conſtantia Salamandram ponit, dum ani-

CO

CONSUE TUDO.

mal id in igni medico, qui omnia domat, non solum lætari dicitur ac vivere, sed eum omnino extinguere. Ita se cum Basilio, Athenis in igne perfidie Deum verum colendo incolumes versatos gloriaur, quin etiam cum professione sua atque constantia suppressisse. *Pier. Valer. lib. 16. pag. 151. B.*

Vide Fortitudo, Patientia.

CONSUE TUDO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

L Apides excavant aquæ. *Iob 14.*

Proverbium est, adolescens juxta vim suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. *Proverb. 22.*

Quoniam puer centum annorum morietur. *Esai. 65.*

Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua. *Thien. 3.*

Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut Pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, aut dilexeritis malum. *Ibidem 13.*

Qui nocet, noceat adhuc. *Apocal.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Consuetudo quasi secunda & quasi affabricata natura dicitur. *August. lib. 6. de Musc.*

Solet recta opinio pravam corrigere consuetudinem, & prava opinio rectam depravare naturam. *Idem de Doctr. Christ.*

In dolore paries filios. Verum est sacramentum huius sententiz, quod nulla abstinencia sit à voluptate carnali, quæ non habeat in exordio dolorem, donec in meliorem partem consuetudo flectatur: quò quum pervenerit, quasi natus est filius id est, ad bonum opus paratus affectus per consuetudinem bonam: quem consuetudo ut nasceretur, cum dolore reluctandum fuit consuetudini malæ. *de Gener. contra Man.*

Frustrà quidam qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo major sit veritate: aut non fuerit in spiritualibus sequendum, si melius fuerit à S. Spiritu revelatum. *Cyriac. ad Iubarian.*

Veritati nemo præscribere potest: non spatium temporum, non parrocinia personarum, non privilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo, initium: ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur: & ita adversus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus

stus veritatem se, non consuetudinem cognominavit. Quodcumque adversus veritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo. *Tertull. de virgin. velan.*

Lex peccati, ex violentia consuetudinis: qua trahitur etiam in vitium animus eo merito, quo in eam volens illabitur. *August. lib. 8. confess.*

Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ utilitate adjuvat: tamen novitate perturbat. quapropter quæ utilis non est, perturbatione infructuosa, consequenter noxia est. *Idem Epist. ad lazarum.*

Peccata, quamvis magna & horrenda, quum in consuetudinem venerint, aut parva esse, aut nulla creduntur: usque adeo, ut non solum non occultanda, verum etiam prædicanda diffamandaque videantur. *Idem in Ezech. cap. 82.*

Vincere consuetudinem dura est pugna. *super Psalm. 30.*

In his rebus, de quibus nihil certi divina statuit Scriptura, statuta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. *August. in Epist. ad Cassulan.*

Mos est simul habitantium consensus, qui inveteratus consuetudinem facit. *Idem de definit.*

Asperam nobis & insuavem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo: quæ si in alteram partem transferatur, invenitur semita justitiæ levis. *Hieron. in epist. ad Celant.*

Quum culpa in usum venerit, etiam animus, etiam si appetat, debilius resistit: quia quot vicibus pravæ frequentationis astringitur, quasi tot vinculis ad mentem ligatur. *Gregor. lib. 4. moralium.*

Sæpè nonnulli exire à pravis actibus cupiunt: sed quia eorundem actuum pondere premuntur: in malæ consuetudinis carcere inclusi, à semetipsi exire non possunt. *Idem lib. 11. moralium.*

Tenent pravæ consuetudines quem semel cœperunt, atque quot die duriores existunt: & non nisi cum peccatoris vita finiuntur. *Idem lib. 15. moral.*

Consuetudo est jus quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur & tenetur, quum ea deficit. *Isidor. libr. 2. Etymologiarum.*

Consuetudo autoritati cedit: pravum usum lex & ratio vincat: quum verò nec sacris canonibus, nec humanis legibus consuetudo obviare monstratur, inconvulsa servanda est. *Isidor. in Synon. lib. 2.*

Difficile

Difficile est peccati consuetudinem vincere: pravus usus ubi aboletur: assidua consuetudo vitium in naturam convertit. Animus sceleribus attritus, vix ab eis divelli potest. *Isidor. lib. soliloquorum.*

Non parvus est labor, ut se aliquis à priori non bona consuetudine reflectat ac revocet: quoniam quidem mos longo tempore confirmatus, vim quodammodo obtinet naturæ. *Basil. Regul.*

Quidam de sapientibus dixit: bene consuetos pudebit desistere: & iterum bona loquamur, transibit sermo in affectum: juxtà illud: *Qui non assuescit virtuti, dum invenescit: A vitis non scit discedere, quando senescit.* E è contrà: quod in juventute ad discitur, in matura ætate servatur. *Maximus in sermone de Ioan. Baptista.*

Consuetudo, quæ apud quosdam irrepserat, impedire non debet, quò minus veritas prævaleat & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est. *Cyprian. ad Pomp.*

SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Maxima est vis vetustatis & consuetudinis. Non modo in hoc quod est animal, sed in iis etiam, quæ sunt inanimata consuetudo valet. cum locis etiam ipsis montuosis delectemur & sylvestribus, in quibus diutius commorati sumus. *in Latio.*

Consuetudinis magna vis est: pernoctant venatores in nivis in montibus uri se patiuntur. 2. *Tusc.*

Consuetudo laborum, perperionem dolorum efficit faciliorum. Nam ferre laborem: contemnere vulnus consuetudo docet. *ibid.*

Qui multa sunt sæpè perpeffi, facilius ferunt quidquid accidit: obduratisq; sese contrà fortunas arbitrantur. 3. *Tusc.*

Corruptela malæ consuetudinis, igniculi extinguuntur à natura dati, exoriunturq; & confirmantur vitia contraria. 1. *de Legib.*

Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis & feminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci, & vitæ consuetudine suppeditantur. *De Legib. Agr. ad pop. Rullum.*

O consuetudo peccandi! quantam habes jucunditatem in improbis & audacibus, cum pœna absuit, & licentia consuetudinis est. 5. *Act. in Verr.*

Consuetudo peccandi, maleficiis suscipiendi removet dubitationem. 2. *ad Heren.*

Sic fit, ubi homines majorem vitæ partem in tenebris agunt: in noviss.

uenovissimè solem quasi supervacuum fastidiant. *Senec. in epist.*

Tunc autem consummata est infelicitas: ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent: & desinat esse remedio locis: ubi quæ fuerant vitia, mores sunt. *Idem Epist. 28.*

Diu in istis vitiis jacuimus: evelli difficile est. non enim inquinati sumus, sed infecti. *Epist. 58.*

Inter causas malorum nostrorum: quòd viximus ad exempla, nec ratione componimur: sed consuetudine abducimur. Quòd si pauci facerent, nolimus imitari: quum plures facere cœperunt, quasi honestius sit: quia frequentius sequimur, & recti apud nos locum tenet error: ubi publicus factus est. *Idem in extrema part. epist.*

Educatio & disciplina mores facit: & id sapit unusquisque, quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit: benè docet loqui, benè docet facere. *In libro de moribus.*

Gravissimum est imperium consuetudinis. *In Proverb.*

Quicquid in excelso fastigio positum est, humili & certa consuetudine, quo fit venerabilius, vacuum esse convenit. *Valer. Maxim. lib. 2.*

¶ APOPTHEGMATA.

Polyenus consuetudinem dicebat initium exiguum capere: neglectam autem vires maximas sumere. *Anton. & Maxim. serm. de consuetud.*

Chrysothomus dicebat, nihil tam firmum est in rebus humanis, quàm veteris consuetudinis tyrannis. *Eschmus* item, consuetudinem alteram naturam esse dixerunt.

Philo non rus (inquit) improbos, non urbs bonos efficit: sed similitum congressus & consuetudo. *Anton. serm. 22.*

¶ SIMILITUDINES.

UT quorundam hominum etiam aspectus fascinum habet: ita sunt quorum omnis vitæ consuetudo mores inficit. *Plinius.*

Ut in loco pestilenti qui assuevere durant: ita incommoda parùm lædunt assuetos. *Plin. lib. 18. cap. 5.*

Quemadmodum *Mithridati* quotidie venenum sumenti, consuetudine factum est innoxium: ita mala quibus assueveris non offendunt. *Erasmus.*

Vina non modò soli sui referunt saporem: verum etiam arborum aut fruticum vicinarum: ita non solum exprimimus eos à quibus geniti sumus: sed & eos, quorum consuetudine sumus usi. *Erasm.*

Ut cal.

CO

CONTAGIO.

Ut callus tempore factus adimit sensum: ita diutina consuetudo facit, ut levius feramus. *Plin. lib. 25. cap. 2.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Consuetudinis perniciosæ hominem indicaturus quispiam *Caprimulgum* avem pingat: ea enim inter capras familiariter versatur. appetitque earum ubera sugere: quod cum fecerit, uber extinguitur: capra, ut ajunt, excæcatur. *Pier. lib. 25. p. 238. E.*

Vide Assuetudo.

CONTAGIO.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de remed. amor.

*Si quid amas, nec vis facias contagia vites:
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi:
Multaque corporibus transiitione nocent,
In loco nonnunquam siccis arentia glebis,
De propè currenti flumine manat aqua.*

Juvenal. Satyr. 2.

*De lit hanc contagio labem,
Et dabit in plures. Sicut grex totus in agro
Vnius scabie cadit, & porr. gine porci,
Vvæq; conspecta livorem ducit ab ura.*

Vergil. Ecloga 1.

Ne mala vicini pecoris contagia lædent.

Ovid. 3. de Ponto.

*Quis non è timidus agrî contagia vitat,
Vicinum metuens, ne trahat inde malum.*

Paulinus ad Auson.

*Non recipit mens pura malum: neq; le vibres hærent &
Inspersa fibris macula: sic Vascone saltu
Qui siquis agit purus sceleris vitam inter iniquos?
Nulla ab inhumano morum contagia ducit
Hospite.*

Vide Morbus.

CONTEMPTUS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Ejice derisorem, & exhibitum eo jurgium, cessabuntq; causæ & contumeliæ. *Proverb. 22.*

Est correptio mendax in ira contumeliosi. *Eccles. 20.*

Antè ignem camini vapor & fumus ignis exaltatur: sic & antè sanguinem maledicta contumeliæ & minæ. *Ibid. 22.*

Homo assuetus in verbis impropriis, in omnibus diebus suis non erudietur. *Ibid. 23.*

Qui profert contumeliam, insipiens est. *Proverb. 10.*

Quæ viderunt oculi tui ne proferas in jurgio citò, ne postea emendare non possis. cum de honestaveris amicum. *Ibid. 25.*

Ne contrà faciem stes contumeliosi; ne sedeat quasi insidiator torori tuo. *Eccles. 8.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sedulò monendi sunt scholastici: ut humilitate induti Christiana discant non contemnere, quos cognoverint morum vitia, quàm verborum amplius devitare, quia licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitiosum proferant presbyteri vel episcopi: non tamen ideo à scholasticis sunt despiciendi: sed cordi casto prælatorum linguam exercitaram scholastici præferre nõ audeant: quam etiam proferre consueverant. Morum enim vitia magis, quàm verborum sunt præcavenda. *August. de catech. h. 2. c. 4. rud.*

Omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere contemnit. *Idem ibid.*

Sicut solet generari ex assiduitate contemptus: sic attenditur ex ipsa raritate devotio. *Ambr. in quod. serm.*

Non sunt contemnenda quasi parva, siæ quibus magna constare non possunt. *Hieron. in epist. ad Letam.*

Quod enim sumus hodiè novimus: quid autem post paululum esse possumus, nescimus hi verò, quos fortassè despiciamus, & tardè possunt incipere, & tamen vitam nostram ferventioribus studiis anteire. Timendum iraque est, ne etiam nobis cadentibus surgat, qui nobis stantibus irridetur: quamvis stare jam non novit, qui non stantem novit irridere. *Greg. lib. 25. mor.*

Si reum regis majestatis quamvis humanæ, humanis legibus capite plecti, sancitum est: quis finis contemnentium divinam omnipotentiam erit? *Bernh. sup. Cantica.*

Qui terrena contempsimus: necesse est, ut flagrante desiderio cœlestia requiramus. *Bernh. in parv. serm.*

Contemne

Contemne divitias, & eris locuples: contemne gloriam & eris gloriosus: contemne supplicia inimicorum, & tunc eos lauperabis: contemne remissionem & quietem, & tunc eam recipies. *Chrysoft. in epist. ad Hebra.*

§ SENTENTIAE PHILOSOPH.

Nondum felix es, si non te turba deriserit. Si beatus vis esse, cogita hoc: primum contemnere, & ab aliis contemni. *Seneca lib. de morib.*

Gravius est contemni, quàm stultitia percuti. *In Proverb.*
Sunt plurimi, qui multa verbis, non re contemnunt: sed ipse quæ spernunt, clam furantur. *Ibidem.*

Facile contemnit omnia, qui ad contemptum sui venit. *Valer. Max. lib. 6. c. 1.*
ergò habere omnia: contemne omnia. *Senec. epist. 85.*

§ SIMILITUDO.

Bucephalus Alexandri Magni equus, quum nudus esset, equum quoniam in tergum admittebat: ornatus regius phaleris minimum ferebat, nisi regem ipsum: in reliquos omnes ferociter abiebat: Ita quidam tenues quemvis ferunt, divites facti despiciunt vulgares. *Plin. lib. 8. cap. 42.*

§ EXEMPLA SACRA.

Contemptus beneficiorum DEI & ejus punitionis exemplum: Esau, *Genes. 25. vers. 32. 34.* Hebr. 12. v. 16. 17. Contemptus verbi DEI, & ejus punitio, 2. Paralip. 30. v. 10. Proverb. 1. v. 26. Exemplum: Pharaon, *Exod. 5. v. 2. & 15. v. 3. 4. 5.* Saul, 1. Sam. 15. v. 10. 11. 26. & 31. v. 4. Salomon, 1. Reg. 11. v. 4. 5. 6. Achis, 2. Paralip. 28. v. 21. 22. Israelitæ, *Psalms. 106. v. 21. 22.* Esau, 1. v. 26. & 31. v. 4. Jerem. 15. v. 6. *Osee 6. v. 7. & 15. v. 5. 6.* Ephraim, *Osee 11. v. 3.* Impii, *Iob. 21. v. 14. 15.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Capto Helleſponto & Lacedæmoniis profligatis in tantum amictus: ut dedignarentur aliis milieibus subinde victis, se invictos ubiq; commiscere. *Plut. in Alcibiade.*

Mecænatum Horat. lib. 1. Satyr. 6. laudat, quod quamvis regius natus esset sanguine: neminem tamen juxta se contemneret: inter cæteræ sic inquit:

— *Persuades hoc tibi verè:*

Antè potestatem Tulli, atq; ignobile regnum,

Multos sæpè viros, nullis majoribus ortos,

Et vixisse probos, amplis & honoribus auctos.

Contra Lævinum, Valerigenus: undè superbus

*Tarquinius regno pulsus fuit: unius astitit
Non unquam pretio plures licuisse.*

Vide Derisio, & Abusus.

CONTENTIO.

SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Vir sapiens, si cum stulto contenderit, sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem. *Proverb. 19.*

Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius lingua. *Eccles. 8.*

Objurgatio & injuriæ annullabunt substantiam. *Ibid. 21.*
Pungens oculum, educit lachrymas: & qui pungit cor, profert sensum *Ibid. 22.*

Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? *1. Corinth. 3.*

Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. *2. Timoth. 2.*

Respondete obsecro absque contentione. *Iob. 6.*
Non contendas adversus hominem frustra: cum ipse nihil tibi malè fecerit. *Proverb. 3.*

Inter superbos semper jurgia sunt: semper jurgia querit malum. *Ibid. 13. & 17.*

Honor est homini, qui separat se à contentionibus. *Ibid. 20.*
Ne contendas cum pessimis. *Ibid. 24.*

Non contendas cum uno locuplete, ne fortè contrà te constituat litem: multos enim perdidit aurum, & usq; ad cor regum extendit & convertit. *Eccles. 8.*

Abstine te à lite, & minues peccata. *Ibid. 28.*
Qui tecum vult contendere in judicio, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium. *Matth. 5.*

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. *Philip. 2.*

Servum autem Domini non oportet litigare. *2. Timoth. 2.*

ΑΠΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Democritus omnem contentionem imprudentem esse dicebat: dum enim hostem quo pacto lædat respicit, propriam negligit utilitatem. *Stob. serm. 20.*

Epicetus contendere, inquit, cum ubiq; indecorum est, tum inter pocula maximè. Nam neque ebrius aliquis docere sobrium potest: neque sobrius ab ebrio persuaderi. Ubicumq;

S

igitur non adfuerit sobrietas, tandem nequicquam te contumeliose apparebit. *Idem in Enchiridio.*

Eusebii philosophus dicebat homines multa potius scire videre cupere, quam vera dicere studio teneri: proinde multos de contrariis veteribus opiniones probant: veri cognitionem rebus maximè necessariis dubiam efficere. *Stob. serm. 4.*

Idem multi homines, inquit, disputando de rebus haud secus quam animantia bruta pugnando, solam sibi victoriam proponunt: ac veritatis amore & studio relicto, nihil præter suam utilitatem curant. *Eodem sermone.*

Vide Discordia, Ira.

CONTUMELIA.

¶ APOPTHEGMATA.

Diogenes calvo cuidam contumeliis cum afficienti respondit: Tibi contumeliam non dico: sed capillos tuos laudo: quos si malam effugerint calvam. *Anton. & Maxim. sermone de vituperatione.*

Aristippus contumelia à quodam affectus secedebat: male enim se contumeliam persequente, ac dicente, fugis? etiam, inquit: nam male dicendi potentiam habes: ego verò non audiendi. *Eodem sermone.*

Chii quondam Spartæ peregrinantes, à cœna vomuerant in Ephorum curia: dein etiam in sedes, in quibus sedere solent Ephori, ventris onus deiecerant. Ac primum quidem inquisitio facta est, quinam hoc designassent, ne forte essent? Ut verò compertum est fuisse Chios, edixerunt, se Chiosmittere, ut agerent intemperantius. Excellentium virorum est negligere contumeliam, quæ à palam improbis perficitur, à quibus etiam laudari turpe est. *Platarchus in Laconia.*

Scipio Emilianus apud Numantiam iratus C. Metello, dixit: si quantum pareret mater ejus, asinum fuisse parituram. *Eodem lib. 6. apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

Sicuti nec Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem ferit fulmina: ita vel ingens potentia, vel extrema fortunæ humilitas, tutum reddit à contumeliis. *Plin.*

Adyantem herbam, etiam si perfundas aqua, aut immergas in aqua, tamen sicca similis est: ita in virum bonum non hæret contumelia aut infamia, etiam si quis infamare conetur. *Plin. lib. 17. cap. 21.*

¶ EXE

§ EXEMPLA SACRA.

Contumeliaz exempla: Principes Hanonis, 2. Sam. 10. vers. 3.
 Israëlitz, 4. Esl. 10. v. 22. Turba, Ioan. 7. v. 10. Judæi, 8. v. 48.
 52. Pharisei, 9. v. 24.

*Vide Injuria, Vis, Convitium & Maledicentia,
 Contemptus, Derisio.*

CONVENTUS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Conventuum piorum exempla: Israëlitz, 1. Samuel. 7. v. 5. &
 Apostoli, Maria & mulieres, Actor. 1. v. 13. & 4. vers. 26. 27.
 Christiani & Apostoli, Actor. 2. v. 14. & 4. v. 24. & 5. v. 42. & 6.
 v. 2. & 9. v. 22. & 10. v. 24. & 12. v. 12. & 13. v. 10. 44. & 14. v. 27.
 & 15. v. 5. 6. 30. & 17. v. 2. 23. & 18. v. 1. & c. 20. v. 7. Conventum
 impiorum fugienda consilia, Psalm. 1. v. 1. Conventuum
 impiorum exempla: Reges Amorrhæorum, Iosue 10. vers. 5. 6.
 Multi Reges, Israëlitarum hostes, 11. v. 5. Philisthæi, Iudic. 16. v.
 23. 1. Samuel. 4. v. 1. Reges terræ & Principds, Psalm. 2. v. 2, Actor.
 4. v. 26. 27. Pharisei, Matth. 12. v. 14. & 22. v. 15. 34. Sacerdotes,
 Scribæ, Pharisei & Seniores, Matth. 26. v. 3. 57. & 28. v. 12.
 Marc. 14. v. 53. & 15. v. 1. Luc. 20. v. 1. & 22. v. 66. Judæi, Ioan. 9.
 v. 22. Pontifices & Pharisei, Ioan. 11. v. 47. Principes & Seniores,
 Actor. 4. v. 5. Herodes & Pilatus, v. 27. Principes Sacerdotum, 5.
 v. 21. Seniores & Scribæ, v. 6. 12. Seniores, 21. v. 18. Judæi, 9. v. 23.
 Sacerdotes, 22. v. 30. Ananias, 23. v. 2.

Vide infra, Ecclesia.

CONVERSATIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens
 eris, & cum electo electo eris: & cum perverso perverseris.
 Psalm. 17.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum
 similis efficietur. Proverb. 13.

Qui terigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communica-
 verit superbo, induet superbiam. Eccles. 13.

Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo
 sua. 13.

Modicum fermentum totam massam corrumpit. *1. Corinth.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

IN diversis observationibus nulla disciplina melior gravi & prudenti Christiano; nisi ut eo modo agat, quo agere videtur ecclesiam, ad quam fortè devenit ad discendum quod opus est. *August. de doct. Christ.*

Quisquis rebus prætereuntibus strictius utitur, quàm se habent mores eorum, cum quibus vivit, aut intemperans, aut superstitiosus est. Quisquis verò sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat: aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido in culpa est. *Ibid.*

Conversacionis alienæ sumus curiosi exploratores: aut judices temerarii. *Bernh. in Cant. serm. 45.*

Conversari sic debet Christi minister: ut ex moribus exterioribus compositiones interiores existimentur. *Idem de trip. judicio.*

In initio conversacionis nulla virtus magis necessaria, quàm simplicitas humilis, & gravitas verecunda. *Bernhard. in Epiph. Dominic.*

Non valdè laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim gravioris culpæ est, inter bonos bonum non esse: ita immensi est præconii, bonum etiam inter malos existisse. *Greg. mor. lib. 1.*

Res eximii pretii est, inter malos laudabiliter conversari. *Idem ibid.*

Sancta conversatio confundit inimicum: ædificat proximum, glorificat Deum. *Idem ibid.*

Cor hominum de operum ostenditur qualitate: & formamentum species, detegit actionum. *Leo Papa.*

Quod potest redimi, non timetur: esse jam inter nocentum innoxium, crimen est: malos quisquis non imitatur, offendit, consensere jura peccatis, & cœpit licitum esse, quod publicum est. *Cyprian. epist. 2.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Nulla res magis animos induit honestos: & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum virorum conversatio, paulatim enim descendit in pectora, & vim præceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri. *Senec. epist. 2.*

Si quid aliquibus ex sordida conversacione servile est, honestorum convictus excutiet. *Senec. epist. 35.*

Salutare est, non conversari dissimilibus & diversa cupientibus. Turba etsi non mutat te, impedit tamen: multum autem nocet etiam qui moritur. In vitia alter alterum trudimus, quomodo autem revocari possunt ad salutem, quos nemo retinet: populus impellit? *Idem epist. 82.*

Sic cum inferiore vivas, quemadmodum superiorem tecum vivere velis. *Idem epist. 97.*

Omnes tibi pares facias, inferiores superbiendo non contemnas: superiores rectè vivendo non timeas. *Idem de quatuor virtutibus.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Aristhenes cuidam opprobianti, quod interdum cum improbis haberet consuetudinem: & medici, inquit cum ægro-versantur: nec tamen ægrotant ipsi. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Demosthenes accusatus, quod improborum uteretur contubernio: optimus, inquit, is est medicus, qui sanos relinquit, & bene habentes: ægros & penitus deploratos suscipit curandos. *Stob. & Maxim. serm. 6.*

Epictetus hominem, cum quo conversamur, tribus modis considerandum esse suadebat: nempe ut præstantiorem nobis, aut inferiorem aut æqualem. Præstantiori quidem auscultare & obtemperare convenit: minorem modestè persuadere: æquali autem consentire. Et hoc sanè modo in conversatione hominum nunquam in contentionem incidet. *Stobæus serm. 3. de Temperantia.*

S. Ioannes Apostolus & discipulus Jesu Christi, lavandi gratia balneum ingressus, cum vidisset ibi Cerinthum, continuo exiliens, non lotus discessit, dicens: fugiamus hinc, ne & ipsæ balneæ corruant, in quibus Cerinthus lavatur. Quo dicto ostendit, malorum consortium ubique esse fugiendum. erat enim Cerinthus, ut non solum simpliciter malus, sed apertus veritatis atque omnium piorum hostis. *Eusebius lib. 4. Ecclesiast. hist. cap. 4.*

Agésilæus Argivo cuidam dicenti, Lacedæmonios peregrinationibus reddi deteriores, quod interim degenerent à majorum legibus & institutis: at vos, inquit, cum Spartam venitis, non deteriores, sed meliores evaditis. Dictum retorfit in Argivum. *Plut. in Lacon. apoph.*

Hippocratides quum ei aliquando fuisset obvius adolescens, quem amator sequebatur erubescenti adolescentulo: cum his inquit, oportet ambulare, cum quibus conspectus non mutet colorem. *Plut. in Lacon. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT qui in solem venit, licet non in hoc venerit, coloratur: & qui in unguentaria taberna resederunt, & paulò diutius commorati sunt odorem loci secum ferunt: ita qui cum sapiente consuetudinem habent, etiamsi non hoc agant, tamen redduntur meliores. *Senec.*

Ut minuta quædam animalia, cum mordent non sentiuntur: tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet: ita bonorum consuetudinem prodesse non deprehendis, sed profuisse. *Senec.*

Ut morbi ad vicinum terpit contagio, sanitas ad ægrotantem non item: ita ex consuetudine malorum facilè boni corrumpuntur: at non contrà. *Erasmus.*

Tropædo piscis haud nocet, nisi contactu, sed virus suum etiam ab ære per linum, & arundinis internodia ad piscatores manum mirè transmittit: sic improbi ac pestilentes haud nocent, si nihil cum illis habeas commercii, rerum quacumque consuetudine contacti morum venena afflant. *Plin. lib. 32. cap. 1.*

Ut in re rustica non satis est teipsum bonum esse colonum: sed magni refert cuiusmodi habeas & vicinum? sic in vita non satis est, teipsum integrum virum præstes, sed refert cum quibus habeas consuetudinem. *Erasmus.*

Aconitum etiam contactu necat: ita quorundam convictus procius inficit, aut si vel tantillum cum illis inceptes commercii. *Plin. lib. 29. cap. 2.*

Ut Pyrites gemma non aperit vim igneam, nisi si atteras: ita quorundam malitiam non sentias, nisi cum illis consuetudinem aut commercium habueris. *Erasmus.*

Ut non ipse solum magnes attrahit: verum etiam aliud ferrum ad se trahit ferrum magneti affricum: ita contagio vis virtutis, aut improbitatis pernicies ab alio in alium transit. *Erasmus.*

Ut qui antè venenum sumunt antidotum, non læduntur veneno: sic qui salubribus opinionibus ac decretis confirmarunt animum, non inficientur oratione malorum, si fortè in eos inciderint. *Idem.*

Vina non modò soli sui referunt saporem, verum etiam arborum aut fructuum vicinorum: ita non solum exprimimus eos unde progeniti sumus, sed & eos, quorum consuetudine sumus usi. *Idem.*

Ut qui à cane rabido morfi sunt, non solum rabiunt ipsi, verum etiam alias contagio inficiunt: ita qui pestilentem aliunde imbiberint opinionem, & alios suis inficiunt colloquiis. *Idem.*

§ EXEM.

§ EXEMPLA PROFANA.

Romanianes & D. Augustinus, Oratorix doctor, communicipes, cum quibusdam aliis amicis, numero ferè decem, Mediolani vitam communem vivere instituerant, turbulentas humanæ vitæ molestias detestari: sic ut bonis suis in medium collatis, una res familiaris ex omnibus conflaretur, & in singulis annis bini œconomix præessent, cæteris quietis, Verùm cum hoc consilium mulierculæ, quas quidam ipsorum habebant, neq; dimittere volebant, non viderentur laturæ, irritus fuit conatus. *August. lib. 6. confess. cap. 14.*

Brasiliensis una in domo (sunt enim longissimæ) multi simul habitant. Et ii inter se fraternè agunt, libenterq; alii pro aliorum, qui cum illis vivunt, salute vitam in quodvis discrimen injiciunt. *Oforius lib. 2. rerum Enn.*

Omnes ferè Atheniensium principes tantum se ab invidia putabant abfuturos, quantum à conspectu suorum recessissent. Itaque *Canon* plurimum Cypri vixit, *Iphicrates* in Thracia, *Timotheus*, *Lesbi*, *Chares* in Sigæo. *Probus* in Chabria. *Theat. Zuing. fol. 244.*

Pericles Atheniensis, hominum convictum & conversationem fugit, ut nunquam etiam apud summos amicos convivia celebraret. Nimirum nullam aliam ob causam, quàm ne malorum hominum conversatione suos mores in pejus mutaret. *Plutar. in eius vita.*

Vide Amicitia, Familiaritas.

CONVITIUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Si utilitate proximi moveor in laudibus meis: cur minùs moveor, si quisquam ab aliis injustè vituperetur, quàm si ego? cur ea contumelia magis mordeor, quæ in me, quàm in alium eadem iniquitate coram me jactur? *Augustinus libro decimo confessionum.*

Si non aurem solam percutit iracundia criminantis, verùm etiam conscientiam mordet veritas criminis: quid mihi prodest, si me continuis laudibus mundus attollat? ita nec malam conscientiam sanat laudentis præconium, neq; convulberat conviciantis opprobrium. *Contrà Petrus, lib. 3.*

Levis quidem sermo quia leviter volat, sed graviter vulnerat: leviter transit, sed graviter urit: leviter animum penetrat, sed

non leviter exit: leviter profertur, sed non leviter revocatur. Facile volat: ideo facile charitatem violat. Tenerum membrum lingua, attamen vix teneri potest: substantia quidem infirmum atque exiguum, sed usu magnum & validum invenitur: tenuis est & lata, ideo aprissimum & vacuandis fordibus instrumentum. *Bernh. in quod. serm.*

Convitia quis facile tolerat, cum in secreto mentis ad mala perpetranda recurrit. *Gregor. lib. 3. moral.*

Nihil saevius, nihil violentius amaris asperisq; sermonibus, quorū vulnera tantò difficilior curantur, quantò facilius proferruntur. *Val. Epi. in quodam sermone.*

Quamvis quis vitam fide muniat, scientia regat, castitate & sobrietate componat: nihil est quod in homine placeat, si in toto corpore lingua displiceat. *Idem ibid.*

Plana victoria est à clamazione tacere, & non respondere provocanti. Habet enim mercedem, & de tua patientia, & de fratris medela, si oblivioni detur injuria. Sicut nihil est deformius, quàm respondere furiosis: ita nihil utilius, quàm tacere provocatis. Nullus est finis inimicitias, nisi ad tempus obtempremus. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus ia Gurgul.

*Indignis si male dicitur, maledictum id esse dico:
Verum si dignis dicitur, benedictum est meo quidem animo.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Malis displicere, laudari est: nullam auctoritatem habet, ubi qui damnatus est, damnat. Male de me loquuntur homines, quia bene loqui nesciunt: faciunt, non quòd mereor: sed quod solent. *Senec. 77. epist.*

Æquo animo audienda sunt imperitorum convitia, & ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus. *Idem ibidem.*

Multi cum aliis maledicunt, sibiipsis convitium faciunt. *Idem de moribus.*

Turpia ne dixeris, paulatim enim pudor rerum per verba discitur. *Ibidem.*

Non potest generosus animus contumeliam pati. *Idem de sententiis oratoris.*

Si meritò objurgaverit te aliquis: scito, quia profuit: si immeritò, scito, quia prodesse voluit. *Idem in epist.*

§ APOPH.

§ APOPHTHEGMATA.

D *Emosthenes* à quodā convitiis lacessitus, committor, inquit, in certamen, in quo qui superior evaserit, inferior est: & qui vicerit, victus est. *Erasm. Rot. lib. 4. apoph.*

Chrysippus à quodam improbo multis affectus convitiis: eprime, inquit, fecisti, quod nihil eorum, quæ in te sunt, praterieris. *Anton. & Max. serm. de vitup.*

Idem audiens quosdam ipsi convitari & obloqui: atqui ego, inquit, sic vitam degam, ut illis nemo sit crediturus. *Eod. serm.*

Cleobulus dicebat convitiatorum reprehensionem illos non attingere, qui secundum virtutem vivunt. *Ibid.*

Plato, quum reprehenderis convitiosè, inquit, vide numquid à te convitio dignum designatum sit: si nihil tale actum est: summum esse illud convitium existimato. *Anton. serm. de obloquentiis.*

Anonymus sapienti cuidam quum aliquis diceret: me præsen- te tibi à certo quodam convitium factum est: tum ille, nisi tu, inquit, libenter audivisses, nunquam illè mihi esset convitiatus. *Eod. serm.*

§ SIMILITUDINES.

J Aculum si in solidum aliquid inciderit, nonnunquam in mitementem retorquetur: ita convitium in fortem & constantem virum totum recidit in convitium facientem. *Plutarch.*

Ut qui luctantur, non abstergunt suum pulverem, sed se mutuo contaminant, ut mutuo cadant: sic quidam accepto convitio, non id purgant, sed observant, quid vicissim in illos possit torqueri. *Plut.*

Ut si vel inimicus ostendat latum adhærens vesti, non rejicis in illum, sed abstergis: ita si quis ostendat maculam vitæ, non regerendum est convitium, sed abstergenda labe. *Plutarch.*

Absurdum existimant opprobrire cuiuspiam corporis vitium, à quo non sis ipse immunis: at multò magis ridiculum animi vitium in alterum conjicere, quod in te recidat. *Plutarch.*

Leo cunctis formidatum animal, tantum ac cristam galli formidat: ita summi principes infirmorum convitia nonnunquam timere coguntur. *Plin. lib. 8. cap. 16.*

Muræna fuste non potest interimi, ferula protinus: ita quosdam leve incommodum exanimat, ut convitium, qui gravissimas fortunæ procellas infracto tulerunt animo. *Plin.*

Ut lascivia simiarum febrem excutit leoni: ita inimici convitium aut contumelia, nonnunquam excussa desidia: veter- noq; ad honesti studium nos acuit. *Plin. lib. 8. cap. 10.*

S 5

§ HIEROGLYPHICA.

Nonnulli significaturi hieroglyphicè convitiatorum contemptorem, *Aquilam* figurarunt: ita immobili confidentem, nulla pennarum asperitate terribilem, neq; hiatu rostri minacem, juxta hanc *Cornicem* summittere eo gestu, ut & lacessere, & convitia facere videatur. *Pier. Valer. lib. 19. pag. 178. F.*

Vide Contumelia, Maledicentia.

CONVIVIUM.

§ SENTENTIA BIBLICA.

Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. *Proverb. 4.*

Cum satiatus fuerit, arctabitur & æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. *Iob. 20.*

Dominus exercitum mittet in pinguibus ejus tenuitatem (æternam.) *Esa. 10.*

Congrega eos, quasi gregem ad victimam. *Jerem. 12.*

Væ vobis! qui saturati estis, quia esurietis. *Luc. 6.*

Væ vobis divitibus! qui habetis hic consolationem vestram. *Ibidem.*

Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra. *Jacob. 5.*

Voluptatem existimantes dici delicias coinquinationes & maculæ: deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes. *2. Pet. 2.*

Hi sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore, semet ipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur. *Iuda.*

Melius est vocari ad oleram cum gaudio, quàm ad vitulum saginatum cum odio. *Proverb. 15.*

Noli esse in conviviis potatorum, nec in commensationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes portibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur panis domesticatio. *Ibid. 23.*

Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. *Eccles. 37.*

In multis enim vicis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usque ad choleram. *Ibid.*

Super mensam non extendas manum tuam prior: ne invidiam contaminatus erubescas. *Eccles. 31.*

Si in medio multorum sedisti, tu prior illis, ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. *Idem.*

Si coactus

Si coactus fueris in edendo multum, surge è medio & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. *Ibidem.*

In convivio vini non arguas proximum: & non despicias eum in jucunditate illius. *Ibid.*

Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus: alit enim animam suam cibus alienis. *Ibid.* 40.

§ APOPHTHEGMATA.

Diogenes adolescenti formoso ad convivium eunti: deterior, inquit, redibis. Reverfus à convivio adolescens quum Diogeni dixisset, ivi, nec redii deterior, inquit, deterior igitur indicans, fieri non posse, quum adolescens è luxurioso temulentoque convivio redeat deterior. *Laert. lib. 6.*

Idem rogatus, quanam hora prandere oporteret? si dives, inquit, est, quando vult: si pauper, quum potest. *Laertius in eius vita. Brus. lib. 2. cap. 14.*

Idem invitatus apud Platonem, oleas ex omni apparatu tantum gustantem: quid, inquit, sapiens vir, in Siciliam hujusmodi mensarum gratia profectus, appositis modo non frueris? *Ibid.*

Athenodorus dicebat, ne ad coenam quidem se futurum ad eum, qui sibi per hoc debiturus sit. *Brusonius lib. 2. cap. 14.*

Zeno rogatus cur in convivio tam hilaris esset, qui alioqui severior videbatur? urbanissime respondit, Lupini (inquit) quam licet sint amari: perfusi tamen aqua dulcescunt. *Plutarch.*

Paulus Emilius, cum devicto Persæ epulum exhiberet victorale, admirantibus Græcis, quod in magno splendore apparatu curiosus esset, dicere solebat: eiusdem esse animi, & aciem & convivium bene struere: illam quidem, ne formidolosus hostibus; hoc, ut amici gratus esset. *Plutarch. in Rom. apoph.*

§ SIMILITUDO.

Qui in eadem vehuntur navis & in eisdem militant tentoriis, sese mutuo ferant oportet: sic qui versantur in Republica: at in conviviis non idem est necesse: nam illic periculum est commune, hic non item. *Plutarch.*

§ EXEMPLA SACRA.

Convivia tùm boni tùm mali celebrant: Exempla: Abraham, *Genes. 18. vers. 3. & 19. v. 2. 3. & 21. v. 8.* Isaac, *26. v. 30.* Laban, *29. v. 22.* Pharao, *40. v. 20.* Joseph, *43. v. 16.* Pater Samsonis, *Judic. 14. v. 10.* Principes Philistzorum, *16. v. 22. 23. 24.* Senex apud Gabaonitas, *19. v. 21.* Saul, *1. Samuel. 20. vers. 5.* Nabal, *25. v. 36.* David, *2. Samuel. 30. v. 20.* Absalom, *13. vers. 27. 28.*

Adonias,

Adonias, *r. Reg. 1. v. 9.* Salomon, *3. v. 15.* Tobias, *Tob. 2. v. 12.*
 Raguel, *7. v. 8. & 9. v. 12.* Ozias, *Iuduh. 6. v. 19.* Holofermus, *12.*
v. 1. Assverus, *Esth. 1. v. 3. & 2. v. 18.* Vasthi, *vers. 9.* Esther, *5. v.*
4. & 7. v. 1. Judæi, *8. v. 17.* Esa, *5. vers. 11.* Filii Job, *Iob. 1. v. 4.*
 Balthasar, *Daniel. 5. v. 1.* Matthæus Levi, *Matth. 9. v. 10. Marc. 1.*
v. 15. Luc. 5. v. 29. Homo quidam, *14. v. 16.* Zachæus, *19. vers.*
 Convivium nuptiarum, *Ioan. 2. v. 1.* Lazarus, *12. v. 2.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Macedones in more habent, ut nullus discumbat inter convivas, nisi extrâ retia aprum interfecerit: tunc enim sedens inter convivantes licebat. *Athenæus lib. 1. cap. 11.*

Epule Legionibus victricibus antè fores exhiberi solebant. *Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 6.*

Apud *Gothos* honorificū, regię mensę adhiberi. *Paulus Diaconus lib. 1. cap. 23.*

Brachmannes convivia vasis epulisq; apparatusissima struunt. Apollonius Tyaneus affirmavit: cum tamen, qui apparatus convivio, ferendis mutandisque ferculis ministrarent, non conspicerentur. *Philostrophus.*

Fertur Numa aliquando frequentes cives invitasse ad epulas, sordidaq; vasa, & cœnam planè frugalem plebejamq; approposuisse. Cepra cœna intulisse sermonem, Deam sibi familiarem adesse, ac repentiè domum ostendisse poculis instructissimas pretiosissimis, mensasq; epulis variis, atq; apparatu magnificè affluentes. *Plutarch. in Numa.*

Reges Persarum quotannis regiam cœnam instruunt, quibus sua lingua Tyctam, hoc est, *πέλειον*, sive perfectam vocant: in qua Rex solum caput ornatur, Persas strenis donat, & quicquid oratus fuerit, condere cogitur. Celebratur autem quotannis eo die, quo Rex creatus est. *Herodot. lib. 9.*

L. Sylla, deposita Dictatura, universi patrimonii sui contentans Herculi decimam, præbuit splendidum epulum populo per multos dies: tantoq; exuberantior usu apparatus fuit: quo quotidie magna copia cibariorum in amnem projiceretur: ut numerum diffunderet quadraginta annis vetustius. *Plutarchus in Sylla.*

Magnificum epulum *C. Iul. Cesar* in Lybico triumpho populo Romano dedit, in quo duobus & viginti millibus tricenis minorum est accubitorum. Civibus viritum denos frumenti modios, totidemq; olei libras, trecentosq; nummos divisim. *Sueton.*

Perse lautè cœnant, integra & multa & varia apponentes: *lib. 1. cap. 11.*

Et poculorum ornatus splendidissimus, auro & argento refulget. *Strab. lib. 15.*

Athenæus lib. 4. tradidit ex Herodoto. Apud Persas diebus natalitii fuisse morem: ut divites bovem, cervum, agnum, asinum, Equum & Camelum apponerent, totos in clibano aut camino coctos. *Theat. Zuing.*

Hecataeus Abderites memorat, eos qui uxores ducunt, ad solenne convivium complures invitare: quò ingenuos se esse, & ingenuorum parentum filiam ducere uxorem, multi sciant, & testes sint. *Plut. lib. 4. Quæst. convivialium 3.*

Otho 1. Imp. singulis septimanis in cibum aulicum mille porcis, viginti octo tantis, mille modiis frumenti, octo plaustris vini, decem plaustris cervisiæ utebatur: exceptis oleribus, piscibus, ovibus, gallinis, carnibus ferinis, butyro, adype, lardo & cascio. *Ernestus Brotuffus lib. 2. Chron. Mersb. cap. 1.*

CORRECTIO, CORREPTIO.

SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Melius est à sapiente corripì, quàm stultiorù adulatione decipi. *Eccles. 7.*

Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. *Matth. 18.*

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum: ne habeas super illo peccatum. *Levit. 19.*

Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat non feci: aut si fecerit, ne iterum audeat facere. *Eccles. 19.*

Corripe proximù, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè ireret. Corripe amicum: sæpè enim fit commissio. *Ibid.*

Peccantes coràm omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. *1. Timoth. 5.*

Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. *Eccles. 7.*

Probata virtus corripit insipientes. *Sapient. 1.*

Non incendas carbones peccatorum arguens eos: & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. *Eccles. 8.*

Priusquam interrogas, ne vituperes quenquam: & cum interrogaveris, corripe justè. *Ibid. 11.*

Corripe proximum antequam commineris. *Ibid. 19.*

Quàm bonum est arguere, quàm irasci, & confidentem in oratione non prohibere. *Ibid. 20.*

In convi-

CO CORRECTIO, CORREPTIO.

In convivio vini non arguas proximum. *Ibid.* 31.

Qui custodit increpationes, astucior fiet. *Proverb.* 15.

Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientie commorabitur. *Ibid.*

Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. *Ibid.*

Melior est manifesta correptio quàm amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. *Ibid.* 27.

Virga atque correctio tribuit sapientiam. *Ibid.* 29.

Sicut fontus spinarum ardentium sub olla: sic risus stulti. *Eclesi.* 7.

Sic audierit, lucratus eris fratrem tuum. *Matth.* 18.

Fratres mei, si quis erraverit ex vobis à veritate, & converterit quis eum, sette decet: quoniam, qui converti fecerit peccatorem de errore vitæ, salvabit animam ejus à morte, & operabitur multitudinem peccatorum. *Iacob.* 5.

Corripiet me justus in misericordia, & iurepabit me. *Psal.* 140.

Convertimini ad correptionem meam. *Proverb.* 1.

Plus profuit correctio apud prudentem, quàm centum prologia apud stultum. *Ibid.* 17.

Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectius est, corriget viam suam. *Ibid.*

In auris aurea, & margarita fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. *Ibid.* 25.

SENTENTIÆ PATRUM.

Correctio est errorem innatum vel consuetudine factum freno rationis inhibere. *August.* de *defin.*

Nihil probat spiritualem virum, sicut peccati alieni tractatio: quum liberationem ejus potius quàm insultationem, precibusq; auxilia quàm convitia meditatur: & quantum facultas tribuit, suscipit. *In epist.* ad *Galat.*

Nunquam alieni peccati objurgandi suscipiendum est negotium: nisi quum internis interrogationibus examinantes conscientiam nostram, liquido nobis coràm Deo responderimus dilectione nos facere. *Ibidem.*

Quicquid lacerato animo dixeris, punientis est imperus, nec charitas corrigentis: dilige, & dic quicquid voles. *Ibid.*

Rarò & magna necessitate objurgationes adhibendæ sunt: ira tamen, ut in his etiam ipsis non nobis, sed Deo servietur. *Ibid.* 2. de *serm.* Domin. 1.

Quæ peccantur coràm omnibus, coràm omnibus corripienda sunt, ut omnes timeant. Qui secretò peccavit in te, secretò corripe: nam si solus nosti, & cum vis coràm aliis arguere, non es corrector, sed proditor. *August. de verbis Domini.*

Foris terribilis personæ increpatio: intus lenitatis teneatur dilectio: neque consentientes suis malis, ut approbetis: neque negligentes, ut non arguatis: neque superbientes, ut insultantes arguatis: hoc est exire inde: hoc est immundum non tangere: & voluntate non consentire: & omninò non parere. *Idem ibid.*

Magis amat objurgator sanans, quàm adulator dissimulans. *In Epist. ad Marc.*

Iuste alios reprehendit qui non habet, quod in se alius reprehendat. *In Psalm. 5.*

Plus proficit amica correctio, quàm accusatio turbulenta: illa pudorem incurrit, hæc indignationem movet. *Ambrosius in Lucam.*

Inter cætera mandata peccantes posse arguere, maximè libertatis est: sed ille potest facere, qui non meretur audire, hypocrita ejice primùm trabem de oculo tuo. *Idem in Epist. ad Ephes.*

Difficilius malum corrigitur, quod perfectiore etiam prosperitate falcitur. *Bernh. lib. 3. de consid.*

Magna crimina & tardè credenda sunt, quàm audiuntur: & citius punienda, quàm veraciter agnoscuntur. *Idem super cant.*

Qui blando verbo castigatus non corrigitur, acrius necesse est arguatur, cum dolore sunt abscindenda, quæ leniter sanari non possunt. *Isidor. cap. 46.*

Qui admonitus secretè de peccato corrigi negligit, publicè arguendus est: ut vulnus, quod occultè sanari nescit, manifestè debeat emendari. *Idem lib. 3. cap. 96.*

Facilius reprehendimus vitia aliena quàm nostra: nam sæpè, quæ perversa in aliis judicamus, in nobis nocibilia esse minus sentimus. *Ibid.*

Non debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus fuerit involutus. *Idem lib. 3. cap. 32.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

IN judicando sive corrigendo hæc lex secunda est, quàm princeps quoque sequi debet: ut aut eum quem punit, emendet: aut pœna ejus cæteros meliores reddat: aut sublatis malis, securiores cæteri vivant. *Seneca de clementia ad Neronem.*

Non minus turpia sunt principi multa supplicia, quàm medico multa funera. *Idem ibid.*

Fortassis

CO CORRECTIO, CORREPTIO.

Fortassis, de quo conquereris, si diligenter inspexeris, in
nu reperies. Iniquè publico crimini irascèris stulte: tu, ut
solvaris, ignosce. *Idem ibid.*

Objurgationi semper aliquid blandè commisce: facilius
netrant verba, quæ mollia vadunt, quàm quæ aspera. *Idem
epistola.*

Vitia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis igno
scit. Bonis nocet, qui malis parcit. *Idem in lib. de morib.*

Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. In
enim optima est, non sceleratos extirpare, sed scelera. *Idem
dem.*

Quantum potes, te ipsum coargue: inquire in te: accusator
plurimum partibus fungere, deinde iudicis: novissimè de
catoris: aliquando etiam te ostende. *Idem epist. 28.*

Punitendis peccatis tres esse causas existimatum est: una
adhibetur pœna, castigandi atque emendandi gratia: ut is,
deliquit, attentior fiat, correctiorquè. Alia est, quum digni
ejus autoritasquè, in quem peccatur, tuenda est: ne præter
sa animadversio contemptum eius pariat. Tertia propter
emplum, ut cæteri metu pœnz terreantur. *Gellius lib. 6.*

§ APOPTHEGMATA.

Zeno cuidam dicenti, cur me unum omnium non corrigi
Non enim, inquit, tibi credo. Subindicans, sibi non
spem, illum, si corripere, fore meliorem. *Laert. lib. 7. cap.*

Demonax frequenter dicere solitus est: non temerè irasci
dum esse hominibus, si delinquerent: sed corrigenda esse
medicorum exemplo: qui non indignantur ægrotis, sed
dentur morbo. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Diogenes improbum quendam cum castigasset, interroga
à quodam, quid faceret? *Æthiopem*, inquit, abstergo, ut
culter candidum reddam. *Anton. in Meliss. part. 2. serm. 32.*

§ SIMILITUDINES.

UT caro quæ callo obduruit, non accipit vibices plagarum
ita animus assuetudine peccandi non commovetur cor
ptione, licet acri. *Plutarch.*

Qui correptus statim fugit, exosus admonitorem: perire
facit, ac si sectus à medico, continuo offensus aufugiat: non
prectans ut obligetur, & oblinatur vulnus ac mitigetur. *Plu*

Nutrices vagientibus pueris rursus apponunt papillam:
discipulus offensus correptione, rursus est laude sublevand
ne deficiat. *Plutarch.*

Ut difficillimè sanantur, qui sui sensu carent in morbo: veluc lethargici ac phrenetici: ita difficillimè revocantur ad bonam mentem, qui non agnoscunt sua vitia. *Plut.*

Ut mendum quod induruit ac diutius inhaesit difficilè tollitur: ita vitia inveterata non facile corriguntur. *Plut.*

Remedia statim mordent vel offendunt, postea conferunt salutem & voluptatem: ita salubria monita initio sunt nonnihil amara, postea correcta jucundissima. *Plut.*

Ut est initium sanitatis sensus morbi: ita correctionis initium agnoscere culpam. *Plutarch.*

Ut qui demoliuntur ædes templis vicinas, quæ contigua sunt, ea sinunt: ne quid sacri quoque demoliantur: sic quædam vitia cautè sunt corrigenda, quæ cum virtute proximè coherant. *Plutarch.*

Nurrices sapius extergentes sordes puerorum, aliquando carnem evellunt: ita dum quædam vitia nimis anxie conamur emendare, lædimus. *Plutarch.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Correptionis exempla: Loth, *Genes. 19. v. 7.* Ruben, *37. v. 22.* Moses, *Exod. 2. v. 12.* Acl, *7. v. 26.* Jethro, *18. v. 13. 14.* Phinees, *10. v. 16.* Israëlita, *Judic. 20. v. 12.* Jonathas, *1. Sam. 19. v. 4. 5. 6.* & *20. 32.* David, *24. v. 15. 16.* Abigail, *25. v. 37.* Abner, *2. Sam. 2. v. 21. 22.* Nathan, *12. v. 1. 7.* Propheta quidam, *1. Reg. 20. v. 42.* Elias, *1. Reg. 18. v. 21.* Eliseus, *2. Reg. 3. v. 13. 14.* Hanani Propheta, *2. Paralip. 16. v. 9.* Azarias & reliqui Sacerdotes, *26. v. 18.* Esdras, *1. Esd. 10. v. 10.* Nehemias, *Nehem. 5. v. 7.* Tobias, *Tob. 2. v. 15. 16.* Judith, *Judith. 8. v. 9. 10. 11. 12.* Daniel, *Daniel. 5. v. 22.* Joannes Baptista, *Matth. 3. v. 7. & 14. v. 4.* Marc. *6. v. 18.* Christus, *Matth. 16. v. 22. & 17. v. 18.* Luc. *9. v. 55.* alter Latronum, *23. v. 40.* Cæcus natus, *Joan. 9. v. 30.* Petrus, *Actor. 3. v. 12. & 5. v. 3. 4. 9.* Stephanus, *vers. 51.* Paulus, *Actor. 10. v. 10. 1. Corinth. 3. v. 4. & 11. v. 18. 19. 20. & 15. v. 12. & 6. Galat. 3. v. 1. 2. Theff. 3. v. 15.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Lacones Cephisophontem, qui posse ostendit se de re qualibet totum diem dicere, exegerunt: bonum clamatores, dicentes, respondentem rebus habere orationem debere. *Plutarchus in institutis Laconicis.*

Si quis perplexum aliquid in canticis adhiberet, *δυσκολοκλήματος ᾠδῆς*, cujuscumque sunt Phrynidis intricatæ ambages, multis verberibus afficiebatur, ut qui Musas aboleret: ita *Suid.*

Aristo poeta, quod Atheniensium laudes in epro carmine prosecutus esset, fame ab iisdem fuit necatus. *Theat. Zuing. 3397.*

CR CRAPULA. CREDULITAS.

Chævilus poeta propter ignorantiam, ab Alexandro Magno inedia necatus dicitur. *Theatr. Zuing. 3397.*

L. Sylla poetæ indocto interdixit, ne quid amplius scriberet. *Cic. pro Archia.*

Apud *Indos* si quem præfagia ter frustrentur, silentii perpetua irrogatur. *Cælius lib. 18. cap. 31. A. L.*

Romani Duces, qui temeritate vel inscitia exercitus amisissent, aut fugæ aut pavoris insimulati essent, pecunia & exilio mulctati sunt. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 6.*

Vide Castigatio.

CRAPULA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comicis.

Τὸ γὰρ εὐδαιμονίας μὴ εἶναι, τὴν ἡδονῶν ἔχει:

Ἀποστρέψαντα ζῆνθ' αὐτὴν τῆς (ωφρονείης,

Ὅ μέρισσον ἡμῶν ἀγαθὸν ἔχει ἢ φύσις.

Nam quam voluptatem assidua habet crapula?

Virum ac videntem mente privando bona

Se se, est hominibus qua nihil præstantius.

Vide Abstinencia, Sobrietas, Ebrietas, &c.

CREDULITAS.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos. *Proverb. 14.*

Qui credit citò, levis corde est. Ideo non omni verbo credas. *Eccles. 19.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovi d. lib. 3. de Arte amandi.

Nec citò credid eris, quantum citò credere ledat,
Exemplum vobis non leve Procris erit.

Luc retius lib. 2. de Natur. rerum.

Sed neq; tam facilis res ulla est, quin ea primum
Difficilis magis ad credendum constet. Itemq;
Nil adeo magnum, neq; tam mirabile quicquam,
Quod non paulatim minuant mirari omnes.

Horat. lib. Epist. ad Quintium.

Tu rectè viris, si curas esse quod audis:

Laflam

*Iactantes jam pridem omnis te Roma beatum
Sed vereor me cui de te plus, quam tibi credere
Nere putes alium sapiente, bonoque beatum.*

Ovid. lib. 2. Eleg.

*At vos quod quisq; loquatur
Credite, credenti nulla procella nocet.*

Idem lib. 3. de Trist.

*Vix equidem credar, sed cum sint premia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem.*

§ EXEMPLA SACRA.

Credulitatis exempla: Laban, *Genes. 31. vers. 1. 2.* Putiphar, *39. v. 19.* Josuah, *Ios. 9. v. 14. 15. 1.* Samuel, *25. v. 12.* Hanon, *2. Sam. 10. v. 4.* David, *16. v. 4.* Rex Israelitarum, *2. Reg. 7. v. 14.* Rex Persarum, *1. Esdr. 4. v. 21.* Assuerus, *Esth. 3. v. 10.* Principes Sedechiz, *Ierem. 37. vers. 15.* Darius, *Daniel. 6. v. 9.* Magistratus, *Actor. 16. v. 38. Ephes. 19. v. 28.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Tiberius Cesar, causa præcipue questus, tantum delatoribus tribuit, ut nemini fidem abrogaret, sive quid veri, sive vani referret. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 22.*

D. Augustinus posteaquam excussa Manichæorum hæresi Academicæ more assensionem cohibere didicit: D. Ambrosii episcopi concionibus assiduus interfuit, ut audiret quidem, sed omni tamen conatu credere reluctaretur. *Augustinus lib. 6. confessionum cap. 5.*

CRIMEN.

§ SENTENTIAE POETICÆ.

Ovid. lib. 10. Metam.

Non quàm difficile est, crimen non pondere vultu

Juvenalis 1.

*— Rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus: tacita sudant præcordia culpas:
Inde ira, & lacryme. —*

Longinus Maximianus.

*Certe difficile est abscondere pectoris aestus
Panditur & clauso sapiens ore furor.*

Senec. Thyest.

*— Multa, sed trepidus solet
Detegere vultus: magna nolentem quoque
Consilia produnt. —*

T 2

Tibullus 13. 6.

*Hei mihi! difficile est imitari gaudia falsa:**Difficile est tristi fingere mente jocum.**Nec bene mendaci risus componitur ore:**Nec bene sollicitis ebria verba sonant.*

Ovid. Epist. 15.

*Qua licet, & possum luctor celare furorem?**Sed tamen apparet dissimulatus amor.**Vide Culpa, Error, Peccatum, Venia.*

CRUELITAS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. Epist. 7. Heroid.

*Te lapis & montes, innataq; rupibus alitis**Robora, te seve progenuere fere.*

Idem lib. 3. de Trist.

*Sevior es tristi Busiride, sevior illo**Qui falsum lento corrui igne bovem,**Quiq; bovem Siculo fertur donasse tyranno,**Et dictis artes conciliasse suas.*

Ovid. lib. 5. de Tristib.

*Quæ tibi res animos in me facit improbe? curvæ**Cæsibus insultas, quos potes ipse pati?**Nec mala te reddunt mitem, placidum ve jacenti**Nostra? quibus possunt illacrimare fera?**Exiget at dignas ultrix Rhamnusia pœnas.**Imposito calcas, quod mea facta, pede.*

Idem lib. 7. Metamorph.

*Dii te summoveant, ò nostri infamia seclis!**Orbe suo, tellusq; tibi, pontusq; negetur.*

Aufonius in sentent. Periandri.

Multis terribilis, caveto multos.

¶ APOPTHEGMATA.

Timon cum Alcibiadem adhuc puerum obviam habuisset, & deoscularus ei plurimum blandiretur, rogantibus quibusdam, quæ infuercarum blanditiarum causa esset? respondit, mare se cum puerum, quod prævideret ipsum quandoq; Atheniensibus magnorum malorum causam fore, qua spe sola fruebatur. *Fulgosius lib. 9. cap. 11.*

Tiberius cum custodias recognoscentem eum quidam rogaret,

ut sup

ut supplicium maturaret: respondit, nondum redii tecum in gratiam. Humanitatis officium esse putavit, si damnum citò occidisset. *Suet.*

L. Catilina objicienti Ciceroni, incendium à se excitatum: sentio quidem (ait:) verum si qua illud non potero, ruina extinguam. *Bruson. lib. 2. cap. 9.*

Augustus Cæsar audiens inter pueros, quos in Syria Herodes crudelissimus Judæorum rex interfici mandaverat filium quoque eius interfectum: dixisse fertur: se malle suam, quam filium Herodis esse. *Macrob. lib. 2. cap. 4. Sat.*

Caligula ut alia omni in re, ita verbis quoque sceleratus fuit: persèpe repetens, *Oderint dum metuant.* Optabat etiam populum Romanum unam habere tantam cervicem, ut uno ictu omnes interficere simul posset. *Fulgos. lib. 3. cap. 11. ex Suet.*

Idem Vir quidam prætorius valetudinis causa secesserat in Anticyram, petito à Caligula Cæsare comæatu. Is quum sæpius peteret prorogari comæatum, mandavit interfici, & adjecit necessariam sanguinis esse missionem ei, cui tam diu non præfuisset helleborum. *Erasim. lib. 6. apoph.*

¶ EXEMPLA SACRA.

CRudeles crudeliter tractantur. Exemplum: Adonibezech, *Jud. 1. vers. 7.* Crudelitatis exempla: Cain, *Genes. 4. vers. 8.* Lamech, *vers. 23, 24.* Fratres Joseph, *37. v. 20. 28.* Rex Ægypti. *Exod. 1. v. 16. 22.* Naas, *1. Samuel. 11. v. 2.* Saul, *19. v. 9. 10. & 22. v. 18. 19.* Athalia, *2. Paralip. 22. v. 10.* Manahen, *2. Reg. 15. v. 14. 15. 16.* Joram, *2. Paralip. 21. v. 4.* Israëlita, *28. v. 9. Psalm. 106. v. 38. 39.* Aman, *Esth. 3. vers. 6.* Hostes Babylonii, *Esa. 13. v. 15. 18.* *Ierem. 6. v. 23.* Damasceni, *Amos 1. v. 3.* Filii Ammon, *1. v. 13. 14.* Gentes, *Zach. 1. vers. 15.* Herodes, *Matth. 2. v. 16.* Invitati ad nuptias, *22. vers. 6.* Maledicti, *25. v. 41. 42.* Herodes, *Marc. 6. v. 27.* Scribæ & Pharisæi, *7. v. 12.* Agricola, *12. v. 8.* *Luc. 20. v. 11. 12. 15.* Pharisæi, *v. 47.* Pharaos, *Actor. 7. v. 19.* Paulus antè conversionem, *9. v. 1. & 22. v. 4.* Diotrephes, *3. Ioan. 10.* Adonibezech, *Judic. 1. v. 6. 7.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Samii captivorum Atheniensium frontem inscripserunt nota: ut ipsorum frontem antè Athenienses Samæna. *Plutarchus in Pericle.*

Venceslaus Imp. Bohemæ rex, adèd natura ferus & sanguinarius, ut assiduum penes se carnificem haberet, quem compatrem familiariter appellabat, quia filium eius de fonte sacro levarat, &

tam familiariter eo utebatur, ut aliquoties uno eodemq; equo secum vehi illum passus fuerit. *Dubravius lib. 23.*

Hannibal cænis, inspecta humani sanguinis plena fossa, patrum suorum esse spectaculum, dixit. *Fulgos. lib. 10. cap. 11.*

Vitellius Cæsar, ob cadaveris foetorem via declinantibus castris, ipse recta per acervum mortuorum profectus est, optinere hostem, inquit, & præsertim civem. *Suet.*

Non desunt, qui testantur, Hispanos multa crudelitate usos in India. Nam bello captos trucidasse, vel eos in auri fodinas detrusisse, in fectisq; laboribus oppressisse: ad eò ut ex quindecim vel, ut alii scribunt, viginti centenis hominum millibus, quæ Hispaniolam incolebant: vix hodie ad summum quingentorum centum quinquaginta, ut quidam adserunt, supersint. *Joan. Metellus* in Epistola quæ Osorio præfixa est, *Petrus Ciezar variis in locis.*

Nihil tam atrocis supplicii & cruciatu ab immaniissimis quibusq; Tyrannis excogitari potuit, quo non digni Christiani perdicari sint, sub M. Antonino philosopho. *Gallorum epistola apud Eusebium lib. 5. cap. 1.* aliquot crudeles formas numerat: in siccis domi forisq;, in omnibus publicis locis in clamationes, plangentia tractationes, direptiones, lapidationes, conclusiones, applicationes laminarum candentium, carceres tenebrosos, inclusiones in equuleo ad quintum punctum, in ipsis custodiis stragulationes, bestiarum dentes, ferreas sartagine, patibula, ventilationes ex cornibus taurorum, & similes. *Theatrum Zuinger fol. 2739.*

Cyrillus, Diaconus Heliopoli ad Libanum, cum sub magno Constantino, multa simulacra confregisset, sub Juliano ventre dissecto jecur eius gentiles quosdam devorasse tradunt. *Suid.* Alibi calone sub Juliano gentiles sacerdotibus Christianis & mulieribus virginitatem professis, alvos dissecuere & completas hoc deo porcis objecerunt. *Theodoret. lib. 3. cap. 6.*

¶ HIEROGLYPHICA.

PRæcipuum gladii fuit hieroglyphicum, ut pro crudelitate poneretur, cujusmodi nuncupatione, Ægyptii *Odium* appellare soliti sunt: qui quidem Persarum Rex omnium crudelissimus ac maximè formidabilis, cæde omnia fœdavit, quacunq; per Ægyptum progredieretur. *Pierius Valerius libro quadragesimo secundo, pag. 404. F.*

CULPA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Oedipo.

— *Quisquis in culpa fuit
Dimissus, omne odit quod dubium putat.*

Terentius in Hecyra.

*Mulier fecit, mirandum ne id est? cense'te posse
Vllam reperire mulierem, quæ careat culpa?
An quia non delinquunt viri?*

Idem in Captivis.

*Decet innocentem servum, atq; innocium
Confidentem esse, suum apud herum potissimum.*

Horat. Oda. 24. lib. 3.

*Quid tristes querimonia?
Si non supplicio culpa reciditur.*

Vide Crimen, Error, Peccatum, Venia.

CULTUS DIVINUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Persius 2.

*Dicite Pontifices, in sacro quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donata à virgine puppa.
Quin damus id Superis, de magna quod dare lance
Non possit, magni Messalæ lippa propago:
Compositum jus, fasque animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoltum generoso pectus honesto.
Hoc cedo, ut admoveam templu, & farre litabo.*

Ovid. Fast. 19.

*Non bove mactato cœlestia Numina gaudent:
Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fide.*

Vide infra Religio.

CUNCTATIO.

§ APOPTHEGMATA.

Diogenes poscebat aliquid ab homine avaro: quem cum videret cunctantem ac negaturo similem: ô homo! inquit: ad

cibum te postulo, non ad cyppum: ut qua licet, Græcarum cum affinitatem reddam. Græcis enim τροφή, cibus est, τροφή, pultura. *Erasin. lib. 3. apoph. ex vita Diogenis apud Laert.*

Socrates hoc dicitur plurimum in ore habuisse dicitur: medium operis peractum ei, qui jam esset aggressus. Est autem hemistichium *Hesiodium*. Αἴχμη ἡμισυ πικρῆς. *Laertius in vita Socratis.*

Augustus Caesar illud semper citò factū posse dici aiebat, quicū factum esset, benè haberet. Tarditatem enim, quæ tarditas esset, celeritati anteponerat, cui periculum esset conjunctum. *Fulgosius lib. 7. cap. 2.*

¶ SIMILITUDO.

Leonis catuli informes nascuntur, vix ingrediuntur semestres, non moventur nisi bimestres: ita quæ egregia futura sunt, serò proveniunt, & lentis ductibus absolvuntur. *Erasinus*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Publ. vel Cn. Dolabella, Asiæ procos. Smyrnæam matronam, quæ filium & maritum, propter interemptum filium ex proco marito conceptum veneno sustulerat, ad Arcopagitas rejecit. Illi accusatorem & ream post centum annos redire iusserunt. *Val. Max. lib. 8. cap. 1.*

Ex duobus *Herculis* altaribus, quæ in majore immolata sunt, ex his nihil accipiunt mulieres neq; gustant: quòd ad sacra venerit *Carmenra* tardius: serò etiam venit gens *Pinariorum*: propterea summoti sunt à convivio epulantibus aliis. Unde *Pinari* ab esuriendo sunt dicti. *Plut. in quest. Rom.*

Fridericus III. Imp. toleravit omnia, cunctator salutaris. Quæties apud illum fieret rerum comploratio, quòd hæc & illa timerent: hæc & illa timerentur, serunt respondisse: nec dum emendandi. Nec tamen illo vivente hoc tempus impletum est: nescitur quando implendum. *Granzeus lib. 11. Sacrorum. cap. 33.*

Germanis hoc ex libertate vitium inesse scribit *Tacitus*, quòd ad publicos conventus non simul nec jussi conveniunt: sed & alter & tertius dies cunctatione cocuntium absumitur. Ergò patrum hoc est & hæreditarium malum: sed quòd nostra ætas tantum crevit, ut velut in proverbium abierit, wir wöllen tuogen. *Theat. Zuing. fol. 3837.*

Rhesum Thracum ducem, apud *Euripidem* objurgat *Hector*, quòd seriùs ad belli societatem venisset, nimirum decimo decimo anno. *Theat. Zuing. fol. 3837.*

Mortuo Alexandro II. Scotorum rege, cum *Alexander* filius successisset.

successurus esset, magna inter Nobiles disceptatio orta est: aliis sydera, quæ plurimum illis observare mos est, adversa regi creando dicentibus: aliis nondum equitem auratum factum esse, ac propterea à regni gubernaculis prohiberi. At nisi contemptis istiusmodi superstitionibus Comes Fisenfis Sconæ fatali lapidi admotum puerum, more majorum in junctum coronasset: profecto dilatandis comitiis haud dubiè res in summum evasisset discrimen. *H. Boethius lib. 13.*

CUPIDITAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

QUOD agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum, flagellum vocatur: quod autem agit, ut alteri noceat, facinus dicitur: & hæc duo sunt genera omnium peccatorum. *August. de doctr. Christ.*

Superbia & cupiditas in tantum unum malum sunt: ut nec superbia sine cupiditate, nec sine superbia cupiditas possit inveniri. *Idem ad quendam comitem.*

Non est in carendo difficultas: nisi quum fuerit in habendo cupiditas. *Idem lib. confess.*

Tanto magis inhæret DEO quilibet, quanto minus diligit proprium. *Idem in quadam epist.*

Cupiditas dicit, valdè sine culpa es, qui quidem habenda concupiscis: quia non multiplicari appetis, sed egère pertimescis: & quod malus alius retineret, ipse melius expendis. *Idem lib. de consuetu virtuosorum.*

Cupiditas ait: quid injustum est, si cum aliena non invadam, propria diligentia, servo. O impudens dictum! propria dicis, quæ ex rebus reconditis in hunc mundum detulisti, quando in hanc ingressus es lucè? Quando de ventre matris existi, quibus quæso facultatibus, quibusq; subsidiis stipatus intraisti? *Ambros. in Ioan.*

Qui moderari nescit cupiditatibus, is quasi equis raptus indomitis volvitur, lanietur, affligitur. *Idem lib. de virginis.*

Quum augere opes, aggregare pecuniam, occupare terras possessionibus cupimus, præstare divitiis: justitiæ formam exuimus, beneficentiam communem amittimus. *Idem libro de Offic.*

Bonorum autori aliter inhæreere non valemus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix est, abscindamus. *Gregor. in hom.*

Cui cupiditas dominari dicitur, subiectus malis omnibus demonstratur. *Idem lib. 25. moral.*

In pœna modum impatientiæ, in paupertate cupiditatis scriptulum, in obedientia nodum caveas propriæ voluntatis. *Bernh. in quodam serm.*

Nihil in hac vita laboriosius, quàm desideriiis terrenis zstuarere: & nihil hîc quietius, quàm hujus seculi nihil adpetere. *Bernh. in serm. 6.*

Appositio divitiarum majorem accendit flammam, & vehementior fit cupido. *Idem ibid.*

An non tibi videtur à terra devorari ille, qui semper de terra cogitat? qui semper terrenos habet actus? qui de terra loquitur: qui de terra litigat: terram desiderat: & omnem spem suam ponit in terra: qui ad cœlum non respicit: qui futura non cogitat: qui judicium Dei non metuit: nec beata ejus promissa desiderat: sed semper de præsentibus cogitat, & ad æterna non inspirat? Talem quum videris, dicito quia devoravit eum terra. *Orig. homil. 19. in Levit.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. de 4. Honorii conf.

*At si cuncta petens nil collatura cupido
Injecur, & tractus imos compulsæ recessit:
Que velut immanes reservat dum bellua rictus,
Expleri passivq; nequit: nunc verbere curas
Torquet avaritiæ stimulis nunc flagrat amorem:
Nunc gaudet, nunc mœsta dolet, satiataq; rursus
Exoritur, caesaq; redit pollentius hydra.*

Lucret. lib. 4. de natur. rerum.

*Nam faciunt homines plerunque cupidine cæci
Et tribuunt ea, que non sunt sibi commoda verè.*

Boëtius Metro. 4. lib. 1.

*At quisquis trepidus pavet vel optat,
Quod non sit stabilis, suiq; juris
Adjecit clypeum, locoq; Motus,
Nescit, qua valeat trahi, catenam.*

Juvenalis Satyr. 3.

*Tanti tibi non sit opæ,
Omnis arena Tagi: quodq; in mare volvitur aurum:
Ut summo careas, ponendaq; præmia sumas
Tristis, & magno semper timearis amico.*

Ex Com.

Ex Comicis Græcis.

Ἴσότης ἂν αἰρεῖ. πλεονεξίαν φύζει.

Æqualis esse aliis pete, nec habere plures.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Quandiu tibi satis nil fuerit ipse altis non crīs. Quomodo, inquis, exibo? utrunque cogita, quàm multa temerè pro pecunia, quàm multa laboriosè pro honore tentaveris? quantum ad successum accesseris, tanto accedet & metus. *Seneca in Epistolis.*

Nullum habet majus malum cupiditas, quàm quòd ingrata est: nemo quos vincit, sed à quibus vincatur aspicit: & illis non tam jucundum est multos videre pòst se, quàm grave aliquem ante se: habet hoc vitium omnis ambitio, nec inspicit: nec ambitio tantum instabilis est: verùm cupiditas omnis incipit à fine. *Idem epist. 74.*

Cupiditas felicitatem suam non intelligit: quia non unde veniat respicit, sed quòd tendat. *Ibid.*

Nunquam parum est, quod satis est: & nunquam multum, quod satis non est. Neminem pecunia divitem fecit: imò contrà nulli non majore sui cupidinem ingessit. *Idem in epist.*

Fortissima pestis est cupiditas, quæ solet egenos facere, quos capit, dum finem quærendi non invenit. nam altera cupiditas ex alterius fine nascitur: & idè fortior est, qui cupiditatem vincit, quàm qui hostem subijcit. *Idem ibid.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

CLeombrotus Ambraciota, lecto Platonis Phædone de immortalitate animæ, ut ex hac vita, quæ est velut mors quædam, ad immortalitatem migraret, è muro se in mare dedit præcipitem. *Cicero in Tuscul. 1.* In eum extat Epigramma Callimachi Græcum.

Nicaula Æthiopum regina ex intimis regni finibus ad spectandam audiendamq; Salomonis sapientiam Hierosolymam venit. Theatr. Zuing. fol. 74.

Ferunt *C. Iulium Cæsarem* Britanniam petiisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu excogisse pondus. Gemmas, torcumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissimè comparasse: servitia recentiora politoraq; immenso precio, & cujus ipsum etiam puderet, sic ut rationibus veteret inferri. *Suet.*

Colobis impendio delectabantur olim Imp. Romani, quibus ut videretur, magis erat cordi maximos esse, quàm optimos. *Erasmus in Adagio.*

Soloz

Solon in Elegiis suam ab amicis mortem defleri cupit his verbis:

Μηδὲ μοι ἀκλῆυστος θάνατος μέλοι: οἷμαι φίλοισι

Ποῖσσαιμι θανάων ἐλθεῖν ἢ συναχθεῖς.

Nem̄ illugubri veniat mors, sed mihi charis

Mærorum potius adferat & gemitas.

Leo philosophus Imperator pacis ita fuit studiosus, ut optaret ea dari tempora, quibus stipendia militum conferret philosophis. Suidas.

Vide locum de Avaritia & Concupiscentia.

CURA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 3. Metamorph.

Attenuant vigiles corpora miserabile cura.

Ovidio. 1. Remed.

Me duce damnosæ, homines, compefcite curas.

2. Art.

— Lentescunt tempore curæ.

Persius 1.

O curas hominum! ô quantum est in rebus inane?

Ovid. 1. Pont. 4.

Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte:

Aut sistit, longa est attenuanda mora.

Ovid. 3. Fast.

Sollicitæ mentes speq; metuq; pavent.

Horatius 3. Carm. 16.

Crescentem sequitur cura pecuniam,

Majorumque fames. —

Tibullus lib. 3.

Non opibus mentes homini, curæq; levantur.

Stattius lib. 3. Thebai.

Invigilant animo, sceleris parati

Supplicium exercent curæ.

Horat. Oda. 15. lib. 2.

Non enim Gæzæ, neq; consularis

Submovet licitor miseris tumultus

Mentis, & curas laqueata circum

Tectâ volantes.

Idem lib. 3. Oda 1.

Timor & mine

Scandunt eodem quo Dominus: neque

Decedit arata trivemi: &

Pōst equitem sedet aratra cura.

§ SIMILITUDO.

IN vite quicquid per amputationem adimitur materiæ, id fructibus additur: ita qui reciderit curas supervacaneas rerum sordidarum, plus valebit in rebus seriis & gravibus: aut quò minus est verborum, hoc graviores sententiæ. *Erasmus.*

§ HIEROGLYPHICA.

PER nucem persicam carne spoliata nonnulli hieroglyphicè significant hominem, qui variis curis sollicitudinibusq; sit undecunq; exulceratus: ut nullum sit ærumnarum anxietatumq; genus, quo se non afflictatum sentiat, vicemq; suam miserrimè deploret. *Pier. Valer. lib. 54 pag. 526. F.*

Vide Cupiditas, Studium.

CURIOSITAS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

IN supervacuis rebus noli scrutari sensum tuum multipliciter: non est tibi necessarium, ea quæ sunt abscondita, videre oculis tuis: de ea re, quæ te non molestat, ne certaveris: & in pluribus operibus ejus non eris curiosus. *Eccles. 3.*

Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater possit in sua potestate. *Act. 1.*

Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis. *Esdr. 4.*

Qui investigator malorum est, opprimetur ab eis. *Proverb. 11.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Curiosum genus hominum ad cognoscendum vitam alienam: desidiosum ad corrigendum suam. *Augustinus libro 10. confessionum.*

Compescat se humana temeritas: & id, quod non est, non querat: ne illud, quod est, non inveniat. *Idem de gente contrà Manichæos lib. 1.*

Fons elationis, & delectatio libidinis, & venenum curiositatis, motus sunt animæ mortuæ: quæ non ita mortua, non omni motu caret: discedendo à fonte vitæ moritur, atque suscipitur à prætereunte seculo, & conformatur eidem. *Idem libro confessionum.*

Multò

Multò faciliùs invenit syderum conditorem humilis pietas
quàm syderum ordinem superba curiositas. *Idem sermone de
clipsi Solis.*

In consideratione creaturarù non est vana & perita curio-
tas exercenda: sed gradus ad immortalia, & semper manens
faciendus. *Idem lib. de vera religione.*

Grave curiositatis est vitium: quæ dum cujuslibet mentis
ad investigandam vitam proximi exteriùs ducit, semper etiam
sua abscondit: ut aliena sciens, se nesciens sit: & curiosus
nimis, quantò peritus fuerit alieni meriti: tantò fiat ignarus
sui. *Gregor. homil. 36. in Evang.*

Curiosus foràs egreditur, & exteriùs omnia considerat:
sic interna despicit, præterita non respicit, præsentia non
citat, futura non prospicit, *Bernh. in quodam serm.*

Pius pulsator plerumq; invenit: quod temerarius scrutari
invenire non potest. *Idem super Cant. serm. 24.*

Multi student plura alta, quàm apta proferre: & erubescunt
plana & humilia, ut hæc solum scire videantur. *Idem in sermone*

Doctrina spiritus non curiositatem acuit, sed charitatem
cendit. *Idem super Cant.*

Quæ DEUS occulta esse voluit, non sunt scrutanda: quæ
tem manifesta fecit, non sunt negligenda: ne & illis illicitè
curiosi, & in his damnabiliter inveniamur ingrati. *Prosper. de
tione gentium.*

Lauda & venerare, quod agitur: quia tuum est nescire, quod
agitur. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Stichis.

Sed curiosi sunt hinc quàm plures mali.

Alienas res qui curant studio maximo,

Quibus ipsis nulla est res, quàm procurent, sua.

Terent. in Andria.

More hominum evenit, ut quid sim nactus mali

Præus rescires tu, quàm ego illud, quod tibi evenit boni.

Plautus in Stichis.

Curiosus nemo est, qui non malevolens.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

VERBA copiosa componis, & interrogans vincula nectis de
cis: acuta sunt ista, nihil acutius arista, & in quo est utilitas
quædam inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit. *Seneca
stola 83.*

Nulla est sine difficultate subtilitas. *Idem epist. 45.*

Qui te torques & laceras in quaestione, quàm subtilius est contempnissse, quàm solvere? *Idem in epist.*

§ APOPHTHEGMATA.

Thaletem in cœlum suspicientem, & lapsum in barathrum, ancilla conspicata, meritò id illi accidisse dicebat: qui cum quæantè pedes essent, ignoraret, cœlum contemplaretur, ut cognosceret. *Maxim. ferm. 22.*

Xenocrates nihil referre dicebat, utrum pedes an oculos inferas in zdes alienas: videlicet deterrens ab omni curiositate rerum ad nos nihil atinentium. *Laert. lib. 4. cap. 2.*

Vespasianus à consulari viro Menstruo Floro monitus, plaustra potius quàm plostra dicenda: postridiè illū pro Floro Flaurum salutavit: civiliter alludens ad illius curiosam admonitionem. Veteres in quibusdam pro diphthongo sonabant o, ut Clodius pro Claudius. *Sueton.*

Euclides philosophus rogatus à quodam, quales essent Dii, quæque re potissimum gauderent? Cætera quidem ignoro, inquit, accuriosos illis odio esse certò scio. *Maxim. ferm. 21.*

Demonax cum quidam exquireret, an mundus esset animatus? & rursus, an globosus? Vos, inquit, de mundo solliciti estis, & vestram ipsorum immundiciem non curatis. *Antonius in Melissa. part. 2. ferm. 77. & Maxim. ferm. 21.*

Egyptus bajulus gestans quiddam velo opertum, cuidam sciscitanti quid optaret? ideò, inquit, obvelatum est, ne scires: tu verò cur curiosè vestigas, quod occultum est? *Erasmus libro 6. apoph. ex Plut.*

Zeno Cisticus adolescentem curiosius quiddam quàm pro ætate sciscitantem, adduxit ad speculum, utq; se contemplaretur, admonuit. Mox rogavit, an videretur tali vultui convenire quaestiones ejusmodi proponere? *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Socrates interrogatus à quodam, quid ageretur apud inferos? deridens hominis curiositatem, respondit: nec ego, inquit, unquam ivi: nec cum quoquam illinc reverso sum collocutus. *Maxim. ferm. 36.*

§ SIMILITUDINES.

UT Simonides Gratiarum scrinium semper inane reperit, Mercedis semper plenum: ita si curiosus post aliquantum tempus suam aperit penam, inutilibus & insuavis rebus plenam inveniet. *Plut.*

Quid à poetis eligunt deterrima, ut ex Homericis versibus
accepta-

acephalos, & *κεφάλους*, tragicos syllogismos, & ab Archilochi obsequè dicta in mulieres: sic curiosus, pessima & insuavissima è cuiusq; vita decerpit. *Plutarch.*

Ut Philippus ex deterrimis hominibus conditam civitatem *πυνηγόπολιν* appellavit: sic curiosus malis undiq; congeillis, et saurum quendam inamabilem & inamœnum sibi memorat construit. *Plut.*

Ut quidam neglectis pulchris picturis prodigiosas ac mostrosas mirantur imagines: ut trioculos: carentes furis: cynocephalos: sic curiosi malis alienis magis delectantur, quam a nestis. *Plut.*

Quemadmodum aquila & leones cum ambulant, introspiciunt verunt unguis, ne conterantur, ac servant in prædam illorum aciem: sic animi vigorem non convenit alienis rebus noscere absumere, sed servare ad usum necessariorum. *Plut.*

Ut turpe est ingredi domum alienam, aut introspicere: turpius est scrutari, quid alii domi faciant. *Plut.*

Ut ulcus cruentat seipsum, dum scalpitur: ita curiositas sua mala studet cognoscere, & dolorem accersit cognoscendo libido sive pruritus. *Plut.*

Gallina sæpenumerò pabulo apposito, in angulo scalpena verrens scobem, è stercore hordei granum unum depromit: sic curiosi prætermisiss aut interruptis sermonibus noxiis, si quid malum in cuiusquam familia occultum est, proverunt in medium. *Plut.*

Ut taxatur in Comœdiis Cleon, quod alibi manus habet, nec unà habitat in domo. *Plut.*

Ut Sicyæ, quod est in corpore pessimum, id attrahunt: sic curiosorum aures, quod est in hominum vita vitiosissimum, attentissimè audiunt. *Plut. Plin. lib. 32. cap. 1.*

Civitates portas habent quasdam nefastas, per quas educuntur nocentes ad supplicium capti: ejiciuntur pergamenta: non autem inferuntur sacrum aut purum: sic in aures curiosorum non transeunt, nisi homicidia, adulteria. *Plut.*

Ut coci optant pecorum proventum: piscatores piscum: curiosus malorum, novarum rerum commotionem, ut habet quod venetur. *Plutarch.*

Ut in aperto posita & exposita negliguntur ac prætereunt abstrusa petuntur insidiis: ita qui valde lætet, & à vulgò semper est, in hujus vitam inquirunt homines. *Seneca.*

C
Uri
Bet
& Phar
Herode
Aposto
Ephesi
3. v. 11.

F
Ride
gens
institur
servaba
pita, si
quinar
quæsti
omnes
in Adag
Conj
minac
exque
Ga
contr
tus pe
Græca
quinto
Ari
gabari
popul
nino lib
regni t
Eria
sepe n
diurn
de seip
rogati
rum a
Fest
norur
cum ip
beret

§ EXEMPLA BIBLICA.

Curiositatis exempla: Eva, *Genes. 3. vers. 5. 6.* Dina, *34. v. 1. 2.* Bethsamites, *1. Sam. 6. v. 19.* Ozias, *2. Paral. 26. v. 16.* Scribæ & Pharisei, *Matth. 22. v. 38. 39.* Pharisei & Saducei, *16. vers. 1.* Herodes, *Luc. 19. & 23. v. 8.* Pharisei, *11. v. 16.* Petrus, *Ioan. 21. v. 20.* Apostoli, *Actor. 1. v. 7.* Epicuræi & Stoici Philosophi, *17. v. 20.* Ephesii, *19. v. 18.* Agrippa, *25. v. 22. 23.* Thessalonicenses, *2. Thess. 3. v. 11.* Juniores viduæ, *1. Timoth. 5. v. 11. 12. 13.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Fridericus III. Imp. cum ad Coloniensia comitia repente ingens vis mortalium convenisset, hospitem & civium censu instituto, panum quoque, qui eo die in urbe reliqui ad cœnam servabantur, numerum inuit: sic, ut in quatuor vel quinque capita, singuli panes obolares vix responderent. Postero die equipam è tanto numero in tanta panis paucitate esurivissent, quaestione habita? divinæ benedictionis memorabili exemplo, omnes affatim satiatos fuisse deprehendit. *Ioan. Agricola Islebicus in Adagio Germanico Gott bescheret vber uach.*

Constantinus Imp. in conservando milite nimium cantus examinador meritorum scrupulosus fuit: Palatinas dignitates velut ex quodam tribuens pendiculo. *Marcell. lib. 21.*

Gallus Cæsar ad tuendum Orientem relictus à Constantino, contra Magnentium profecto, noctu cum satellitibus incognitis per lupanaria & tabernas curstabat sciscitabundus sub voce Græca & alterata: Quid de Cæsare sentirent? malè de ipso loquitos, trucidabat, reperto aliquo figmento. *Cusp.*

Aripertus II. Longobardorum rex ignoto habitu per oppida vagabatur, sciscitando & explorando, ecquid de se suisq; iudicibus populi quererentur? *Paulus Diaconus lib. 6. cap. 10. & 12. Bonfinius lib. 8. Dec. 1. Polydorus lib. 4. histor. Anglorum. Sigonius lib. 2. regni Ital.*

Fridericus senior Dux Austriae, Imperatoris Friderici III. patruus, sæpe mutata veste solus inter agrestes versatus est: cum quibus diurna mercède, & arans, & alia quævis munia faciens ruris, & de se ipso & de purpuratis suis consalulari consueverat. Interrogatus cur id ageret? neq; enim de me, inquit, alio modo verum audire possum. *Aneas Sylvius lib. 3. Com. in Panor.*

Festiviter Martialis Ollum quendam notat, qui malorum alienorum erat observator curiosissimus, & taxator acerrimus: cum ipse uxorem haberet adulteram, filiam viro maturam, deberetq; etiamnum pro togula. *Theatr. Zuing. fol. 159.*

DAMNUM.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum
Levit. 19.

Non est bonum, damnum inferre justo. *Proverb. 17.*

Non placeat tibi injuria injustorum: sciens, quoniam usque
ad inferos non placebit impius. *Eccles. 9.*

Jam quidem omninò delictum est in vobis, quòd judicia
betis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quàm
magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis, & fraudamini
& hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? *2. Corinth. 6.*

Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit junctum
suum, ut depascatur aliena: quicquid optimum habuerit
in agro suo, vel vinea, pro damni æstimatione restituet. Si
gressus ignis invenerit spicas, & comprehenderit acervos frugum,
& succenderit. *Exod. 22.*

Qui percusserit animal, reddet vicarium: id est, animam pro
anima. *Levit. 24.*

Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum: sicut
erit, sic fiet ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dente
pro dente restituet. *Ibidem.*

Vir sive Mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ
precepta sunt, & per negligentiam transgressi fuerint
mandatorum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum
suum & reddent ipsum caput, quintamque partem de superfluo
ei, in quem peccaverunt. Sin autem non fuerit, qui recipere
dabunt Domino, & erit sacerdotis: excepto ariete, qui offertur
pro expiatione, ut sit placabilis hostia. *Num. 5.*

Maledictus, qui transfert terminos proximi sui. *Dent. 27.*

Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in
na lætatur alterius, non erit impunitus. *Proverb. 17.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Non sic sapit lucrum, quomodo dolet damnum: fortior est
in confessione Christi, qui damna non timuit, quàm quæ
lucra tontempserit. *Augustin. in serm. de Sanct. Steph.*

Est pulchritudo universæ creaturæ per hæc tria, inculpabilis
damnatione peccatorum, exercitatione justorum, perfectione
bonorum. *Idem de vera religione.*

Si non

Si non potest subveniri alteri, nisi alter lædatur: commodus est neutrum juvari, quàm gravari alterum. *Ambr. de Offic.*

Melius est præsentia damna contemnere, quàm exiguo quaestu perpetua commoda non habere. *Cassiod. lib. 4. epist.*

Damna parva nonnunquam magni lucri sunt causa. *Gregor. 3. dialog.*

Damnum pati non debet, qui pro communi bono aliquid expendit. *Idem in reg.*

Damna majora timentes, cœlestis iræ damna incurrunt. *Idem lib. 6. dialog.*

Facinus est, quod agit indomita cupiditas, ut noceat alteri. *August. super Ioan.*

Nec aliquid nocet fidelibus, negata eorum corporibus sepultura, nec si exhibeatur, aliquid infidelibus prodest. *Idem de cura pro mortuis.*

Quantum ad peccati rationem pertinet, nocuit: quia nocere disposuit. *Fier. in epist.*

Aliud quoque est nocere, quod semper potes: aliud prodesse, cum possis: aliud non facere: aliud non optari bonum. Illud tibi rursus occurrit, non sufficere Christianum, si unam partem justitiæ impleat, quum utraq; præcipitur. *Idem ad Celantiam.*

Etsi omnes, qui mare & terram habitant, conveniant ad lædendum: nocere nequaquam poterunt ei, qui à semetipso non læditur. *Chrysost. de reparat. lapsi.*

Rarò læditur homo ab extraneis, si sui eum non lædant, magis enim insidiis nostrorum, quàm aliorum periclitamur. *Isid. lib. de summo bono.*

§ SIMILITUDINES.

URTICA sine aculeis adurit, ac vulnerat sola lanugine, soloque contactu: ita quidam non aperta vi, sed clanculum nocent. *Erasmus.*

Ut pyralis ultrò advolans lucernis, adustis alis collabatur ac perit: sic quidam ipsi sibi accersunt perniciem. *Idem.*

Semel iecti à Scorpio, nunquam postea vespis, crabronibus, aut apibus feriuntur: ita nullum est incommodum, quod non commoditatis aliquid habeat junctum. *Idem.*

Vide Adversitas, Bonum, Fortune, Tribulatio. &c.

DEBITUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sic sub autoritate superbia, & humanus timor sub humilitate se palliant: ut sæpè nec ille valeat considerare, quod Deo nec iste quid debeat proximo. *Gregor. in mor.*

Deputemus intelligentiam datam, quasi pecuniam mutuatam: quò plus nobis creditur ex benignitate, eò debitores amplius tenemur in opere. *Idem ibid.*

Stultus est debitor, qui gaudens pecunias accipit: & tempore quo reddere debeat, non attendit. *Idem ibid.*

Debitores sumus præcipuè quinque, scilicet corpori, consuetudini, fratri, sanctis & mortuis. *Bernh. de verb. Domini.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

EX COMICIS GRÆCIS.

Ἀλλ' ὅν δ' ἔδωκεν ἀνδραπί, κ' ἄλψη πάλιν.

Reddas quod est datum, ut iterum detur tibi.

Τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ.

Fœnus frequenter liberos servos facit.

§ SIMILITUDINES.

Qui dicunt, carebo domo, carebo famulitio, non debent perinde faciunt, ac si hydropicus dicat medico, ego gratiam & inanis: nam nihil refert quàm gracilis sit, modo sanus. *Plutarch.*

Ut pedem & manum, si computruerit, data mercede refectus: ita domus, aut famulitium abjiciendum, ut liberemur a re alieno, hoc est, ut liberi fiamus. *Plut.*

Ut Equus semel accepto freno, fessorem alium post alium fert: sic qui semel incidit in æs alienum, nunquam explicatur. *Plutarch.*

Cholerici qui purgari nolunt sub tempus, collecta in duobus majore bile, postea graviter discrutantur: sic qui sinunt fœtus accrescere, cum adest dies graviter e capite laborant. *Plut.*

Consule, Locum de Fœnore & Usura.

DECEPTIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Captivis.

*Nunc certum est, nulli post hæc quicquam credere,
Satis sum deceptus semel.*

Ovid. lib. 2. de Pont. ad Atticum.

Proxima subsequitur, quid agas audire voluntas?

Et modo quicquid agas, sit tibi cura mei.

Nec dubito quin sit: sed me timor ipse malorum

Sapè supervacuos cogit habere metus.

Da veniam quaeso, nimioq; ignosce timori:

Tranquillas etiam naufragus horret aquas.

Ibidem.

Membra reformidant mollem queq; saucia tactum,

Vanatq; sollicitus incitat umbra metum.

Sic ego fortuna telis confixus iniquis,

Pectore concipio nil nisi triste meo.

Seneca in Thebaid.

Quoties necesse est fallere aut falli à suis,

Patiare potissis ipse quam facias scelus.

Vide Fraus, Dolus, Astutia.

DECIMA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Hæc est Domini iustissima consuetudo: ut si tu illi decimam non dederis, ut ad decimam revocaberis: id est, dæmonibus, quæ est decima pars Angelorum, associaberis. Dabis, inquit, impio militi, quod non vis dare sacerdoti. *Augustin. de doctrin. Christian.*

Si decimam dederis, non solum abundantiam fructuum recipies: sed etiam sanitatem animæ & corporis consequeris: quia decimas dando, & terrena & cœlestia possis premia promereri. Unde qui decimas dare nolunt, res alienas invadunt: & dominus qui dignatus est totum donare, decimas à nobis dignatus est recipere. *Idem ibid.*

Justitiam, misericordiam & fidem propter suam gloriam mandavit Deus: sed propter sacerdotes decimas. *Chrysostom. in Matth. 23.*

Quia non reddidistis decimas & primitias: idcirco in penuria & fame maledicti estis: quia dum parva subtrahitis: ubertatem possessionum vestrarum & totam abundantiam frugum perdidistis. Sciatis vos idcirco perdidisse abundantiam: quia fraudastis me parte mea. Moneo igitur, ut reddatis mihi mea: & ego restituiam vobis vestra. *Hieron. in gl. sup. Malach. 3.*

U 3

DE DECORUM. DEFECTIO. DEFENSIO.

Sacerdotes qui propter decimas corripiunt populum, & majora peccata tacent: docent colare culicem & deglutire camelum: id est, à modico abstinere, & majora committere. *Chrysest. ibid.*

Vide titul. Eleemosyna.

DECORUM.

§ SIMILITUDINES.

UT pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet ocnios, & delectat hoc ipso quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibus cum virtute, ordine, constantia & moderatione omnium dictorum quæ factorum. *Cic. lib. 1. de Offic.*

Ut alia vestis magis sapientem decet, quàm alia, cum nullus oderit: sic magis congruit hoc, aut hoc loco vivere. *Senec.*

Chamæleon herba mutat foliorum colores: cum cetera quæ nascitur, hæc nigra, illic viridis, alibi cyanea, alibi crocea, aliis aliisque coloribus: ita convenit hominem hoc loco, in quo agit, vitæ habitum commutare. *Plin.*

DEFECTIO.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Defectionis exempla: Sodomitæ & alii, *Genes. 14. vers. 4. & Dei, 6. v. 2. Absalom, 2. Samuel, 15. v. 10. Edom, 2. Paralip. 21. v. 8. Osee Rex, 2. Reg. 17. v. 4. Ezechias, 18. v. 7. Joacim, 2. v. 1. Sedechias, 20. Israëlita, 2. Paralip. 10. v. 16. Edom & Loba, 2. Paralip. 21. v. 10. Sedechias, 36. v. 13. Jerem. 37. v. 2. & 52. v. 1. populus, 15. v. 6. multi discipuli, Ioan. 6. v. 66. Hymenæus & Alexander, 1. Timoth. 1. v. 20. Nicolaitæ, Apocal. 2. v. 5. 6.*

Vide Apostasia.

DEFENSIO.

§ EXEMPLA SACRA.

Defensionis humanæ exempla: Moses, *Exod. 2. v. 17. 18. & Othoniel, Iudic. 3. v. 9. Ehud, 15. Samgar, 31. Principes, & fortes Davidis, 1. Paralip. 11. v. 14.*

Vide Bellum. Item, Judex, Judicium, Justitia, Fortitudo.

DEGENE

DEGENERATIO.

§ SIMILITUDINES.

NON ut ex sapientissimis parentibus stultissimi plerunq; nascuntur filii: ita à doctis præceptoribus indocti discipuli, à probis educatoribus alumni improbi. *Erasm.*

Ut arbores quædam bellè florent, verum nullum adferunt fructum: ita quorundam puerorum indoles magnæ vitæ frugem pollicetur, qui simulatq; adoleverint, ad ineptissimas conversi voluptates, fallunt expectationem omnium. *Idem.*

Ut si Venerem suā Apelles, aut si Protogenes Hialysum illū suum cæno oblitum videret, magnum acciperet dolorem: ita si quis conspiciat eum corruptum, quem ad bonos mores instituisset: aut ignominii affectum, quem ornasset honoribus, iniqua animo ferret. *Plin. lib. 35. cap. 10.*

Est Indiæ gens dicta Pandora, quæ in pueritia cano sit capillito, in senecta nigrescunt capilli: ita nonnulli primis annis sobrii ac modesti, grandiores jam, ad nugas & ineptissimas voluptates abjiciunt sese, & quasi repucrescunt. *Plinius libro 7. cap. 2.*

Vide Indoles, Ingenium, Mores.

DEMOCRATIĀ.

§ APOPTHEGMATA.

SOLON dicere solebat, cum principem sibi maximè gloriosum videri, qui Democratiā ex Monarchia civibus faceret. *Phavorinus & Stob. serm. 46.*

Lycurgus cuidam postulanti, ut in civitate pro Aristocratiā, hoc est, optimatum gubernatione, constitueret Democratiā, hoc est, popularem gubernationem: Tu fac, inquit, prius domi tuæ Democratiā instituas. *Plut. in Lacon.*

Vide Respublica.

DERISIO.

§ EXEMPLA SACRA.

DERISIONIS exempla: Magistri operum derident & contemnant Israëlitas, *Exod. 1. v. 12.* Viri Sadoch Gedeonem, *Judic. 8. v. 6.* Goliath Davidem, *1. Sam. 17. 42.* Nabal Davidem, *25. 10.*

U 4

DE DERISIO. DESIDERIUM.

Michol Davidem, 2. *Samuel*. 6. v. 16. Elias Baalitas, 1. *Reg.* 18. v. 17. Pueri Bethel Elisæum, 2. *Reg.* 2. v. 23. 24. Israëlitzæ cursores & nuntios Regis, 2. *Paralip.* 30. v. 6. 10. Nuntios & Prophecas Deos, 36. v. 15. 16. 3. *Esd.* v. 1. 50. Sanaballath & Tobias Ammonitæ Israëlitas, *Nehem.* 4. v. 1. 2. 3. Parentes & cognati Tobiam, *Tob.* 1. v. 15. 16. Juniores Jobum, *Iob.* 30. v. 1. Judæi Jeremiam, *Ierem.* 21. v. 7. 8. *Thren.* 3. v. 14. 15. Mater septem liberorum, unâ cum filio minore natu Regem tyrannum, 2. *Macchab.* 7. v. 27. 39. Nicanor Israëlitas, 1. *Macchab.* 7. v. 34. 35. Tibicines & Turba Christum, *Matth.* 9. v. 24. Principes Sacerdotum, Scribæ, Seniores & Milites, 27. v. 41. 42. *Marc.* 15. v. 20. *Luc.* 22. v. 63. 64. Herodes 23. v. 11. quidam Judæi Apostolos, *Actor.* 2. v. 12. 13. Athenienses Paulum, 17. v. 32.

Vide Contemptus, Contumelia, Convitium, Risus.

DESIDERIUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui desiderat, & si lingua taceat, corde cantat: qui autem non desiderat, quolibet amore, quolibet clamore aures hominum feriat: intus mutus est Deo. *Augustin. sup. Psalm.* 86.

Etiâ quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur. *Augustin. 68. epist.*

Quod oculus non vidit, &c. desiderari potest, concupisci potest, suspirari in illud potest: dignè cogitari & verbis explicari non potest. Desiderium finis cordis est: capiemus, si desiderium quantum possumus extendamus. *Augustin. sup. Ioan.*

Quo diutius abest quod desideratur, tanto expectantis desideria majori quadam vi amoris ignescunt. Caro deficit: sed cupiditas alitur & augetur. *Augustin. sup. Beati immaculati.*

Cuncta desideria dilatione crescunt: si autem dilatione desideria non fuerunt. *Gregor. homil. 23. sup. E. vang.*

Sancti viri unde desideriorum suorum decreta tolerant, inde majora lucra conversis aliis reportant. *Idem ibid.*

Valentiores voces apud secretissimas aures Dei, non verba faciunt, sed desideria. *Idem in moral.*

Quid clamas ad me? Voces apud aures Dei non faciunt verba nostra, sed desideria. Æternam enim vitam si ore non petimus, sed corde desideramus: ore tacemus, sed tacentes clamamus. *Idem ibidem.*

§ SIMP

¶ SIMILITUDO.

Sicut bona valetudo jucundior est iis, qui è gravi morbo liberati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta delectant. *Cicer. inorat. post reditum ad Quirites.*

Vide Cupiditas, Voluptas.

DESIDIA. *Vide Otium, Pigritia.*

DESPERATIO.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

AN ignoras quòd periculosa sit desperatio? *2. Reg. 2.*

Desperavi, nequaquam jam ultrà vivam. *Job. 7.*

Non credit, quòd reverti possit de tenebris ad lucem, circumspiciens undique gladium. *Ibid. 15.*

Quasi evulsæ arbori abstulit spem meam. *Ibid. 19.*

Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? *Ierem. 15.*

Insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua. *Idem 30.*

Super hoc plangam & ululabo: quia desperata est plaga eius. *Michee 1.*

Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit: sed sequitur cum ignominia & opprobrium. *Proverb. 18.*

Et dixisti, desperavi, nequaquam faciam: adamavi quippe alienos, & post eos ambulabo. *Ierem. 2.*

Desperavimus, post cogitationes nostras ibimus, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus. *Idem 18.*

Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis, in avaritiam. *Ephes. 4.*

Tu ergò fili hominis dic ad domum Israël: sic locuti estis dicentes: iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergò vivere poterimus? *Ezechie 33.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Latro agnovit, Petrus negavit. In Petro demonstratur quemque justum non de se præsumere: in Latrone nullum impium debere diffidere conversum. Timeat ergò bonus, ne pereat per superbiam, & malus non desperet per multam malitiam. *Augustin. in libro de symb.*

Nemo desperet: Judam traditorem non tàm scelus, quod

commisit, quàm indulgentiæ desperatio fecit penitus interiorem.
Idem lib. de utilit. penitent.

Ne desperando augeamus peccata, propositus est penitentia portus: rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus. *Idem ibid.*

Desperatio certa mors est. *Ambros. super Lucam lib. 2.*

Desperatio homicida est animæ. *August. in Psalm. 50. serm.*

Nemo diffidat: nemo veterum conscius peccatorum præteritæ divina desperet: novit Dominus mutare sententiam, si tu tuis veris emendare delictum. *ibidem.*

Incumbit virtuti seculi, qui desperat de adjutorio Dei. *Ambros. super Marcum.*

Illius æternæ civitatis januas nobis desperatio claudit, spera aperit, fiducia latum præbet ingressum. *Isidorus in summo libro lib. 2.*

Nullus desperet veniam: etiam si circa finem vitæ ad penitentiam convertatur, unumquenq; enim Deus de suo fine, non de vita præterita judicat. *Idem ibid.*

In vita hominis finis quærendus est: quoniam Deus non respicit, quales antea vixerimus: sed quales circa finem vitæ fuerimus. *Idem ibid.*

Perpetrare flagitium aliquod, mors est animæ: sed desperare, est in infernum descendere. *Idem ibid.*

Scelerator omnibus, ô Juda! & infelicior extitisti: quem penitentia duxit ad dominum: sed desperatio traxit ad laqueum. *Leo Papa in serm.*

Prima salus est declinare culpam: secunda non desperare penitentiam: quia ipse se in æternum punit, qui apud verum judicem ad penitentiam non recurrit. *Hug. lib. de vera sapient.*

Quamvis autem sint aspera & difficilia, quæcunque sunt in excelsis posita: non dubie fit, ut in apertum campum veniant, si itinerantibus nihil desperationis occurrat. *Valerius in quodam sermone.*

Desperatio est ad vitæ statum vel virtutum reditum, fractæ spei gubernatio. *Victorinus.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Senec. Med.

Qui nihil potest sperare, desperet nihil.

Ovid. 2. Pont. 2.

Qui rapitur fati, quid præter fata requirit?
Porrigit ad spinas, duraque saxa manns.

Accipit

*Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos fessâ venire sinnes,
Nec se vicino dubitat committere tecto,
Quæ fugit infestos territa cerva canens.*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Confugit interdum templi violator ad aram:
Nec petere offensi numinis horret opem.*

Ovid. 3. de Ponto.

*Proximus huic gradus est, benè desperare salutem:
Seq̃; semel vera scisse perisse fide.*

§ APOPHTHEGMATA.

Ephoris dicentibus ad Leonidam, quò ad Thermopylas proficiscens, paucos secum educeret: nimium ad hoc, inquit, negotium, ad quod proficiscimur. Judicans satis multos educi ad moriendum in bello: fatius enim perire paucos, quàm multos. *Plutarch.*

Anonymus cuidam, qui laborans ab oculis, exierat in bellum, cum nonnulli dicerent, quò vadis ad istum affectus modum, aut quid facturus? ut nihil, inquit, aliud, certè hostis gladium heberabo. *Plutarch.*

Pompeius rebus infelicitè gestis adversus Cæsarem, & ad summam desperationem redactus: in tentorium venit attonito similis, nec aliam vocem emisit, quàm hanc, εἰς οὐν εἰς περιεμβολῶν: Ergò in castra, sumptaquè veste præsentis fortunæ accomodata, clam profugit. *Plutarch.*

§ EXEMPLA SACRA.

Desperationis exempla: Cain, *Genes. 4. vers. 13. 14.* Israëlitz, *Exod. 14. v. 11.* Achitophel, *2. Samuel. 17. v. 23.* Elias, *1. Reg. 19. v. 4.* quatuor Leprosi, *2. Reg. 7. v. 4.* Saul, *1. Paralip. 10. v. 4.* Saulis Armiger, *vers. 5.* Judas, *Matth. 27. v. 5.* Custos carceris, *Actor. 16. v. 27.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Nmantini à Pub. Scipione Africano longa obsidione defatigati, cum intolerabiles pacis condiciones præscriberet, desperationis rebus, ultimo sese prælio accingunt: fatius ducentes pro patria fortiter occumbere, quàm per ignaviam deditos, ut oves jugulari. *Sabellit. lib. 9. Enn. 5.*

Saguntum Hispaniarum oppidum, juxtà flumen Hiberium societate fœdereq̃; conjunctum cum Romanis, longa Pœnorum obsidione fameq̃; eò redactū est: ut cives extructo in foro igni, quicquid erat preciosarū rerum, in eum conjicerent: ac postremo se

commisit, quàm indulgentiæ desperatio fecit penitus interit.
Idem lib. de utilit. penitent.

Ne desperando augeamus peccata, propositus est penitentiæ portus: rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus. *Idem ibid.*

Desperatio certa mors est. *Ambros. super Lucam lib. 2.*

Desperatio homicida est animæ. *August. in Psalm. 50. serm.*

Nemo diffidat: nemo veterem conscius peccatorum præteritæ divina desperet: novit Dominus mutare sententiam, si tu veris emendare delictum. *Ibidem.*

Incumbit virtuti seculi, qui desperat de adiutorio Dei. *Ambr. super Marcum.*

Illius æternæ civitatis januas nobis desperatio claudit, si aperit, fiducia latum præbet ingressum. *Isidorus in summo lib. 2.*

Nullus desperet veniam: etiam si circa finem vitæ ad penitentiam convertatur. unumquenq; enim Deus de suo fine de vita præterita judicat. *Idem ibid.*

In vita hominis finis querendus est: quoniam Deus non respicit, quales antea vixerimus: sed quales circa finem vitæ fuerimus. *Idem ibid.*

Perpetrare flagitium aliquod, mors est animæ: sed desperare, est in infernum descendere. *Idem ibid.*

Sceleratior omnibus, ô Juda! & infelicior extitisti: quæ penitentia duxit ad dominum: sed desperatio traxit ad lapsum. *Leo Papa in serm.*

Prima salus est declinare culpam: secunda non desperare penitentiam: quia ipse se in æternum punit, qui apud verum iudicem ad penitentiam non recurrit. *Hug. lib. de vera sapient.*

Quamvis autem sint aspera & difficilia, quæcunque sunt excellis posita: non dubiè fit, ut in apertum campum veniant, si itinerantibus nihil desperationis occurrat. *Valerius in quodam sermone.*

Desperatio est ad vitæ statum vel virtutum reditum, fidei spei gubernatio. *Victorinus.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Senec. Med.

Qui nihil potest sperare, desperet nihil.

Ovid. 2. Pont. 2.

Qui rapitur fati, quid præter fata requirit?
Porrigit ad spinas, dura quæ saxa manas.

Phor
ficis
negotiu
al mori
tos. Plu
Anon
cum no
aut qui
hebeta
Pom
mam o
milis.
Ergo in
clam p

DE
Ex
19. 7. 4
Saulis
Actor.

N
g
sperat
prop
oves
Sag
cierat
obfid
quico

*Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos fessa venire sinus,
Nec se vicino dubitat committere lecto,
Quae fugit infestos territa ceruica canens.*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Cenfugit interdum templi violator ad aram
Nec petere offensa iuminis horret opem.*

Ovid. 3. de Ponto.

*Proximus huic gradus est, bene desperare salutem:
Seq; semel vera scisse perisse fide.*

§ APOPTHEGMATA.

Ephoris dicentibus ad Leonidam, quod ad Thermopylas proficiscens, paucos secum educeret: nimium ad hoc, inquit, negotium, ad quod proficiscimur. Judicans satis multos educti ad moriendum in bello: satius enim perire paucos, quam multos. *Plutarch.*

Anonymus cuidam, qui laborans ab oculis, exierat in bellum, cum nonnulli dicerent, quod vadis ad istum affectus modum, aut quid factururus? ut nihil, inquit, aliud, certe hostis gladium hebetabo. *Plutarch.*

Pompeius rebus infeliciter gestis aduersus Caesarem, & ad summam desperationem redactus: in tentorium venit attonito similis, nec aliam vocem emisit, quam hanc, *ἐκστῶν εἰς παρρημῆβον λόγῳ*: Ergo in castra, sumptaque veste praesenti fortunae accomodata, clam profugit. *Plutarch.*

§ EXEMPLA SACRA.

Desperationis exempla: Cain, *Genes. 4. vers. 13. 14.* Israëlitzæ, *Exod. 14. v. 11.* Achitophel, 2. *Samuel. 17. v. 23.* Elias, 1. *Reg. 19. v. 4.* quatuor Leprosi, 2. *Reg. 7. v. 4.* Saul, 1. *Paralip. 10. v. 4.* Saulis Armiger, *vers. 5.* Judas, *Matth. 27. v. 5.* Custos carceris, *Actor. 16. v. 27.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Nvmantini à Pub. Scipione Africano longa obsidione defatigati, cum intolerabiles pacis condiciones praescriberet, desperatis rebus, ultimo sese praelio accingunt: satius ducentes pro patria fortiter occumbere, quam per ignaviam deditos, ut oves jugulari. *Sabellie. lib. 9. Eum. 5.*

Saguntum Hispaniarum oppidum, juxta flumen Hiberium societate foedereq; conjunctum cum Romanis, longa Pœnorum obsidione fameq; eò redactus est: ut cives extructo in foro igni, quicquid erat preciosarum rerum, in eum coniecissent: ac postremo se

DE DESPERATIO. DETRACTIO.

mò se suosque liberos eòdem præcipitent, ne venirent in hostium manus. Inde proverbium, Saguntina fames. *Erasmus in Adagijs ex Livio, Val. Max. & Cicer. Philippicis.*

P. Licinius Crassus profectus contra Aristonicum Eumenis filium, in eo prælio profligato exercitu, ipse ne in hostium manus veniret, baculo barbari satellitis, equum ducentis, oculum petens, cum in sui necem provocavit. *Plutarch.*

Cajus Marius junior à Sylla è Mithridatica victoria redeunte cum toto exercitu fesus, in oppidum Præneste se recepit. Ubi obsessus, quum nulla effugii pateret rima, veniam desperans, se Pontio Telesino præbuit jugulandum. *Livius.*

Adrianus Imp. incredibili membrorù omnium cruciatu impulsus, Mastorem quendam barbarum, partim minis, partim pollicitationibus impulit & coegit: ut eadem sibi inferret: cuius cum scripsisset, locum sub mammilla, quem Hermogenes medicus demonstraverat, quo lethaliter percusso, sine dolore expiravit. *Theat. Zuing. fol. 79.*

Diocletianus & Maximianus Hercules, anno Domini 307. illis Nicomediz, hic verò Mediolani, imperio sese abdicarunt: per quam quidem negotiorum molem & senectutem causantes: se amicis, se id ex desperatione facere, quod non possent extinguere Christianorum religionem, confitentes. *Nicephorus lib. 7. cap. 20. Zonaras tomo 2. & Chronicon Vrspergensis.*

DETRACTIO.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Quam ipsam scripturæ veritatem criminati, obscurare non possunt: hos, per quos prædicatur, inducunt in odium, quibus effingere, quicquid in mentem venerit, possunt. Unde jam Apostolicæ prophetiæ tempus videtur instare: erit id tempus, in quo sanam doctrinam non sustinebunt. *August. in epist. ad Hipp.*

Detractione patientia nostra probatur. *Idem lib. 5.*

Pejor est detractio in magni nominis viris, quàm in plebeis. *Idem cont. Pet.*

Obloquium est absenti detrahere, & dolosè mordere. *Idem in Psalm. 49.*

Plus nocent in membris detrahentes Christo, quia animarum creditorum interficiunt: quàm qui ejus carnem mox resurrecturam peremerunt. *Idem de defn.*

Si hilari vultu detractorem audieris, tu illi das fomitem detrahendi.

DE

trahendi: quod disc

Ventu

trahente

Cave

ne ipse de

potianum.

Nulli

ne te lau

quàm al

tis, Noli

huic viri

Raru

hibere v

hujus m

culab al

laqueur

Nihi

labore

Cav

minus

Et or d

here 1

Vil

lios vil

& qui

parati

Sicu

quam

detra

diensis

contic

epist. a

Or

suspec

torem

De

gua.

sum,

vel do

inuri

Bernh

trahendi: si verò tristi. ut ait quidam, discit non libenter dicere, quod discit non libenter audiri. *Idem in gl. super Psalm. 50.*

Ventus Aquilo dissipat pluvias, & facies tristic lingua de-
trahentem. *Idem Gregor. in Proverb. 2.*

Cave, ne ut lingua aut aures prurientes habeas: id est, aut ne ipse detrahas aliis, aut alios audias detrahentes. *Hieron. ad Nepotianum.*

Nulli unquam omninò detrahas, & si aliorum vituperatione te laudabilem videri velis, magis tuam vitam ornare discce, quàm alienam carpere: ac semper memor esto scripturæ dicentis, Noli diligere detrahere, ne eradicris. Pauci etenim sunt, qui huic virio renuntient. *Idem in Celantiam.*

Rarumque invenies, qui irreprehensibilem vitam suam exhibere velit: ut is non libenter reprehendat alienam: tantaque hujus mali libido mentes hominum invasit: ut etiam qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in istud tamen quasi in extraneum laqueum diaboli incidant. *Idem ibid.*

Nihil tam facile, quàm ociosum & dormientem, de aliorum labore & vigilis disputare. *Idem in Oseam.*

Cave, ne ipse detrahas aliis, aut alios audias detrahentes: non minus aures quàm lingua fugias detractorem: nam detractor dum te videt non libenter audire, non facile potest detrahere. *Idem epist. ad Nep.*

Vilium fati hominum est, & suam laudem quærentium, alios viles facere: quia alterius vituperatione se laudari putant: & qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione malorum. *Hieronym.*

Sicut sagitta, si mittatur contrà duram materiam, nonnunquam in mittentem revertitur, & vulnerat vulnerantem: ita detractor, quum tristem faciem viderit audientis, imò non audientis, sed obturantis aures suas, ne audiat sanguinem, illicò conticescit, pallet vultus, hærent labia, saliva siccat. *Idem in epist. ad Rusti.*

Omnem, qui palàm veretur dicere, quod in aure loquitur, suspectum habeas: quòd si coràm te indicare ille renuerit: delatorem judices, non accusatorem. *Bernh. in lib. de consideratione.*

Detractor & libens Auditor, uterque diabolum portat in lingua. Si pauper es, vilem & abjectum reputat: si dives, ambitiosum, avarum & cupidum: si affabilis, dissolutum: si prædicator vel doctor, honoris & humani favoris quæsitorem: si tacens, inutilem: si jejuna, hypocritam: si comedens, voratorem. *Bernh. in serm.*

Non

Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert: sed & qui cito aurem criminibus præbet. *Isidor. de summo bono lib. 3.*

Detractores autem quodam simulatae verecundiae fucosceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrantur. Videas à detractore alta præmitti suspiria: sicq; quadam gravitate & tarditate, vultu moesto, demissis supercilii voce plangenti egredi maledictionem: & quidem tanto peribillitorem, quanto creditur ab his qui audiunt, corde non do, sed magis condolenti affectu, quam malitiosè profecto. Doleo, inquit, vehementer pro eo quod diligo eum satis nunquam potui de hac re corrigere eum: & alias mihi quibus benè compertum fuerat de eo istud: sed per me nunquam intuisset. at quoniam per alterum perfecta res est: veritatem gare non possum, revera ita est. *Bernh. super Cant. serm. 24.*

Nunquid non vipera est lingua detractoris ferocissimam? nè nimirum, quæ tam lethaliter inficiat flatu uno. Nunquid non lancea est lingua ista? profectò acutissima, quæ tres pertrat ictu uno. *Bernh. in serm.*

§ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Terentius in Phormione.

Nihil est Antipho,

Quin malè narrando possit depravari.

Tu id quod boni est excerpis, dicis quod mali est.

Horat. Satyr. 4. lib. 1.

Absentem qui rodit amicum,

Qui non defendit alio culpante, solutos

Qui captat risus hominum, famamq; dicacis:

Fingere qui non visa potest, commissâ tacere

Qui nequit: hic niger est: hunc tu Romane, caveo.

Idem lib. 1. Epist. ad Lollium.

Vt penitus notum si tentet crimina serves,

Tuterisq; tuo fidentem presidio, qui

Dente Theonino quem circumroditur, ecquid.

Ad te post paulò ventura pericula sentis?

Nam tua res agitur, paries cum proximos ardet:

Et neglecta solent incendia sumere vires.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nulla tam molesta foelicitas est: ut malignitatis dentes vitare possit. Qui alienis malis sicut suis bonis lætantur, diu res sunt alienis jaeturis: locupletes calamitatibus, immortalibus funcribus. *Senec. in epist.*

Difficile

Difficilem oportet habere aurem ad crimina. *Idem in Prov.*
Vide Calumnia, Obtreſtatio, Maledicentia.

DEUS.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Ego sum qui sum. Sic dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos. *Exod. 3.*

Dominus enim DEUS vester, ipse est DEUS in cœlo sursum, & in terra deorsum. *Ios. 2.*

Ego Dominus primus, & novissimus, Ego sum. *Esa. 41.*

Ego Dominus, & non est alius amplius. extrâ me non est DEUS. *Ibidem 45.*

Ego Dominus, & non alter formans lucem & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc. *Ibid.*

Ego primus, & Ego novissimus, & absque me non est DEUS. *Ibid. 44.*

Recordamini prioris seculi, quoniam Ego sum DEUS, & non est ultra DEUS: nec est similis mei, annuntians ab exordio novissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt. *Ibid. 46.*

Ego autem Dominus DEUS tuus in terra Ægypti, & DEUM absque me nescies, & Salvator non est præter me. *Osee.*

Audi Israël, Dominus DEUS noster, DEUS unus est. *Deuteron. 6.*

Eti sunt qui dicuntur Dii, sive in cœlo, sive in terra: siquidem sunt Dii, & Domini multi: nobis tamē unus DEUS Pater, Ex quo omnia, & nos in Illo: & unus Dominus, JESUS CHRISTUS, per Quem omnia, & nos per Ipsum. *1. Corinth. 8.*

Unus DEUS, & Pater omnium. *Ephes. 4.*

Unus enim DEUS, & Mediator DEI & hominum, Homo CHRISTUS JESUS. *1. Timoth. 2.*

Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEUS exercituum. *Esa. 6.*

Nunc autem & viderunt & oderunt & Me & Patrem meum. Cum autem venerit Paracletus, quem Ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. *Ioan. 15.*

Sic enim Dsus dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit DEUS Filium suum, ut iudicaret Mundum: sed ut salvetur Mundus per ipsum. *Ioan. 3.*

Commendat

DE

DEUS.

Commendat autem charitatem suam DEUS in nobis: quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus CARITAS pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificari in sanguine ipsius, salvati erimus ab ira per ipsum. Rom.

Estote ergo imitatores DEI, sicut filii charissimi, & imitate in dilectione: sicut & CHRIS TUS dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam in odorem suavitatis. *Ephes. 5.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

DEUS tibi torum est: si esuris, panis tibi est: si sitis, aqua est. Si in tenebris es, lumen tibi est: si nudus es, immo- latis tibi vestis est. *Augustin. in Ioan. serm. 19.*

O vera summa suavitas, omne suavitate dulcior! sed non carni & sanguini: omni luce clarior, omni secreto incerto omni honore sublimior: sed non sublimior in se. *idem ibi confession.*

O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas! DEUS meus, ubi suspiro die & nocte. *idem lib. 7. confess.*

DEUS medicamentum est non sano, regula est pravo, est tenebrato, habitatio est deserto. *idem de charitat.*

DEUS vera est summa vita: in quo & à quo & per quem sunt omnia, quæ beata sunt. DEUS à quo averti, cadere quem converti, resurgere: in quo manere, consistere est. DEUS à quo exire, mori: & in quem redire, reviviscere: & in quo habitare, vivere est. DEUS quem nemo amittit nisi deceptus: quem nemo querit, nisi admonitus: quem nemo invenit, nisi purgatus. *idem in soliloquiis.*

DEUS in seipso sicut A & Ω: in Mundo sicut rector & pater: in Angelis sicut sapor & decor: in Ecclesia sicut paterfamilias in domo: in anima sicut sponsus in thalamo: in iustis sicut adiutor & protector: in reprobis sicut pavor & horror. *idem in ora. dom.*

Quicquid præter DEUM est, dulce non est: quicquid non vult dare Dominus meus, auferat totum, & se mihi det. *idem Psalm. 26.*

Non est quod fugias à DEO irato: nisi ad DEUM placatus. *idem in Psalm. 77.*

DEUS totus oculus est, quia omnia videt: totus manus est, quia omnia operatur: totus pes est, quia ubique est. *idem in cap. 36.*

Nescio quid spiritualiter & corporaliter in nobis facit DEUS.

DE

quo nec scitur: nec odicitur: ne aliquid est in Ioan.

Quærendus quod idem ibid.

DEUS cur, idem ibid.

Non in bus oculi tenetur, sensus est, v. Luc. lib. 1.

Creatio ubique tenetur, Greg.

Nunc longe est per Ezech.

DEUS quimus

Non quod n

qui nor

DEUS ut in quid ve

in alcu

fit, alit

citra q

Qua

quam

similis me, lib

potent

serm. 57

Quidum.

quo nec sonus fit, qui percipiat: nec color, qui oculis discernatur: nec odor, qui naribus capiatur: nec sapor, qui faucibus indicetur: nec durum & molle quod tangendo sentiat: & tamen aliquid est, quod sentire facile est: explicare non possibile. *Idem in Ioan.*

Quæramus inveniendum, quæramus inventum: ut inveniendus quærat, occultus est: ut inventus quærat, immensus. *Idem ibid.*

DEUS si fert auxilium, misericors: si non, justus esse creditur. *Idem in Quest. vet. Testam. cap. 36.*

Non in loco DEUS videtur, si mundo corde: nec corporali-
bus oculis DEUS quæritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu: & quum absens est, videtur: & quum præsens est, non videtur. *Ambrosius in Luc. lib. 1.*

Creator omnium DEUS pater omnipotens ubique est, & ubique totus: in parte non est, quoniam ubique est: & tunc minus invenitur, quando is, qui ubique totus est, in parte quæritur. *Gregor. lib. 2. mor.*

Nunquam deest: & tamen ab iniquorum cogitationibus longe est, nec tamen tibi deest ubi longe est: quoniam ubi non est per gratiam, adest per vindictam. *Idem in homil. 8. super Ezech.*

DEUS ubique præsens est, & vix inveniri potest: stantem sequimur, & apprehendere non valemus. *Idem ibid.*

Non parum apprehendisti: hoc tibi de DEO compertum sit: quod nusquam sit, qui non clauditur loco, & nusquam non sit, qui non excludit loco. *Bernh. de considerat. lib. 5.*

DEUS non partibus constat, ut corpus: non affectibus distat, ut anima. Non formis substat: ut omne quod factum est. Nunquid verendum, ne cogitatio transvolet illum? quantumcunq; in ætæm proficiat, ultra est. In terra, quod homo cogitare potest, altissimum quærere, ridiculum est statuere ipsum: ultra, non citrà quærendus est. *Idem ibid.*

Quàm dives es in misericordia, quàm magnificus in justitia, quàm munificus in gratia, Domine DEUS noster! non est qui similis sit tibi. Munerator copiosissime, remunerator æquissime, liberator piissime, gratis respicis humiles, justè judicas innocentes, misericorditer etiam salvas peccatores. *Bernhardus serm. 57.*

Quid est DEUS? longitudo, latitudo, sublimitas, profundum. Longitudo propter æternitatem: Latitudo propter cha-

ritatem: sublimitas propter majestatem: profundum proprie
sapienciam, DEUS amat, ut charitas: novit, ut veritas: sedet
æquitas: dominatur, ut majestas: regit, ut principium: tuetur
ut salus: operatur, ut virtus: revelatur, ut lux: assistit, ut pietas
quæ omnia faciunt & angeli, facimus & nos: sed longè inferius
xi modo, non utique bono, quod sumus, sed quod participamus.
Idem in consider.

DEUS, cui proprium est misereri, ex se miserandi sumit
teriam: quod autem condemnat, cum cogimus. *Bernhard. Cant. serm. 7.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 1. Metamorph.

*Hanc Deus, & melior litem natura dremit.
Nam cælo terras, & terris abscidit undas:
Et liquidum spisso secrevit ab æthere cælum.*

Horat. 3. Carm. 4.

*Qui terram inertem: qui mare temperat
Ventosum, & urbes, regnaq; tristia,
Divosque, mortalesq; turmas
Imperio regit unius æquo*

Senec. Hipp.

*O magna parens natura Deum!
Tuq; igniferi rector Olympi,
Qui sparsa cito sidera mundo,
Cursusque vagos rapis astrorum,
Celerique polos ordine versas.
Cur tibi tanta est cura perennes
Agitare vias ætheris alti?
Ut nunc cane frigora brumæ
Nunc sylvas: nunc arbusis
Redeant umbræ: nunc æstri vi
Colla Leonis Cererem magno
Fervore coquant, viresque suas
Temperet annus?*

Vergil. 6. Æneid.

*Principio cælum ac terram, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ, Tetaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agit at molem. & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumq; genus vitæq; volantum,*

*Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore Pontus:
Ignea est illis vigor, & cælestis origo, &c.*

Stat. 5. Sil. 1.

Vide, qui cuncta suorum

*Novit, & inspectis ambit latens omne ministris.
Nec mirum. videt ille Ortus, Obitusq;: quid Arctos,
Quid Boreas hibernas agat: ferrique, togeque
Consilia, atq; ipsam mentem probat.*

Lucanus 9.

*Estque Dei sedes, ubi terra, & Pontus, & ær,
Et cælum & virtus. Superos quid querimus ultra?
Iupiter est, quodcunque vides, quocunque mo veris.*

Ovid. 4. Trist.

*Nil adeò validum est, adamas licet alliget illud
Ut maneat rapidofirmiss igne torvis.
Nil ita sublime est, supraque pericula tendit:
Non sit ut inferis, suppositumq; Deo.*

Idem 1. Metamorph.

Et quid Iove majores habetur?

Idem 10. Metamorph.

Cedunt Iovi omnia regno.

Idem 5. Trist. 13.

Plus valet humanis viribus ira Dei.

Idem 1. Art.

*Expedi esse Deos, & ut expedi, esse putemur.
Dentur in antiquos thura, merumq; focos,
Nec secuta quies illos, similisq; suporè
Detinet: innocui vivite, Numen adest.
Reddite depositum: pietas sua fœdera servet:
Frates absit, vacuas cedis habete manes.*

Idem 13. Metamorph.

Aspiciunt oculis Superi mortalia iustu.

1. Art.

Electitur iratus voce rogante Deus.

2. Fast.

Dè pia facta vident.

Plaut. Cap.

Est profectò Deus, qui, quæ nos gerimus, auditq; & videt.

Manil. 1. Astro.

Deus est, qui non mutatur in ævo,

Stat. 12. Theb.

*Nulla autem effigies, nulli commissa metallo.
Forma Dei; mentes habitare, & pectora gaudet.*

Senec. Herc. Fur.

Sequitur superbos victor à tergo, Deus.

Idem Thyest.

*Res Deus nostras celeri citatiss
Turbine versat.*

Martialis 2.

Ipsè jubet mortis te meminisse Deus.

Silius 4.

*Heu ! prima scelerum causa mortalibus agris,
Naturam nescire Deum.*

Ovid. 1. Pont. 7.

*Quamvis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.*

Senec. Herc. Fur.

*Votum secundet, qui potest, nostrum Deus,
Rebussq; lapsis adsit.*

Ovid. 8. Metamorph.

*Immensa est, finemq; potentia cæli
Non habet: & quicquid Superi voluere, peractum est.*

Ex Græcis Comicis.

*Πάντη γὰρ ἐστὶ πᾶν τε θεῶν θεός.
Est Deus ubique, spectat idem quæ omnia.*

*Ὁ θεὸς θεῶν δὲ ὄφθαλμοῦς εἰς τὸ πᾶν ὄραται.
Acutus ad cernenda cuncta oculus Dei.*

*Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κηκρὺς τὴν δίκην.
Adducit ad supplicia numen improbos.*

*Θεῶν δὲ πληγὴν ἐχέτωσθε θεοτίς.
Haud ullus unquam transiit plagam Dei.*

*Θεὸς ζωεργῶν πᾶντα ποιεῖ βραδίως.
Et fasile quidvis fert opem quando Deus.*

*Σὺ τῶν θεῶν πλῶν, καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλείοις,
Vel.*

*Θεὸς θεῶν λοντος καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλείοις.
Deo favente, vimen est raris loco.*

Τῶ γδ πόνῳ κῶ Θεὸς συλλαμβάνει.
Deus labores adiuvat mortalium.

Τῶν πόνων
 Πωλῆσι ἡμῖν πένθε τεζαθ' οἱ Θεοί.
Labore diuī quolibet vendunt bonæ.

Εὐχῆς δικαίας σοὶ ἀνήκας Θεός.
Vota æqua nunquam respiciunt aures Dei.

Δίκαιον ἐν σπῆσθοντα μεμνήσθαι Θεός.
In prospera æquum sorte meminisse est Dei.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

A Diis immortalibus sunt nobis agendi capiendæ primordiæ.
Cic. 2. de Leg.

Omnium rerum à Diis immortalibus principia ducuntur.
In Vatinnium testem.

DEUS est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prævidet,
 qui regit & moderatur, & est æternus. *Som. Scip.*

Ea est DEI vita, qua nihil beatius, nihil omnino bonis omnibus affluentius cogitari potest: nil enim agit: nullis occupationibus est implicatus: nulla opera molitur: sua potentia & virtute gaudet: habet exploratum fore se semper, tum in maximis, tum in æternis voluptatibus. *1. de Natur. Deor.*

In mundo DEUS est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesq; conservat, terras & maria contemplan, hominū commoda, vitasq; tuetur. *1. de Nat. Deor.*

De hominibus nulla gens est, neq; tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem DENM habere deceat, tamen habendum sciat. *2. de Leg.*

Omnibus innatum est, & in animo quasi insculptum, esse Deos. *2. de Natur. Deor.*

Quid potest esse tam apertum tamque perspicuum, quam cælum suspeximus, cælestiaque contemplati sumus: quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? *ibidem.*

Firmissimum hoc adferri videtur, cur Deos esse credamus: quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. *1. Tusc.*

Quis est tam vccors, qui cum suspexerit in cælum, Deos esse non sentiat? & ea, quæ tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum atque vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? *De Resp. Arusp.*

DE

DEUS.

Sit hoc à principio persuasum hominibus, dominos esse omnium rerum, ac moderatores Deos: eaq; quæ gerantur, contingere iudicio ac numine, eosq; optimè de genere hominum trahi: & qualis quisq; sit, qui agat, quid in se admittat, quæ mente, qua pietate colat religionem intueri, piorumq; & impiorum habere rationem. 2. de Leg.

Deorum providentia mundus administratur. iidemq; cogitant rebus humanis, neque solum universis, verum etiam singulis. 1. de Divinat.

Deorum providentia mundus administratur. 2. de Natur. Deorum.

Mala & impia consuetudo est, contra Deos disputandi, sed ex animo hoc fiat, sive simulatè. 2. de Natur. Deor.

Homini timidè de potestate Deorum, & pauca dicenda sunt. Pro Leg. Manil.

Nihil est illi principi DEO, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia coetus hominum jure sociari, quæ civitates appellantur. In Som. Sop.

Obscurum DEO nihil potest esse. 3. de Natur. Deor.

Ignorare DEUS non potest, quia quisque mente sit. 2. de Divinat.

Innumerabilia parentibus, omnia Diis immortalibus debentur. Post. redit. ad Senat.

Diis immortalibus nos primum natura conciliat. De Rep. Arusp.

Prima officia Diis immortalibus debentur. 1. Offic.

Donis impii ne placare audeant Deos: Platonem audiamus, qui vetat dubitare, quæ sit mente futurus DEUS: cum vir noster bonus ab improbo se donari velit. 2. de Leg.

¶ APOPHTHEGMATA.

Thales dicebat, homines existimare oportere: DEOS omnino cernere Deorumq; omnia esse plena: & tunc fore omnino castiores. Cic. lib. 2. de Legib.

Idem percunctatus, an facta hominum Deos fallerent? cogitata, inquit: ut non solum manus sed etiam mentes puras habere debeamus: cum secretis cogitationibus nostris celestis numen adesse credimus. Laertius in eius vita. & Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2.

Cum ex Zenone Stoico quidam quæreret, AN DEUM latere possit injuriam faciens? Imò, inquit, ne cogitans quidem. Maxi. ferm. 15.

Attalus martyr à tyranno per contemptum interrogatus, Quod nomen

nomen DEUS haberet? Qui plures sunt respondit, nominibus discernuntur: qui autem unus est, non indiget nomine. *Euseb. lib. 6. Eccl. hist. cap. 3.*

Thales percontatus, Quid esset DEUS? quod principio & fine caret, respondit. *Laert. in eius vita.*

Alius idem interrogatus, respondit: quod est in tritremi gubernator, in curru rector, præcantator in choris, dux in urbe, imperator in exercitu, hoc est in mundo DEUS. *Apuleius de Mundo.*

Simonides interrogatus olim ab Hierone tyranno, Quidnam esset DEUS? deliberandi sibi unum diem postulavit. cum idem ex eo postridie quæreretur, biduum petiit: ac cum ita sæpius duplicaret numerum, admiratusq; Hiero tyrannus, qui rogaverat, efflagitaret, cur ita faceret? Quia, inquit, quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. *Cicer. de Natur. Deorum. Bruf. lib. 2. cap. 26.*

Thales interrogatus olim, quidnam in tota rerum natura esset verustissimum? respondit, DEUS. Quid ita? *ὄντα ἄριστά* hoc est, quia nunquam esse cœpit. *Eras. lib. 7. apoph. ex Laert. 1.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum à piscibus Hyrcanis, nec boni quippiam expectatur, nec mali: sic Epicurei, nec perturbari nos volunt Deorum metu, nec delectari benevolentia. *Plur.*

Quemadmodum agricola non incidit spinam, priusquam asparagum inde ceperit: & Lybies non ante incendunt famentum, quam thus collegerint: ita DEUS non excidit Regum genus pestilens priusquam hinc fructus aliquis bonis contigerit. *Plutarch. in vindicta divina.*

Cum nauta videt imminere tempestatem, primum quidem Deos invocat: ut incolumi liceat in portum appellere: mox contrahit vela, atq; omnia nihilo secius parat quibus est opus: ita nos debemus auxilio divino fidere: sed sic, ut nostram quoq; industriam adhibeamus. *Plutarch.*

§ EXEMPLA SACRA.

Apparitionum & revelationum DEI peculiarium exempla: Adæ & Evæ, *Genes. 3. vers. 8. 9.* Noacho, *6. vers. 13. 14. & 7. vers. 1. & 8. vers. 15. & 9. vers. 1.* Abraham, *12. vers. 7. & 15. vers. 1.* Loth, *19. v. 1.* Abimelecho, *20. v. 3.* Rebecca, *25. v. 22. 23.* Isaac, *26. v. 2.* Jacobo, *28. vers. 11. 12. 13. & 32. vers. 30. & 35. vers. 21. & 48. vers. 3.* Moyli, *Exod. 3. vers. 2.* Balaamo, *Numer. 22. v. 20.* Josue, *Ios. 1. vers. 8. 2.* Israëlitis, *Iudic. 1. v. 2.* Gedeoni,

6. v. 11. Samueli, 1. Sam. 3. v. 20. Davidi, 2. Sam. 2. v. 1. Nathan.
2. Samuel. 7. v. 4. 5. Salomoni, 1. Reg. 3. v. 5. & 9. v. 1. 2. 3. Eliza.
1. Reg. 19. v. 9. 10. 11. Esaia, Esa. 6. v. 11. Jeremiz, Ierem. 1. v. 1.
Ezechieli, Ezech. 1. v. 3. Danieli, Dan. 7. v. 9. 10. 11. & 10. v. 5.
Judæis, 2. Machab. 11. v. 8. CHRISTO baptizato, Matth. 3. v. 16.
Petro, Jacobo & Joanni, Matth. 17. vers. 1. 2. 3. 4. 5. Stephano.
Actor. 7. v. 55. 56. Paulo, Actor. 16. v. 8. 9. & 18. v. 9. 10. & 23. v.
10. 11. Galat. 1. v. 12. & 2. v. 2. 2. Corinth. 12. v. 4. Anania, Actor.
v. 10. Joanni Evangelistæ, Apocal. 1. v. 13.

§ HIEROGLYPHICA.

CIconia DEI est hieroglyphicum. Quia enim huic aliti li-
guam non inesse observatum est: significat Deum omnia ce-
cito perficere silentio, nec debere nos super eos loqui, quem
nulla queat humani vis ingenii satis admirari. Pier. lib. 17. pag.
160. Eadem est ratio, cur Deus per Crocodilum hieroglyphicè be-
præfiguratus. Idem lib. 29. pag. 267. C.

Principii finisque nusquam apparentis ratione habita, Ægy-
ptii Deum ex hieroglyphico Circuli intelligebant. Pier. Val. lib. 31.
pag. 377. A.

Dei vim significabant olim per lanam effictum quadrato lapide
ab exili basi in latum exurgente. DEO enim neque pedibus
neque manibus opus est, ad ea quæ jussit efficienda: ut post
qui nutu solo totum potest mundum tremefacere. Pier. Val. lib.
35. pag. 334. E.

Per Oculum quoque Deum præfiguratum hieroglyphicè legi-
mus. Ut enim in minori mundo, id est, homine, oculi sunt an-
ticulorum omnium præstantissimi, pulcherrimique omnium
actuùm moderator: ita Deus Opt. Max. mundi oculos est ac mo-
derator: qui & ab Apostolo Jacobo, Pater luminum appellatur
cujus oculis omnia nuda & aperta sunt: quique ita bonos atque
malos speculetur, ut adeo in ima cordis prospiciat. Pier. Val. lib.
33. pag. 305. C.

Nec otiosum erat per Septenarium numerum exprimere De-
hieroglyphicum: quippè quod ea sit eius numeri prærogativa,
ut ipse sibi similis, alter ab alio sit, veluti Deus, dux & princeps
& universonum solus semper singularis & immobilis. Nam alii
numeri partim generant non geniti: partim generantur, cum
minimè generent: alii utrumque obeunt munus: & solus Septe-
narius utriusque conditionis immunis. Pier. Valer. lib. 37. pag.
358. E.

DIABOLUS, SEU AN- geli mali.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret. Omne sublime videt: & ipse est rex super omnes filios superbiæ. *Iob 41.*

Sunt Spiritus, qui ad vindictam creati sunt & in furore suo confirmaverunt tormenta sua, & in tempore consummationis effundent virtutem, & furorem eius, qui fecit illos, confundent. *Ecclesi. 39.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Iternas animæ cogitationes Diabolum non videre certi sumus: sed motu eas corporis ab illo & affectionū indiciis colligi & experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille novit, ad quem dicitur: Tu solus nosti corda filiorum hominum. *August. de desin.*

Diabolum plerumque vult nocere, & non potest: quia potestas ista est sub potestate. Nam si tantum posset nocere diabolus, quantum vult: aliquis justorum non remaneret. *Idem in Psalm.*

Animam nunquam à corpore vinceretur: nisi prius à diabolo teneretur. Nam nisi quis porci more vixisset: nunquam accepisset in eo diabolus potestatem, aut si accepisset, non, ut perderet: sed, ut probaret. Sine permissione Dei diabolus nocere non posse cognoscas: ne potentiã diaboli magis timeas, quàm divinitatis offensam. *Ambros. in Luc.*

Voluntarium sibi militem eligit Christus: voluntarium servum sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo servitutis adstrictum possidet: nisi se ei prius peccatorum ære vendiderit. *Ambros. de vita beata.*

Dæmonum est mala suggerere: nostrum est, non consentire. Quoties eis resistimus, toties eos superamus: Angelos glorificamus, Deum honoramus: qui visitat, ut pugnemus: adjuvat, ut vincamus: consolidat, ne deficiamus. *Bernh. in serm.*

Diabolus quum servos Dei tentat, etiã utilitati servit: quum eos per tentationes suas non decipit. *Bernhard. ad sero.*

Invidet diabolus humano generi, volens illud habere subiectum: quia prævidet hominem Deum futurum. *In Cant. serm. 18.*

Hostes indefessi nos assidue oppugnant, modò aperte, modò fraudulenter, quos ne videre quidem possumus, quantò minùs cavere. *Idem in Evangel. sept. pan.*

DI DIABOLUS. DIALECTICA.

In primis gravis & insuperabilis est impetus diaboli: quod si quis forti animo sustinuerit eum, in secundo inveniet eum infirmo-rem. Quanto enim plus percussus fuerit, magis refrigescit & deficit. *Chrysof. sup. Matth.*

Dæmones triplici acumine præscientiæ vigent, scilicet subtilitate naturæ, experientia temporum, revelatione superiorum potestatum. *Isidor. lib. 1. de summo bono.*

Quanto propinquius finem mundi diabolus videt: tanto crudelius persecutiones exercet: ut qui se continuo damnandum conspicit, sibi socios multiplicet, cum quibus gehennæ ignibus addicatur. *Idem ibid.*

Diabolus quando decipere quenquã quærit, prius naturam uniuscuiusque intendit, & inde applicat, unde aptum hominem ad peccandum inspexerit. *Idem lib. 3.*

Diabolus serpens est lubricus, cuius si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus in intima cordis, dum non sentitur, illabitur. *Idem ibid.*

Tunc contra eum, quem possidet diabolus, acrius fertur, quando se divina virtute ab eo expellendum cognoscit. *Idem ibidem.*

Lata & spaciofa itinera vitæ læthalis: illic illecebræ, & mollior voluptates: illic diabolus blanditur, ut fallat: ariditate noccat: allicit, ut occidat. *Cypr. in quad. epist.*

DIALECTICA.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Zeno Rhetoricam palmæ: Dialecticam pugno similem dicebat: quod latius loquerentur Rhetores: Dialectici autem rem compressius. *2. de Finib.*

Zeno ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter Dialecticam & Rhetoricam interesset. Nam cum compresserat digitos, pugnumq; fecerat: Dialecticam agebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius similem Eloquentiam esse dicebat. Hoc quoque uno ait Aristoteles, inter se differunt, quod hæc ratio dicendi latior sit: illa loquendi, contractior. *Cic. Orat. ad Brutum.*

§ APOPTHEGMATA & SIMILITUD.

Aristophanes dicere solebat: contradicentem doceri oportere: cendi ratio est: artis fines transgrediuntur, qui tantum rixantur. *Stob. serm. 80.*

DI

Zeno q
1772. id e
lecticas:
scenti ce
ne discer

Chrysi
lixis sop
gis ad re
proponi

Aristo
eros e de
tum cir

Clean
losophæ
quonia
aurem d

Demo
solum &
primus

Theo
circespo

ibidem.

Arce
non fir

Carn

polypu
tores f

Arist
bat: ut

Vi

Zeno quàm illi Dialecticus quidam in sermone, quem *Heracles* vidit, id est merentem appellavit, ostendisset septem species Dialecticas: rogavit, quantum peteret mercedis à discipulis? poscenti centum nummos, dedit ducentos. Tanta erat in homine discendi Dialecticæ cupiditas. *Laert. lib. 4. cap. 1.*

Chryssippus ad Dialecticum quendam, Cleanthi multis ac prolixis sophismatibus obstrepentem: Desine, inquit, senem à magis ad rem pertinentibus avocare: sed nobis junioribus ista proponito. *Laert. lib. 7. cap. 3.*

Ariston eos qui Dialecticæ studium profundè rimantur, caneros edentibus similes esse dicebat qui propter exiguū alimentum circà crustas plurimas occupantur. *Stob. serm. 80.*

Cleanthes interrogatus, cur inter veteres, cum non multi philosophati essent, plures tamen, quàm nunc clari, evasissent? quoniam, respondit, tunc quidem res ipsa exercebatur: nunc autem de verbis est disceptatio. *Stob. serm. 80.*

Demonax ad Agathoclem peripateticum; jactantem sese & solum & primum esse Dialecticorum: Si solus, inquit, es, qui primus esse potes: si primus, qui solus? *Erasm. lib. 8. apoph.*

Theocritus ad Dialecticum quendam, acriter & contentiosè ei respondentem, istud Homeri repetit:

Lis utinam pereat inter hominesq; deosq;

ibidem.

Arcefilax Dialecticos ajebat similes esse ludentibus alea, qui non sine delectatione decipiuntur. *Stob. serm. 88.*

Carneades dialecticâ inquitabat polypo similem esse. Uti enim polypus cyrrhos suos auctos devorat: ita dialecticos jam peritiores factos, suas quoq; opiniones refutare. *Stob. serm. 82.*

Ariston dialecticorum sermones, aranearum telis conferebat: ne quæ subriles admodum, sed inutiles essent. *Stob. serm. 80.*

Vide Disputatio.

DIES.

¶ SENTENTIA POETICÆ.

Seneca in Troad.

Nulla dies

Mærore caret: sed nova fletus

Causis ministrat.

Tibullus Eleg. 6. lib. 3.

Venit post multos una serena dies.

Ovid.

Ovid. lib. 2. de Tristibus.

*Sed solet interdum fieri placabile numen:
Nube solet pulsa candidos ire dies.*

Ovid. lib. 5. de Tristibus.

*Si numeres anno soles & nubila toto,
Invenies nitidum sepius esse diem.*

Senec. in Oedip.

Aditum nocendi perfido prestat dies.

Vide Tempus.

DIFFICULTAS.

§ SIMILITUDINES.

UT Asparagus spinosus, dulcissimum fert fructum: ita ex asperis incitiis, magna voluptas nascitur. *Plut.*

Ut quod majori negotio chalybi aut marmori insculpi durat diutius: ita quod majori studio discimus, nunquam obviscimus. *Erasm.*

Ut rosa flos unus omnium longè gratissimus, de spinis nascitur: sic è tristibus & asperis laboribus, fructus capitur dulcissimus. *Idem.*

Ut palma quia cortice sit cultellato, difficilis quidè est ad fructum, sed fructum habet dulcissimum: itidem eruditio & virtus ad asperum, habent difficilem, sed fructum dulcissimum. *Plin. lib. 13. cap. 12.*

Leonis catuli informes nascuntur: vix ingrediuntur sex menses: non moventur, nisi bimestres: ita quæ egregia futura sunt, ferò proveniunt, & lentis auctibus absolvuntur. *Plin. lib. 8. cap. 11.*

Ut Phoenix non nisi quingentesimo anno nascitur: ita virtutum gignum virorum rarus est proventus. *Plin. lib. 10. cap. 2.*

Asinæ per omnem gignunt vitam: cum homo tam magnum desinat parere: ita facilior & perpetuus proventus rerum vix egregia rarò contingunt. *Plin. lib. 8. cap. 43. Senec.*

Ut herba Moly difficile quidè effoditur, sed ad remedia præter cæteras efficax est: ita quæ præclara sunt, contingunt magno negotio. *Plin. lib. 25. cap. 9.*

Ut quæ præclara sunt vix multo cultu proveniunt: contra cæpe, allium & quædam huiusmodi vilia, etiam reposita suspensa, proferunt sese: ita quæ sunt egregia: non nisi magno contingunt labore: quæ mala passim obvia sunt. *Erasm.*

Vide Actio, Conatus, Exercitatio.

DIFFIDENTIA.

§ APOPTHEGMATA.

Um Byzantiis irascerentur Athenienses, quòd Charetem, qui cum exercitu in subsidium suæ civitatis missus esset ad Philippum, nolissent recipere: ac Phocion dixisset: non esse irascendum sociis diffidentibus, sed ducibus, quibus fides non haberetur: ipse dux electus est, atq; ipsi fidentibus Byzantiorum in Charetem ducem rejecit, qui talis erat, ut non videretur tutum sese illius fidei committere. *Plutarch. in Græc. apoph. Populus Romanus*, Carbone pollicente quippiam, & addente jurandum cum execratione: *Populus* vicissim juravit, se illi non credere. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Vide Audacia, Desperatio, Spes, Fortitudo, &c.

DILECTIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui Deum diligunt, qui non aliud, quàm unde nomen eius glorificent, exercent. *August. de vita Christi.*

Breve præceptum tibi præcipitur: dilige, & fac, quod vis: si taceas, dilectione taceas: si ve clames, dilectione clames: si emendes, dilectione emendes: si ve parcas, dilectione parcas. Radix firmitus dilectionis, non potest de ista radice nisi bonum fructu. *Idem de laude charitatis.*

Dilectio sola discernit inter filios Dei & filios diaboli. Qui non habent charitatem, nati sunt ex Deo: qui non habent charitatem, non sunt ex Deo. Magnum indicium, magna discretio, quicquid vis habere: hoc solum nisi habeas, nihil tibi prodest: nisi non habeas, hoc habe, & implesti legem. *Idem ibid.*

Non habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem: quàm si efficere possit, ut in ea incurat, & non cum ratione ambuletur. *Idem in epist.*

Quantum Deum diligas, debes ex dilectione eius ostendere. *Idem de spiritu & litera.*

Omnès homines æquè diligendi sunt: sed cum omnibus prole non possis, his potissimum consulendum est; qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus, constrictius tibi, quasi quadam sorte junguntur. *Idem lib. 1. de doctrina Christiana.*

Diliges,

Diliges, & fac quicquid voles: nihil tam facile bonæ voluntati, quàm ipsa sibi: & hoc sufficit Deo. *Idem de verb. Domin.*

Verè diligit, qui sine tristitia, sine timore: voluntario potius studio, quàm coacto præcepta conservat. *Ambros. in Psalm. 118.*

Dilectionem firmi Christiani nulla vincunt tormenta: mansuetis enim plus incitatur Charitas, si eum, cuius sensit beneficia, prohibeatur amare. *Idem de Trinitate lib. 3.*

Pro magno diligi non debet, quicquid sine concluditur appetenda, illa summopere diligenda, quæ nec inventa trahebunt, nec adepta deficient. *Gregor. in registro.*

Nihil est pretiosius Deo virtute dilectionis: nihil desiderabilius diabolo extinctione charitatis. *Idem in pastoral.*

Inimici dilectio tunc veraciter custoditur, quum non de profectu deijcitur, ne de ruina eius lætatur. nemo enim amicum aliquem, quem non vult esse meliorem, & eum stantem verum persequitur, quem cecidisse gratulatur. *Idem lib. 21. moral.*

Quando ignorabam, me instruxit: quando errabam, me reduxit: quando peccabam, me correxit: quando stert. me tenuit: quando cecidi, me crexit: quando ivi, me duxit: quando veor, ipsum, me suscepit: nec pro his omnibus, quid rependam habeo, nisi tantum ut diligam. Non enim melius, nec decentius, quam per dilectionem rependi potest, quod per dilectionem datum est. *Bernhard. in Psalm. 115.*

Non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis, nec injuriis frangitur: toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. *Idem in Cantica.*

Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligentiæ custodiunt: qui aut mundum, qui contemnendum est, diligunt: aut corpora sua minus diligenda, plus diligunt: aut proximos suos non sicut seipos: aut Deum plusquam seipos fortè non diligunt. *Prosper. lib. 1. de vita contemplativa.*

EXEMPLA SACRA.

Dilectionis inimicorum exempla: Joseph, *Genes. 45. v. 3.* David, *1. Sam. 26. v. 9.* 2. *Sam. 16. v. 7. 8. 9. 10.* Eliseus, *2. Reg. 7. v. 22.* CHRISTUS, *Luc. 23. v. 34.* Rom. *5. v. 8.* Stephanus, *Act. 7. v. 60.* Paulus, *2. Timoth. 4. v. 16.* Inimicis beneficia conferenda, *Proverb. 25. v. 27.* Rom. *12. v. 20.* Inimico reconciliato non temerè credendum, *1. Sam. 24. v. 17. & 26. v. 21.* 2. *Sam. 3. v. 24.* 1. *Macchab. 12. v. 24.*

EXEMPLA PROFANA.

Caius Julius Cesar diligebat adeo milites suos: ut audita deinde de Tituriana, barbam, capillumque summisserit: nec ante demiserit.

demerit, quàm vindicasset. quibus rebus & devotissimos red-
didit. *Sueton.*

Fludias statuarius Agoracritum Pariū discipulum suum ad eō
dilexit, ut nomen eius suis operibus inscripserit plerisq;

Sammonicus Serenus præceptor Gordiani junioris, ad eō eius
ingeniū probavit: ut bibliothecam illi suam duūm & sexagin-
ta millium voluminum, moriens testamento reliquerit. *Sabel-
licus lib. 6. Enneadis 7.*

Aristobulus Judæorum rex primus post Babylonicam captivi-
tatem, Philellen diſtus est, id est, amator Græcorum. *Ioseph lib.
13. cap. 19.*

Lesceus Niger Polonorum rex peregrinum militem Germanum
ob eundem dilexit: ut & habitu eorum uteretur, & Cracoviz re-
gimen solis Teutonicis permitteret. *Cromerus.*

Sueno rex Danorum cultu Germanico gaudens, suorum odia
contraxit. *Saxo.*

Vide Amicitia, Amor, Charitas.

DILIGENTIA..

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Comicis Græcis.

Τῆς ἐπιμελείας ὀλίγα πάλαι γίνονται.

Patere cuncta diligentie solent.

§ APOPTHEGMATA.

Zenon dicebat τὸ εὖ γὰρ ἄρα παρὰ μικρὸν, ἐπεὶ μικρὸν εἶναι, id est,
ut aliquid fiat bene, nasci quidem paulatim, sed tamen non
esse paulum. Illud dictū quidam adscribunt Socrati. *Laert. lib.
7. cap. 1.*

Cum multi philosophorum disputassent de virtutis difficul-
tate, *Antisthenes* proficiens, virtutem assiduitate & studio disci
posse affirmavit. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Isocrates dicebat, sicut in aliis negotiis cecurandisque feris cu-
ra & diligentia plurimum habet momenti: sic etiam ad virtu-
tem adipiscendam permagnas vires habere. *Proæm. oration. ad
Nicolem.*

Protogenes pictor toto septennio in pingendo Hyalyſſo con-
sumpto, tandem summam manum imposuit: eum cum cernere
Apelles, primū substitit mutus, & stupefactus inopinata
atque admirabili contemplatione. Deinde respiciens, labor
quidem, inquit, magnus est, & item artifex excellens: verūm
operi

operi gratia non inest: quàm si homo consecutus esset, labor ejus cœlum attingeret. Laudavit quidem insignem præturam *Apeller*: sed nimiam diligentiam & industriam vituperavit. que operi gratiam omnem adimebat. *Ælian. lib. 12. de Variis hist.*

Pollio dicebat, commodè agendo factum est, ut sæpè agerem sed sæpè agendo factum est, ut minùs commodè: quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis quàm facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Scipio Africanus Centurionem, qui pugne non adfuerat, cum increparet: atq; ille diceret, se in castris custodiæ gratia remansisse: non amo, inquit, nimium diligentes. *Bruson. in Cicerone lib. 2. de Oratore.*

§ SIMILITUDINES.

UT nihil minus expedit, quàm agrum optimè colere: ita in penuriam inuicillimum est, nimis esse in negotio diligentem. *Plin. lib. 18. cap. 6.*

Ut qui seriùs exiuit, cursus celeritate penset ac sarcinæ operet: ita qui seriùs ad bonam vitam aut literas accessit, diligentia reparare necesse est, superioris cessationis iacturam. *Senec.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Tiberius Cæsar post Varianam cladem Rhenum trajecturam summâ diligentiam in singulis explorandis administrandis usus est. *Sueton.*

C. Macer causarum patronus, in inveniendis componendis rebus mirè accuratus fuit: ut non facillè ullum diligentiorum majoremq; Cicero cognoverit: ita tamen, ut citius veteratorem quàm orator dici potuerit: vox, gestus, & omnis actio sine errore. *Cic. in Bruto.*

Hippocratis id fuisse legimus in discendo studium, ut cum non puduerit vel retrimenta gustare: ut inde morbi naturam percipere sentisceret. Quod tamen alii *Æsculapio* maluit ascribere: ut de & ab *Aristophane* (*Uy. το φαρμακιστῶν* dicti sunt medici) alii *Asclepiadi*. *Calvus lib. 29. cap. 13. & lib. 12. cap. 16.*

Apud *Rom.* Venetæ factionis & Prasinæ aurigas, equorum subinde retrimenta olfacere consuevit legimus: ut hinc perciperent, quàm facillè cibos conficerent, bonam eorundem similitudinem sic deprehensuri. *Calvus lib. 29. cap. 13: A. L.*

Q. Roscius histrio, scenicæ industriæ notissimum exemplum nullum unquam spectanti populo gestum, nisi quem domo meditatus fuerat, proponere ausus est. *Valer. Max. lib. 18. c. 7.*

M. Crassus eam à Mechanicis diligentiam requirebat: ut

etiam servos suos in iis artibus instituere non erubesceret. *Plut.*
in eius vita.

Vide Assiduitas, Studium, Labor. & Titul. sequentem de Discendi cupiditate.

DISCENDI CUPIDITAS.

SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Tantus est innatus in nobis cognitionis amor & scientiæ: ut nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur. Videmusne ut pueri, ne verberibus quidem à contemplandis rebus, perquirendisque deterreantur? ut pulsati requirant, & aliquid se scire gaudeant? ut aliis narrare gestiant? ut pompa, ludis, atque ejusmodi spectaculis teneantur, ob eamque rem vel famam, & sitim perferant? Quid verò, qui ingenuis studiis atque artibus delectantur: nonne videmus eos ne valetudinis, nec rei familiaris habere rationem? omniaque perpeti ipsa cognitione & scientia captos? & cum maximis curis, & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiunt voluptatem? *Cic. de Finib.*

Est insita quædam, vel potius innata cupiditas scientiæ: natiq; sumus ad congregationem, ad societatem, ad communiterq; generis humani. *s. de Finib.*

Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem: in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi, & malum, & turpe ducimus. *i. de Offic.*

Cum sumus necessariis negotiis curisq; vacui, tum avemus aliquid videre, audire, discere: cognitionemq; rerum aut occultarum, aut admirabilium, ad bene beateq; vivendum necessariam ducimus. *i. Offic.*

Et ceteras fabulas è quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus. Quid! volumus nomina eorum quicquid gesserunt, nota nobis esse, parentes, patriam, multa prætereà non necessaria. Quid! homines infima fortuna, nulla spe rerum gerendarum, opifices deniq; delectantur historia: maximeq; eos videre possumus res gestas audire & legere velle, qui à spe gerendi absunt, confecti senectute. *s. de Finib.*

In ipsis rebus quæ discuntur & agnoscuatur invitamenta insunt, quibus ad discendum cognoscendumq; movemur. *s. de Finib.*

DI DISCENDI CUPIDITAS.

Nemo est orator, qui se Demosthenis similem esse no-
gen. Opt. Orat.

Optimus & gravissimus quisq; confiteretur: se multa ig-
& multa sibi etiam atq; etiam esse discenda. 3. Tusc.

Omnia scire cujusmodi sint, cupere, curiosum est: du-
multorū rerum contemplatione, summorum virorum
randum. 5. de Finib.

§ APOPHYTHEGMATA.

Solon, cum eius nepos ex fratre, inter pocula carmen
dam Saphūs cecinisset, delectatus est illa cantilena: &
adolefcentem, ut eam se doceret. Cum autem quidam
rogasset, quā ob causam, hoc desideraret? respondit: ut
quam ipsam didicero, moriar. Zelian. de var. hist.

Idem gloriari solebat, se aliquid quotidie addiscentem,
fieri. Cic. in Caton. major.

Alphonsus rex, cum aliquando de jactura rerum pretio-
sermo haberetur, persanctè affirmasse dicitur: malle se
mas, uniones, margaritas suas, quæ quidem essent in orb-
nium terrarum diffimatissimæ, quā libros qualescunq;
ditum iri. Panormit. lib. 4. de reb. gest. Alphonsi.

Demosthenes interrogatus, quo pacto sibi oratoriam fa-
tem comparasset? Plus olei, inquit, quā vini mihi con-
ptum est. Stob. serm. 27.

Cleanthes Antigono discipulo roganti, cur sordidam op-
præstaret, hauriendo aquam è puteo unde per jocum præ-
anthe dictus *Φεσβύτης*, ita respondit: num haurio tantum
non & fodio, & rigo hortum, deniq; nihil non facio phi-
phiz causa? Alius negasset factum: philosophus auxit que-
jiciebatur, & gloriæ sibi ducens: quod ille vertebat præ-
Laert. lib. 7. cap. 2.

Zeno dicitur consuluisse oraculum, quo pacto posset
optimè instituere? respondit vates, *εὐσυνεργῶν Ζεῖτιν τοῖς*
id est, si concolor fieret mortuis. Ille scitans, se vocari
tionem veterum, contulit sese ad philosophiam. Laert. lib.
cap. 1.

Socrati in senectute citharam pulsanti & aberranti dixit
dam: Tu ne adeo senex cithara ludis? respondit ille: atqui
stat serò, quā nunquam discere. Stob. serm. de assiduit.

Diogenes Athenas profectus ad Antisthenem se contulit,
quo sæpè repulsus (nullum enim discipulum recipiebat An-
henes) non destitit tamen hæerere: adeo ut quū aliquando
culum intentaret Antisthenes, ultrò baculo caput subjecit
dicit

Cæde, si vis: at nullum inuenies baculum tam durum,
 abs te abigas, dum aliquid dixeris. Insigne exemplum
 sapientiz. *Laert. lib. 6. cap. 2. Ælianus lib. 10. de varia*

¶ SIMILITUDINES.

T priusquam affluuimus, multa nos offendunt in homine,
 quæ postea affluccis sunt etiam iucunda: sic in literis, in phit-
 sophia, prima illa tædia toleranda sunt: donec usu fiant faci-
 liscundaque. *Plutarch.*

Vala ad accipiendum quod infunditur, accommodant & in-
 uent sese: sic qui discit, debet accommodare sese, nequid ef-
 ferat eorum quæ utiliter dicuntur. *Plut.*

Vasorum malorum & putrium aures quibuslibet implentur
 rebus quàm necessariis: ita quidã stultissima protinus discunt.
Plutarch.

Uideamus apem omnibus floribus insidentem, à singulis
 quod utile sit, accipere: sic & doctrinæ cupidos nihil non attin-
 gere, & undique quæ sunt utilia, colligere. *Max. ferm. 17.*

Vide sequentes aliquot titulos, de Disciplina,
 Doctore, Doctrina, &c.

DISCIPLINA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Iustus in terra recidit, quantò magis iniustus & peccator?
Job. 11.

Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autem
 acquiescit arguenti, gloriabitur. *Ibid. 13.*

Cum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disci-
 plinam accipientes scierunt, quemadmodum cum ira iudicati
 tormenta paterentur. Hos quidem tanquam durus rex
 interrogans condemnasti. *Sapient. 11.*

Frustrà percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.
Ierem. 5.

Percussisti eos, & non doluerunt: attrivisti eos, & renuerunt
 accipere disciplinam. *Idem 5.*

Hæc est gens, quæ non audivit vocem Domini Dei sui, & non
 recipit disciplinam ore. *Idem 7.*

Vt provocatrix & redempta civitas columba. Non audivit
 vocem, & non suscepit disciplinam. *Soph.*

Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias: nec deficias cum

ab eo corripetis. Quem enim diligit Dominus, corripit: & qui non corripit eum, si in filio complacet sibi. *Proverb. 3.*

Tene disciplinam, ne dimittas eam. Custodi illam, quia est vita tua. *Idem 4.*

Sapientiam enim & disciplinam qui abjicit, infelix est, & sua spes illorum, & labores sine fructu, & inuicilia opera eius. *Sapient. 3.*

Congregate vos in domo disciplinæ. *Eccles. ult.*

Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigaris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseverate: tanquam filius offert se Deus. Quis est filius, quem non corripit pater? Quod si extrâ disciplinam stis, cujus participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non estis. *Hebr. 12.*

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam. *Proverb. 12.*

Malicia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ. *Eccles. 10.*

Ego quos amo, arguo & castigo. *Apocal. 3.*

Via vitæ custodiendi disciplinam. *Proverb. 10.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Disciplinarum usus extrâ Deum infelix, cum Deo non probatus. *August. lib. 5. conf. 4.*

Cor quod sine disciplina est, exaltari non valet. quia humana mens sicut malè elevata in infimis premitur: sic bene in sublimibus levatur. *Gregor. lib. 13. Moral.*

O quàm compositum reddit omnem corporis statum, non & mentis habitum, disciplina! Cervicem submittit: pro supercilia: componit vultu: ligat oculos: cachinationes commoderat: moderatur linguam, frenat gulam: sedat iram: format iracundiam. *Bernh. epist. cap. 13.*

Jugo disciplinæ insolentia morum domanda est: quod duris ac divinis seniorum attrita legibus humilietur: & sanæ cervicosa voluntas: bonumq; in se natura quod superbia amiserat, obediendo recipiat. *Bernh. sup. cant.*

Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutis, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis facit in Christo manere semper: ac jugiter Deo vivere ad præmissa cœlestia & divina præmia pervenire. *Cypr. de discipl. & habitu viri.*

Quotiens contrâ ecclesiasticam disciplinam quid gestum est: ne nos antè Deum culpa ex dissimulatione redarguat, inquiturum relinquere hoc non audemus. *Gregor. epist. lib. 5.*

Quamvis beati diligere pluribus exemplum Summè negligat Principium eumenta, mum, ut secundum scientiam Didasc.

Vide

tem, D

catio. C

DI DISCIPLINA. DISCIPULI. 171
Quamvis in nullo loco disciplinam suam homo deferere de-
beat: diligentius tamen ibi conservanda est, ubi vel neglecta
pluribus generat scandalum, vel custodita bonæ imitationis est
exemplum. *Hug. de instit. novi.*

Summopere cavendum est ei qui quærit scientiam, ut non
negligat disciplinam. *Hug. lib. 2. Didasc.*

Principium disciplinæ humilitas, cujus quum multa sint do-
cumenta, hæc tria ad auditorem vel lectorem pertinent: pri-
mum, ut nullam scripturam, nullam scientiam vilem teneat:
secundum, ut à nemine discere erubescat: tertium, ut quum
scientiam adeptus fuerit, cæteros non contemnat. *Hugon. lib. 1.
Didasc.*

*Vide Discendi cupiditas. &c. & Discipuli. I-
tem, Doctor, Doctrina, Docilitas, Institutio, Edu-
catio. &c.*

DISCIPULI.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ausonius in protreptico ad Nepot.

*Discere libens, tetrici nec præceptoris habenas
Detestere Nepos: nunquam horrida forma magistri:
Ille licet tristis senio, nec voce serenus
Aspera contracta minuetur iurgia frontis,
Nunquam inanis erit: placet assuetudine vultus:
Qui semel imbuerit, vixas nutricis amabit,
Qui refugit matrem. Vappos, aviasq; trementes
Anteferunt patribus feri nova cura nepotes.
Sic neq; Peliden terrebat Achillea Chiron
Thessalico permixtus equo, nec pinnifer Atlas
Amphitrionidæm puerum: sed blandus uterq;
Mittibus alloquiis tenoros mulcebat alumnos.
Tu quoq; ne metuas quamvis schola verberare multo
Increpet, & truculenta senex gerat ora magister.
Degeneres animos timor arguit: at tibi constet
Intrepidus: nec te clamor, plagæq; sonantes,
Nec matutinis agitet formido sub horis,
Quod sceptrum vibrat ferule, quod multa supellex
Virgea, quod mollis scuticam pertexit aluta,*

*Quod fervent trepido subsellia vestra tumultus
Pompa loci, & vana fugiatur scena timoris.*

Ovid. lib. 1. Artis.

*Phyllirides puerum cithara præfecit Achillem,
Atq; animos molli contudit arte feros.*

Qui toties socios, toties exterruit hostes.

Creditur annojum pertimuisse senem.

*Quæ Hector sensurus erat, pascente magistro,
Verberibus jussis præbuit ille manus.*

Juvenalis 1.

*Diæ majorum umbris, tenuem & sine pondere terram,
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum ver,
Qui præceptorem sancta volvere parentis
Esse loco, metuens virge jam grandis Achilles
Cantabunt patriis in montibus.*

§ APOPHTHEGMATA.

Bion arrogantiam dicebat esse profectus obstaculum. Indocilis enim est, qui mavult doctus videri, quàm esse. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Idem euidam obijcienti quoddam adolescentem quendam ad se non pellexisset: tenellus, inquit, Bion, caseus non attrahitur hamo. Significans, pueros delictatos non esse studiis accommodandos. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Zeno quum quendam ex discipulis inflatum turgidumq; esse nosset, sed desidem ac ignavum: percutiens dicebat: non si magnus fueris, bonus & eruditus eris: sed si bonus & eruditus, tum demum revera magnus eris. *Brus. lib. 21. cap. 23.*

Theodorus dicere solebat, Protagoram præceptorem omnium fidelissimū, dextra manu porrigere auditoribus suis scientiam, illos verò sinistra accipere. *Brus. lib. 6. cap. 2.*

Isocrates Ephorum Cumanum, qui scholam ipsius reliquit nullo profectu, atq; ob id a patre Demophilo denuo missus est, ut ab integro data mercede, discipulū ageret, *διφρον* appellabat. *Diphros* enim Græcis dicitur currus, quod duos ferat: pugnatem & aurigam. *Isocrates* autem ex vocis etymologia captavit jocum in stupidam discipulum, qui bis attulerit mercedem. *διφρος* enim dici videtur *διπρὸ τῆ διφρέτης*, id est, à bis ferendo. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Idem cum diversis moribus & ingentis haberet discipulos, Ephorum scilicet & Theopompon: Se calcaribus in Ephoro: contra autem in Theopompo frentis uti solere dicebat. *Cicero 6. ad Atticum*

ad Atticum
lib. 2. cap.

Anonymus

los: alter
ingenio

tu cum vo

Melissa p

Straton

quicquã

inquit: p

exitium.

Antist

numeru

esset opu

significa

riam fide

ciis occu

in causa

num sit

Aristo

puli qua

viter in

Brus. l

Diony

Xenocr

hoc su

Alexa

trem Pl

inquit.

sem, au

Strat

Apollin

gatus à

duodec

V Elu

per

præcep

antur i

Ut a

nus, ip

doceat

ad Atticum, & de Claris oratoribus. Quintil. etiam lib. 10. cap. 1. Brus.
lib. 2. cap. 23.

Anonymus Philosophus quidam quum duos haberet discipulos: alterum quidem laboriosum, sed hebetis ingenii: alterum ingeniosum, sed ignavum: Ambo, dicebat, pereatis: quoniam tu cum velis, non potes: tu vero cum possis, non vis. Anton. in Melissu. part. 1. serm. 5. Max. serm. 17.

Stratonicus quum doceret Macedonem quendam, nec ille quicquam proficeret, exasperatus in discipulum: in Macedoniam, inquit: pro eo quod alii dicunt, eis *μωροποιω*, si cui precantur exitium. Obiter notavit & Macedonicæ gentis barbariem.

Aristhenes quum adolescens quidam Ponticus genere, se in numerum discipulorum illius reciperet, patri querenti, quibus esset opus? Libro (inquit) novo, stilo novo, novaque tabella: significans, animum à vitis vacuum, studium vigil, & memoriam fidelem. Solent autem adolescentes voluptatibus ac deliciis occupatam mentem ad præceptorem adferre? quæ res ferè in causa est, ut minus proficiant. At philosophia totum animum sibi postulat. Laert. lib. 6. cap. 1.

Aristoteles Stagiritæ interrogatus, quo pacto fieret, ut discipuli quamplurimum proficerent? Si, inquit, præcedentes graviter insequantur, sequentes non moriuntur. Laert. lib. 5. cap. 1. Bruson. lib. 2. cap. 2.

Dionysius, cum Platoni diceret, aliquis auferet tibi caput: *Xenocrates* qui tum præceptor aderat: non prius, inquit, quam hoc suum ostendens caput. Laert. lib. 4. cap. 2.

Alexander cum interrogaretur, utrum magis desideraret patrem Philippum, an Aristotelem præceptorem? Magistrum inquit. Ille enim ut essem: hic autem ut præclare institutus essem, author fuit. Anton. in Melissu. part. 2. serm. 11. & Max. serm. 23.

Stratonicus in ludo suo quum haberet pictas Musas Novem, Apollinem unum, discipulos autem tantum haberet duos, rogatus à quodam, quot haberet discipulos? cum Diis, inquit, duodecim. Erasim. lib. 6. apoph. ex Athenæo. & Brus. lib. 5. cap. 2.

§ SIMILITUDINES.

Veluti si quis ignem petat à vicino, deinde illic luculento repperito foco delideat, maneatq;: ita quidam semper assident præceptoribus, nec accendunt ingenium suum, ut domi suo fruantur igni. Plut.

Ut avis quidquid pabuli nacta est, in pullos transfert protinus, ipsi nihilo melius est: ita quidam ideò discunt, ut statim doceant: ipsi nihilo meliores evadunt, i. lut.

DI DISCIPULI. DISCORDIA.

Quemadmodum ignavi, cibique avidi canes, domi ferarum pelles mordent, ac villos vellunt: feras ipsas in venatu non attingunt: sic quidam præposterè studiosi, de nugis agunt, caput disciplinæ non attingunt. *Plutarch.*

Non ut vasa, itidem ingenia desiderant repletionem: sed fitis est accensio, velut incitamentum in materia, qua vis inventiendi, & cupiditas veritatis incitetur. *Plut.*

Non ut ex sapientissimis parentibus stultissimi plerunque nascuntur filii: ita à doctis præceptoribus indocti discipuli, à probis educatoribus alumni improbi. Nam illic est corporum propagatio, hic animorum. *Erasmus.*

Ut nonnullæ mulieres ex viris quibusdam non concipiunt aliis adjunctæ fecundæ fiunt: ita sunt, qui apud quosdam præceptores indociles, aliis traditi doctoribus proficiunt, quod sint ut corporum, ita & ingeniorum cognationes ac dissidia. *Idem.*

Vide infra Doctor, & Doctrina. Item in præcedenti, Discendi cupiditas, Disciplina &c.

DISCORDIA, RIXÆ, Dissensio.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

SEX sunt quæ odit DEUS: & septimum detestatur anima ejus. Primò, oculos sublimes. Secundò, linguã mendacem. Tertiò, manus effundentes innoxium sanguinem. Quartò, cor machinans cogitationes pessimas. Quintò, pedes veloces ad currendum in malum. Sextò, proferentem mendacia falsum testem. Septimò, qui seminat inter fratres discordiam. *Fromerb. 6.*

Odium suscitatur rixas, & universa delicta operit charitas. *Ibidem 10.*

Abcondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est. *Ibidem.*

Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent DEO. *Ibidem 2.*

Vir iracundus provocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. *Ibidem.*

Homo perversus suscitatur lites, & verbosus separat principes. *Ibidem 26.*

Sempet

Semper jurgia querit malus: Angelus autem crudelis mittetur contra eum. *Ibid.* 17.

Labia stulti immiscent se rixis, & os eius jurgia provocat. *Ibidem* 18.

Qui provocat iras, producit discordias. *Ibidem* 30.

Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. *Eccles.* 4.

Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. *Ibidem* 8.

Væ mihi! mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordia: in universa terra? non foeneravi: nec foeneravit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi. *Ierem.* 15.

Omne regnum divisum contra se desolabitur, & omnis civitas vel domus divisa contra se, non stabit. *Luc.* 11.

Necesse est, ut veniant scandala: veruntamen vœ homini illi per quem scandalum venit! *Matth.* 18.

Non enim est dissensionis Deus, sed pacis. *1. Corinth.* 14.

Stultus & sine disciplina quæstiones devita, sciens, quia generant lites. *2. Timoth.* 2.

Si invicem mordetis, & comeditis, videte ne ab invicem consumamini. *Galat.* 5.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Dissensiones nunquam debent amari: sed aliquando tamen aut à charitate nascuntur, aut charitatem probant. Quis enim facile invenitur, qui velit reprehendi? Et ubi est ille sapiens, de quo scriptum est: Corripe sapientem, & amabit te? Nunquid tamen idè non debemus reprehendere & corripere fratrem, ne securus tendat in mortem. *Augustin.* epist. 57.

Nihil minus semper optavi quàm inter eos, qui cum multum dixerunt, multumq; sermocinati sunt, oriri aliquid: unde novus quasi conflictus exurgat. *Idem cont. Acad.*

In discordia, nemo benedicit Dominum. *Idem in Psalm.*

Melius est emigrare cum gratia, quàm cohabitare cum discordia: melius est sine lite abire, quàm cum jurgio residere. *Ambros.* in libro de Patriarch.

Nulla spatia possunt satis esse discordibus: quietis & pacificis etiam angusta abundant: dissonis moribus etiam spatiosa arctantur. *Idem ibid.*

Contentio est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris. *Idem ibid.*

Quisquis corpus affligit, sed concordiam deserit: DEUM

DI DISCORDIA, RIXÆ, DISSENSIO.

quidem laudat in tympano, sed non laudat in choro. *Hieron. super Epist. ad Rom.*

Ubi dissensio est, ubi invidia est: ibi chorus non est. *Idem ibidem.*

Qui modestè alloquitur proximum, gratum accipit responsum: & quasi de uberibus, in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. Sed qui incepto verbo rixam & discordiam ex fraterno corde provocat, quasi necessaria ultra modum emungens sanguinem elicit. *Hieron. super Proverb. 29.*

Concordia minimæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. *Gloss. in Eccles. 21.*

Sicut nihil est pretiosius DEO virtute dilectionis: ita nihil est desiderabilius diabolo extinctione charitatis. Qui quis ergo seminando jurgia, dilectionem proximorum perimit, hosti DEI familiarius servit. *Gregor. in pastor.*

Per Salomonem dicitur, qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Aqua propriè dimittitur, quùm linguæ fluxus effluatur: sed dimissor aquæ iurgiorum caput efficitur: quia per linguæ incontinentiam discordiæ origo propinatur. *Idem lib. 4. moral.*

Discordes tandiu nullum boni operis sacrificium DEO immolant: quandiu à proximorū charitate discordant. *Idem in pastor.*

Perversæ mentes, si semel ad studium contrarietatis eruperint, sive prævum, sive rectū quid à contradicentibus audiant adversis hoc responsionibus impugnant: quia quum persona per contrarietatem displicet, nec recta quæ protulerit, placent. At contrà bonorum corda, quibus in odium non venit persona, sed culpa: sic perversè dijudicant, ut recta quæ dicuntur assumant, & sic malè prolata respuunt: ut tamen approbent, quæ ex veritate cognoscunt. *Idem lib. 9. moral.*

Discordia est aliquorum diversio, quos prius amoris vinculum colligavit. Concordia est convenientium in rectitudine animorum indirupta quædam & unita complexio. Seditiosus est, qui dissensionem animarum facit, & discordias gignit. *Idem in pastor. Etym.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Petronius Arbitrarius Satyricus,

Intremuere tube, ac scisso Discordia crine
Extulit ad superos Stygium caput: huius in ore,
Concretus sanguis, confusq; lumina flebant.
Stabant irati scabra rubigine dentes,
Tabo lingua fluens, obsessâ draconibus ora,

Alph.

*Atq; inter toto laceratam pectore vestem,
Sa. guineam tremula quatitabat lampade dextra.*

Vergil. in Bucol. 1. Ecloga.

*Impius hæc tam culta non valia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quo discordia cives
Perduxit miseros: en quem conse vimus agro?*

Silius Italicus 9. lib.

Discordia demens

Intravit cælos, superosq; ad bella coegit.

Silius Italicus lib. 3. bel. pun. sec.

Et discordia gaudens

Permiscere fretum cælo.

Juvenalis 13.

*Inter finitimos votos atque antiqua simultas:
Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus.*

§ APOPHTHEGMATA.

Demaratus à Philippo Macedonum rege hospitio susceptus, qui ob novas Cleopatræ nuptias à se Olympiadem Alexandrumque avocaverat, dicenti Philippo, quo pacto Græci inter se mutuam agerent concordiam, respondit: tua minimum interest, Philippe, Græciæ curam suscipere, qui tot discordiis ac calamitatibus propriam cumulaisti regiam. *Bruson. lib. 1. cap. 20. ex Plutarch. apophtheg.*

M. Agrippa dicere solebat, multum se huic sententiæ debere: Concordia parvæ res crescunt, Discordia maximæ dilabuntur. Senec. in epist. lib. 14.

Leontius episcop. in gravissima illa apud Antiochenos de fidei negotio dissensione, timens seditionem, sententiam suam aperte proferre non audebat, & aliquando caput suum canis florens, manu demulcens, dixisse fertur: nivem eam solutam lutum multum subsecururum esse. Enigmatè eò obscurius indicans dissonantiam eam aliquando in seditionem evasuram, neque eos qui factionis suæ essent, cum reliqua multitudine consenturos. Nicephor. lib. 9. cap. 24. Eccles. histor.

Alphonses sæpenumero dicere solitus est: si Romanis temporibus vixisset, se constructurum fuisse templum Jovi Politorio: ut de rebus acturi, in eo prius convenirent, & contentionem omnem deponerent. Innuvit autem, nihil æquè Reipublicæ esse perniciosum, ac si plebis cum patribus crebræ contentiones oriantur. Panorm. lib. 3. de reb. gest. Alphons.

§ SIMI-

DI DISCORDIA, RIXÆ, DISSENSIO.

§ SIMILITUDINES.

Tyreus lapis, quamvis grandis innatat, comminutus fide-
ita concordia sustinemur, discordia pessimum imus. *Plin. lib.*
2. cap. 106. & lib 36 cap. 17.

Ut macula statim est eluenda, ne inhærescat & difficilius exi-
matur: ita dissensio fratrum illicò tollenda, ne gignat odium
Plutarch.

Ut si buboni accedat febris, nihil est periculi: verùm si suble-
to illo, tamen morbus perseveret, videtur alius egisse radices
sic fratrum dissensio, quæ cessat lite finita, causa erat, non ipso-
rum: at si manet etiam dum negotio confecto: jam negotium
prætextus erat, non causa: sed exulceratus animus in causa fuit
Plutarch.

Ut aqua in locos hiantes ac diductos influit: ac magis eos
vellit: ita quidam irritant fratrum dissidia. *Plut.*

Ut conveniat amantibus diversas amicas, in eandem deper-
untibus malè convenit: sic dissident, qui eadem ex re gloria
affectant. *Plut.*

Ut singula hastilia facillè frangas, conjuncta non possis: ita
dissidentes, facillè superantur, concordés haud facillè. *Plutarch.*

Ut periculum sit, si omnes in idem inclinent latus navis: sic
aliis aliò in seclentibus, navis optimè liberatur: sic seditio & dis-
sensio inter Rhetores tutiorem reddit statum civitatis: ita
dissensio poëtarum inter se facit, ut minus inficiant opinione
lectoris. *Plutarch.*

Scorpius lethale venenum habet, aconitum lethalius: tamen
hoc in potu datum adversus Scorpionum ictus remedium ha-
bet: ita dum venenum cum veneno colluctatur, servatur homo
Itidem duorum pestilentium civium discordia nonnunquam
Reipublicæ saluti est. *Erasmus.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Discordiz, & dissensionis, & rixarum exempla: Cain & Abel
Genes. 4. vers. 8. Pastores Abraham & Loth, *13. vers. 7.* Re-
ges Chanaan, *14. vers. 4.* Sodomitani contra Loth, *19. vers. 4.*
Pastores Geraræ & Isaac, *26. vers. 20.* Esau adversus Jacobum,
27. vers. 41. Jacobus adversus Labanem, *31. vers. 36.* Simeon &
Levi adversus Hemor & Sichem, *Genes. 34. vers. 25.* Duo He-
bræi, *Exod. 2. vers. 13.* Congregatio adversus Mosen & Aaro-
nem, *16. vers. 2.* Mosen, *17. v. 3.* *Numer. 21. v. 4. 5.* Abimelech, &
fratres, *Judic. 9. v. 5.* Tribus Ephraim adversus Jephthe, *12. v. 14.*
Istaëlitzæ & Benjamitzæ, *20. v. 13.* Saul in David, *1. Samuel. 18. v.*
8. 9. 2. Samuel. 3. v. 1. Absalom in Davidem patrem suum, *2. Sa-*
muel. 19.

DI DISCORDIA, RIXÆ. DISSENSIO. 175

mel. 15. v. 10. Israëlitzæ in Davidem Regem, 19. v. 41. Dux Mulieris, 1. Reg. 3. v. 22. Roboam & Israëlitzæ, 12. v. 16. Discipuli CHRISTI, Luc. 22. v. 24. Judæi, Ioan. 6. v. 52. & 10. v. 19. Turba, Ioan. 7. v. 43. Inter Phariseos & populum, 9. v. 16. Jerusalem civitas, Actor. 11. v. 2. Multitudo, 14. v. 4. Quidam ex Judæis, 15. v. 2. Inter Paulum & Barnabam, v. 39. Ephesii, 19. v. 28. Asiatici Judæi & Jerusalem, 21. v. 30. Pharisei & Sadducei, 23. v. 7. Inter Corinthios, 1. Corinth. 1. v. 11. 12. & 13. v. 3. 4. & 11. vers. 18.

§ HIEROGLYPHICA.

Discordiam & mores maximè dissimiles Ægyptii, poetæque omnes significare cum volunt hieroglyphicè. *Lupum & Agnum, aut Orem ponunt.* Pier. Valer. lib. 10. pag. 94 F.

Hominem ex civilibus seditionibus & tumultuosis discordiis crescentem, reque auctum significantes hieroglyphicè, eum in *Anguillarum* venatione occupatum effigebant. Aqua siquidem quieta limpidaque, carum captura nulla propemodum, magna verò si perturbetur. Pier. Valer. lib. 29. pag. 273. C.

Sunt qui *thuribulum*, aut aliquid aliud *Vas ignarium cum aqua* pictum. unde scilicet ignem & aquam inesse perspiceretur: quippè si ex uno ignis promicaret, in altero aqua desideret: discordiæ signum esse tradant, quod ea naturæ sint maximè contrariæ. Unde, *ignem aquæ permiscere*, dictum de iis, qui se ea præstituros pollicentur, quæ fieri nequaquam possunt. Pier. Valer. lib. 46. pag. 453. B.

Vide locum de *Amicitia, Concordia, Dissidio, Inimicitia, Odio, &c.*

DISPUTATIO.

§ APOPTHEGMATA.

Aristippus cuidam qui proposuerat ænigma, vehementer instanti, ut solveret: quid ò stolide! vis solvam: quod nobis etiam ligatum exhibet negotium? Laert. lib. 2. cap. 8.

Idem confutatus in disputatione à quodam homine audaci, sed furioso ac stolido: quum illū videret gessientem, insatamque victoria: Ego quidem, inquit, redargutus ab eo: sed suavis dormiturus te: qui redarguisti. Laert. lib. 2.

Diogenes orante aliquando Anaximene, præterdens pernam, auditores in se convertit: ob id indignatus Anaximenes, obtulit ab auditorio destitutus. Tum Diogenes: Anaximenis, inquit,

quit, disputationem oboli pretium dissolvit: significans, illum de rebus frivolis disseruisse, quæ non admodum attentos haberet auditores. *Laert. lib. 6.*

Zenxidamini cuidam percentanti, quam ob causam Lacedæmonii leges de fortitudine citrà scriptum servarent, ac non potius descriptas traderent juvenibus legendas? Quoniã, inquit, assuefaciendi sunt, ut præclaris gestis potius, quam scriptis intendant. *Plut. in Lacon.*

Gorgia sophistæ palàm exhibenti sese ad respondendù, quòd cuiq; licuisset proponere, Xenophon, non ille Socraticus, sed alius quidam invidens, adiit illum, atq; hanc proposuit quæstionem: Dic mihi, *Gorgia*, quamobrem fabæ ventrem insent, quùm ignem non insent? Ad quem placide *Gorgias*, istud quidem dispiciendum relinquo: cæterùm istud jam olim cognitum habeo, terram adversus istiusmodi homines producere fœdulas. *Philostatus.*

Pantholidas in Academia philosophos audiens multa de virtute differentes, interrogatus cujusmodi viderentur sermones illi; Quid aliud, inquit, quàm probi, sed prorsus inutiles, vobis qui illis non utimini. Salsè tetigit mores Atheniensium, qui virtutem haberent in labris, non in factis. *Plut. in Lacon.*

¶ SIMILITUDO.

UT apud Homerù *Ulysses* ridetur à prociis, quòd panis frustula peteret, nò enses, neq; lebetes: ita magis ridendi sunt, qui disserendi minutulas ac frivolas quæstiunculas objiciunt. *Plut.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Disputationum imitandarum exempla. Quidam de Synagoga, *Actor. 6. v. 9. Paulus, 9. v. 22. & 17. v. 17. & 18. v. 4. 18. & 19. v. 8. 9. & 20. v. 7. & 24. v. 25. Judæi, 28. v. 29.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

M*enedemus Eretriensis*, Platonis primum, inde *Stilponis* discipulus in disputando tam acris erat, ut oculis ardere videretur. *Laert. lib. 2.*

Baldus Bononiam profitendi juris causa profectus anno 1344. publicè etiam disputavit ibi cum *Bartolo* per quinque horas integras, & victor abiit. *Theat. Zuing fol. 3812.*

Galenus Pergamenus annum agens ætatis 19. doctorum quendam ex *Arhanæi* Attali sectatoribus, primas qualitates elementa esse statuens, suis interrogationibus ad elenchum cogit. *Gal. de elem. lib. 1. cap. 6.*

Vide *Dialectica.*

DISSI.

DISSIDIUM.

§ SIMILITUDINES.

GAlli sæpius in pugna commoriuntur: ita quidam mutuis
dissidiis conficiunt sese. *Plin. lib. 12. cap. 21.*

Ut cœlo quamvis sereno, nubecula licet: parva ventum pro-
cellosum dabit: sic rebus admodum pacatis, ex minimo dissidio
gravissimi rerum motus subito exortuntur. *Idem.*

Ut vitis refugit brassicam: quercus abhorret ab olea, multò
magis autem à nuce juglandæ, nam vitis cum omnia comple-
ctatur, solam brassicam declinat: quercus si in scrobem oleæ
depacta fuerit emoritur: eadem & juxtà nucem juglandem in-
arescit: sic inter quasdam nationes naturale dissidiū est, ut nullo
pacto queant coalescere concordia. *Plin. lib. 15. cap. 1.*

Vide supra Bellum, Discordia, Contentio.

DISSIMULATIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Martial. lib. 4. Epigram.

Decipies alios verbis vultuq; benigno:

Nam mihi jam notus dissimulator eris,

Ovid. lib. 3. de Ponto.

Cum toties eadem dicam, vix audior ulli:

Verbaq; profectu dissimulata carent.

Tibullus Eleg. 7. lib. 3.

Hei mihi! difficile est imitari gaudia falsa:

Difficile est tristi fingere mente jocum.

Nec bene mendaci risus componitur ore:

Nec bene sollicitis ebria verba sonant.

Cornelius Gallus.

Certe difficile est abscondere pectoris astus,

Panditur & clauso sapiens ore furor.

Ovid. lib. 2. Fastor.

Brutus erat stulti sapiens imitator: ut esset

Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.

Idem lib. 2. de Arte amandi.

Vile quæ multis dissimulasse fuit.

§ SIMILITUDINES.

SCorpius venenum in cauda gerit, & obliquè feret: ita quidam
in fine virus effundunt suum & dissimulanter lædunt. *Eraf.*

Ut vi-

DI DISTRACTIO ANIMI. DIVINATIO.

Ut vitrum quia pellucidum, nihil exalat: ita quidam nihil togere, nihil dissimulare norunt: quicquid in animo est, id pronus omnibus palam est. *Plin. lib. 10. cap. 62.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Dissimulationum exempla: Loth, *Genes. 19. v. 16.* Joseph, *41. v. 9.* Saul, *1. Samuel. 10. v. 27.* & *28. v. 8.* David, *21. v. 10. 11. 12. 13.* Job, *2. Samuel. 18. v. 16.* uxor Jeroboam, *1. Reg. 14. v. 4.* Aman, *Esth. 5. v. 9. 10.* Job, *Iob. 3. v. 26.* David, *Psalms. 38. v. 14.* Ezechias, *Esa. 36. v. 21.* Jeremias, *Ierem. 38. v. 27.*

Vide Simulatio.

DISTRACTIO ANIMI

ad res diversas.

§ SIMILITUDINES.

UT qui propriam domum non habet, per multas domos vagatur: ita qui certum vitæ institutum non sequitur, nunc in horum, nunc in illorum mores transit. *Plutarch.*

Qui multis negotiis distrahitur, veluti lacus est, ad quem multis concurritur, qui eum & exhauriunt & turbant. *Senec.*

Stolonibus amputatis omnia celerius adolescunt in arbore nimirum alimentis in unam collatis stipem: ita animus levatur supervacuis negotiis, plus efficit in studiis honestis, tota mentis vi in idem intenta. *Erasm.*

Mugiles si caput condiderint, putant se totos occurrari: ita quidam si sua vicia dissimularint ipsi, putant ab aliis non adverti. qui mos idem & pueris est. *idem.*

Vide Cogitatio.

DIVINATIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Non augurabimini, neque observabitis somnia. *Levit. 19. vers. 25.*

Non declinabitis ad magos, neque ab hariolis aliquid scilicet temini, ut polluamini per eos. *ibid. 27.*

Non est augurium in Jacob, nec divinatio in Israel. *Num. 24.*
Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium se dicat vidisse, & prædixerit signum, & portentum, & venerit quod locutus est, non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris quia tentat vos Dominus Deus vester. *Deut. 13.*

Genes

Gentes istæ, quarum possidebitis terram, augures & divinos audiunt: tu autem à Domino DEO tuo aliter institutus es. *Ibidem 18.*

Divinatio erroris & auguria, mendacia & somnia malefactorum, vanitas est. *Eccles. 34.*

Et dixerint ad vos, quærite à pythonibus & à divinis, qui strident in incantationibus suis: nunquid non populus à DEO requireret visiones à vivis pro mortuis? Ad legem magis & ad testimonium. *Esa. 9.*

A signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes. *Ierem. 10.*

Nolite audire prophetas vestros & divinos & somniatores & maleficos, qui prophetant vobis mendacium: ut longè vos faciant de terra vestra: ut ejiciant vos, & pereatis. *Ibidem 27.*

Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, & divini vestri, & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis: quia ipsi prophetant falsò in nomine meo, & non misi eos, dicit Dominus. *Ibid. 29.*

Non erit ultra omnis visio cassâ, nec divinatio ambigua in medio filiorum Israël. *Ezech. 12.*

Anima, quæ declinaverit ad magos, & hariolos, & fornicata fuerit cum eis: ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei. *Levit. 20.*

Vir, sive mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriatur: lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super illos. *Ibidem.*

Quando ingressus fueris terrâ, quam Dominus DEUS tuus daturus est tibi: cave ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inveniat in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens, per ignem, aut qui hariolos sciscitetur, aut observet somnia atq; auguria: nec sit maleficus, nec incantator, neq; qui pythones consulat, neq; divinos. *Deuter. 18.*

Omnia enim hæc abominatur Dominus DEUS tuus: & propter hujusmodi scelera delebit eos Dominus DEUS tuus in introitu tuo. *Ibidem.*

Dominus auferet ab Israël prophetam & hariolum. *Esa. 3.*

Interrogabunt simulachra sua, & divinos suos, & pythones & hariolos. Et tradam eos in manu dæmoniorum crudelium, & vir fortis dominabitur eorum. *Ibidem 19.*

Irrita faciens signa divinatorum, & hariolos in furorem vertens. *Ibidem 44.*

Gladius ad divinos eius, qui stulti erunt. *Ierem. 50.*

Vident vana, & divinant mendacium, dicentes, ait Domi-

nus: cum Dominus non miserit eos: & perseverarunt confite-
 mare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis? &
 divinationem mendacem locuti estis? & ideo, ecce ego advo-
 ait Dominus: Et erit manus mea super prophetas, qui vident
 vana, & divinant mendacium. *Ezech. 13.*

Nox vobis pro visione erit, & tenebræ pro divinatione. *Moi-
 cap. 3.*

Auferam maleficia de manu tua, & divinationes non erunt
 in te. *Ibidem 5.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Vero dixit quatuor esse divinationis genera. terram, aquam,
 aera, & ignem. hanc Geomantiam, Hydromantiam, Aeromantiam,
 Pyromantiam, dictam constat. Divini dicti sunt
 quasi Deo pleni divinitate enim se plenos simulant, & aliquid
 quadam fraudulenta hominibus futura conjectant. Duo sunt
 autem genera divinationis: ars & furor. Incantatores dicti sunt
 qui peragunt verbis artem, sunt harioli, sunt haruspices, sunt
 augures: qui & auspices & sortilegi, auspicia & auguria: sunt
 pythones, genethliaci, sunt falsificatores, sunt & præstigia. Cetera
 autem hæc sunt à Christiano vitanda, & omni penitus reprobatione
 creatione repudianda atque damnanda: nam in his omnia
 ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum
 malorum angelorum exorta. *Isidor. lib. 8. cap. 9. ex August. in
 quest. 26.*

Qui sine Salvatore salutem vult habere, & sine vera sapientia
 æstimat se prudentem fieri posse, non sanus, sed æger: non
 dens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit: & in curam
 te noxia stultus & demens permanebit: ac proinde omnis
 questio, & omnis curatio, quæ à divinis & Magis, vel ab
 dæmoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicitur
 quàm vita. *Augustin. de civitate Dei.*

Huiusmodi artes nugatoriarum vel noxiarum superstitionis, ex
 quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi peccati
 infidelis & dolose amicitie constituta, penitus sunt repudianda
 & fugienda Christiano. *August. lib. 1. de doctrin. Christiana.*

Si quis hariolos, haruspices vel incantatores observaverit
 aut phylacteris usus fuerit, anathema sit. *Gregor. & pontificus
 9. §. si quis.*

Nō exemplo Machabæ, vel quod Jonas propheta forte dicitur
 hensus sit, indifferenter sortibus est credendum: cum sint præ-
 legia singulorum. Si qui tamen necessitate aliqua compulsi
 Deum putant sortibus Apostolorum exemplo esse consulendos
 videtur.

videant horum
 precibus ad
 Sortileg
 monum co

C Hilon dicitur
 hanc I
 posset ab h
 fertur, fut
 Latædem
 inquit, hæc
 fuisset. N
 sis, utin ea
 Xerxes. si
 potius, si
 nios mult

Diogene
 præscire
 certa ratio
 mum art
 quippiam
 scere? S
 Idem v
 rum esse
 homine

Demon
 sa vend
 tu depel
 sunt om
 Sapoph

M. Ca
 ties asp
 genus in
 Divinat.

J Annes
 præli
 Craso
 semestre
 tolem ca
 Alex. lib

videant hoc ipsos Apostolos, non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum suis egisse. *Beda super Acta Apost.*

Sortilegium, est quoddam genus culturae idolorum, ex demonum consultationibus futura prædicendo. *Isidor. lib. etymol.*

¶ APOPTHEGMATA.

Chilon dicebat, divinationem non esse detestandam: quod hanc Deorum munus esse crederet, quæ ratione percipi posset ab homine insigni virtute prædito. Nam ipse prædixisse fertur, futurum, ut ex insula Cythera summum malum oriretur, Lacedæmonis, cujus situm naturamq; cum didicisset: utinam, inquit, hæc aut nunquam fuisset: aut simul ut nara fuit, eversa fuisset. Nam Demaratus Lacedæmone profugus, Xerxi suavis, ut in ea insula classem haberet: ac planè Græciam subegisset Xerxes: si Demarati consilium fuisset sequutus. Post, Nicias eam pontus, statuit illi præsidium Atheniensem, & Lacedæmonios multis cladibus afflixit. *Laert. lib. 1. cap. 2.*

Diogenes dicere solebat, si ulla disciplina id præstare posset, ut præsciremus quæ ferenda sunt: atque eadem amoliri à nobis certa ratione valeremus, egregium sane illud esset, & longe optimum artificium. Sed si ordine inviolabili ac lege inconcussa quippiam tolerandum est: ad quid attinet, tale malum præno-scere? *Stob.*

Idem videns hominum diversas actiones, ac audiens somniorum esse interpretes & conjectores, dicebat: nullum animal homine esse stultius. *Laert. lib. 6.*

Demonax conspicatus augurem quendam in publico vaticinia sua vendentem: si potes, inquit, ea quæ Parca statuere arte tua depellere, exiguam mercedem postulas: si quæ fati decreta sunt omnino sunt evertura, quid tua prodest divinatio? *Erasm. Satoph.*

M. Cato aiebat se demirari, quod non rideret aruspex, quoties aspiceret aruspicem: sentiens, totum hoc divinationum genus imposturam esse, qua populo fiebat fucus. *Cicero lib. 2. de Divinat.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Jannes præceptor *Theophili Imperatoris*, solebat pelvis vaticinio & præsignis futura prædicere. *Cedrenus.*

Crafo iudiciorum regi, quando id concedit regnum, natum filium semestrem articulare loquutum, dire & prodigioso eventu, fatalem calamitatē: quæ postea sequuta est, præsignasse narravit. *Alex. lib. 3. cap. 15. ex Plin. lib. 11. cap. 51.*

Gallorum exercitum ex Europa in Asiam ad urbium perniciem transmissurum prædixit Phaennis Delphica, ætate antequam res gereretur:

*Hostilis Gallorum acies tunc milite multo
Vastabit populans Asiam: sed Dii graviora
Intentant illis, pelagi propè cernula sedes
Qui posuere suas: sed enim his quoq; Iupiter ipse
Auxilio clari mittet Tauri generosam
Progeniem, tristi qua sternet funere Gallos.*

Tauri filium dixit Attalum Pergami regem: quem ipse Tauricornem etiam idem Apollo nominavit. *Pausan. lib. 11.*

Plusius Pp. in apparatu belli Turcici se periturum quadraginta annis antè sua ipse manu versiculo descripto ominatus est: in Tauricæ bellum dum parat, occubuit. *Campanes in eius vita.*

Seneca de Indarum inventione per Hispanos anno sal. 149 facta, vaticinium in tragœdia, quam Medeam inscripsit clarissimum extat:

*Veniunt annis secula seris
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet novosq; Typhis detegat orbis:
Atq; ingens pateat tellus.
Nec si terris ultima Thyle.*

Cumana Sibylla, ut testatur *M. Varro*, in palmarum foliis cuncta scribebat. Quod secutus *Virgilius* in 3. *Æneid.*

*Insanam vatem aspicias, qua rupe sub ima
Fata canit: foliisq; notas & nomina mandat.*

Arabes, assumpto in cibo draconum corde vel hepate, ab eis bus non secus atq; ab oraculis auguria captant. *Volater. lib. 1. cap. 4. Anthrop.*

Sacrificanti pro æde Apollinis Galbæ, aruspex *Vmbrius* vaticinium prædixit. *Sueton. & Cornel. Tacitus.*

Miles quidam Juliani Imp. mortem Constantii Imp. mortis in Cilicia, ex extis prædixit. *Cuspin.*

Aprunculus, orator Gallus, aruspex, inspecto victimæ jecore Juliano mortem Constantii Imp. nunciavit. *Cardanus ad Rerum varietat. lib. 15. cap. 83.*

Vide Sortilegium.

N Idus
luc. 10
Si com
prparave
tur illis, &
Cum in
gloria civ
Relinq
illorum i
Sperav
Dormi
divitiarum
Nihil p
Non p
Quid p
non poss
Qui o
Ubi m
siasic. 5
Quid
Ibidem.
Sicut
& nihil
miras: q
Divit
Omn
currens,
cujus, c
tem cari
Bona
Ecles. 13
Divit
Justu
piorum
Coro
prudens
Hoc
bat, & f
cles. 5.

DIVITIÆ.

SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus redeo il-
luc. *lob. 1.*

Si comportaverit quasi terram argentum, & sicut lutum
præparaverit vestimenta: præparabit quidem, sed justus vesti-
tur illis, & argentum innocens dividet. *Ibid. 27.*

Cum interierit, non sumet omnia: neq; descendet cum eo
gloria eius. *Ibid. 48.*

Relinquent alienis divitias suas, & sepulchra eorum domus
illorum in æternum. *Ibidem.*

Speravit in multitudine divitiarum suarum. *Ibid. 51.*

Dormierunt omnes somnum suum, & nihil invenerunt viri
divitiarum. *Ibid. 75.*

Nihil proderunt thesauri impietatis. *Proverb. 10.*

Non proderunt divitiæ in die ultionis. *Ibid.*

Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere
non possit? *Idem 17.*

Qui odit avaritiam, longæ fient dies eius. *Ibid. 28.*

Ubi multæ sunt opes: multi sunt, qui comedunt eas. *Eccle-
siastic. 5.*

Quid prodest possessori, nisi quod cernat divitias oculis?
Ibidem.

Sicut egressus est nudus de utero matris suæ: sic revertetur,
& nihil auferet secum de labore suo, Miserabilis profus infir-
mitas: quomodo venit, sic revertetur. *Ibidem.*

Divitiarum jactantia quid contulit nobis? *Sapient. 5.*

Omnia transierunt sicut umbra, & tanquam nuntius præ-
currens, & tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam,
cujus, cum præterierit, non est vestigium invenire, neque semi-
tem carinæ illius in fluctibus. *Ibidem.*

Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia.
Eccles. 13.

Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. *Psal. 61.*

Justus comedit, & replet animam suam: venter autem im-
piorum insatiabilis. *Proverb. 13.*

Corona sapientum divitiæ eorum: facultas stulcorum im-
prudencia. *Ibid. 14.*

Hoc itaque visum est mihi bonum: ut comedat quis & bi-
bat, & fruatur lætitia ex labore suo, qui laboravit sub sole. *Eccle-
s. 5.*

DI

DIVITIÆ.

Divitiis huius seculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo. *1. Tim. 6.*

Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio. *Proverb. 10.*

Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. *Ibid. 16.*

Memento paupertatis in tempore abundantia, & necessitatem paupertatis in die divitiarum. A mane usque ad vesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Domini. *Eccles. 10.*

Peius dives, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abit, nec speravit in pecunia & thesauris. *Ibid. 31.*

Glorietur autem feater humilis in exaltatione sua: dives autem in humilitate sua. *Iacob. 1.*

Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum de pauperibus: & implebuntur horrea tua securitate, & vino torcularia tua redundabunt. *Proverb. 3.*

Mendicitatem & divitias ne dederis mihi: tribue tantum mihi quod mihi meo necessaria: ne fortè satiatus illiciar ad negandum dicam: quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, & perjurem nomen Dei mei. *Ibid. 30.*

Ubi sunt qui thesaurizant argentum & aurum, in quo cogitant homines? *Baruch 3.*

Ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exsurrexerunt. *Ibidem.*

Argentum eorum foris projicietur, & aurum eorum in stillicidium erit. *Ezech. 7.*

Desiderabile argentum urticam hæreditabit: lappa in tabernaculis eorum. *Os. 9.*

Nohte thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi fures effodiunt & furantur: ubi ærugo & tinea demolitur. *Matth. 6.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Discant divites, non in facultatibus crimen haberi, sed in iniquitate: qui uti nesciant: nam divitiæ: ut impedimenta sunt improbis, ita bonis sunt adjumenta virtutum. *Ambros. in Luc.*

Nihil miserius est, quàm propter nummos Deum contemneret. *Hieron. ad quendam.*

Divitiæ seculares si defunt, non per multa opera quærantur in mundo: si autem adsunt, per bona opera servantur in celo. Animum virilem & Christianum nec debent, si accedant, effugere: nec debent frangere, si recedant. *August. epist. 140.*

DI

Verè illos possumus.

Quid perna vis habet tuis, si de ver. dom.

Quid perna non habet.

Pauper.

Morb.

qui interitias suas non se id genus est.

plenus.

Difficiliam, di.

Aurum enus. Ide.

Ideo rem pa.

Div. habet, lite hab.

cor app. August.

Suff. non ar.

propte homin.

Ista er. ut hab.

Di. buere.

Di. Q.

vulue. rat. G.

In. stum.

RON.

Veræ illæ sunt divitiæ, quas cum habuerimus, perdere non possumus. *Idem super Matth.*

Quid prodest arca plena bonis, si inanis sit conscientia. bona vis habere, & tu bonus esse non vis. Erubescere debes de bonis tuis, si domus plena bonis, te malum habet dominum. *Idem de ver. dom. serm. 12.*

Quid prodest diviti quod habet, si Deum, quia omnia dedit, non habet? *ibidem.*

Pauper est, qui vult esse dives. *Idem serm. lib. 2. ser. 12. ser. 29.*

Morbus divitiarum, est superbia: nam grandis animus est, qui inter divitias isto morbo non tentatur, major animus divitias suas vincens contemnendo. Magnus est ergo dives, qui non se idco magnum putat, quia dives est. Superbus, qui & egenus est, in carne crepat: in corde mendicat: inflatus est, non plenus. *ibidem.*

Difficile est, ut non sit superbus, qui dives est. Tolle superbiam, divitiæ non nocebunt. *Idem ibid.*

Aurum est materia laborum, periculum possidentium: aurum enervatio virtutum, aurum malus dominus, proditor servus. *Idem de ver. dom.*

Ideo rogans dives non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudit in terris. *Idem de ver. divite.*

Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. Ille igitur qui non habet, non ambiat: is qui habet, non superbiat: & non dicit: nolite habere, sed cor apponere. Non enim damnat divitias: sed cor appositum, quod scilicet non expendit, sed recondit. *Glos. August. super Psalm. 61.*

Sufficienciam vitæ non indecenter vult, quisquis eam vult, & non amplius: quæ quidem non appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis: ut non inconveniens eis, cum quibus vivendum est. Ista ergo quum habentur, ut teneantur: quum non habentur, ut habeantur orandum est. *August. ad Probam.*

Divitiæ non sunt peccatum: sed peccatum est, eas non distribuere pauperibus. *Chrysof. in homil.*

Divitiæ maximæ, non egere divitiis. *Idem.*

Qui malè divitiis utitur, miserabilis est: ut ille, qui spontè se vulneraverit eo gladio, quem ad vindictam hostium sumpserat. *Greg. Nazian.*

Injustæ dicuntur divitiæ: non quia aurum & argentum injustum sit: sed quia injustum est eas putare divitias, quæ avaritiæ non auferunt egestatem. *Ambros. in Psalm. 118.*

Cæterum ita incubuerunt mores hominum in adunatione divitiarum: ut nemo nisi dives honore putetur dignus. *Idem lib. de Offic.*

Qui divitiarum servus est, divitias custodit ut servus: qui autem servitutis discusserit jugum: distribuit eas ut dominus. *Hieron. in Matth.*

Facile est homini tunc divitias despiciere, cum habet: difficile verò, quum non habet, viles æstimare. *Gregor. libro undecimo moral.*

Dives forsitan aliquam excusationem habuisset: si ad portam eius non jacuisset Lazarus, si remotus fuisset, & ulcera eius non cognovisset. *Bernh. lib. de considerat.*

Aurum & argentum, & cætera hujusmodi, quantum ad animi bonum spectat, nec bona sunt, nec mala: usus tamen horum bonus: abusus mala, sollicitudo prior, quæstus turpior. *Idem serm. 4.*

Filii Adam genus avarum, quid vobis cum terrenis divitiis, quæ nec veræ, nec vestræ sunt: Aurum & argentum verè terra est rubra & alba, quam solus error hominum facit, aut magis reputat pretiosa: denique si vestra sunt, tollite ea vobiscum. *Idem ibid.*

Verè ergò divitiæ, non opes sunt, sed virtutes: quas secum conscientia portat, ut in perpetuum dives fiat. *Idem in serm.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 3. Amor. 7.

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro.

At nunc barbaries grandis, habere nihil.

Ibidem.

Curia pauperibus clausa est: dat censuras honores:

Inde gravis iudex, inde severus eques.

2. Art.

Carmina laudantur, sed munera magna petuntur

Dum modo sit dives Barbarus, ille placet.

Aurea sunt verè nunc secula: plurimus auro

Venit honos, auro conciliatur amor.

Ipsè licet venias Musis comitatibus, Homere:

Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.

Martialis II.

Ardua res hæc est, opibus non tradere moros

Et cum tot Cresos viceris, esse Numam.

Prop. 3. 11.

At nunc deserti cessant sacraria lucin
 Aurum omnes victa jam pietate colunt.
 Auro pulsa fides, auro venalia jura:
 Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Horat. 2. Epist. 6.

Scilicet uxorem cum dote, fidemq; & amicos,
 Et genus, & formam regina pecunia donat.

Idem 2. Serm. 3.

— Omnis enim res,
 Virtus, fama, decus, divina, humanaq; pulcris
 Divitiis parent: quas qui construxerit, ille
 Clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam, & Rex,
 Et quidquid volet. —

Horat. 1. Epist. 2.

Non domos & fundas, non aris acervus, & auris
 Egroti domino deduxit corpore febres
 Non animo curas. —

Idem Epod. 4.

Licet superbas ambules pecunia:
 Fortuna non mutat genus.

Tibullus 3. 3.

Non opibus mens homini, curaq; levatur:
 Nam fortuna sua tempora lege regit.

Juvenalis 14.

Tantis parva mala, cura majore, metuq;
 Servantur: misera est magni custodia census.

Horat. 2. Serm. 5.

Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est.

Juvenal. 3.

Da testem Romam tam sanctum, quam fuit hospes
 Numinis Idæi procedat vel Numa, vel qui
 Servavit trepidam flagranti ex ade Minervam:
 Protinus ad censum: de moribus ultima fiet
 Questio: quot pascit servos, quot possidet agri
 Ingera, quam multa, magnaq; paropside cœnat?

Idem 6.

Prima peregrinos obscuræ pecunia mores
 Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu
 Divitia molles. —

Idem 10.

*Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exsuperans patrimonia census.*

Ibidem.

*Fauca licet portes argenti vascula puti,
Nocte iter ingressus, gladium, contumq; timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Juvenalis 24.

— *Nec plura venena*

*Miscuit, aut ferro grassatur sepius ullum.
Humane mentis vitium, quam sacra cupido
Indomiti censens.* —

Plautus Aul.

Dî immortales, aurum ofecro, quid valet?

Senec. Thyest.

Venenum in auro bibitur: expertus loquor.

Lucret. 5.

— *Nunc aurum, & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.*

Ovid. 1. Fastor.

*Pluris opes nunc sunt, quam præsci temporis annis:
Dum populus pauper, dum nova Roma fuit.
At postquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit summo vertice Roma Deos:
Creverunt & opes, & opum furiosa libido:
Et cum possideant plurima, plura petunt.*

Horat. 1. Serm. 1.

Nescis quid valeat nummus, quem prabeat usum.

Idem 2. Carm. 2.

*Nullus argento color est, avaris
Abdita terris inimice lamæ
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat usu.*

Tibullus 1. 9.

Sæpè solent auro multa subesse mala.

Bias per Auson.

Quis dives? qui nil cupiat. quis pauper? avarus.

Ovid. 1. Metamorph.

Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

Lucr.

Lucret. lib. 5. de Nat.

Quod si quis vera vitam ratione gubernat:
Divitia grandes homini sunt, vivere parce
Æquo animo, neque enim est usquam penuria parvi.

Horat. lib. 1. Epist. ad Iccium.

Tolle querelas,

Pauper enim non est, cui rerum suppet: et ussus.
Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil
Divitia poterunt regales addere majores.

Juvenalis Satyr. 14.

Sensit Alexander, testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem: quanto felicitior hic, qui
Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis æquanda pericula rebres.

Plautus in Pseudulo.

Verò ita sunt isti nostri divites:
Si quid benefacias, levior pluma est gratia: si quid pecca-
tum sit,
Plumbeas iras gerunt.

Ex Græcis Comicis.

Τὸν γὰρ ἀγαθὸν τὸν πλοῦτον ὕστερον τίθει.
Α βεβαιότερον γὰρ ἐστὶν ἂν κερτῆ μεθε.
Opes bonorum judica omnium ultimas.
Nam possidemus nil eis incertiss.

Μακροὶ ὄσις ὕστατον κὲ τοῦτο ἔχει.
Κεῖνται γὰρ ἄτ' εἰς αὐτῶν τῶν κελῶς.
Cui mens opesque sunt simul, beatiss est.
Hic namque ritè soliss illis utitur.

Ὁ πλοῦτος παρακλόμενος τῶν κελῶν,
Ὡ μῆτις: ἢ πίνει παρὰ φανίς κὲ ταπεινόν.
Mala obteguntur opibus, ut velamine.
Inopia, confusiva omnibus res est humilis.

Πατρῶν ἔχει δ' ὅτι τὸν κελῶς εὐδαίμονα:
Τὰ δὲ κτ' ἡνωαίως εἰσὸντ' εἰς οἰκίαν,
Οὐτ' ἀνφαλῆ τῶν κελῶν, ἔθ' ἰλαρῶν ἔχει.
Paterna demum nos beant vere bona.
Nam que bona intrant cum nupta nova domum.
Nec poss. denti tuta nec jucunda sunt.

Πλοῦτον πεπειθὸς ἀδίκῳ μὴ κερτῆ ποιῶν.
Nec fretus opibus aliquid injustum audeas.

Διόκτα

Διάκειται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλοφρόνησε ποιεῖν.
Humanitas sepe sequitur opulentiam.

Μέμνησο πλοτῶν τὸς πίνης ἀφιλεῖν.
Dum dives es, inopes juvare sis memor.

Διάκειται πίφυκε τοῖς βροτῶν τὰ ζήματα.
Sita in oribus mortalium potentia.

Χρυσὸς εἰ κείνοι γὰρ πλοῦτα, καὶ δε πύλας.
Referantur auro cuncta, vel porta inferum.

Εἰ μὴ εἰ χρομὸν ζήματα ἔξομν φίλους.
Habebo amicos, si habuero pecuniam.

Μὴ ἀπειθε πλουτεῖν, μὴ ταχὺ πίνης γένη.
Ditescere properans, inops fiet cito.

Ράθυμους ἀνὸς πλάσει, κίνης ἔση.
Si negligens sis dives, evades inops.

Καλῶς ἀγούειν, μὲλλον ἢ πλουτεῖν θέλει.
Famam libenter oribus anteposito.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Divicias contemnere, & pro nihilo ducere, magni animi & excelsi est. 3. *Offic.*

Nihil est tam angusti animi, tamque parvi, quam amare divitias. Nihil est honestius, magnificentiusque quam pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam libertatemque conferre. 1. *Offic.*

Maximè admiramur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitramur quod eas res spernit & negligit, ad quos plerique inflammata aviditate rapiuntur. 1. *Offic.*

Mulci divitias despectiunt, quos parvo contentos, tenuis virtus cultusque delectat. Honores verò, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemunt, ut nihil inanis esse se, nihil levius existiment? Item cætera, quæ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt, qui pro nihilo putent. In *Lelia.*

Caduca semper & mobilia hæc esse duxi, non virtutis atque ingenii, sed fortunæ, ac temporum munera: quorum ego non tam facultatem unquam & copiam expetendam putavi, quam & in utendo rationem, & in carondo patientiam. *Pro domo sua.*

Omnes sunt divites (dicunt Stoici) qui cælo & terra frui possunt. 3. *Offic.*

Eum intelligimus divitem, cui tanta possessio est: ut ad liber-

raliter vivere appetat, non

Conte-

tix. Idem

Expetu

perfructu

Pecun

æ, quæ p

sed etiam

Pecun

cunia vo

Omn

Diffici

na sit usu

Sapient

divitias,

Divit

tum, in

omnia.

Quid

si alieno

enim p

plus hab

Nem

quarum

illas int

Nem

& pane

Idem epi

Qua

negare.

enim g

Prim

ximus,

Chil

rus

tatio. A

Encl

Socrate

deceder

Lycu

raliter vivendum, facile contentus sit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius, *Paradoxo ultimo.*

Contentum suis rebus esse: maximæ sunt certissimæq; divitiæ. *Idem ibid.*

Expetuntur divitiæ, tum ad vitæ usus necessarios, tum ad perfruendas voluptates. 1. *Offic.*

Pecuniæ quærendæ non solum ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales. 2. *Offic.*

Pecunia effectorix multarum & magnarum voluptatum: pecunia voluptates pariuntur maximæ. 2. *de Finib.*

Omnia pecunia effici possunt. 5. *Act. in Verr.*

Difficile est virtutes eum revereri, qui semper secunda fortuna sit usus. 4. *Herem.*

Sapiens non amat divitiæ, sed mavult: nec respuit possessas divitiæ, sed contemnit. *Senec. epist. 15.*

Divitiæ apud sapientem virum in servitute sunt: apud stultum, in imperio: sapiens divitiis nihil permittit, nobis divitiæ omnia. *Idem ibid.*

Quid refert quantum illi in arca, quantum in horreis jaceat: si alieno inhiat, si non quæsitæ, sed quærenda computat? Non enim pauper est, qui minus habet: sed qui plus cupit: nec qui plus habet, sed qui minus cupit, dives est. *Idem ibid.*

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempsit: quarum possessionem tibi non interdico: sed efficere volo, ut illas intrepidè possideas. *Idem epist. 18.*

Nemo nascitur dives: quisquis exit in lucem, jussus est lacte & pane esse contentus: ab his initiis nobis regna non sufficiunt. *Idem epist. 20.*

Quanta dementia hæredis sui res procurare, & sibi omnia negare. Magna enim hæreditas ex amico inimicum facit: plus enim gaudebit tua morte, quo plus accedit. *Idem ibid.*

Primus divitiarum modus est, habere quod necesse est: proximus, quod sat est. *Idem epist. 2.*

§ ΑΡΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Chilon percontatus, quid essent divitiæ? respondit: Thesaurus malorum, calamitatis viaticum, improbitatis suppeditatio. *Anton. ferm. de divit.*

Emcritus cuidam quærenti ex eo, uter esse mallet: Cræsus, an Socrates? respondit: vivens mallet esse Cræsus: è vita autem decedens Socrates. *Stobæus.*

Lycurgus interrogatus, eorum hostium interfectorum cadavera spoliare

spoliare prohibuisset? ne milites, inquit, ditescant, & dum prædæ incumbunt, pugnam negligant. *Plutarch. in Lacon.*

Cleanthes quærenti quomodo quis dives evadere posset? respondit: si cupiditatem fuerit inops. *Stob. serm.* Idem & ad *Democritum* referri, paulò antè diximus.

Epictetus percontatus, quis esset inter homines dives? cuiusquit, satis est, quod habet. *Stob.*

Idem audiens quendam sibi ipsi ob amplas divitias placentem ait: examina te ipsum prius, utrum ditescere malis, an beati. Quod si divitias velis, rem neque bonam esse scias, nec omnino in te sitam. Si verò beari, & bonum est, & penes te. *Stob. in serm. de temper.*

Diogenem *Physicum* quidam interrogavit, quam ob causam aurum palleret? Quoniã, inquit, plurimos habet sibi insidiatos. *Laert. lib. 6.*

Aristippus quodã tempore navigans: ut intellexit navim esse piraticam, deprompsit aurum, ac numerare cœpit, moxque projecit in mare, & graviter ingemuit, fingens sibi imprudenter invito excidisse. Hoc ingenio vitæ suæ consuluit adempta per rati, occidendi vincendiq; materia. *Laert. lib. 4. cap. 8.*

Cleanthes pecuniam, quam collegerat: aliquando coram miliaribus abiecit: dicens *Cleanthes* alterum *Cleanthem* alio possit: si vellet. *Laert. lib. 7. cap. 2.*

Philoxenus in Sicilia fundum ac domum opulentam nactus & animadvertens illius gentis luxum ac delicias: per Deum abiit, hæc bona me non perdent, sed ego potius illa. Moxque abiit aliis hæreditatem, & à Sicilia abnavigavit. *Eras. lib. 8. apoph.*

Anaxion quinq; talentis à *Polycrate* tyranno *Samos* datus, cum per duas noctes pro ipsis sollicitus fuisset, reddidit inquit: non tanti esse, quanta ipsorum nomine cura laboraret: vel Odi munus, quod vigilare cogit. *Stob. serm. 21.*

Cuidam *Lampen* *Æginetam* efferenti, ad felicem prædicantem quod prædives videre ut, multorum navigiorum dominus: *Lampen* con, nihil (inquit) moror sollicitatem, de fanibus pendente. *Plutarch. in Lacon. apoph.*

Lampis interrogatus, quomodo sibi parasset divitias? Magnas, inquit, haud difficulter: exiguas verò cum labore ac tunc. *Plutarch.*

Aristippus reprehensus, quòd pecunias acciperet ab amicis respondit: se non idcò accipere, ut uteretur ipse: sed ut illi dicerent, ad quas res utendum sit pecuniis. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

Democritus audiens de divitiis variè disputantes, omnibus h

minibus p
dixit, qua
licitudine
runt hauc

Aleam
frugalit
decer, inq
dine vive

Socrate
spondit:
serm. 37.

Simoni
sapiencia
divitum t
re divitia

Plato
quantæ p
riarum i

Socrat
lum & b
honestis
scientib
improbr
divitiis.

Qui
stra
animi, h

Ut ve
frigidæ
tur: sic o
tur ab ar

Ut qu
ludis frig
adferun

Ut lo
breviore
rius con

Avic
fugere:
Non
meliore

inimicibus perpetuam quandam divitiarum cupiditatem inesse dixit, quæ non acquisitæ fuerint, vexant: si erunt acquisitæ, sollicitudine & cura torquent. Amittæ verò, dolores etiam adferunt haud mediocres. *Max. ferm. 12.*

Alcmenes Telecri F. à quodam objurgatus, quòd tam parçè frugaliterq; viveret, cum tamen amplissimas possideret divitias: decet, inquit, eum qui multa possidet pro ratione, non pro libidine vivere. *Plutarch. in Lacon.*

Socrates interroganti, quisnam videretur sibi ditissimus? respondit: qui paucissimis contentus est. *Anton. in Meliss. part. 1. ferm. 37. Stob. ferm. 5.*

Simonides interrogatus, utra res esset optabilior, divitiæ, an sapientia? dubito, inquit, ut qui videam sapientes frequentare divitum fores: innuens, philosophos verbis quidè contemnerè divitias: sed re tamen eas captare. *Erasmus 6. apoph. ex Stob.*

Plato interrogatus, quantas opes habere conveniret? dixit, quantæ possident neque insidias pariunt, neque rerum necessarum inopiam. *Stob. ferm. 92.*

Socrates adolescens interrogabat, quomodo divitias malum & bonum esse putaret? tum ille: non secus quàm tu nunc honestis quidem bonisq; hominibus bonas esse judicas: item scitentibus quo loco pecuniis utendum sit, iis commodæ sunt: improbis verò & imperitis, malæ, &c. *Plato in Eryxia, aut de divitiis.*

§ SIMILITUDINES.

Qui viro malo addit opes & gloriam, is febricitanti ministrat vinum. bilioso mel, cœliaci obsonia, quæ morbum animi, hoc est, stultitiam augeant. *Plut.*

Ut vestes videntur addere calorem homini, cum per se sint frigidæ: non addunt autem, sed cum, qui est corpore, tumentur: sic opes videntur dare jucundam vitam, cum ea proficiscatur ab animo, non à rebus externis. *Plutarch.*

Ut qui febris laborant, è diversis diversa capiunt: hoc est è calidis frigescent, è frigidis calefcent: sic & divitiæ molestiam adferunt stultis, & paupertas gaudium sapienti. *Plutarch.*

Ut longiore via potius utendū est, si modò sit tutior: quàm breviorè & periculosa: sic ad opes, ad gloriam utendū, ut ferius contingant rutò potius, quàm statim cum periculo. *Plut.*

Avis quæ pluma tantū tenetur, minimo dispendio potest auferre: sic opes non debent remorari à studio sapientiæ. *Senec.*

Non faciunt equum meliorem aurci freni: nec hominem meliorem fortunæ ornamenta. *Senec.*

Non

Non continuò melior gubernator, cui pulchrius aut majus sit navigium: ita non est melior vir, cui fortuna splendidior.

Senec.

Ut adamas si juxta magnetem ponatur, non patitur abstrahi ferrum: aut si ad motus magnes appropinquaverit, adamas è diverso rapit atque auferit: ita pecuniæ studium dissidet cum Christianiana pietate, & modis omnibus avocatur, nec sinit adhæretur Christo. *Erasmus.*

Quod tibi sunt ignaris musices: hoc opes his, qui nesciunt uti. *Erasm.*

Quemadmodum urtica, si cunctantur attingas ac timida adurit: si premas tota manu, non adurit: ita pecunia, si castum circumspicimus; tractes, inficit: si contemptum ac negligimus, innoxia est. *Plin.*

Ut Philosophus missa lingua victimæ, rem simul & optimam & pessimam misit: sic opes optimæ sunt, si rectè utaris: pessimæ, si secus. *Plutarch.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Divitiis etiam boni possident: bonorum divitiis possidentium exempla: Abraham, *Genes. 13. v. 2.* Abraham & Lot, *vers. 5.* Isaac, *26. v. 13.* Laban, *30. v. 30. 43.* Jacob, *36. vers. 6. 7.* Joseph, *41. vers. 52.* Filii Ruben & Gad, *Numer. 32. vers. 1.* Booz, *Ruth. 2. vers. 1.* Vir quispiam, *1. Samuel. 25. v. 2.* Berzellai, *2. Samuel. 19. vers. 32.* Salomon, *1. Reg. 10. vers. 14.* Sunamitis mulier, *2. Reg. 4. vers. 8.* Naaman, *5. v. 1.* Josaphat, *2. Paralip. 17. vers. 19. v. 12.* Joachim, *Daniel. 13. v. 4.* Rex, *Matth. 18. v. 23.* Adolescens quidam, *Matth. 23. v. 17.* Joseph Arimathæus, *27. v. 57.* Multi divites, *Marc. 10. v. 41.* Quidam dives, *Luc. 12. v. 16. & 16. v. 19.* Zachæus, *19. v. 10.* Divitiæ non rarò noxiæ, *Matth. 13. v. 22. Marc. 4. v. 19. Luc. 11. v. 14.* Exempla: Adolescens quidam, *Matth. 19. v. 22. Marc. 10. v. 22.* Princeps quidam, *Luc. 18. v. 23.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Anytus Atheniensis Socratis accusator, divite & sapiente patre Anthemione natus, non casu quodam aut alicujus largitione opulentus evasit (quemadmodum Thebanus Ismentius Polycratis pecunias nactus) sed prudentia propria, atque vigilantia. *Plato in Menone.*

Cannius fuit quispiam, qui quum utriculum aquæ sitienti Artaxerxi regi Persarum porrexisset, ab eo ad summam opulentiam evehctus est. *Plus, in Artaxerxe.*

Licinius
quantum p

Tantali
fuisse osten

exilio. *Via*

Sichæus
opulentia

trem, rege

ga Dido, &

Idem ibid.

Semiram
talibus sub

tractatione

In Siphno
decimas qu

P. Clodius
tiis c. XLV

Cicero ho
ter dignita

ret domû,

Zuing, fol.

Hominum
preme

ris & doni

phico *Pava*

quidem sir

cumq; cor

Vitrum
pud Horat

ferit. signi

tem pingui

scenti Gall

sumi depre

Pier. Valer. l.

Hierogl
tentiam *se*

curz signif

spinarum

CHRISTU
explicuisse

Licinius

Ucinius Cæsaris libertus, tantum agrorum fertur habuisse, quantum pervolarent milvi. *Theat. Zuing. fol. 606.*

Tantali divitiæ, proverbio locum fecerunt, quem prædivitem fuisse ostendit carmen illud ex tragœdia apud Plutarchum de exilio. *Viam dierum duodecim sero jugera. Idem.*

Sichæus *Didonis* maritus, ditissimus agri inter Phœnicas: quæ opulentia ei fuit exitio, impulitq; *Pygmalionem*, *Didonis* fratrem, regem Tyri, ut eum interficeret, ex eius thesauris profuga *Dido*, æmulam Romani imperii, Carthaginem ædificavit. *Idem ibid.*

Semiramis, Assyriorum prima regina & princeps, multis mortalibus subactis, metalla primum invenit, & captivis eorum tractationem mandavit. *Suidas.*

In *Siphno* insula ob metallifodinas ditissimi erant incolæ, & decimas quotannis Delphos mittebant. *Herodot. lib. 3.*

P. Clodius (quem *Milo* occidit) habitavit domo, empta seferiis cXLVII. millibus. *Theat. Zuing. fol. 607.*

Cicero homo novus *Arpinas* (ut *Salustius* ei improperat) præter dignitatem consularem eò divitiarum pervenit, ut habitaret domū, quæ fuerat *M. Crassi*, Romanorum ditissimi. *Theat. Zuing. fol. 607.*

§ HIEROGLYPHICA.

Hominem qui modò divitiis afflueret, modò rerum inopia premeretur, varioq; eventu fortunæ volubilitatem jacturis & donis experiretur, significare qui vellent, pro hieroglyphico *Pavonis tantum caudam* facere consueverunt, caudam is siquidem singulis annis cum primis arborum frondibus amittit, eumq; eorundem germine recipit. *Pier. Valer. lib. 24. pag. 220. F.*

Vitrum verò, qui opulentissimas divitias prodegerit, & ut apud *Horatium* est, res maternas atq; paternas fortiter absumserit, significare qui volunt: *Gallinam* aureos numos depascentem pugnant: de qua miraculum id prodicitur: ut si auro liquefcenti *Gallarum* membra misceantur, illud in carnes eas consumi deprehendatur: atque ita fit, ut *Gallina* sit auri venenum. *Pier. Valer. lib. 24. pag. 221. C.*

Hieroglyphicè passim loquitur *Evangelium*, ut ad hanc sententiam *semen ait inter spinas* concidisse, unde anxietatis divitiarum curæ significantur. Sed durum fortasse videtur, divitias per spinarum vocabulum intelligi: nisi *Dominus noster* **JESUS CHRISTUS**, qui eo usus est hieroglyphico, dictum ipse tuum explicuisset. *Pier. Valer. lib. 55. pag. 531.*

DOCTOR, DOCTRINA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Imperitos docere liberè. *1. Esd. 7.*

Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ. *Proverb. 18.*

Doctrina viri per patientiam noscitur: & gloria ejus est in qua prætergredi. *Ibidem 19.*

In auribus sapientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquii tui. *Ibidem 23.*

Verba sapientium audiuntur in silentio: plus quàm clamor principis inter stultos. *Eccles. 9.*

Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum fixi: quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore. *Eccles. 12.*

Beatus qui enarrat justitiam auri audienti. *Ibidem 25.*

Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedentes in excelsis ad speculandum. *Ibid. 37.*

Docete me, & ego tacebo: & si quid fortè ignoravi, instruite me. *Iob. 6.*

Doctrinam magis, quàm aurum eligite. *Prov. 8.*

Doce justum, & festinabit accipere. *Ibidem 9.*

Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum patet impertitia. *Ibidem 15.*

Non cesses audire, fili, doctrinam, nec ignores sermones sapientiarum. *Ibidem 19.*

Fili mi, inclina aurem tuam, & audi verba sapientium. Non pone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, si servaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis, & in Domino fiducia tua. *Ibidem 22.*

Ingradiatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad reuerentiæ. *Ibidem 23.*

Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiarum. *Eccles. 3.*

Esto mansuetus ad audiendum Verbum Dei: ut intelligas eum sapientia proferas responsum. *Ibidem 5.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Debet divinarum scripturarum Doctor fidei, ac debellare erroris, & bona docere, & mala dedocere: & hoc opere sermone conciliare adversos, remissos erigere, nescientes quid expectare debeant, intimare. *Augustin. de doct. Trin. Christi.*

Doctor dicitur, verum

Sicut gratia qui cognoscitur: ubi non dicitur lib. 3. d.

Doctrinam te lege, ne bona dicentur

Si me per pugnis

Da & ac

Strinx pro recipias pr

Ante vi

Strina gratia ber. Ambro

Perfecti fructus em

versatio co

Qui cor & probabu

etas juven

mendat. lo

Multi j non possu

alii persua

impertor

matriadem

Tantò q

neq; enim

do nescit a

est: sic alio

ab iniquis

sine tolera

Gregor. sup

Experte

angulis: li

non possia

Do

Doctor & Ductor id agere debet: ut non solum intelligenter, verum & libenter, & obedienter audiatur. *Idem ibid.*

Sicut gratus est, qui cognoscenda enubilat: sic & onerosus, qui cognita inculcat. nam delectandi gratia etiam nota dicuntur: ubi non ipsa, sed modus, quomodo dicuntur, attenditur. *Idem lib. 3. de doctrina Christiana.*

Doctrina per malos, palmes in sepe, botrus inter spinas: caute lege, ne dum quæris fructum, laceres manum: & quem audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. *Idem super Ioan.*

Si me posses docere, quod nescio: non solum te verbis, sed & pugnis cadentem deberem patientissimè sustinere. *Idem ibidem.*

Da & accipe, & iustifica animam tuam: id est, verbum doctrinæ proximis impende, & bonorum exempla relinque: ut recipias præmium vitæ æternæ. Tibiæ & Psalterium suavem faciunt melodiam, & super utraque lingua suavis. *Augustin. Eccl. 20. glos.*

Ante vita, quàm doctrina quærenda est. Vita bona sine doctrina gratiam habet: doctrina sine vita integritatem non habet. *Ambros. Glos. in epist. ad Philip.*

Perfectio discipulorū gaudium & corona est magistrorum: fructus enim magistri obedientia est discipuli, & ejus bona conversatio coronam dat magistro. *Idem ibid.*

Qui congrua disciplina unumquemque arguit, eruditum se, & probabilem doctorem in conspectu omnium ostendit: nec ætas juvenilis in doctore despicienda, quæ vita & discretio commendat. *Idem Glos. super illud Eccl. 42.*

Multi juxtà verus eulogium, cum quo loqui nesciant, tacere non possunt: docentq; scripturas, quas nō intelligunt: & quum alii persuaserint, eruditorum sibi assumunt supercilium, prius impertitorum magistri, quàm doctorum discipuli. *Hieron. ad Demetriadem virginem.*

Tantò quiq; minùs ostenditur doctus, quantò minùs patiens, neq; enim potest veraciter bona docendo impendere, si vivendo nescit adversa æquamiter tolerare. Perfecti enim doctoris est: sic aliorum improbitatem patienter sufferre: ut se noverit ab iniquis patienter observare. Neque enim propria munditia sine tolerantia sufficit, neque tolerantia sine munditia valet. *Gregor. super Proverb. 25.*

Experto crede: aliquid amplius invenies in sylvis, quàm in angulis: ligna & lapides docebunt te, quod à magistris audire non possis. *Bernh. in quadam epist.*

DO DOCTOR, DOCTRINA.

Doctrinæ spiritus non curiositatem acuit: sed charitatem accendit. *Idem super Cant.*

Non minus pium est, docere animum scientiam, quam prebere escam corpori. *Idem ibidem.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Troade.

Dediscit animus serò, quod didicit diù.

Ovid. lib. 6. Faustor.

Cetera jam pridem didici puerilibus annis:

Non tamen idcirco prætereunda mihi.

Plautus in Amphitrione.

Haud æquum facit, quod qui didicit, id dediscit.

Horatius de arte Poëtica.

Cur nescire pudens prævè, quàm discere malo?

Idem lib. 1 Epist. ad Mecœnat.

Ne cures ea, quæ stultè miraris & optas:

Discere & audire, & meliori credere non vis.

Ovid. lib. 4. Metamorph.

Fas est & ab hoste doceri.

Horat. lib. 2. Epist. ad Augustum.

Navem agere ignarus maris timet, abrotanum egro

Non audet, nisi qui didicit, dare. Quod medicorum est.

Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

Propert. lib. 2. eleg. ad Mecœnat.

Navita de ventis, de tauris narrat arator:

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Horat. lib. 1 Epist. ad Lollium.

Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:

Qua ratione queas traducere leniter ævum.

Horat. Satyr. 3. lib. 2.

Dixerit insanum qui me, totidem audiet: atq;

Respicere ignoto discet pendentiâ tergo.

Ex Comicis Græcis.

Ἀναφείρετον κῆμ' ἐπὶ παιδείᾳ ὄροτοῖς.

Doctrina domino haud eripi suo potest.

Ἄπαντας ἢ παιδῶν σὺς ἡμῶν ποιεῖ

Doctrina mores esse non sinit feros.

Βακχελία γὰρ ἐπὶ παιδείᾳ εἶναι.

Doctrina baculus dicitur vitæ potest.

Καὶ

Doct

Καὶ

Doct

Doct

Ταυ

Mori

Ο γ

Sata

Διπ

Vir l

Ο γ

Illite

Καὶ

Eft

Ως

Vbi

Ο ο

Sap

Ο ο

Ha

Σο

Pre

Σο

Et

Σο

Sap

Σο

Sap

Σο

Sap

Si quis
mit om
perniciof
tia: ut no
possit: is r
amigullim
Quo q

Καλλιῶν ἐστὶ κτῆμα παιδεία βροτοῖς.
Doctrina, quavis pulchrior possessio.

Καν τῶν ἀγροίκων ἐστὶ παιδείας λόγος.
Doctrina habetur ratio vel ab agrestibus.

Τιμὴ πύφουκ πᾶσι παιδεία βροτοῖς.
Mortalibus doctrina honori est omnibus.

Ὁ γράμματ' εἰδώς κτ' περισδὸν νοῦν ἔχει.
Satis superque literatis mentis est.

Διπλῶν ὀρθῶσιν οἱ μαθόντες γράμματά.
Vir literatus duplo acutius videt.

Ὁ γραμμάτων ἀπειρος ἢ ἐλίπει ἐλίπων.
Illiterati quod vident, id non vident.

Καλὸν δὲ κτ' γέροντι μαθῆναι σοφά.
Est discere perhonesto res seni quoque.

Ὡς ἐδὲν ἢ μάθησις ἀν μὴ νῦν παρῆ.
Vbi deest mens, disciplina nil juvat.

Ὁ σοφὸς ἐν παντὶ περιφέρει τιλ' ἐσίω.
Sapientis suas ubique circumfert opes.

Ὄκα ἔστι σοφίας κτῆμα πριώτερον.
Haud ulla res pretiosior sapientia.

Σοφία δὲ πλάτου κτῆμα πριώτερον.
Pretiosior res opibus est sapientia.

Σοφία γδ' ἐστὶ κτ' μαθεῖν ἀ μὴ νοεῖς.
Et discere id, quod nescias: sapientia est.

Σοφὸς παρ' ἀνδρὸς γρη' σοφὸν π μαθῶναι.
Sapiente sapiens aliquid à viro accipe.

Σοφοῖς ὀμιλῶν, καυτὸς ἐκβήση σοφός.
Sapientis eris, sapientibus sapere asidens.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHORUM.

SI quis omiſſis honeſtiſſimis ſtudiis rationis & officii, conſumit omnem operam in exercitacione dicendi, iſ inuſilis ſibi, pernicioſus eiſ patriæ alicur: qui verò ita ſe armat eloquentia: ut non oppugnare commoda patriæ, verùm pro iis pugnare poſſit: iſ mihi vir, & ſuis & publicis rationibus utiliſſimus atque amiſſiſſimus eiſ fore videtur. Cic. de Invent.

Quò quiſque eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet iracun-

DO DOCTOR, DOCTRINA.

dus & laboriosus: quod enim ipse celesiter arripuit, tanquam tardè percipi videns, discutitur. *Pro Rose. Com.*

Eruditus oportet semper aliquid ex se promat, quod alibi delectet: aut seipsum laudibus illustret. *L. Lucius ad Ciceronem Famil. lib. 5.*

Docti non solum vivi ac presentes studiosos discendi edocent, atque docent: sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. *1. Offic.*

Si ex literis delectatio tantum peteretur: tamè hanc animi diversionem humanissimam & liberalissimam iudicaremus. Næc ceteræ res, neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem edocent, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant otiosum, peregrinantur, rusticantur quod si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. *Pro Archia Poeta.*

Studiis ac literis res secundæ ornantur, adversæ adjuvantur. *Ad Lucium 5. Famil.*

An ultimum putas fieri posse civem egregium, qui non sine eloquentiæ artibus & bonis disciplinis eruditus? An ulla alia esse putas rudimenta, & incunabula virtutis, quibus animi gloriæ cupiditatem aluntur? *Recrim. in Sat.*

Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent commune quoddam vinculum, & quasi cognationem inter se continentur. *Pro Archia Poeta.*

Omnis ingenuarum & humanarum artium doctrina, ut quodam societatis vinculo continetur. *3. de Orat.*

Ceteræ artes se ipsæ per se tuentur singulæ. *2. de Orat.*

Nihil est quod quisquam magnitudinem artium, ex eo quod senes discunt, pertimescat: namque aut senes ad eas accesserunt, aut usque ad senectutem in studiis retinetur, aut sunt tardissimi. *3. de Orat.*

Literæ discuntur faciliè: si & tantum sumas. quantum oportet: & habeas qui docere fideliter possit: & scias ipse etiam discere: ita ut facilis usus doctrina confirmet, mediocris operaturatur, memoria studiumque permaneat. *3. de Orat.*

Non est interdum aut à rerum natura, aut à lege aliqua atque more: ut ne singulis hominibus amplius quam singulæ artes nosse liceat. *1. de Orat.*

Interest magni eius, qui discere vult: utrum unum omnia, aut omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse? Si enim

DO

putabit omnia

mnium nite

bit, ipsis eni

Literæ p

diocesse pon

Exempla

accederet. l

Nulla ar

pereipi por

Studia n

quo intenc

Quæ bo

optima, ac

Nunqu

busdam re

Senec. 72. e

Eligam

& commu

qui vitam

quam in e

ibidem,

Quid f

Quæ ne

sine occul

tuor virtut

Eum el

quàm qu

Cupio

gaudeo d

eximia &

hac excep

enuntien

sio. Idem

Liber

spondet:

studere.

rium ex v

lib. 8.

Docti

& conve

xerit, tr

osulos d

putat

putabit omnia posse penes unum consistere, ipse quoque ad omnium nitetur facultatem; si is desperabit, in paucis se exercebit. ipsis enim contentus erit. *3. de Orat.*

Literæ posteritatis causa repertæ sunt, quæ oblivioni, subsidio esse possent. *Pro Sylla.*

Exempla omnia jacerent in tenebris: nisi literarum lumen accederet. *Pro Archia Poëta*

Nulla ars literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi potest. *Cicer. Trebatio. Famil. Epist. 7.*

Studia nihil profunt perveniendi aliquò: nisi illud quod eò, quò intendas, ferat deducatq; cognoris. *1. de Orat.*

Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrinâ: & quæ non optima, acui tamen aliquo modo & corrigi possunt. *1. de Orat.*

Nunquam nimiùm dicitur, quod nunquam satis dicitur: quibusdam remedia monstranda sunt: quibusdã inculcanda sunt. *Sens. 72. epist.*

Eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant, & communes locos volvunt, & in privato circulantur: sed eos, qui vitam docent: qui quum dixerint, quid faciendum sit, nunquam in eo, quod dixerint fugiendum, deprehenduntur. *Idem ibidem.*

Quid faciendum sit: à faciente discendum est. *Idem epist. 9.*

Quæ nosti, sine arrogantiâ postulanti imperties: quæ nescis, sine occultatione ignorantia tibi postula impartiri. *Idem de quaestione virtutis.*

Eum elige doctorem, quem magis admireris quàm videris, quàm quum audieris. *Idem epist. 35.*

Cupio omnia, quæ scio in alium transfundere: aliquidque gaudeo discere, ut doceam: nec me ulla res delectabit, licet sit eximia & salutaris, quam mihi soli profuturam videro. Si cum hac exceptione detur sapientia: ut illam inclusam teneam, nec enuntiem, rejiciam. Nullius boni sine socio jocunda est possessio. *Idem epist. 27.*

Liber cum una forma rem affert, & ex partibus diversis respondet: ideo plus prodest docentem audire: quàm in libris studere. quia vehementior fit impressio in mentibus auditorum ex visu doctoris & auditu, quàm ex studio & libro. *Valerius lib. 8.*

Doctrinæ & eloquentiæ ornamenta in pronuntiatione apta & convenienti corporis gestu consistunt: quibus qui se instruxerit, tribus modis homines aggreditur: aures penetrando, oculos demulcendo, & animo invadendo. *Idem ibid.*

§ APOPHTHEGMATA.

Tales dicere solebat: faciem componere, non præclarum esse: sed bonarum artium studiis animum excolere longè esse præclarior. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

Idem interrogatus, quisnam esset felix? qui corpore, inquit, sanus est; animo verò eruditus. *Ibidem.*

Solon cum objiceretur ei, quòd in foro conduxisset oratorum: atqui dixit, cum habeo convivium coquum conduco. *Ant. part. 1. serm. 50. Meliss. Max. serm. 17.*

Socrates interroganti, quòdnam esset pulcherrimum animal: dixit: homo doctrina ornatus. *Antonius in Meliss. part. 1. serm. 50.*

Idem cum ei sermo barbarus exprobaretur: Ego quidem, dixit, barbarus sum verbis: vos autem moribus. *Antonius serm. 50. part. 1. Melisse.*

Diogenes rogatus, quòd onus terra gravissimum sustineret: indoctum hominem, respondit. *Maxim. serm. 17.*

Plato interrogatus, quidnam inter peritum & imperitum intereresset? quòd inter medicum, ait, atq; ægrotum. *Brunson. lib. 3. cap. 9. ex Stob.*

Aristoteles interrogatus, qua re differrent docti ab indoctis: qua vivi, inquit, à mortuis. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Idem illud amicis & discipulis inter differendum frequenter solitus est ingerere: visum accipere lumen à circumfuso acre: animam autem à disciplinis liberalibus. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Idem rogatus quid ex philosophia lucratus esset? hoc, inquit, ut in iustus ea faciam, quæ plerique per legum meum operantur. *Cic. lib. 5. Tuscul. quæst.*

Stilpon philosophus rogatus, quid statua durius esset? homo doctrinæ expertus & stolidus, dixit. *Stob. serm. 4.*

Aristippus percontanti qua re differret sapiens ab indocto: mitte, inquit, ambos nudos ad homines ignotos, & videbis. *Laertius.*

Idem cuidam percontanti, qua re esset melior evasurus filius, si cum curaret literis erudiendum? ut nihil aliud, inquit, certe in theatro non sedebit lapis super lapidem. *Laertius libro secundo capite octavo.*

Idem Aristippus cum ab eo, qui sibi filium commendarat, quingentas petiisset drachmas: ac is dixisset, se tanti mancipii coemere posse: eme, inquit, & habebis duo. *Plutarch.*

Antisthenes interrogatus, quam ob rem divites non irent ad sapientes, & eruditos viros, sed hi ad illos? respondit: quoniam eruditi

eruditi sciunt
lissa part. 1.

Aristippus
narium ver-
bus donat
patriam co-
re: ejusmo-
etiam cum

Socrates
doctum: h

Idem int
Disciplina
serm. 17.

Idem qu
esse studio
qui, ne du
Maxim. ser

Bion qu
diosè cura
bi similis
curas. *Ma*

Aristipp
quo inqu

Stilpo c
blico ince
metrio, cu
quid perdi
epist. 9. ad

UT equ
te exu
possint u
tes, in gy
rerum hu
Cic. lib. 1. 6

Ut è di
rum mixt

Cibus i
tus in vire
in memo
dunt eruc

Terra

eruditi sciunt, quæ sibi desint: illi vero nesciunt. *Antonius in Melissa part. 1. serm. 50.*

Aristippus naufragio eiectus ad Rhodiensium littus, in gymnasium venit, deq; philosophia disputavit, & plurimis muneribus donatus est. Dicentibus verò comitibus, qui de reditu in patriam cogitabant: num quid suis nuntiari vellet? iussit diceret: ejusmodi possessiones & viatica, liberis oportere parari, quæ etiam cum naufragio possent unà enacare. *Vitruvius lib. 5.*

Socrates videns hominem prædivitem, sed planè rudem & indoctum: hic, ait, equus est, argento ornatus. *Erasm. lib. apoph.*

Idem interrogatus, quid in vita suavissimum esset? respondit: Disciplina & Virtus, & rerum incognitarum historia. *Maxim. serm. 17.*

Idem quendam ex discipulis suis animadvertens, agri quidem esse studiosissimum, sed actionis negligentem. Heus tu, vide, inquit, ne dum agrum cicurare vis, animum tuum efferari sinas. *Maxim. serm. 1.*

Bion quùm intellexisset, quendam ex familiaribus suis studiosè curantem, ut imago ipsius similis fieret: Tu, inquit, ut tibi similis lapis fieret, curasti; at ipse ne lapidi similis fias, non curas. *Max. serm. 1.*

Aristippus interrogatus, in quo differrent docti ab indoctis? quo inquit, equiti domiti, ab indomitis. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

Stilpo capta patria, amissis liberis, amissa uxore, cum ex publico incendio solus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exiitio urbium Poliorcetes fuit: num quid perdidisset? omnia, inquit, bona mea mecum sunt. *Seneca epist. 9. ad Lucil.*

§ SIMILITUDINES.

UT equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes dormitoribus tradere solent, ut iis facilioribus possint uti: sic homines secundis rebus effrenatos sibi præsidentes, in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet: ut perspiciant rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. *Cic. lib. 1. offic.*

Ut è diversis vocibus constat chorus: ita variarum disciplinarum mixtura constat eruditio. *Senec.*

Cibus innatans stomacho, onus est, non cibus: *Idem* mutatus in vires & sanguinem transit: sic quæ legeris, si solida durante in memoria, aliena manent: si abeunt in ingenium, tum reddunt eruditorem. *Seneca.*

Terra quæ gignit salem, nihil aliud gignit: sic ingenia fecun-

DO DOCTOR, DOCTRINA.

cunda in literis, in cæteris ferè rebus non perinde valent. *Plinius lib. 31. cap. 7.*

Vina vasis infusa è taxo factis, mortifera sunt: ira salutaris alioquin eruditio, si inciderit in hominem pestilentem, mors illius redditur noxia. *Plinius.*

Ut laurus tota virescitur perpetuò, ita doctrinæ fama non senescit, neq; marcescit. *Plinius lib. 10.*

Ut qui hircosi sunt, gravius olent, cum se unguentis obleverint: ita foedior est nequitix fama, si eam doctrinæ celebrata reddat magis conspicuam, latiusq; traducat in hominum fabulas. *Erasmus.*

Ut gemma minutula quædam res est, sed ingentibus tamantissaxis antepositur: sic homo pusillus, sed ingenio valens. Itæ philosophia seu virtus ostentatione minimum quiddam est, sed precio maximum. *Idem.*

In ludo spheræ simul discunt & mittere & excipere commodè: at in doctrina prius est bene accipere, quam mittere quemadmodum concipere prius est, quam patere. *Idem.*

§ EXEMPLA SACRA.

DOcilitatis exempla: Populus Israëliticus, *Nehem. 8. vers. 4.* multitudo, *Luc. 8. vers. 4. & 21. v. 38. Actor. 2. v. 6. 8. 10. 17. Thessalonicenses, 1. Thessal. 2. v. 13.*

§ EXEMPLA PROFANA.

E*Picurus Atheniensis* tanto studio discipulos exercebat: ut etiam memoriter tenerent ipsis scripta. *Laert. lib. 10.*
Arcefilaxus Pitaneus ut doctissimus erat, & in docendo promptus atque diligens: ita etiam in communicandis rebus suis præcipue facilis. *Laert. lib. 4.*

Zeusmaticus monachus, quamvis cæcus esset: tamen sedulo circumvit orans, docens, confirmans, reprehendens. *Theodoretus lib. 4. cap. 28.*

Asclepius Afer in Bajensi territorio parvi vici Episcopus in docendo extemporanea facultate præditus erat, circa annum domini 440. sub Theodosio juniore. *Gennadius in Catalogo suo.*

Bartolus, quinquennium consumpsit integrum in prælectione legis, de ætate. ff. de minoribus. *Richardus in eius vita.*

Vide *Discendi cupiditas, &c.* Item infra, *Professor, Præceptor.*

DOLO

DOLOR.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui peregrinationem propriam diligit, dolor est etiam inter dolores nescit. Iusti autem verba dolore plena sunt: quia quousque presentia tolerat, ad aliud loquendo suspirat. *Greg. l. 7. mor.*

Mitigat vim doloris considerata æquitas ferientis. *ibid.*

Tanto quisque perfectior est, quanto perfectius sentit dolores alienos. *ibidem.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. de bello Getico.

Semperque vicissim

Gaudia premissi cumulant inopina dolores.

Ovid. 5. Trist. 1.

Strangulat inclusæ dolor, atque cor aestuat intus,

Cogitur et vires multiplicare suas.

Idem 1. Amor.

Minuet vindicta dolorem.

Seneca Troad.

Levis est dolor qui consilium capere potest.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Non obis autem ignosci potest prolapsis ad lachrymas: si non nimis decurrerint: si illas ipsi repressimus: nec sicci sint oculi amico amisso, nec fluant: lachrymandum est, non plorandum: per lachrymas argumenta desiderii: quaerimus: & dolorem non sequimur, sed ostendimus. *Senec. epist. 63.*

Finis dolendi qui consilio non fecerit tempore invenit. *Id. ibid.*

Turpissimum est in homine prudente remedium mororis: lassitudo morendi, malo relinquitur dolorem, quam ab illo relinquitur. annon foeminis constituere majores, an lugendum, non ut tam diu lugerent & ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est: quia nullum honestum. Nulla res citius in odium venit, quam dolor: qui recens consolatorem invenit, & aliquos ad se adducit: inveteratus vero deridetur. nec immerito. Aut enim simulatus, aut stultus est. *Idem ibid.*

Vinceris a dolore, si cesseris: vinctus, si te contra dolorem intenderis. *Idem epist. 79.*

Dura res est dolor, in motu mollis. pauci dolorem poterunt ferre: simus ex paucis. Imbecilles natura sumus: naturam infamare noli: illa nos fortes genuit. *Idem de remediis fortune.*

Doloris rationem ab inimicis exigit, qui patiendū dolorem non ostendit. *Idem in Proverb.*

Animo

Animodolenti nihil oportet credere: etiam innocentes cogit mentiri dolor, homo ne sit sine dolore, fortunam invenit. *Læso doloris remedium est inimici dolor: dolor decidit, ubi quo crescat non habet. Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Socrates rogatus, quomodo quis vitam tristitia vacuam degeret? respondit, fieri non posse: ut qui in civitate aut familia habitat, & hominibus conversatur, non aliquando tristetur. *Anton. & Max. serm. de dolore & tristitia.*

Idem interrogatus, quid bonis molestum esset? respondit, prosperitas impiorum. *Anton. & Max. serm. de dolore.*

§ EXEMPLA SACRA.

Doloris exempla: Eva, *Genes. 3. vers. 16.* Isaac, *2. p. 67.* Simita, *3. p. 34. & 35.* Israëlitz, *Exod. 3. v. 7. 8.* Anna Elcana uxor, *1. Samuel. 1. v. 15. 16.* Uxor Phinees, *4. v. 19.* David, *2. Samuel. 1. v. 26. & 19. v. 1. 2.* Mater Jabes, *1. Paralip. 4. v. 9.* Afa, *2. Paralip. 16. v. 12.* Filius Sunamitidis, *2. Reg. 4. v. 10.* Esdras, *3. Esdr. 8. v. 9. & 4. Esdr. 5. v. 34.* Job, *1. Job 2. v. 13. & 7. v. 5. & 10. v. 29. & 16. v. 6. & 30. v. 16. 17.* David, *Psalm. 13. v. 23. & 18. v. 5. & 31. v. 10. 11. & 38. v. 4. 5. 6. & 9. v. 19.* Esaias, *Esai. 21. v. 3.* Messias, *13. v. 7.* Baruch, *Jerem. 45. v. 1. 2. 3.* Damascus, *49. v. 24.* Jeremias, *Thren. 5. v. 15. 16. 17.* Mathathias, *1. Macchab. 2. v. 24.* Joseph & Maria, *Luc. 2. v. 18.* Paulus, *Rom. 9. v. 2.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Cness Pompeius ex acie Pharsalica fugiens, ad Ptolomeum Ægypti regem confugit: hunc Cornelia uxor comitata, in navicula à Septimio & Achilla Ægyptio miserè trucidari vidit. *Plutarch. in Pompeio.*

Alexander Magnus semel visas Darii regis uxorem atq; filiam in conspectum suum admittere amplius recusavit: magnos oculorum dolores Persides esse inquiens, *μεγάλους λύπας ὀφθαλμῶν αὐτῆς.* *Plutarch.*

Tiberius Cesar cum repudiata Agrippina dilectissima, Julia Augusti filiam coactus esset ducere, eam post divortium semel omnino ex occursum visam adeo contentis & tumentibus oculis profecutus est: ut custoditum sit deinceps, ne unquam in conspectum eius veniret. *Suet.*

D. Augustinus ut dolorem, quem ex matris Monicæ morte conceperat, abstergeret: ipso funeris die in balneum ivit: sed peritum profuit. Dormitum se conferens, posteaquam evigilavit, magna ex parte mitigatum dolorem deprehendit, & recordatus est versuum *D. Ambrosii*: Deus creator omnium. Poliquæ

Simular

cum vi

& vita cor

Virum

Disper

Abom

Sepulc

bant, ven

Mellit

Psalm. 54.

Acuer

sub labiis

Non o

nim func

tium, &

um, sic &

proximi

lectis im

ab uno de

insidiatu

Attent

cat super

Admi

lienabit

Stultu

ut perfic

lenter, &

auferat.

concinna

queretur

Ecce p

quitatem

quam fec

semipsu

Infixa

rector, vestiens, &c. *D. Augustinus lib. 9. Confession. cap. 12.*

Vide Consolatio, Tristitia.

DOLUS.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Simulatores & callidi provocant iram Dei, neq; clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. *Iob 36.*

Virum sanguinũ & dolosum abominabitur Dominus. *Psal. 5.*

Disperdet Dominus universa labia dolosa. *Ibid. 11.*

Abominatio Domini est illusor. *Proverb. 3.*

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. *Psal. 18.*

Melliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt jacula. *Psal. 54.*

Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum. *Psal. 139.*

Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi. Sicut enim eruçant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caveam, & ut caprea in laqueum, sic & cor superbiorum: & sicut prospector videns casum proximi sui. Bona enim in mala convertens insidiatur, & in electi imponet malum. A scintilla enim una augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur. *Ecclef. 11.*

Attende tibi à pestifero: fabricat enim mala, ne forè inducat super te subsannationem in perpetuum. *Ibid.*

Admitte ad te alienigenam, & subvertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis. *Ibidem.*

Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem: ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulentè, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat. Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacii, cum loqueretur pauperi iudicium. *Esa. 32.*

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & pariet iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foveam, quam fecit. Convertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. *Psal. 7.*

Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt: in laqueo isto, quem

quem absconderunt comprehensus est pes eorum. *Ibidem 9.*

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Ibidem 54.*

Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. *Proverb. 3.*

Non inueniet fraudulentus lucrum. *Ibidem 12.*

Vir versutus odiosus erit. *Ibidem 14.*

Qui decipit justos in via mala in interitu suo corruet: & simplices possidebunt bona eius. *Ibidem 28.*

Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, & plagi dolosa dolosi dividet vulnera: & qui foveam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. *Eccles. 27.*

Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus: & in gente huiusmodi non ulciscetur anima mea? *Ierem. 9.*

Maledictus dolosus. *Malach. 1.*

§ SENTENTIA POETICÆ.

Vergil. lib. 2. *Æneid.*

Dolus an virtus qui in hoste requirat?

Horat. de arte poetica.

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

§ APOPTHEGMATA.

Lysander, quum quidam ei probro daret: quod pleraque dolo & fraude gereret, ridens dixisse fertur: ubi quis quod vellet non assequeretur, leonis exuvio, vulpinum applicandum esse. *Plutarch. in Lacon.*

Quum Fabius simili arte recepisset Tarentum. quali Annibale cœperat: & Roma (inquit Annibal) suum habet Annibalem. *Plutarch. in Annibale.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Doli exempla. Filii Jacob, *Genes. 34. 14.* Abner, 2. *Sam. 3. 27. 13. & 57. 5.* Doeg Idumæus, *Psalms. 52. 7. 3. 4.* populus Iudæus *Ierem. 9. 8.* Antiochus, 1. *Machab. 1. 31. 32.* Alcimus & Bacchides *7. 15.* Principes Sacerdotum & Seniores, *Matth. 26. 4.* Insidiatores Christi, *Luce. 22. 7. 20.* Elymas Magus, *Act. 13. 7. 10.*

§ EXEMPLA PROPANA.

Ulysses, quæ sapientiæ nomine celebrat Homerus. dolo gloriatur, non malo, sed quo iuste contra hostes uti possumus inquit ergo:

Εἰ μὴ ὀδυσεὺς λαερτιάδης, ὅς πᾶσι δόλοισι
Ἀνθρώποισι μέλω, ἢ μευκλῆς ἢ ἄρκυον ἱκεῖ.

Theat. Zuing. fol. 1640.

Aristome
dam astutu
cor. cum
lib. 11. Vale

Fama e
peratorio
ser: quàm

Diodorus li

Arauzis

aperta aci

Vide

DOnu
ei fac

Munu

gnatione

Cum

Anim

Beati

Est da

plex. Ecc

Dogen

si do

DOno

vers.

euli, Exo

7. 7. 8.

thas, 1. 1

7. 21. Pil

THew

rim

quit: per

Civil

Pompo

de illi c

Aristo

Aristomenes Messenius, suæ tempestatis homines eximia quadam astutia & calliditate longè superasse dicitur: cuius defuncti cor, cum exectum esset, pilis refectum fuisse ferunt. teste *Plin. lib. 11. Valerius Max. lib. 1. cap. 8.*

Fama est, *Philippum Macedonem* magis de prudentia, astu imperatorio. & successu, quem in conciliandis hominibus habuisset: quàm de copiarum & auxiliorum viribus gloriari solitum. *Diodorus lib. 16.*

Aratus Sicyonius, ut consiliis & astu mirificè polluit: ita in aperta acie timidus fuit. *Plutarch. in Arato.*

Vide Fraus.

DONUM.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. *Proverb. 18.*

Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam *Ibid. 21.*

Cum dederis, ne improperes. *Ibid. 41.*

Animam autem aufert accipientium. *Proverb. 22.*

Beatius est magis dare, quàm accipere. *Actor. 20.*

Est datum quod non est utile; est datum cujus retributio duplex. *Eccles. 20.*

§ APOPHTHEGMATA.

Digenes cuidam pallium à se repetenti, lepidissimè respondit: si donasti, habeo: si commodasti, utor. *Laert. lib. 6.*

§ EXEMPLA SACRA.

Donorum oblatorum exempla: Servus Abraham, *Genes. 24. vers. 52. 53.* Populus Israëliticus ad fabricationem Tabernaculi, *Exod. 36. v. 5. 6.* David, *1. Samuel. 30. v. 26.* Josias, *3. Esdr. 1. v. 7. 8.* Assnerus, *Esth. 2. v. 18.* Cognati Job, *Iob. 42. v. 11.* Jonathan, *1. Macchab. 10. v. 60.* Alexander, *vers. 8. 9.* Christus, *Luc. 7. v. 21.* Pilatus, *Marc. 15. v. 45.*

§ EXEMPLA PROPANA.

Themistocles exul à Persarum rege Artaxerxe honoratus plurimis donis, ac citò factus opulentius. filiis suis, Filii inquit: perieramus, nisi perissemus. *Plut. in apoph.*

Civili seditione, quæ in *Xysti III. Pontificis* tempora incidit, Pomponii *Læti* domo temerè direpta, tam multa sunt hinc inde illi congesta ab amicis & affectatoribus: ut penè plura accipissa

DO DORMITATIO. Dos.
cepisse credatur, quàm amiserit. *Sabellius in Pompei vita.*
Vide Munera.

DORMITATIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. eleg.

*Infelix totâ quicumq; quiescere nocte
Sustinet, & somnos præmia magna vocat.*

Plautus in rudente.

Vigilare decet hominem:

Qui vult sua tempore conficere officia.

Nam qui dormiunt libenter: sine lucro, & cum malo quiescunt.

Vide Somnus. Item Ignavia, Otium, Pigritia.

DOS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 24. lib. 3.

*Dos est magna parentum
Virtus: & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas:
Et peccare nefas, aut precium mori.*

Plautus in Amphitrione.

*Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur:
Sed pudicitiam & pudorem, & sedatum cupidinem,
Deum metum, parentum amorem, & cognatum concordiam:
Tibi morigera, atq; ut munifica sis bonis, prosum probis.*

Idem in Aulul.

Dummodo morata rectè veniat, donata est satis.

Ausonius in Bix sententiis.

Quæ dos matronis pulcherrima? Vita pudica.

Plautus in Perfa.

*Tace stulta, non tu nunc hominum mores vide:
Quojusmodi? hic cum mala fama facillè nubitur,
Dum dos sit, nullum vitium vitio vertitur.*

Plautus in Afinaria.

Argentum accepi dote, imperium vendidi.

§ APOPH

DO

C Hilon d
ducendo
fas. Laert. l
Lycurges
virgines el
relinquere
in Lacon. ap
Lacena
tem esset a
Plut. in apo
Themistoc
lisset, quib
que pecun
& apophth

Æ Schin
ultim
Priscis s
cem mill
40. millia
gressæ su
tem dede
Erico D
tem arcu
Cranzius
Vide
Munera

vb
C
E
R

§ APOPHTHEGMATA.

Chilon dicere solebat, uxorem humilem modico apparatu ducendam esse: ne pro conjugē dominam in domum accersas. *Laert. lib. 1. cap. 4.*

Lycurges interrogatus, cur lege cavisset: ut absque ulla dote virgines elocarentur? ut, inquit, neque propter inopiam ullæ relinquerentur innuptæ: neq; ob divitias expeterentur. *Plut. in Lacon. apoph.*

Lacena quædam virgo paupereula, rogata quam sponso dorem esset allatura? pudicitiam, inquit, à majoribus traditam. *Plut. in apoph.*

Themistocles quum ex procis filiz virum probum diviti prætulisset, quibusdam hoc admirantibus: malo, inquit, virum absque pecunia, quàm pecuniam absque viro. *Plutarch. in Themist. & apophtheg.*

§ EXEMPLA PROFANA.

A*Schines Socraticus* vetula ducta ditescit. *Athenens lib. 3. cap. ultimo.*

Priscis seculis dos olim apud Romanos æs grave fuit: mox decem millia æris, dotes non excessere: postcà corruptis moribus 40. millia. Divites uxores in dote, ad quadraginta millia supergressæ sunt: in tantum, ut *Megulia*, quod quingenta millia dorem dederat. *Dotatæ* nomen tulerit. *Alexand. lib. 4. cap. 3.*

Erico Danorum regi, nupsit *Philippa* Portugalliz regis filia dorem attulit denarium aureum unum, multa millia pendentem. *Cranzius lib. 11. Vandaliz cap. 18.*

Vide Conjugium, Donum, Matrimonium, Munera.

DUX.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in *Amphytrione*.

*Vbi summus imperator non adest ad exercitum,
Citius quod non factu est usus fit, quam factu est opus.*

Seneca in *Octavia*.

Extinguere hostem, maxima est virtus ducis.

Martial. lib. 5. *Epigram.*

*Quatenus hi non sunt: esto tu Caesar amicus:
Nulla ducis virtus dulcius esse potest.*

Bb

Silius Italicus lib. 3. bel. Civit.

*Turpe duci totam somno consumere noctem;
O rector Lybia! vigili stant bella magistro.*

Claud. de bel. Getico.

Ductorq; placebat,

*Non qui precipiti traheret simul omnia casu;
Sed qui maturo vel lata, vel aspera rerum
Consilio momenta regens, nec tristibus impar;
Nec pro successu tumidiss, spatiumq; morandi;
Vincendiq; modum mutatus nosset habens.*

Ovid. lib. 3. Fastorum.

*Diffugiunt Tyrii, quo quenque agit error: ut olim
Amisso dubia rege vagantur apes.*

Valerius Flaccus lib. 4. Argonau.

*Bebricæ exemplo spargit fuga: nullus adepti
Regis amor, montem celeres silvamq; capeffunt.*

Seneca in Octavia.

Servare civēs, major est virtus patria patri.

§ APOPTHEGMATA.

A Gesipolis Pausania F. cuidam dicenti ipsum, cum rex esset cum æqualibus suis fuisse obsidem: non libros, aut uxores eorum: & quidem non injuria, inquit: Par enim est, ut & nostra errata feramus. *Plin. in Lacon. apoph.*

Brasidas egressus ad bellum, hunc in modum scripsit Ephoris: quicquid erit malorum in bello, aut profligabo, aut moratus æstatis animum fortissimo duce dignum. *Erasm. in apoph.*

Iphicrates oratori cuidam pro concione hunc in modum ipsum interroganti: quæ res, ut tam sublimes geras spiritus: num equus aut sagittarius, aut scutatus, aut pedes? nihil horum inquit: sed qui his omnibus imperare didici. *Plut. in apoph.*

Idem in sociorum agro castrametatus, cum vallum extrueret & fossam pararet, objicienti: quid est, quod metumamus? dixit nulla imperatoris vox deterior esse potest, quam, Non putabam. *Plutarch. & Stob.*

Chabrias frequenter dicere solebat: eos demum ducis munere quam optime fungi, qui res hostium quam maxime cognoscant & perspectas haberent. *Plut. in apoph.*

Pausanias Plistonactis F. percontanti, quo pacto possent debellare: Thraces? sic inquit, qui vir optimus est, cum bellum ducere delegerimus. *Plut.*

Albertus

Romanis
plus præfic
exercitus p
Sylvius lib.

Phocian,

bus, quid
quod, done
omnis vita
in hocione

Pelopida

bat mulier
monendi
servet cive

Q. Mura

jactura ca
apophtheg.

Lucullus

militem
verfas ho

Cyrhus

instruend
Xit: non e
quam civ

Antigon

tos sphe
accer si ju

esse duc
re lufera

tum stre

Agésilas

respondu
ratio & c

Epami

te imper
ferm. 52.

U T el

exit:
hostem,

Vid

Albertus

Albertus Austriae in bello quod contra Bohemos prius quam Romanis imperaret, diutissime gessit interrogatus, quem copius perficere statuisset: si alium, inquit, quam me, ductorem exercitus petitis: frustra me Austriae ducem appellatis. *Aeneas Sylvius lib. 3. comment. de reb. Alphonfi.*

Phocion, adhuc florente *Leosthene* interrogatus ab oratoribus, quid ipse boni fecisset Reipub. ? Nihil aliud, inquit, nisi quod, donec ego vobis fui dux, nulli dicta est oratio funebris: sed omnis vita defuncti in malorum monumentis sepulti sunt. *Plut. in Phocione.*

Pelopidas uxori, quae ipsum ad bellum proficiscentem rogabat muliebriter: ut servaret seipsum: alii, inquit, ut istuc faciant, monendi sunt. Nam princeps ac dux hortandus est potius, ut servet cives. *Plutarch. in apoph.*

Myrtius hortante filio, ut locum idoneum paucorum iactura caperet: visne, inquit, tu ex illis paucis esse? *Plutar. in apophtheg.*

Lucullus ad direptionem incitantibus, dixit: se malle ullum militem Romanum ex hostium manibus eripere, quam universas hostium fortunas sibi vindicare. *Plut. in Lucullo.*

Syrachus ad quendam, promittente se traditurum ei aciem instruendi artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat, dixit: non opus esse sibi imperatore, cuius aures tubae sonus nunquam circumierit. *Stob. serm. 52.*

Antigonus milites quosdam videns thoracibus & galeis indutos sphaera ludere, delectatus est hoc spectaculo, ac duces illos accersit iubet, ut eos coram illis laudaret: verum ubi nuntiatum esset duces bibere, praefecturas illorum militibus dedit qui sphaera luserant armati: simul & ducum ignaviam puniens, & militum strenuitatem honorans. *Plut. in apoph.*

Agésilanus percontatus, quid ducem belli praecipue exornaret? respondit, adversus hostes audacia, & in oblata opportunitate ratio & consilium. *Stob. serm. 52.*

Epaminondas conspecto magno exercitu, qui bono & prudente imperatore carebat: quanta bellua, dixit, absque capite? *Stob. serm. 52.*

§ SIMILITUDO.

UT elleborum concitatis intus omnibus, ipsum in primis exit: ita dux foris adhortatus suos inter primos prodit in hostem, velut inquit *Herophilus* autore *Plin.*

Vide Princeps, Imperator.

EBRIETAS.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Mulier ebriosa, ira magna, & contumelia & turpitudine illius non tegetur. *Eccles. 26.*

Sicut ignis probat ferrum durum: sic vinum corda arguet in ebrietate potatum. *Idem 31.*

Diligentes in vino noli provocare. multos enim exterminavit vinum. *Ibidem.*

Amaritudo animæ vinum multum potatum: æqua vita vinum hominibus: si bibas illud moderatè, sobrius eris: in jocunditate creatum est, non in ebrietate ab initio. *Ibidem.*

Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum: & sobrius potus, sanitas est animæ & corporis. *Ibidem.*

Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum: in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem. *Ibidem.*

Væ! qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuctis. Cithara & lyra & tympanum, & tibia, & vinum in convivis vestris: & opera Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. *Esaiæ 5.*

Væ! qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. *Ibidem.*

Expergiscimi ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro. *Eccles. 1.*

Neque ebriosi regnum DEI possidebunt. *1. Corinth. 6.*

Ne intuearis vinum quando flavescit: cum splenderit in vitro color eius: ingreditur blandè, & in novissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extranea: & cor tuum loquetur perversa, & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo, & dicecs: & verberaverunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando evigilabo & rursus vina reperiam? *Prov. verb. 23.*

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos. *Eccles. 19.*

Ne comprimis in convivio vino. *Ibidem.*

Væ coronæ superbix ebris Effraim! & flori decidenti, & gloriæ exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguisimæ et errantes à vino. *Esa. 28.*

Ad te quoque perveniet calix, inebriaberis atque nudaberis. *Thren. 4.*

Fornicat
Luxurio
Nolite in
Qui ineb
Bibite &
cie gladii, q
Noli esse
eorum, qui
tibus & dan
Operari
Tumultu
Cui vix,
nera, cui su
in vino, &
Ebrietat
tem, & fac
Vinum
multas fac
Cœperu
Nullun
Væ! qu
ut aspiciat
bibe tu qu
ni, & vom

Lymph
gnus e
fericordia
serm. de ebr

Quid in
rem in fun
minisse, n
perare? A

Ebrietat
terna visc

Ebriet
ta, radix
sio sensus
stitatis, a
languor,
animæ co

Forni

Fornicatio, & vinum & ebrietas, auferunt cor. *Ose. 4.*

Luxuriosa res vinum. *Proverb. 20.*

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *Ephes. 5.*

Qui inebriat, ipse quoq; inebriabitur. *Proverb. 31.*

Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, neq; surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos. *Ierem. 25.*

Noli esse in conviviis potatorum, nec in comestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus & dantes symbola consumerunt. *Proverb. 25.*

Operarius ebrius non locupletabitur. *Eccles. 19.*

Tumultuosa ebrietas. *Proverb. 20.*

Cui vix, cujus patri vix cui rixæ, cui foveæ, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum? Nónne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? *Ibid.*

Ebrietatis animositas, imprudentis offensio minorans virtutem, & faciens vulnera. *Eccles. 31.*

Vinum multum potatum, irritationem & iram & ruinas multas facit. *Ibidem.*

Cæperunt principes furere à vino. *Oseæ 7.*

Nullum secretum est, ubi regnat ebrietas. *Proverb. 31.*

Vix qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem eius, repletus est ignominia pro gloria: bibe tu quoq; & confopire: circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominie super gloriam tuam. *Abac. 2.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Lymphatus & cacodæmone captus misericordia quidem dignus est; ebrius verò eadem ferè & ipse patiens, minimè misericordia dignus, qui spontaneo servit dæmoni. *Basil. Magnus serm. de ebrietate.*

Quid infelicius ebrietatis dominatu? ventri ultrà capacitatem infundere: sensui rationem adimere, non loqui, non meminisse, non stare, & mortem quandam naturæ incolumi imperare? *Hilarius in Psalm. 125.*

Ebrietas est vomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viscera, animus ignescit. *Augustin. in epist.*

Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparumq; materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudine morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. *Idem ad sacras Virgines.*

Ebrietas in utroq; sexu cuncta mala appetit & nefanda committit: & ut ait Apostolus, regna cœlestia appetentibus denegat. *Ibidem.*

In ebriis non ratio ulla, non ullum vitæ gerendæ consilium, nec ulla artium, nec gestorum aut lectionum memoria, aut industria providentia est. *Idem ibid.*

Sobrietas in formis ad terram deponit aspectum: ebrietas autem amisso pudore inverecundos erigit vultus. *Idem ibidem.*

Sobrietas eum summa trepidatione & silentio irreprehensibile emittit verbum: ebrietas verò immoderatum facit formam & sermonem & vultum. *Idem ibid.*

Valde turpe est, ut quem non vincit homo, vincat libido: & obruatur vino, qui non vincitur ferro. *Idem epist. 182.*

Ebrietas est blandus dæmon, dulces venenū. suave peccatum quam qui habet, seipsum non habet: quam qui facit, peccatum non facit: sed ipse totus est peccatum. *Augustinus in quodam sermone.*

Quicumq; ad bibendum pronus fuerit, vel in convivio alios suos adjuvavit, pro se, & pro ipsis, in die iudicii reus erit. *Idem ibidem.*

Ebriosus, quum adsorbet vinum, absorbetur à vino: abominatur à Deo: despicitur ab angelis: deridetur ab hominibus: destituitur à virtutibus: confunditur à dæmonibus: conculcatur ab hominibus. *Idem lib. de penitentiis.*

Ebriosus confundit naturam: amittit gratiam: perdit gloriam: incurrit damnationem æternam. *Idem ibid.*

In vino luxuria est: ubicunq; saturitas & ebrietas, ibi libido dominatur. *Idem in epist. ad Titum.*

Ebrietas est, per quam menti quædam suboblivio generatur ex superfluorum potuum indulgentia. *Isidor. lib. 3. etymol.*

Nihil est ita dæmoni amicum, sicut ebrietas & lascivia, quæ est mater omnium vitiorum. Ante omnia autem vitetur à clericis, quæ omnium peccatorum radix & nutritrix est. *Chryso. super Matti.*

Ebrietas iudicium rationis offuscat: contentiones & bella procurat: robur & naturalem virtutem enervat: infirmitatem generat: mortem naturalem adducit: rebus temporalibus spoliatur: & quod deterius est divinam maledictionem inducit. *Hugo de sancto victore.*

Ebrietas in Laico crimen est: Sacerdote sacrilegium: qui aliat

alter animi. *Petr.*

Ebrietas fra: hanc hinc enim nestaris, &

Ubi reg consilia de

alter animam suam necat vino, alter spiritum sanctitatis exiungit. *Petr. Rav. in quod. serm.*

Ebrietas mater licium, furoris genetrix, petulantiae magistra: hanc qui habet, non peccatum facit: sed est ipse peccatum: hanc enim est rabies voluntaria: invitatus hostis, illecebra honestatis, & pudoris injuria. *Idem ibid.*

Ubi regnat ebrietas, ratio exultat, intellectus obrunditur, consilia deviant, iudicia subvertuntur. *Idem ibid.*

§ SENTENTIAE POETICAE.

Ovid. lib. 2. de Remed. amor.

*At nulla ebrietas, aut tanta sit: ut tibi curas
Eripiat: si qua est inter utrumq; nocet.*

Vergil. de Venere & Vino.

Arctanum demens detegit ebrietas.

Idem lib. 1. Epist. ad Torquatum.

*Quid non ebrietas designat? operata recludit,
Spes jubet esse ratas. in praelia trudit inermem,
Solicitis animis onus eximit. ac docet artes.
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?*

Ovid. de arte amandi,

Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit.

Silius Ital. lib. 15. belli Punicî,

*Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.*

Ovid. de arte amandi lib. 1.

*Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos:
Cura fugit multo, diluiturq; mero.*

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,

Tunc dolor & cura, rugaque frontis abit.

Tunc aperit mentes a vo rarissima nostro

Simplicitas, artes excutiente Deo.

Tibullus lib. 1. Eleg. 7.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu.

No vit & ad certos nescia membra modat:

Bacchus & agricola magno confecta labore

Pectora, tristitia dissoluenda dedit.

Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert.

Crua licet dura compede pulsa sonent.

Horat. Oda. 18. lib. 1.

*At ne quis modici transfiliat muneræ Liberi
Centauræa monet cum Lapithæ rixa super mero
Debellatæ: monet Sithoniss non levis Evissæ;
Cum fas atq; nefas exiguo sine libidinum
Discernunt aridi.*

Propertius lib. 2. eleg.

Vino formæ perit, vino corrumpitur ætas.

Plautus Pseud.

Magnum hoc vitium vino est.

Pedes captat primum: luctator dolosus est:

Plaut. Truc.

*Nam vinum si fabulari posset, se defenderet.
Non vinum hominibus moderari, sed vino homines solent,
Qui quidem probi sunt.*

Avienus Rufus.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore:

*Vno namque modo vina, Venusq; nocent,
Vt Venus enervat vires: sic copia Bacchi,
Et tentat gressus, debilitatq; pedes,*

Ovid. 1. Amor. 6.

*Nox ex amor, vinumq; nihil moderabile suadent,
Illa pudore vacat: Liber Amorq; metu.*

SENTENTIA PHILOSOPHICÆ.

Certe detegit omne vitium ebrietas & incendit: ubi possedit
animum nimia vis vini: quicquid malè latebat, deregit, vel
emergit: non facit ebrietas vitia, sed protrahit: tunc impudens
morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non linguam
quam, non manum continet: crescit insolenti superbia: crudelitas
sævo: malignitas livido: omne vitium grassatur & prodit.
Seneca.

Quæ gloria est capere mulctum? quum enim penes te palma
fuerit, & superstes toti convivio fueris, quum omnes viceris
virtute magnifica, & nemo vini tam capax fuerit, vinceris à do-
lio. *Idem ibid.*

Ebrietates continuæ animos in furorem adducunt. nam quum
sæpè apud se non sunt consuetudine insanæ durata vita: vino
tamen concepta, etiam sine vino valent: vinolentiam enim vinolentia
sequitur. *Idem ibidem.*

Absentem lædit, qui cum ebrio litigat. *Idem in proæ.*

Quid tu
Qui promi
transforma
Innocent, de

Interim
um fieri. cu
re, quàm c
ram? Quæ
hil aliud est
de in plures
tabis? nun

Perthes,
rius dix
citi sunt ju
negari pos
genii: im
cturi fuer
in temule
versa, dim

Claudius
que olim
esse, ut co
rorem ne

Sophocle
& si bene
serm. 18.

Cleostrat
spondit: t
serm. de eb

Leonty
ex? ne, in

Aristipp
inebriatu
quoque

Quidam
dum: nu

Bonaf
spendio f
nolentia
homines

Anach

Quid

Quid turpius ebrioso, cui foetor in ore, tremor in corpore?
 Qui promit stulta: prodit occulta: cui mens alienatur: facies
 transformatur. Nullum enim secretum, ubi regnat ebrietas.
Innocent. de vilitate conditionis humanae.

Interim si hoc colligere vis, virum bonum non debere ebri-
 um fieri, cur simile agis? Dic, quàm turpe sit, plus sibi ingere-
 re, quàm capiat stomachus: & stomachi sui non esse mensu-
 ram? Quàm multa ebrii faciunt, quibus sobrii erubescunt? ni-
 hil aliud esse ebrietatem, quam voluntariam insaniam. Exten-
 de in plures dies illum ebrii habitum, nunquid de furioso dubi-
 tabis? nunc quoque non est minor, sed brevior. *Senec. epist. 28.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Perthes, Milites aliquot Tarenti inter cœnandum multa libe-
 rius dixerant in *Pyrrhūm regem*. Res ad eum delata est: ac-
 citi sunt iuvenes, ac periclitabantur omnes: quum factum nec
 negari posset, nec defendi. Tum unus illorum deterioris in-
 genii: in dō, inquit, Rex, & ista diximus, & longè acerbiora di-
 cturi fuëramus: nisi nos lagena defecisset: linguæ petulantiam
 in temulentiam rejiciens. Itaque mox ira principis in risum
 versa, dimissi sunt. *Erasm. 6. apoph. ex Plutarch.*

Claudius Caesar, nunquam ad eò animi sui secreta protulit, at-
 que olim dum multo vino madidus esset: ubi dixit: sibi fatale
 esse, ut conjugum flagitia ferret, deinde puniret. Quæ vox ter-
 rorem non mediocrem iniecit Agrippinæ. *Ex Sueton.*

Sophocles vitio vertebat *Æschylo*, quòd ebrius scriberet: nam
 & si benè scribit, inquietabat: nesciens tamen id facit. *Stobæus
 serm. 18.*

Cleostratus cuidam ei dicenti: non te pudet, ebrium fieri? re-
 spondit: te verò non pudet ebrium monere? *Anton. & Maxim.
 serm. de ebrietate.*

Leontychidas percontanti cuidam: cur parè biberent Spartia-
 tæ? ne, inquit, pro nobis alii consultent. *Plutarch. in Lacon.*

Aristippus jaçtanti cuidam, quòd multum bibere posset, nec
 inebriatur? quid, inquit, magni narras, quum idem faciat
 quoque mulus? *Laert. lib. 2. cap. 8.*

Quidam *Lacon*, quum audisset quosdam à cœna cogi ad biben-
 dum: nun, inquit, coguntur etiam ad edendum? *Plutarch.*

Banoses Imperator vir extremæ gulæ & ebrietatis, cum se su-
 spendio suffocasset: interrogatus quidam, qui eius mores & vi-
 volentiam noverat, quisnam esset suspensus? respondit, non
 hominem esse, sed amphoram. *Vopiscus.*

Anacharsis ab adolescente in convivio pulsatus: adolescens, in-

quit, si nunc vinum non fers: ubi senueris, aquam feres. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

Basilius Magnus quid esset ebrietas rogatus? respondit: Ebrietas dæmon est, spontè admissus in animos per voluptatem. Mater est malitiæ, impugnation virtutis: ex forti timidum facit, et modesto lascivum: iustitiam ignorat, prudentiam abolet. Et sicut aqua pugnat igni: sic immoderatio vini mentem sobriam extinguit. Item, ut fumus fugat apes: sic ebrietas pellit spiritualia dona. *Anton. & Max. serm. de ebrietate.*

Tiberius Imperator, quoniam tyro in castris avidius bibebarum, militari joco, pro Tiberio Claudio Nerone, dictus est Biberius Caldius Mero. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Anacharsis interrogatus, num in Scythia essent tibiçinz? respondit: ne vites quidem. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

Pythagoras consultus, quinam vinosus ebrietatem deserere? respondit: si quæ per ebrietatem facit, frequens animo volens. *Stob. serm. 18.*

Diogenes adolescentem stupidum mero, & prorsus desipientem intuitus: adolescentule, ait, temulento fatus es patris. *Stob.*

Philocrates & Æschines Atheniensium legati ad Philippum Macedoniz regem cum aliis missi, cum domum redirent, regem eo nomine laudarent, quod strenuè bibisset: respondit *Demosthenes*: habet hanc virtutem cum spongia communem. *Plutarch. in Demosth.*

Spartanæ *Metrodoti* cum per ebrietatem Cyri mortem aperuisset: recte, inquit, se habet illud, quod crebrè usurpatur Græcis. *Veritatem in vino esse.* *Brunson. lib. 1. cap. 19.*

Androclides ad Alexandrum regem vino plus satis deditum dixisse fertur: vinum potaturus, rex, memento bibere terra sanguinem: cicutæ homini venenum, cicutæ vinum. *Brunson. lib. 1. cap. 19. ex Plinio.*

¶ SIMILITUDINES.

Ignavi canes apud mensam audent, in venatu minimè: sic in generosum est, cum sobrius liberè loqui non audeas, inter pocula id facere. *Plutarch.*

Uc daltu effervescente vino rumpitur, & quod in imo est, eruitur in summo: sic ebrietas abditißima pectoris profert. *Senec.*

Uc oculi diutino morbo difficilißima facti, quovis solis radio obferuntur: sic vitia multa & assidua contracta temulencia detegunt & sobrii. *Senec.*

Uc polypi non extendunt sua flagella, nisi ad esculentas sitas. *quidam*

quidam om
Plin. lib. 9. c.

Mulcæ &
lingua est fi
à cibo abho

E Brietas

v. 36. A
adad, 20. v.
exempla: I
28. Ela. 1.
Daniel. 5. v.
1. Machab

Pltacæ

pœna p
pius ablu

Apud H

monii qu

erit, pern

Indi, n

stitutum

donaretu

lib. 3. cap.

Athem

ex Soloni

arius in S

Apud e

rum sine

damnatu

Cleio n

re aufa, c

lib. 10. cap

Heracle

ad jentac

quibus o

Anach

andrum

lib. 2. de

M. C

nos conp

grippæ

quidam omnem felicitatem cibo potuque metiuntur. *Plutarch. Plin. lib. 9. cap. 29.*

Muscæ & alia nonnulla insecta suctu vivunt, ideoque eis pro lingua est fistula: Ita quosdam videas bibones, qui potu vivant, à cibo abhorreant. *Erasm.*

¶ EXEMPLA SACRA.

E Brietatis exempla: Noe, *Genes. 9. vers. 21.* Nabal, *1. Samuel. 25. v. 36.* Ammon, *2. Samuel. 13. v. 28.* Ela, *1. Reg. 16. v. 9.* Benadad, *20. v. 16.* Balsasar, *Daniel. 5. v. 2.* In ebrietate extinctorum exempla Philisthæ, *Judic. 16. v. 25. 30.* Ammon, *2. Samuel. 13. v. 28.* Ela, *1. Reg. 16. v. 9.* Holofernes, *Judith. 13. v. 1. 10.* Balsasar, *Daniel. 5. v. 1. 2. 3. 4. 30.* Simon cum filiis, & quibusdam pueris, *1. Macchab. 16. v. 16. 17.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Pittacus *Mitylenæus* temulentos, si quid deliquissent, duplici poena puniri curavit: ut formidine supplicii, à vino promptius abstinerent. *Alexand. ab Alexand. lib. 3.*

Apud *Hispanos* hodie ebrietas tanto habetur odio: ut ne testimonii quidem dictio ei, qui huic vitio obnoxius vel semel fuerit, permittatur. *Theatr. Zuing.*

Indi, nisi sacrorum causa, vinum non bibebant: apud quos constitutum erat, ut si qua mulier regem temulentum occidisset, donaretur munere: ut successori nuberet. *Alexand. ab Alexand. lib. 3. cap. 11.*

Athenienses cum ebrietatis vitium in omnibus improbarent: ex Solonis instituto ebrium Principem morte mulcebant. *Laertius in Solone.*

Apud *eos Locros*, qui magis vergunt ad Zephyrum: si quis merum sine medici imperio medicamento gratiâ biberit, capitis damnatur, quam legem tulit Zaleucus. *Athenæus lib. 10. cap. 9.*

Cleio non solum cum fœminis, verum etiam cum viris potare causa, omnes superavit. *Ælian. lib. 2. de var. historia, & Athen. lib. 10. cap. 9.*

Heraclides pugil parem in bibendo non habebat: alios enim ad jentaculum invitabat, alios ad prandiû, quosdam ad cœnam: quibus omnibus sine interstitio sufficiebat solus. *Ravissus.*

Anacharsin philosophum ajunt plurimum bibisse apud *Periandrum*. Hoc enim vitium secum è *Scythia* attulerat. *Ælian. lib. 2. de varia historia.*

M. Cicero filius, cum parens eius fuerit abstinentissimus binos congios haurire solitus est, teste *Plinio*. Temulentus *M. Agrippæ* scyphum impexit. *Valor. Maxim.*

Indos

Indos ferunt ex fructu arundinum, quæ mel gignunt: aut vino ex daſtilis, inebriari. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 11.

Persarum multi farinam in unum jacentes bibunt, alii ovorum lutea. Athen. lib. 10. cap. 9.

Carthaginenses & Celtiberi & Thraces mero penitus utuntur, tam viri quàm mulieres: atque vino item vestes perfundunt, præclarum hoc & beatum vitæ genus existimantes. Calvus lib. 1. cap. 6. A. L.

¶ **HIEROGLYPHICA.**

Per Pantheram ebriositas intelligitur hieroglyphicè. Sunt enim Pantheræ vini admodum avidæ, & à venatoribus ebriz plerunque capiuntur, fontibus quò potatum eunt, suavissimè perveteri, potentiq; vino medicatis. *Pier. Valer. lib. 11. pag. 109.*

Hominem verò ebrietate laborantem, ac sibi remedium comminiscentem significare cum vellent Ægyptii, *Vpupam & capillum Veneris* herbam pingebant. *Vpupa* siquidem uviz vescitur temmodicè, ita ut plerunque inde ebriz fiat, & simulac se tentat sensit, capillo Veneris decepto, efficacissimè sibi mendicatur. *Idem lib. 25. pag. 235. Item lib. 58. pag. 562.*

ECCLESIA.

¶ **SENTENTIÆ PATRUM.**

Disseminata est Ecclesia super omnem terram: columna autem & firmamentum Ecclesiæ est Evangelium & Spiritus vitæ. *Irenæus lib. 3. cap. 11.*

Ecclesia est quædam forma justitiæ, id est, commune jus omnium. In commune orat, in commune operatur, in commune tentatur: sine ecclesiæ catholicæ societate, nec alicui baptisimus prodesse potest: nec opera misericordiæ: nisi fortè ut minus torqueatur. *August. de fide ad Petr.*

Adhuc habet ecclesia, quò crescat: donec illud impleatur: dominabitur à mari, usque ad mare. *Idem super Matth.*

Ecclesia nunc orat pro omnibus: nec tamen pro omnibus exauditur. *August.*

Ecclesia velut lilium inter spinas, malis & bonis est permixta. *Idem lib. 5. de Baptis.*

Hoc ecclesiæ proprium est, ut tunc vincat quàm læditur: tunc intelligat, quàm arguitur: tunc obtineat, quàm deseritur. *Hil. de Trinit.*

Hoc habet proprium ecclesia, dum persequitur, floret: dum opprimitur, crescit: dum contemnitur, proficit: dum læditur, vincit.

vincit: dum læditur. *Idem ibi.*

Non alta manda est, omnes barba servant reges est urbe. U est, eiusdem & paupertas scopum non res sunt. *Hil.*

Ubi sunt insolenter parvum gratia Ecclesia non est locum hil tam scilicet fides. In E

Sancta dicitur: Alii utraque videtur factum laud

Tunc sancti ardentius Sicut Ecclesiæ ardore

Sancta tate membra Ecclesia lib. 20. mora

O vani get Ecclesiæ ro induit, servitur oc

O humilium & domus sanctis, & despiciant.

Omnium vita quæli Dei speli

vincit: dùm arguitur, intelligit: tunc stat, quùm superari videtur. *Idem ibid.*

Non altera Romæ urbis ecclesia, altera totius orbis æstima-
manda est, Gallia, & Bythynia, & Persia, & Oriens & India, &
omnes barbaræ nationes, unum Christum adorant: unam ob-
servant regulam veritatis. Si autoritas quæritur orbis major
est urbe. Ubiq; fuerit Episcopus, sive regio, eiusdem meriti
est, eiusdem sacerdotii potentia: divitiarũ & potestatis gradus,
& paupertatis humilitas, vel sublimiorem vel inferiorem Epi-
scopum non faciunt. Cæterum omnes Apostolorum successo-
res sunt. *Hieron. ad Evandrum presbyter.*

Ubi sunt, qui paupertatem nobis exprobrant, opesq; suas
insolenter jactant? qui ecclesiam multitudine definiunt, ac
parvum gregem aspernantur. *Gregor. Nazian. Or. 21.*

Ecclesia non est in parietibus: sed in multitudine piorum.
non est locus disputationis, sed doctrinæ. Corpus Ecclesiæ ni-
hil tam scindit, atq; superbia. Non est ibi ecclesia, ubi non est
fides. In Ecclesia unam vocem esse oportet. *Chrysof. in homil.*

Sancta Ecclesia duas vitias habet: Unam, qua merces colli-
gitur: Aliam, in qua jam de receptis muneribus gaudet, atq; in
utraque vita offert sacrificium: hic compunctionis: illic sacri-
ficium laudis. *Gregor. in quadam homil. super Ezech.*

Tunc sancta Ecclesia valentius in veritate reficitur: quùm
ardentius pro veritate fatigatur. *Idem in moral.*

Sicut Ecclesia proprias res amittere non debet: ita rapacita-
tis ardore alienas invadere non debet. *Idem in reg.*

Sancta Ecclesia consistit in unitate fidelium: sicut corpus uni-
tate membrorum. *Idem lib. 29. moral.*

Ecclesia afflictionis tempore proverbium pravis efficitur. *Idem
lib. 20. moral.*

O vanitas vanitatum! sed non vanior, quàm insanior: ful-
get Ecclesia in parietibus, & eget in pauperibus: suos lapides au-
ro induit, & suos filios nudos deserit: de sumptibus egenorum,
servitur oculis divitum. *Bernh. ad apoph.*

O humilitas & sublimitas, & tabernaculum! Cedat & san-
ctuarium Dei, & terrenum habitaculum, & cœleste palatium,
& domus lutea, & aula regia, & corpus mortis, & templum lu-
cis, & despectio denique superbis, & sponsa Christi. *Bernh. super
Cant.*

Omninò proditorem se esse noverit: quicumque est ille, qui,
vita quælibet in hanc domum conatur inducere, & templum
Dei speluncam vult facere demoniorum. *Bernh. in serm.*

Sponsa,

EC ECCLESIA. EDICTUM. EDUCATIO.

Sponsa, id est ecclesia Christi, nil sibi gloriosi putat: quare Christi portare opprobrium. *Idem in Cant.*

Ecclesia nomine non tantum una anima: sed multarum unitas designatur. *Idem in Cant. serm. 41.*

Præsumit ecclesia non de suis meritis, sed de Dei misericordia. *Idem in Cant. serm. 6.*

Ecclesia media est inter coelum, quod est locus tantum malorum ipsa verò ecclesia media est: quia indifferenter bonos & malos colligit, quod figuratum est in arca Noë, ubi animalia simulerant cum animalibus immitibus. *Idem in Matib. 23.*

§ HIEROGLYPHICA.

Punicum malum tintinabulo adjectum, cujus species apud Hebræos potissimum reperias, ut olim Eucherius mox Gregorius Pontifex interpretatur, unitatem Ecclesiæ & ex multis gentibus in eundem sonum, hoc est, in eadem præcepta continentium, indicat. *Pier. Valer. lib. 45. pag. 527.*

Vide Conventus piorum.

EDICTUM.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Edictorum tam bonorum quam malorum exempla: *Maronis, Genes. 12. v. 20. Exod. 1. v. 15. 16. Jeroboami, 1. Reg. 11. vers. 26. 27. 28. Achab, 22. vers. 13. Asæ, 2. Paralip. 15. v. 13. Cyaxares, 1. Esdr. 1. v. 2. & 5. v. 13. Ezechiæ, 2. Paralip. 3. v. 8. 9. Artaxerxes, 1. Esdr. 4. v. 21. & 7. v. 13. Darii, 6. v. 12. Assueri, Esth. 1. v. 10. & 3. v. 13. 15. & 8. v. 13. Nabuchodonosoris, Daniel. 2. v. 1. & 3. v. 5. Darii, 6. v. 9. 26. Antiochi, 1. Macchab. 1. v. 43. 44. Augusti Cæsaris, Luc. 2. v. 1.*

Vide Magistratus, Mandatum.

EDUCATIO.

§ APOPTHEGMATA.

Aristippus percontanti, quæ potissimum adolescentibus sentienda? quæ viris, inquit, usui futura sunt. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

Quidam cum Aristippo agebat, ut filium suum susciperet erendum: sed quum philosophus pro mercede peteret quingentas drachmas, ille deterritus magnitudine pretii, minoris, inquit, emerem mancipium. At hic, inquit, habebis. Idem.

ED

Diogenes

quid sciret, quis te ven-

Xeniades C-

genem. per-

ne hominis

domum. et

tos liberalit-

Agasicles

discendi, no-

pore clariss-

lum esse. qu-

Agasicles

tui deberem

rtilem perve-

Hippomachos

erēbar, è f-

suos esse di-

actis ho-

Quomodo

gloriaretur

ribus com-

probzque

Plurarch. in

Lycurgus

daree merce-

hi redditur

cultatum d-

Socrates

straret Ren-

respondit:

idoneos gu-

Idem.

Puer quid

tervallo re-

dixit: se ta-

est, jam in-

Cornelia

utens, orn-

chius, ipsi-

rent è scho-

4. apophtheg

Diogenes

Diogenes quum captus venderetur in Creta, præconi roganti quid sciret, & quo titulo eum condemnaret emptori? Dic, inquit, te vendere hominem, qui sciat imperare liberis. Quidam *Xeniades* Corinthius admiratus præconi novitatē. adiit *Diogenem*. percontatus num sciret quod proficeret? ubi ex sermone hominis comperit esse sapientem ac doctum, mercatus duxit eum domum. eiq; suos liberos erudiendos tradidit, quos ille susceptos liberaliter instituit. *Laert.*

Agasicles cuidam dicenti, admirari sese quod eum esset avidus discendi, non adjungeret sibi *Philophanem*, sophistam eo tempore clarissimum: respondit prudenter, eorum se velle discipulum esse, quorum simul esset filius. *Plutarch. Evasm. lib. 1.*

Agasilasus interrogatus, in quibus præcipuè rebus pueri institui deberent? Iis, inquit, rebus, quibus usuri sunt. quum ad virilem pervenerint ætatem. *Plutarch. in Lacon. apophtheg.*

Hippomachus quum aliquando videret adolescentes, quos exercebat, è foro carnes afferentes, dicebat: se procul agnosceret suos esse discipulos: quod institutio reluceat in omnibus dictis ac factis hominis. *Erasmus 6. apoph. ex Plutarch.*

Quum mulier quædam Ionica de texto quodam suo, ut pretioso gloriaretur, *Lacæna* ostensis quatuor filiis quos habebat, moribus compositissimis: huiusmodi, inquit, decet esse honestæ probæque mulieris opera, deque his tollere animos, & gloriari. *Plutarch. in apoph. Lacænarum.*

Lycurgus objicientibus, quod eloquentiæ studio rhetoribus daret mercedem: si quis, inquit, profiteatur se filios meos mihi redditurum meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidium effunderem. *Erasm. Rot. lib. 8. apoph.*

Socrates interrogatus etiam, quam ob rem ipse non administraret *Repub.* quàm administrandi rationem optimè sciret? respondit: Eum utiliore esse civitati, qui multos efficeret idoneos gubernandæ *Repub.* quàm qui ipse rectè gubernaret. *Idem.*

Puer quidam apud *Platonem* educatus, quum ad patrem ex intervallo rediisset, eumq; vidisset effusius ridentem, admiratus dixit: se tale nihil unquam apud *Platonem* vidisse. Tanta res est, jam inde à teneris virtuti assuescere. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Cornelia Gracchi mater. quum Campana mulier illius hospitio utens, ornamenta sua, quibus illud seculum nihil habebat pulchrius, ipsi ostenderet: traxit eam sermone, donec liberi redirent è schola: tum, & hæc (inquit) ornamenta mea sunt. *Erasm. 6. apophtheg. ex Plutarcho.*

§ SIMI-

§ SIMILITUDINES.

UT multa egregia subnascuntur in agro, mala quidem ipsa sunt, sed tamen ligna felicitis atque uberis soli, si quis excolat: sic animi affectus per se mali, arguunt ingenium non malum: si accedat recta institutio. *Plutarch.*

Nulla ferè est arbor, quæ non sterile scatur, tortuosa fiat, si cultura desit: ita nullum tam felix ingenium, quod non degeneret, citrà rectam educationem. *Plut.*

Qui equos rectè alunt, eos docent parère freno: pueros qui volet instituere, primùm assuefaciat, ut dicto sint audientes. *Plutarch.*

Nullus equus rectè sessori parer, nisi arte domitus: ita nullum ingenium non ferox, nisi præceptis cicuretur & educatione. *Plut.*

Nulla tam fera bellua, quæ non mansuescat cura: ita nullum tam agreste ingenium, quod institutione non mitescat. *Plut.*

Ut molli materis facillè sigillū imprimitur: si dure scatur non item: ita puerorum ingenia facillè quamvis recipient disciplinam: si ætate dure scatur, non item. *Plut.*

Ut agricolæ vallos apponunt arbusculis, quò rectè crescant, ita qui instituit, addit monita, & præcepta ingeniiis salubria, ne devaricent in vitia. *Idem.*

Frustrà suber appenditur reibus, ut natent, si plumbum nexum deorsum trahat, & in æquo teneat: ita frustrà præceptis benè vivendi instituimur, si malitia addita non finit è stultitia emergere. *Idem.*

Ut ager, si non colatur, non solum infrugiferus manet, verum etiam multa sylvestria producit: ita adolescens ratiocinans, nisi præceptis honestis exerceatur, non solum non erit bonus, sed ad multa vitia deflectetur. *Plutarch.*

Ut agri non omnes frugiferi sunt, qui colantur: sic animi non omnes culti, fructum ferunt. *Cic. lib. 2. Tusc. quæst.*

Si agricolam arbor ad fructum producta dele scatur: si pastorem ex fœtū gregis sui capit voluptatem: si alumnam suam necesse aliter intuetur, quàm adolescentiam illius suam iudicet: quomodo evenire credis his, qui ingenia educaverunt: & quæ tenera fœta maverunt, adulta subito vident? *Senec. epist. 34.*

Ursus informes gignit catulos, eos lambendo format: ita de ingenii fœtū diutina cura expoliri convenit. *Plin. lib. 8. c. 2.*

Arbor per se infrugifera: tamen insitione discit ferre fructus: ita parvum ingenium institutione ad bonam frugem potest demutari. *Plin. 17. cap. 14.*

Arbor suapte natura, non nisi unicum fœtam gignit, institutione

tionem eadem
ram suam se
milis est. *Plin.*

Ut sunt quæ
minum cut
in ipso hom
imbutus su
Plin.

Fœnum
ita liberi qu
valent; neg
cap. 10.

Gypso m
stium fing
rior non ad

E DUCATIO

9. v. 23.

bus prædita

42. v. 1. 2. 1

valip. 28. v.

Parentes S

7. 4. 5. Pare

2. v. 64. 65.

rentes J E S

sis, Actor. 7

Fœmina ill

scripsit, 102

Vide l

H Abetis

inter p

Propon

nem: bene

stri, quæ e

tis manet

ego nunc

quosigi 10

tionem eadem diversi generis fructibus oneratur: ita qui naturam suam sequitur, semper idem est: qui arte ducitur, sui dissimilis est. *Plin.*

Ut sunt quidam fontes, qui potu pecudum atque etiam hominum eum & pilostingunt albo nigrove: ita relucet etiam in ipso hominis vultu, & fronte, quod ajunt, quibus præceptis imbutus sit, & quibus ex authoribus hauriat vitæ rationem? *Plin.*

Fœnum Græcum, quo tractatur peius, hoc provenit melius: ita liberi quidam: quanto habueris indulgentius, tanto minus valent: neglecti verò & vexati evadunt in viros. *Plinius libr. 18. cap. 16.*

Gypso madido statim utendum, quod celerrimè siccetur: ita statim fingenda literis ac moribus ætas rudis, prius quàm durior non admitrat fingentis manum. *Plin. lib. 36. cap. 24.*

§ EXEMPLA SACRA.

Educationis & eruditionis liberorum exempla: Noë, *Genes. 9. v. 23.* Loth & eius familia honestè educata, & bonis moribus prædita, ideoq; liberata, *Genes. 19. v. 16.* Jacob, *37. v. 10.* & *42. v. 1. 2.* Heli, *1. Samuel. 2. v. 22. 23.* David, *1. Reg. 2. v. 23. 1. Paralip. 28. v. 9.* Tobias senior, *Tob. 4. v. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.* Parentes Saræ uxoris Tobis junioris, *Tob. 10. 11. 12.* Job, *Iob. 1. 2. 4. 5.* Parentes Susannæ, *Daniel. 13. v. 2. 3.* Mathathias, *1. Mach. 2. v. 64. 65.* Mater septem liberorum, *2. Mach. 7. v. 27. 28.* Parentes Jesu, *Luc. 2. v. 41. 42. 43.* Huc pertinet & educatio Moïsis, *Actor. 7. v. 22.* Timotheus, *2. Timoth. 2. v. 5. & 3. v. 14. 15.* Femina illa electa, cui Joannes secundam suam Epistolam inscripsit, *Joan. 2. v. 4.*

Vide Institutio, Item Indulgentia, Disciplina.

ELECTIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Habetis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum. *Levit. 10.*

Propono in conspectu vestro benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaveritis post deos alienos, quos ignoratis. *Deuter. 11.*

Cc

Proposui in conspectu tuo vitam & bonum: & è contrariè mortem & malum. *Ibidem 30.*

Proposui vobis vitam & bonum: benedictionem & maledictionem: elige ergò vitam, ut & tu vivas & semen tuum. *Ibid.*

Dabis servo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possis & discernere inter bonum & malum. *3. Reg. 3.*

Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. *Psalm. 83.*

Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. *Eccles. 15.*

Antè hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabit illi. *Idem.*

Vx qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: amarum in dulce, & dulce in amarum. *Esai. 5.*

Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *Ierem. 17.*

Ecce ego do coràm vobis viam vitæ, & viam mortis. *Ibidem.*

Inter sanctum & profanum non habent distantiam: immoderatum pollutum & mundum non intellexerunt. *Ezech. 22.*

Quærite bonum & non malum, ut vivatis: erit Dominus Deus exercituum vobiscum. *Amos 5.*

Hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu, ut probetis posteriora, ut sitis sincerae sine offensa in diem Christi: repleti fructu iustitiæ per Jesum Christum. *Philip. 1.*

Omnia probate, quod bonum est, tenete. *1. Thess. 5.*

¶ APOPTHEGMATA.

Aristippo quùm Dionysius tres venustas puellas obtulisset admonens, ut ex his quam vellet eligeret: omnes apprehendit, dicens: ne Paridi quidem fuisse tutum, unam à cæteris prætulisse: ac puellas deduxit ad aulae vestibulum, dimisitq; non minus in contemnendo facilis, quàm in amplectendo. *Laert. lib. 1. cap. 8. Brus. lib. 2. cap. 31.*

Scipio *Emilianus* quùm Servius Sulpitius Galba & Aurelius consules in senatu contenderent: uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur: ac magna inter P. C. dissensio esset, omnibus quònam eius sententia inclinaret, expectantibus, neutrum inquit, mihi mitti placet, alter enim nihil habet: alteri autem rem etiam quod habet, nequaquam satis est. *Valer. Maxim. lib. 1. cap. 4.*

Aristoteles, quùm jam natus annos sexè sexaginta duos, ad labor

laboraret: runt ad illum qui in locupletiori, Theophrastus respondit unitas. Pervenissent: dicitur ac quæri iudicium latq; curaret & jucundum bonum: se quoniam lepidum delegandi jus a

Electio Mosee bus, Num. 1. v. 1. Geom. 10. v. 21. D. Salomon. 40. Jonath. 6. v. 13. 14. septem Di

Cum in esset Imp. adiit rum reger dataq; hie mam rem Leo 1 X gendi por liberalissi Mortuo successuru allis syder regi crear factu esse contemci fatali lapi

laboraret: ut admodum tenuis vitæ spes superesset, conveniunt ad illum discipuli rogantes: ut ex ipsis aliquem deligeret, qui in locum eius succederet. Inter auditores erant duo præcipui, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Aristoteles respondit, se quod petebatur facturum, ubi daretur opportunitas. Paulò post, quum rursus ad eum eadem de causa convenissent: dixit vinù quod biberet sibi parum esse commodum, ac quæri jussit exoticum, ut Rhodium, vel Lesbium. Id simulq; curatum est: gustato Rhodio dixit: Firmù Hercule vinum, & jucundum: mox gustato Lesbio: Utrumque, inquit, egregiè bonum: sed Lesbium suavius est. Id ubi dixit, nulli dubium fuit quin lepide simul & verecundè successorem sibi ea voce, non vinum delegisset: probavit utrumque, nec tamen auditoribus eligendi jus ademit. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Electionis, ad diversa munia obeunda, exempla: Judices à Mose electi, *Exod. 18. v. 24. 25.* Duodecim millia ex Tribubus, *Num. 31. v. 3. 4.* Josua, *27. v. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.* Judas, *Judic. 1. v. 1.* Gedeon, *8. v. 22.* Jephthe, *11. v. 8. 21.* Saul, *1. Sam. 9. v. 2. 10. v. 21.* David, *16. v. 1. 2. 12. 2. Sam. 2. v. 1. 2. 3. 4.* Psalm. 78. v. 70. Salomon, *1. Reg. 38. 39. 1. Paral. 29. v. 1.* Jeroboam, *1. Reg. 12. v. 20.* Jonathas, *1. Machab. 9. v. 28. 29. 30.* duodecim Apostoli, *Luc. 6. v. 13. 14. 15. 16. Ioan. 6. v. 70.* Matthias, *Actor. 1. v. 23. 24. 25. 26.* septem Diaconi, *6. v. 5.* Paulus & Barnabas, *13. v. 2.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Cum in *Stephani IV.* locum absq; consensu Imp. surrogatus esset Paschalis, veniam deprecaturus, Ludovicum Pium Imp. adiit. Ille eum reverenter per Bernhardum Langobardorum regem & Arlatensem antistitem excepit: ac agnita culpa, dataq; fide, ne posthac iis imperialis læderetur auctoritas, Romanam remisit. *Cusps.*

Leo IX. ab Henrico III. pontifex creatus, Romanis jus eligendi pontificem: Imperatore expulso, restituit: in pauperes liberalissimus fuit. *Theat. Zuing. fol. 409 f.*

Mortuo Alexandro II. Scotorum rege, cum Alexander filius successurus esset, magna inter Nobiles disceptatio orta est. aliis sydera, quæ plurimum illis observare mos est, adversa regi creando esse dicentibus: aliis nondum equidem auratum factù esse: ac propterea à regni gubernaculis prohiberi. At nisi contemptis istiusmodi superstitionibus comes Fifeensis Scotiæ fatali lapidi admotum puerum, more majorù inunctum coro-

nasset: profectò dilatandis comitiis haud dubiè res in summum evasissent discrimen. *H. Boethius lib. 13.*

ELEMOSYNA.

§ SENTENTIA BIBLICA.

Pones propitiatorium super arcam testimonii in sancta sanctorum. *Exod. 26.*

Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas da pauperi. *Eccles. 14.*

Rogationem contribulati ne abjicias, & non avertas faciem tuam ab egeno. *Eccles. 4.*

Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram. *Ibidem.*

Maledicentis tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem eum, qui fecit illum. *Ibid.*

Congregationi pauperum, effabilem te facito. *Ibidem.*

Beatius est dare, quàm accipere. *Actor. 20.*

Bonum autem facientes non deficiamus. *Galat. 6.*

Dum tempus habemus: operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. *Ibid.*

Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non peritietur animam ire in tenebras. *Tob. 4.*

Bona est oratio cù jejuniò, & eleemosyna magis, quàm thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit invenire vitam æternam. *Ibidem 12.*

Per misericordiam & fidem purgantur peccata. *Proverb. 11.*

Misericordiã & veritate redimitur iniquitas. *Ibid. 16.*

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. *Ibid. 21.*

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. & Deus spectator est eius, qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus inveniet firmamentum. *Ecclesiast. 3.*

Eleemosyna patris non erit in oblivione. *Ibid.*

Exorare & facere eleemosynam ne despicias. *Ibid. 7.*

Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam eius ne demittas eum vacuum. *Ibid. 29.*

Pone thesaurum in præceptis altissimi: & proderit tibi magis quàm aurum. *Ibid.*

Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Ibid.*

§ SEN.

Qui vult
re, & ca
sericordia,
Deo. *Augustinus*

Valde m
dare, da: si u
nitatem: ubi
charitas de

Multa su
juvatur, u
quam cum

Eleemos
dominum
gre posside

De justis
ri estis judi
quibus tolli
usuris: fide
Ibidem.

Fœcund
ctum. Vi
ergo erog

Dicit tibi
quæro: da
rem: habe
tibi restitu
Ibidem ibid.

Magna
nevolentia
cendia del

Eleemo
epist. 28.

Eleemo
Ibidem de ope

Beatus
exivit: ne
git super p

nam. *Ambrosius*
Ille int
quid pro
Ibidem in Psal.

SENTENTIAE PATRUM.

Qui vult ordinatè dare elemosynam, à seipso debet incipere, & eam sibi primò dare. Est enim elemosyna opus misericordiae, verissimèq; dictum est: Misericordia tua placens Deo. *August. in Enchirid.*

Valde male diligit is, qui benè audit, malè operatur: Si potes dare, da: si non potes, affabilem te fac: coronat Deus intus bonitatem, ubi non invenit facultatem. Nemo dicat non habeo: charitas de seculo non erogatur. *Idem super Psalm. 103.*

Multa sunt genera elemosynarum: quæ quum facimus, adjuvamus, ut nobis dimittantur peccata: sed ea nihil est majus, quam cum ex corde dimittimus peccata. *Idem in Enchirid.*

Elemosyna mundat peccata, & ipsa interpellat pro nobis ad dominum: quia quicquid pauperibus dederimus, ipsum integre possidebimus. *Idem in serm. de divit.*

De justis laboribus facite elemosynas: non enim corrupturi estis iudicem Christum, ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis: nolite velle elemosynas facere de scœnore & infamis: fidelibus dico, quibus corpus Christi erogamus. *Idem ibidem.*

Fœcundus est ager pauperum: citò reddit donantibus fructum. Via cœli est pauper, per quam venit ad patrem: incipe ergo erogare, si non vis errare. *Idem de ver. dom.*

Dicit tibi Christus: Da mihi ex eo, quod dedi tibi, de meo quero: da & redde: habuisti me largitorem, fac me debitorem: habeam te scœnatorum, temporalia mihi das, æterna tibi restituum: te ipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero. *Idem ibidem.*

Magna elemosyna, quæ ardentium criminum globos, benevolentiae suae fonte refrigerat: & irriguo largitatis obruit incendia delictorum. *Idem in quodam serm.*

Elemosyna utilius malis negatur, quàm conceditur. *Idem epist. 28.*

Elemosyna ad necessitatem, non ad pigritiam accipienda. *Idem de opere mona. cap. 15.*

Beatus planè, de cuius domo nunquam vacuo sinu pauper exit: neque enim quisquam magis beatus, quàm qui intelligit super pauperis necessitatem, & infirmi atque inopis ærumnam. *Ambros. de offic.*

Ille intelligit super pauperem, qui largitur pauperi: nam quid prodest miseræ inopis, nisi alimoniam eidem largiaris? *Idem in Psalm. 118.*

Hoc est occidere hominem, vitæ suæ ei subsidia denegare. Cave ne inter loculos tuos includas salutem inopum: & tanquam in tumultis sepelias vitam pauperum. *Idem ibid.*

Sunt qui pauperibus parum tribuunt, ut amplius accipiant: quæ magis venatio appellanda est, quàm elemosyna. Melius est enim non habere, quod tribuas: quàm imprudenter petere, quod des. *Hier. in epist.*

Non subsarcinati auro. Christum pauperem sequimur: & sub prætextu elemosynæ pristinis opibus incumbimus. *Ibidem.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Elemosynæ exempla: Abdias, *1. Reg. 18. vers. 13.* Tobias senior, *Tob. 1. v. 19. 2. v. 16. 3. v. 8. 9. 10. 11. 12.* Tabitha *Actor. 9 v. 36.* Cornelius Centurio, *10. v. 1. 2. 3. 4.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Rabanus Maurus, *Fuldensis antistes*, mox Archiepiscopus Moguntinus, cum tanta fames Germaniam occuparet: ut eam pater filium suum devorare vellet: multam benevolentiam pauperibus exhibuit. *Sigebertus in Chron.*

Anastasius IV. Pontifex Max. pauperes pavit sua pecunia: cum universam prope Europam torqueret fames. *Ravif.*

Basilus Magnus episcopus Cæsariensis, in fame gravissimam facultates suas vendidit: frumentum comparavit: ex quo pauperes omnes, etiam Judæorum liberos aluit. *Sozomenes lib. 6. cap. 34.*

Ab Imperatore Henrico IV. agmina pauperum sustenta fovebat: qui cum domi in cubilibus, in campanis, in castris sequebantur. Nam & liberaliter eis prospexit: & in demortuorum locum mox alios substituit: ac in prædiis suis erogari elemosynas largas præcepit, ut in vita eius annotatur. *Theatr. Zuing. fol. 241.*

Tullius Hostilius Romanorum Rex. quot agrorum cæteri reges in usum suum servabant, publicè pauperibus divisit: multorum regum moribus dissimilis: qui quod pauperum est, sibi usurpare consueverunt. *Fulgos. lib. 4. cap. 8. ex Livio.*

Nerva Imp. civibus egenis, ut vitam sustentarent: decies & quinquagies centena millia nummum erogavit. *Theat. Zuing.*

Adrianus Imperator factus, pueris ac puellis, quibus Trajanus alimenta statuerat, incrementa dedit. *Suetonius.*

Nerva Imperator puellas puerosq; parentibus pauperibus: sumptu publico per Italix oppida ali jussit. *Cusp.*

ELEMEN-

ELEMENTA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. Metamorph.

*Ignea convexi vis, & sine pondere cæli
Emicuit, summaq; locum sibi legit in arce.
Proximus est aër illi levitate, locoq;.
Deorsum his tellus, elementaq; grandia traxit,
Et press. est gravitate sui: circumfluit humor
Ultima possedit, solidumq; coercuit orbem.*

Ibidem.

*Non regio foret ulla suis animalibus orbæ,
Astra tenent cæleste solum, formaq; Deorum,
Cesserunt nitidi habitanda piscibus undæ:
Terra feras cepit: volucres agitabilis aër.*

Ovid. lib. 15. Metamorph.

*Quatuor æternis genitalia corpora mundis
Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoq;
Pondere in inferis, tellus atq; unda feruntur.
Et totidem gravitate carent, nulloq; premente
Alta petunt aër atque aère purior ignis.*

Idem lib. 1. Fastor.

*Altum flamma petit, propior locos aëra cepit:
Sederunt medio terra fretumq; loco.*

Manilius lib. 1. Astrono.

*Ignis in æthereas volucer se transtulit auras,
Summaq; complexus stellantis culmina cæli,
Flammarum vallo nature mænia fecit.
Proximus in tenuis descendit spiritus auras,
Aerq; extendit medium per inania mundi,
Ignem flatibusq; alia vicinos subditus astris,
Tertia fors undas stravit, flatibusq; natantes
Æquore perfudit toto nascentia ponto:
Ut liquor exhalet tenuis, utq; vomet auras,
Auræq; ex ipso ducentem semina pascat:
Ultima subsedit glomerato pondere tellus.*

Ovid. lib. 15. Metamorph.

*Quæ quanquam spatio distant: tamen omnia sunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resolutaq; tellus
In liquidas rarefit aquas, tenuatur in auras.*

Cc 4

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Elementum est ex quo primo insito aliquid constat, nec aliam speciem specie dividi potest. *Aristot. lib. 8. Meta. philosoph. cap. 3. T. 4.*

Elementa oriuntur ex eo, quod alia in alia se vertant. *Lib. de Cælo, cap. 7.*

Elementa omnia repugnantiam inter se habent: eorum nihil æternum esse potest. *Lib. 2. de Cælo, cap. 3. T. 10.*

Sunt hæc initia elementorum, calidum, frigidum, humidum, siccum. *Lib. 2. de part. c. 2.*

Quoniam nec innumerabilia sunt elementa, nec unum plura sint, & finita necesse esse. *Lib. 3. de Cælo cap. 5. T. 52.*

ELOQUENTIA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Eloquencia in homine pravo, est venenum in poculo aureo. *August. lib. 1. de anima.*

Ille benè loquendi facundiam percepit, qui sinum cordis rectè vivendi studia extendit: nec loquentem conscientia prepedit, quum vita linguam antecedit. *Gregor. lib. 6. moral.*

Eloquens est ille: qui scit parva submissè, media temperate magna graviter dicere: qui scit invenire præclarè: enuntiare magnificè: disponere apertè, & figurare variè. *Cassiodor. sup. Psalm. 73.*

Bonus doctor proœmiatur apertè: narrat apertè, arguit acriter: colligit fortiter: ornat excelsè: docet, delectat & afficit. *Idem.*

Sæpè reperitur simplicitas veridica, & falsitas composita, quæ hominem suis erroribus illicit, per linguæ ornamenta laqueos dulces aspergit. *Isidor. lib. 3. de summo bono.*

Antiqui forensẽ eloquentiam, Caninam facundiam nuncupabant: eò quòd causidici in certaminibus causarum omnia quæ agenda, veluti alterutrum sese lacerant, jurgiaq; causarum ad injurias suas commutant. *Ibidem lib. 3.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 1. Æneid.

Ac veluti magno in populo cum sæpè coorta est

Seditio, sævitq; animis ignobile vulgus:

Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat:

Tum pietate gravem, ac meritis si forte virum quem

Conspexit

*Conspexere silent, auctisq; auribus adstant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Ovid. lib. 2. de Tristib.

*Dicitur, innocuas ut agat facundia causas:
Protegit hæc fontes immeritosq; premit.*

Lucan. lib. 7. de bell. civil. de Cicerone.

Romani maximeis auctor

*Tullius eloqui, cuius sub jure togæq;
Pacifas se vult tremuit Catilina secures:
Addidit invalidæ robur facundia caussæ.*

Ovid. ad Pisonem.

*Quin age majorum, juvenis facunde, tuorum,
Scande super titulos, & a vitæ laudis honores:
Armorumq; decus præcede forensibus actis.
Sic etiam magna jam tunc Cicerone juventæ
Laurea facundis cesserunt arma togatis.*

Juvenalis Satyr. 10.

*Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare,*

*Eloquio sed uterq; perit orator: utrunq;
Largus & exundans letho dedit ingenii fons.
Ingenio manes est, & cervix casta: nec unquam
Sanguine caudidici maduerunt rostra pusilli.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

ELoquēs hoc vel maximè differt à disertō. Disertus est enim, qui potest satis acutè atque dilucidè, apud mediocres homines, ex communi quadam hominū opinione dicere. Eloquens verò, qui mirabilius & magnificentius augere potest, atque ornare quæ vult: omnesq; omnium rerum, quæ ad dicendum pertinent, fontes animo ac memoria continet. *r. de Orat.*

Nomine oratoris & docti, ornandus est, qui scelus fraudemque nocentes possit dicendo subjicere odio civium, supplicioq; constringere: idemq; ingenii præsidio innocentiam judiciorū penaliberare: idemq; languentem labentemq; populum, aut ad decus excitare aut ab errore deducere: aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare, qui deniq;, quemcunque in animis hominum motum res & causa postulet, cum dicendo vel excitare possit, vel sedare. *r. de Oratore.*

Pacis est comes, otiiq; socia, & jam benè constitutæ civitatē quasi alumna quædam eloquentia. *De claris Orat.*

Nemo est, qui nesciat initio genus humanū in montibus ac

silvis dissipatum prudentium consiliis compulsum: & deserto
rum oratione delinētū, sed oppidis mœnibusq; sepisse. *r. de Orat.*

Fuit quoddam tempus, cū in agris homines passim bellit-
rum more vagabantur, & victu ferino sibi vitam propaga-
bant: nec ratione animi quidquam, sed plæraq; viribus corpo-
ris administrabant. Nemo legitimas viderat nuptias: nemo
certos inspexerat liberos. Quo tempore quidam magnus vidi-
licet vir & sapiens, dispersos homines in agris, & in locis silve-
stribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, &
congregavit: & eos ex feris & immanibus mites reddidit & ma-
factos. *r. de Invent.*

Hoc tempore cū homines nondum neque naturali, neque
jure civili descripto, fusi per agros, atque dispersi vagarentur
tantumq; haberent, quantum manu ac viribus, per cædem
vulnera aut eripere, aut retinere potuissent: extiterunt viri vir-
tute & consilio præstantes, qui dissipatos unum in locum con-
gregarunt, eosq; ex ferocitate illa ad justitiam atque mansue-
tudinem transtulerunt. & invento divino & humano jure, co-
mœnibus sepeferunt. *Pro Sestio.*

Duæ sunt artes, quæ possunt locare homines in amplissima
gradu dignitatis una imperatoris: altera oratoris boni, ab hoc
enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli pericula repe-
luntur. *Pro Murena.*

Gravis est & plena dignitatis dicendi facultas, quæ plurimas
gratias, firmissimas amicitias, maxima sæpè studia peperit. *Pro*
Murena.

Eloquentia principibus maximè ornamento est. *4. de Finib.*

Eloquentia grandis est verbis, sapiens sententiis, genere totius
gravis: manus extrema non accessit operibus eius: præclara in-
choata multa, perfecta non planè. *De claris Orat.*

Nihil est eloquentia laudabilius vel præstantius, vel admira-
tione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defendunt
sunt gratia. *2. Offic.*

Nihil est tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad
salutem & conservationem datam, ad bonorum pestem, pernici-
ciemq; convertere. *2. Offic.*

Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile:
nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat ora-
tione, & tanquam excolatur. *Paradox.*

Ut hominis decus est ingenium: sic ingenii lumen, est elo-
quentia. *De claris Orat.*

Doctrinæ & eloquentiæ ornamenta, sicut dicit Valerius
in pro

in pronun-
tunt: quib-
tur: aures
dendo. *Sem-*

Eloquen-
geret. fati-
ibidem.

Magna o-
genia favo-

Æ Schine-
sus D

tionem fuil-
quit, admi-
nes: dam-

Demosthe-
Iphicrate

phonem o-
sed mea fa-

Thacydi-
tus, uter e-
quam, ino-

diffe: itaq;
6. apoph.

M. Ant-
tas, vir na-

multos, e-
Demosth-

ita respon-
larem: co-

dominari-
derent dic-

UT no-
deret
lum: nisi

Ut no-
ris aut ar-
optima e-
sed rem a-
Damm
non teza-

in pronunciatione apta, & convenienti corporis gestu consistunt: quibus qui se instruxit, tribus modis homines aggredietur: aures penetrando, oculos demulcendo, & animos invadendo. *Senec. in epist.*

Eloquentia neque adhuc se ulli sic indulgit: ut tota contingeret. satis felix est, qui in aliquâ eius partem receptus est. *Idem ibidem.*

Magna debet esse eloquentia, quæ in vitiis placeat: cum ingenia favor hominum ostendat, favor alar. *Senec. in lib. 3. Rhet.*

§ APOPHTHEGMATA.

A Schines quum Rhodi exul recitaret orationem suam adversus Demosthenem: Rhodii demirati sunt, quod tali oratione fuisset damnatus ab Atheniensibus. At desineritis, inquit, admirari: si audissetis, quæ ad hæc respondit Demosthenes: damnationis causam rejiciens in violentiam eloquentiæ Demosthenicæ: *Philostratus.*

Iphicrates in causa obrutus eloquentia patroni, qui Aristophontem defendebat: Adversariorum inquit, melior est histrio: sed mea fabula melior. *Eras. in apoph.*

Thucydides ab Archida Lacedæmoniorum rege interrogatus, uter esset in palæstra superior, ipse, an Pericles? Posteaquam, inquit, ego hominem pugnando dejeci, ille negat cecidisse: itaque vincit, & spectatores à sua sententia dejecit. *Erasmus 6. apoph.*

M. Antonius, cui vel primas eloquentiæ patrum tribuebat ætas, vir natura præacutus & prudens: disertos dicebat se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. *Cic. ad Orat. ad Bruium.*

Demosthenes immodicum eloquentiæ studium objicientibus, ita respondit: Eloquentiæ studium declarare hominem popularem: contra negligere studium eloquentiæ, esse eorum, qui dominari populo quærent: ut qui hoc agerent, non ut persuaderent dicendo, sed ut vi cogèrent. *Plutarch. in Demosth.*

§ SIMILITUDINES.

UT non satis est clavus, neque frenum: nisi adsit, qui arte moderetur: ita non sufficit eloquentia ad moderandum populum: nisi accesserit sermonis moderatrix ratio. *Plut.*

Ut non est optima imago, quæ materiâ testatur opes locatōris aut artem pictoris: sed quæ rem proximè repræsentat: ita optima est eloquentia, quæ non ostentat ingenium dicentis, sed rem apertissimè ostendit. *Idem.*

Damnatur bombicina vestis seu militium, quod pellucens non tegat corpus, cum in hunc usum sit reperta vestis: ita ridenda facun-

da facundia, quæ rem non explicat, sed involvit: cùm in hoc re-
pertus sit homini: *sermo. Plin. lib. 11. cap. 22.*

Tilia cùm habeat caudicem ac folia dulcia: tamen fructum
eius nullū animal attingit: ita quorundam oratio blanda, gra-
taq; & composita, sententiarū nullus fructus. *Plin. lib. 16. cap. 25.*

Uti buxus semper quidem viret: sed alioqui & odore noxia,
& semen habet omnibus invisum animalibus: ita quidā præ-
ter orationis gratiam, nihil adferunt non fugiendum. *Plin. lib.*
16. cap. 17.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Eloquentiæ exempla: Aaron, *Exod. 4. v. 14.* Apollon, *Act.*
18. v. 14. Tertullus, *24. v. 1.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Homerus Nestorem senem eloquentiæ & prudentiæ laudibus
celebrat: τῆς δὲ δῶτό φημι γῆρας μέλιτι & γλυκίω, πρὶν αὐδῆν.

Ætialides, precio insignis, propter eloquentiam, Mercurii fi-
lius creditus. *Val. Flac. Mimo Argonaut.*

Eloquentia non apud quosvis Græcorum cœpit: sed apud
Athenienses: non nascentibus, sed jam adultis Athenis. Ante
Thucydem & *Thucydidem* litera nulla est, quæ quidem ornatum ali-
num habeat, & oratoris esse videatur. *Cic. in Brut.*

Apud Romanos diu exulavit eloquentia. Primus *M. Cornelius*
Cethegus (qui bello secundo Punico consul fuit cum *P. Tudici-*
no. 140. annis antè Ciceronem consulem) eloquens fuisse scri-
bitur, cuius eloquentiæ est auctor *Q. Ennius*. Hunc *Florentius*
deliberum populi, Suadæque medullam homines vocabant.
Theat. Zuïng. fol. 1107.

M. Cato Censorius annis novem post *Cethegum* consul fuit
cum aliis, tùm eloquentiæ laudibus insignis: quem *Cicero* Ly-
siaz conferre non dubitat. Romanus *Demosthenes* à quibusdā
dictus est: teste *Celso lib. 25. cap. 3.*

C. Lelius & *P. Scipio Africanus* in primis eloquentes fuerunt.
Theat. Zuïng. fol. 1107.

M. Emilius Lepidus, Porcina dictus, paulò minor nati *Gal-*
ba, summus orator fuit habitus. In quo primùm lenitas illa
Græcorum, & verborum comprehensio, etiam artifex stylus
apparuit. *Theat. Zuïng. fol. 1107.*

C. Curio illustris Orator fuit. Item *C. Gracchus*, cujus immo-
turo interitū res Romanæ Latinæq; literæ damnum fecerunt:
qui, si vixisset, eloquentia parem habuisset neminem. *Theat.*
Zuïng. fol. 1107.

Q. Catullus, non antiquo illo more, sed hoc nostro (inquit *Ci-*
cero)

cero) erudi-
te, causas eg-

M. Anton-
runt: ut utr-

Cicerone

Q. Varius

vehemens,

Cn. Pompe-
gloriam hab-

cas laudes a

Cn. Pisone

maior cogit

Q. Horten-
quirit *Cice-*

affirmat: sup-

Asinius Pe-

primatu con-

C. Licinius

se dicitur, u-

num quia h-

odium *Vati-*

Alexande-

pore habuit

defenderet:

animis acco-

ris de discip-

mira quada-

Quia ser-

centes, mag-

primit anim-

cari, putamu-

dentiam nec-

Quippe qua-

ream *Merceu-*

tur, dignita-

opportunè

dunt. *Pier. V-*

Sapientia

simaq; perfi-

Grammatic

cero) eruditus, incorruptâ quadam Latini sermonis integritate, causas egit. *Cic. in Bruto.*

M. Antonius & L. Crassus summi perfectique Oratores fuerunt: ut utrum alteri præferas, ignores? 34. annis antè natum Ciceronem. *Theatr. Zuing. fol. 1107.*

Q Varius rebus inveniendis & verbis expeditus, fortis actor & vehemens, verbis nec inops, nec abjectus. *Cic. in Bruto.*

Cn. Pompeius, vir ad omnia summa natus, majorem dicendi gloriam habuisset: nisi cum majoris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. *idem*

Cn. Psone genero suo neminem se nec studio, nec industria majore cognovisse. *Cicero testatur ibidem.*

Q. Hortensius, ut summi oratoris laudes multis verbis persequitur Cicero in Bruto, eumq; se magno studio imitatum esse affirmat: superasse, ex ipsius verbis subintelligi potest. *ibid.*

Asinius Pollio Augusto familiaris, cum Cicerone de eloquentiæ primatu contendere fuit ausus. *Theatr. Zuing. fol. 1107.*

C. Licinius Calvus, Ciceronis æmulus tanta vi Vatiniû accusasse dicitur, ut Vatinius exurgens, exclamarit: rogo vos Judices, num quia hic disertus, ego condemnabor? Ex hac inimicitia odium Vatiniæ in proverbium abiit. *Cicero.*

Alexander VI. Pontifex Max. eloquentia vix similem suo tempore habuit: nemo erat, qui rem cautius proponeret, aut acrius defenderet: seu quovis cuperet, impelleret: sese unum omnium animis accommodabat: cum jucundis de remissione, cum severis de disciplina, cum paribus de Repub. doctissimè semper & mira quadam facundia loquebatur. *Volateran. lib. 22. Anthropol.*

§ HIEROGLYPHICA.

Quia serpentem pro astu poni docti sumus ex Aristotele dicente, animalia quædam esse astuta per se, sicuti sunt Serpentes: magis verò ex lectione sacra, quæ prudentiam huic in primis animali tribuit, ea etiam de causa *Angues caduceo complacati*, putamus: quòd ostendere voluerint, & calliditatem & prudentiam necessarias eloquentiæ, quæ per *virgam* significatur. Quippè quæ regat diætos animos. Neq; desunt, qui *virgam auream Mercurii* manibus, à qua *DEUS* ipse *Ζευσος πατρις* appellatur, dignitatis & excellentiæ, quæ illam ornant, qui & scitè & opportunè norit orationem contexere, signum esse contendunt. *Pier. Valer. lib. 16. pag. 146. D.*

Sapientiores *Sirenas* pro Hieroglyphico eloquentiæ, felicissimâq; persuadendi vi posuerunt. Undè diætu illud de Catone Grammatico. *Cato Grammaticus Latina Siren. Idè lib. 20. pag. 193. B.*

Per effi-

Per effigiem *Pittaci* eloquentem hominem qualem se negat Tullius reperisse, significant: cum nullum ex animalibus rationis expertibus articulatus humanas explicet voces, id quod idem præstat, quod linguam habeat latiore[m] carnosiore[m]q[ue] humanæ propemodum, similem. *Idem lib. 23. pag. 214. E.*

Suavem eloquentiam per hieroglyphicum *Apis* significati sunt nonnulli qui asserunt. *Idem lib. 26. pag. 241. A.*

Vide Oratio.

EMPTIO.

EXEMPLA SACRA.

E Mptionis exempla: Abraham emic servos, *Genes. 17. v. 12.* Speluncam duplicem, *23. v. 16.* Jacob patrem agri, *33. v. 17.* Putiphar Josephum, *37. v. 36.* Jacob & filii eius frumentum, *47. v. 1. 2.* Joseph terram Ægypti, *47. v. 20.* David arcam, *2. Sam. 6. v. 24.* Amri montem Samaritæ, *1. Reg. 16. v. 23. 24.* Negotia res Regis, *2. Paralip. 1. v. 16. 17.* Jeremias agnum, *Jerem. 32. v. 7.* Principes Sacerdotum agrum figuli, *Matth. 27. v. 7.* Joseph donem, *Marc. 15. v. 46.* Maria Magdalena, &c. Aromata, *16. v. 1. 2.* Filius Dei Ecclesiam suam, *Actor. 20. v. 28. 1. Corinth. 6. v. 7. & 7. v. 23. 1. Petr. 1. v. 19. 2. Petr. 2. v. 1.*

EXEMPLA PROFANA.

T *Vriaci*, mercaturam exercentes, absque omni dolo vendunt omnia: apud quos, si quis domum emerit, sacra facere Apollinis Epicoræi fano: si verò prædium, in vico quem venditabitabat, & jurare coram magistratu solet, quod reverà justemat, nec fraudulenter agat, nec arte dolove utatur ullo. Eodem modo & magistratus quoq[ue] vendentem jurare jubet, quod sine malo dolo vendat. *Stob. serm. 42.*

Themistocles prædium distrahens jussit pronuntiari, etiam vicinum bonum illud habere. *Plutar. in apoph.*

Cornelius asinam pecunia onustam in forum produxit, locum sponforum, cum fundum emisset. Unde Corneliæ genti *Asinæ* cognomentum datum est. *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 6.*

Q. Mutius Scævola Pont. Max. eloquentium juris peritissimus & jurisperitorum eloquentissimus: cum aliquando postulatus esset, ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel indicaretur, id quod venditor fecisset: dixit, se pluris æstimare, addiditq[ue] centum milia. Usque adeo ab officio boni viri non discedebat. *Rutilianus in vita.*

Hermes Philosophus Ægyptius, auditor Syriani sophistæ: contra scipulum

scipulus Pro
quàm doct
addiceretur
contra, non

Vide

Interest in
sequisq[ue]
netur error

Nimis pe
ror suus late
non errent,

Diligent
August. in ep

Nonnulli
in via moru

O quam
dam non re

virtutibus:

Nihil gr
non possit.

Nonnulli
usq[ue] ad per

esse neglig
moral.

Bonus an
Senec. ep

Dilogenes
monet

quit, fuisse

tem ego nu

Quidam
non volens

Munatim
postea esse

viri est, si e

sciscere. *Bri*

scipulus Procli, sub Hadriano principe, nec non minus iustitia, quam doctrina præditus, si quid empturus, minus iusto pretio addiceretur, ipse nihilominus iustum promebat: si quid verò contrà, non ultrà appetebat. *Suidas.*

Vide Mercator.

ERROR.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Interest in quantum, & quibus rebus erretur, & quàm facilè se quisq; corrigat: vel quanta pertinacia suum defendere conetur errorem. *August. in epist. ad Marcellam.*

Nimis perversè se ipsum amat, qui & alios vult errare, ut error suus lateat: quanrò est melius & utilius, ubi ipse erravit, aliè non errent, quorum admonitio errore careat. *Idem ibid.*

Diligendi sunt homines: ut eorum non diligentur errores, *August. in epist.*

Nonnullis errare profuit aliquando: sed in via pedum, non in via morum. *Idem ibid.*

O quàm detestandus est error hominù, qui clarorum quædam non rectè facta laudabiliter se imitari putant, à quorum virtutibus alieni sunt. *Idem de unico Baptismo.*

Nihil gravius, quàm errantem adeò desereri, ut se revocare non possit. *Ambros. in lib. de Cain & Abel.*

Nonnulli dum plus exquirunt contemplando quàm capiunt, usq; ad perversa dogmata erumpunt: & dum veritatis discipuli esse negligunt humiliter magistri erroris fiunt. *Gregor. libr. 8. moral.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat. *Senec. epist. 42.*

§ APOPTHEGMATA.

Digenes cuidam objicienti, quòd aliquando falsò signasset moneram (nam hanc ob rem iustus est exulare) Fateor, inquit, fuisse tempus quo talis eram, qualis tu nunc es: qualis autem ego nunc sum, tu nunquam futurus es. *Laert. lib. 6.*

Quidam servo, qui dum puniretur, dicebat: non volens erravi: non volens, igitur (inquit) pœnas dato. *Plutar. in Lacon.*

Munatius Plancus facti pœnitens, quòd Fabium insinulasset à quo postea esset adjutus: ad commilitones, Boni (ait) sapientisq; viri est, si erraverit, in reliquum tempus doctorem se sibi adsciscere. *Brut. lib. 5. cap. 12.*

Scipio

ER ERUBESCENTIA. EXACTIO.

Scipio Afr. turpe esse aiebat, in re militari dicere: Non per
ram. *Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2.*

§ SIMILITUDINES.

UNa tussis non facit phthisin, sed in morem adducta: ira
ror non statim gignit animi morbum. *Seneca.*

Climenos herba ita morbo medetur, ut sterilitatem adfert
etiam in viris: ita quidam malum aliquod ita profligant,
aliud diversum admittant. *Erasm.*

Ut in magna strage alius aliū trahit in ruina: ira in pub
co errore, alius alium secum trahit ad perniciem. *Seneca.*

Ut solis defectus magnam mortalium perniciem trahit:
regis error etiam levis, magnam tamen in rebus humanis
gignit perturbationem. *Erasmiss.*

Vide Crimen, Culpa, Delictum, Peccatum, Ven

ERUBESCENTIA.

§ EXEMPLA SACRA.

ERubescentiæ exempla: Servi Ehud, *Judic. 3. v. 24. 25.* Elif
2. *Reg. 3. v. 14.* Eldras, 1. *Esd. 8. v. 22. 3.* *Esd. 8. v. 52.* duo
byteri, *Daniel. 13. 11.* Servi, *vers. 27.* adversarii Christi, *Luc. 13.*

Vide Pudor, Verecundia.

EXACTIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

EXigitur, quod debetur nostro corpori: sed non impetra
mus quod subjectorum debemus cordi. *Gregor. in moral.*

Non gaudent martyres, quando ex illis pecuniis honora
tur, in quibus pauperes deplorant. *Chrysof. super Matth.*

Magnum scelus est, rem pauperum præstare divitibus, &
sumptibus inopum acquirere favores potentum. Arenti terra
aquam tollere & flumina quæ non indigent irrigare. *Isidor. lib.*
de summ. bon.

Ministerialium siquidem tanta est multitudo, quanta est
custarum: ut istis recedentibus, alii succedant, quod ex parte
fuerit devoratum, alii devorent exitialiter & consumant: im
pleturque eis illud Propheticum: residuum crucis comedit
custa: residuum locustæ comedit bruchus: residuum bruch
comedit ærugo. Pauper enim veretur aperire malitiam es
Etora

EX

Etora: ne
minis pejo

CAlli rat

mittere

potationib

duffer, & it

tellexisset, o

ne quid ran

docuit, ita

ne quid nos

Lact.

Dionysius

videret illo

quod daren

fecit. At p

illos in fore

juste præfe

habent: qu

Tiberius

grote præf

rescriptis

in Tiberio.

Antonius

ingentem

exegerat, p

no (inqui

mus, nulla

in eius vita.

SCytha à

quaten

revocati a

tributū m

fecit Nyn

Persarum

ros & trib

rei monu

mediterra

menta, la

auri & arg

lib. 15.

eorum: ne graviora moliantur in eum, & fiant posteriora hominis pejora prioribus. *Petr. Rav. in quad. epist.*

§ APOPHTHEGMATA.

Calli ratidas cum ad pecunias petendas ad Cyrum juniorem mitteretur, ad belli usum: bis regis aulam accessit, & comotationibus eum indulgentem audivit. Tertio vero cum adisset, & iterum bibere eum, nec se ad colloquium admitti intellexisset, dixisse fertur: ita curam habendam pecuniarum: ut ne quid tamen committeretur Sparta indignum. Quo d. & docuit, ita ab hominibus exigendam esse pecuniam debitam: ne quid nostrae dignitati & existimationi decedat. *Plutarchus in Lacon.*

Dionysius sen. exegerat pecunias à Syracusanis: deinde quum videret illos lamentantes, obsecrantes, ac negantes se habere, quoddarent: indixit alteram exactiorem; idq; iterum ac tertio fecit. At postquam, ubi majorem summam imperasset, audiret illos in foro ambulantes ridere, & scommata in regem jacere: iussit praefectos ab exigendo quiescere. Jam enim, inquit, nihil habent: quandoquidem nos contempnunt. *Plut. in apoph.*

Tiberius cum deprehendisset *Æmilium Rectum*, quem *Ægypto* praefecerat, nimium à populo exegisse, super ea re iratus, rescripsit: se tonderi velle suas oves, non deglubi. *Dion. Nicetas in Tiberio.*

Antonius Caracalla à *Julia* matre graviter objurgatus, quod ingentem illam pecuniam, quam per fas & nefas subditis vi exegerat, profunderet: gladium evaginatum ostendens: *Bono* (inquit) animo esto mater: nobis quandiu hunc habebimus, nulla unquam deerit pecunia. *Dion. Nicetas, & Xiphilinus in eius vita.*

§ EXEMPLA PROFANA.

S*Cytha* à *Vexore Ægypto* provocati, cum eum fugientem persecuerentur, xv annis *Asiam* universam subegerunt, & domum revocati ab uxoribus, maritorum absentiam ægrè ferentibus, tributum modicum gentibus imposuere: cujus pendendi finem fecit *Nynus Assyriorum Rex*. *Sabell. lib. 1. cap. 1.*

Persarum reges quisque suas aedes in monte faciunt, & thesauros & tributa, quae exigunt, ibi recondunt, bene administratae rei monumentum. Exigunt ex ora maritima argentum, ex mediterranea, quae quaeque regio ferat, ut colores, medicamenta, lanam, vel aliud tale: eodem modo & pecora. Maxima auri & argenti pars in aedificiis est, in nummis perexigua. *Stob. lib. 15.*

EX

EXCOMMUNICATIO.

In Macedonia ex effusione æris singula talenta in singulos dies Alexandro Magno regi pendebantur. Alexand. ab Alex. lib. 4. cap. 10.

Præter alia equidem miror, inquit *Plin. lib. 33. cap. 3.* populum Rom. victis gentibus in tributo semper argentum imperitasse, non aurum: sicut Carthagini cum Annibale victæ argenti pondo annua in quinquaginta annos, nihil auri. Nec potest videri penuria mundi id evenisse. Nam Midas & Cræsus in infinitum possederant. *Theat. Zuing. fol. 598.*

Novogrodum urbs Livonia olim Principi Litvaniz quotannis tributum centum millium aureorum pendebat. Eam Joannes Moschorum rex anno salut. M. cccc. lxx. occupavit. Ioannes Cureau in Silesia annalibus.

EXCOMMUNICATIO.

§ EXEMPLA BIBLICA.

EXcommunicationis & separationis exempla: Adam & Eva *Genes. 3. v. 24.* Leprosi utriusq; sexus, *Numer. 5. v. 1. 2. 3.* Maria, *12. v. 15.* Core, Dathan & Abiron, *16. v. 24. 25. 26. 27.* Achis, *Ios. 7. v. 24. 25.* Ananias etiam & Saphira sunt species quædam tristissimum excommunicationis exemplum, *Actor. 5. v. 1. 5.* Judæi, *13. v. 46.* Corinthius incestuosus, *1. Cor. 5. v. 9.* Pseudoapostoli, *Galat. 1. v. 8. 9.* Hymæneus & Alexander, *1. Tim. 1. v. 20.* Phygellus & Hermogenes, *2. Timoth. 1. v. 15.*

§ EXEMPLA PROFANA.

IN sexto generali concilio Constantinopolitano *Macarius Patriarcha Antiochenus* cum Monothelitis pertinacibus in hæresi anathemate percussus. *Theatr. Zuing. fol. 818.*

Anacletum Antipapam Innocentius bis terve excommunicavit. Plantina, Sigeberti continuator, Otho Frisingensis lib. 7. cap. 23.

Theodosius Imp. per octo menses ab Ambrosio excommunicatus, ob nimiam adversus Thessalonicenses & Pannonas vindictam quorum 7000. occidi curaverat: qui magistratus aliquot saxi obrutos & contumeliosè tractatos interfecerant. At veniam tandem petens receptus est ab Ambrosio, populo pro eo deprecante. Theat. Zuing.

Innocentius Rom. Pp. excommunicavit tum ipsum Imperatorem Arcadium, eiusq; conjugem Eudociam: tum etiam Ecclesiasticos omnes, quorum perversis studiis Ioan. Chrysestomus in exilium eiectus fuerat. Nicephorus lib. 13. cap. 34.

Alexander III. Fridericum I. Imp. qui Octavianum Antipapam designasset

EX

designasset, literis missis

Ex Scythibus libere

Alexand. lib. 4. cap. 10.

non poterat hocensibus

Delphici factum: hæc translat

Apud Herodot. lib. 2.

Apud Marcellum ab aris pro

Et Alex. a

Nulla e de Am

Multitudine Hieron. in ep.

Non est vita: rater

in epist. ad Ustatu

mittere: & fendendo

Peccati defension

Quidam na non qu

agimus, rem post h

illicitum didit. Iden

Noli ju opus non

casum. B In qua

designasset, excommunicatione feriit, ac per universum orbem literis missis hoc publicavit. *Sylvius.*

Ex *Scythis*, qui nullum hostem interfecisset in acie, in solennibus libare non poterat, reliqui initiati, adesse nō vetabantur. *Alexand. lib. 4. cap. 17.*

Apud *Germanos*, qui scutum amisissent in acie: sacris interesse non poterant. *Tacitus.*

Ihocensibus ob direptum fanum *Delphicum* à *Philippo* victis, *Delphici* fani & conventus *Amphyctionum* communicatione interdictum: jusq; ferendi suffragii ad *Macedonas* ab *Amphyctionibus* translatum. *Pausanias in Ihocicæ.*

Apud *Aegyptos* subulcis universis templa interdicta fuere. *Herodot. lib. 2.*

Apud *Magos*, Lentiginosi tanquam invisi Diis immortalibus, ab aris procul arcentur: cum iis, quibus viventibus exequiæ factæ. *Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.*

EXCUSATIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nulla est peccati excusatio: si amici causa peccaveris. *August. de Amic. cap. 7.*

Multitudo sociorum, impunitatem non facit criminum. *Hieron. in epist.*

Non est facile malum de perfecta ætate credendum: quam vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis. *Idem in epist. ad Russ.*

Usitatum generis humani vitium est, libendo peccatū committere: & commissum negando abscondere: & convictum defendendo excusare. *Gregor. lib. 22. moral.*

Peccatum peccato addit, qui culpæ, quam fecit, patrocinia defensionis adjungit. *Idem lib. 22. moral.*

Quidam dicere nonnunquam solent, concessis utimur: aliena non querimus: & si digna misericordiæ retributione non agimus, nulla tamen perversa perpetramus: quum tamen divitem post hanc vitam vitrix gehenna suscepit, non quia aliquid illicitum gessit, sed quia immoderato usu totum se illicitis tradidit. *Idem in pastorali.*

Noli judicare proximum, sed magis excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. *Bernh. sup. Cant. jerm. 11.*

In quacunque hominum verferis frequentia, cave alienæ

conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius index, & si perpetratum actumve quid deprehendes, ne sic iudicium proximum: magis autem excusa. *Idem de 12. grad. hom.*

Adhoc, ut verum fatear, ea mihi deesse video quæ maxime necessaria videntur: diligentiam & ingenium: quia nec doctus nec indoctis pariter istiusmodi recusandi mos est, nec facile fitur, qui vel experientia, qui vel ex verecundia mos prodeat. Injuucti operis obeditio non probat. *Bernhard. de diligendo Deo in prin.*

Excusatio perfecta, testimonium conscientiz suæ. *Idem de mod. fid. lib. 2.*

Quamvis vera sint, credenda non sunt, nisi quæ certis indicibus comprobantur: nisi quæ manifesto examine convincuntur: nisi quæ ordine judiciario publicantur. Non enim qui accusatur: sed qui convincitur, reus est. *Isidor. lib. soli.*

Hoc enim maximum vitium est, quo laborat humanitas: post peccatum suum maximè ad excusationis refugium, quo poenitentiam se confessionem prosternat, quod facinus in summa peccata constat numeratum esse: quia inde nascitur unde ad poenitentiam reus tardius venire videtur. *Cassiodor. Psalm.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nullum putaveris locum sine teste excusatorem querere. Vitium est: non posse prætendunt: sed nolle in causa esse. Emitte excusationem: nemo peccat invitus: omne peccatum voluntarium est. *Senec. in proverb.*

Puerum ætas excusat, foeminam sexus, extraneum libertas domesticum familiaritas: amicus est, licet qui offendit: fecit quod noluit: inimicus fecit quod debuit, prudentiori remittamus. *Idem in quad. epist.*

§ EXEMPLA SACRA.

Excusationis legitimæ exempla: David, *1. Sam. 17. v. 29.* Achilleus, *22. v. 15.* Christus, *Matth. 12. v. 3.* Excusationis modestæ exempla: Fratres Joseph, *Genes. 42. v. 10.* Ruben, Gad, & dimidia Tribus Manasse, *Ios. 22. v. 22. 23. 24.* Gedeon, *Iudic. 8. v. 1. 2. 3.* Anna, *1. Sam. 1. v. 15.* Daniel, *Dan. 6. v. 22.* Excusationis peccati exempla: Adam & Eva, *Genes. 3. v. 12. 13.* Judas, *44. v. 16.* Judæi, *Ierem. 2. v. 35.* Excusationis ineptæ exempla: Sara, *Genes. 18. v. 15.* Saul, *1. Samuel. 13. v. 11. 12. 13. & 15. v. 15. 20.* Vocati ad cœnam magnam, *Luc. 14. v. 18.* Excusationis ironicæ exemplum: Paulus, *Actor. 23. v. 5.*

EXEM.

Modestia
Exem
charitate, in
omnibus. *1. 7.*
In omnib
doctrina, in
sibile. *Tit. 2.*
Christus p
ut sequam

Non tan
quantu
gilitatis huj
malam susp
Qui in C
epist. 9.
Instru
commove
Validior
tur, quam v

In
Vt fu
Cum
Vive
Non
Bar
Perd
Cum
Ne
Poss
Aje
For
Vif
Vni
Siv
Nec

EXEMPLUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

M Odestia vestra nota sic omnibus. *Philip. 4.*
 Exemplum est fidelium in verbo, & conversatione, in
 charitate, in fide, in castitate, ut profectus tuus manifestus sit
 omnibus. *1. Tim. 4.*

In omnibus præbe te ipsum exemplum bonorum operum, in
 doctrina, integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile. *Tit. 2.*

Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum,
 ut sequamini vestigia eius. *1. Petr. 2.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

N ON tantum curemus habere bonam conscientiam, sed
 quantum potest nostra infirmitas, quantum vigilantia fragilitatis humanæ, curemus nihil etiam facere, quod veniet in
 malam suspicionem infirmo fratri. *August. lib. de orib.*

Qui in Christum credimus, Christi sectemur exempla. *Hier. epist. 9.*

Instructus redditur animus in futuris, quando præteritorum
 commovetur exemplis. *Cassiod. lib. 5. cap. 44.*

Validiora sunt exempla quam verba: & plenius opere docetur,
 quam voce. *Leo Pap. in serm. de Ieiunio.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 4.

*Insuevit pater optimus hoc me
 Ut fugerem, exemplis vitiorum queq; notando:
 Cum me hortaretur parcè, frugaliter, atq;
 Viverem uti contentus eo, quod mē ipse parasset:
 Nonne vides Albi us male vivat filius? ut quō
 Barnes inops? magnum documentum ne patriam rem
 Perdere quis velit. à turpi meretricis amore
 Cum deterreret, Sectans dissimilis sis:
 Ne sequerer mæchas, concessa cum venere uti
 Possent: deprehensi non bella est fama Treboni,
 Aiebat. Sic me
 Formabat puerum dictis, & sive jubebat
 Ut facerem quid, habes authorem, quo facias hoc:
 Vnum ex judicibus selectis objiciebat:
 Sive vetabat: an hoc in honestum, & inutile factū
 Necne sit addubites flagret rimore malo cum*

EX

EXERCITATIO.

*Hic atque ille, Avidos vicinum funes ut agros
Exanimat, mortisq; metu sibi parcere cogit;
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitis.*

Juvenalis Sat. yr. 14.

*Sic natura jubet: vel ociosos & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica: magnis
Cum subeant animos auctoribus.*

Ibidem.

*Quoniam dociles imitantis
Turpibus ac pravis omnes sumus.*

EXERCITATIO.

SENTENTIÆ PATRUM.

Cum sit utilis ad instruendum lectio, & adhibita collatio
majorem intelligentiã præbeat: melius est conferre, quam
legere: collatio docibilitatem facit. Nam propositis interro-
gationibus cunctarum rerum error excluditur: & sæpè ob-
scurationibus latens veritas aperitur. *Isidor. de sum. bon. lib. 3.*

Sæpè illa, quæ in publico non valemus, necessariò querenda
prius in secreto exercitationis usum exposcunt: quia si ea pro-
fus in occulto negligimus, uti postmodum eis, dum opus est, in
publico non valemus. *Hugo de institutione novit.*

Constat omnem operam, si longa intercapedine quiescat, &
grè resumì. Quis enim ignoret, cunctis aut artificibus, aut ar-
tibus maximum decus usi venire: quumquæ studia consue-
ta frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigrescere in ar-
tibus? *Cassiodor. lib. 9.*

Accescit profectò ingenium, nisi vigilantia reparetur: citò
expediuntur horrea, quæ assidua nõ fuerint adjectione suffulta:
thesaurus ipse, quàm facillè profunditur, si nullis iterum pecu-
niis compleatur: sic humanus sensus cum alieno non sacra-
tum id est, restauratus invento, citò potest attenuari de proprio.
Cassiodor. lib. 4. epist.

SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Omnes artes, omniaq; opera quotidiano usu & jugi exerci-
tatione proficiunt. Quod si in parvis verum est: quantum
magis decet in maximis custodiri? *Veget. de re milit. lib. 2.*

Vita humana propriè uti ferrum est: ferrum si exerceas, con-
teritur: si non exerceas, tamen rubigo interficit: item homi-
ni

EX

ne exereend
plus detrim
Quem in
23. epist.

Diligenti
dentia sine j
prudencia m
sententia mu

Constant
Scintillul
quàm si stuc
tur: juxta
Idem ibid.

Demonstr
fese dili
apud me no
pic, qui had
lib. 8. apoph
Cicero cu
laudasset: &
cesseret: qu
landasti? I
infame dec

UT ferr
tes: it a
Ut ferru
gor, nisi ne

Demostr
nuoci
domi suz
nis forma
tres mens
vellet qui
varie histo
In Elid
les Amphy
ercitatio
in loco, v

nes exereendo conteri: si nihil exerceas, inertia atque torpedo, plus detrimenti affert: quàm exercitatio. *Gell. lib. 11.*

Quem in ipsa re trepidare nolueris, antè rem exerceas. *Senec. 23. epist.*

Diligentia, cujuslibet operis obtusitas permollitur: sic prudentia sine justitia parum vel nihil prodest: justitia verò sine prudentia multum: sic sine usu scientia parum: usus autem cum scientia multum. *Boet. de disciplina scho.*

Constantia parit, inconstantia parta dissolvit. *Idem ibid.*

Scintillula difficilis veritatis facilius in differendo reperitur, quàm si studio observantiz per multum tempus committeretur: juxta illud Aristotelis: bona opinio facit videre verum. *Idem ibid.*

§ APOPHTHEGMATA.

Demonax quendam infeliciter declamantem admonuit, ut sese diligenter exerceret, cumq; is respondisset, nunquam apud me non declamo. nihil igitur mirum, inquit, si dicis ineptec, qui hæctenus semper stulto auditore solius sis uti. *Erasmus lib. 8. apoph.*

Cicero cum M. Crassum pro rostris magno populi applausu, laudasset & eundem postea ex eodem loco acribus conviciis incesseret, quid, ait, Crassus, an non me nuper ex hoc ipso loco laudasti? Laudavi, inquit, sed exercendi gratia argumentum infame declamans. *Erasmus lib. 4. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

Ut ferrum aut æs usu splendescit: sic exercendis negotiis enitescit animi vigor. *Plutarch.*

Ut ferrum, si non utaris, obducitur rubigine: sic animi vigor, nisi negotiis tractandis exerceas. *Plut.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Demosthenes cum sibi non tam artem, quàm actionem & pronunciationem deesse animadverteret: subterraneum locum domi suæ ædificavit, in quem singulis diebus descendit, actionis formandæ, vocisq; componendæ causa. sæpè etiam duos aut tres menses continuos ibi egit, rarsa altera capitis parte: ut ne si vellet quidem egredi, inde præ verecundia posset. *Aelian. lib. 7. variz historiz. & Plut. in Demost.*

In Elide septum est, quod Xystus ex eo appellatur, quo Hercules Amphytrionis filius, ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus se confirmans, sentes omnes, qui pullularent eo in loco, vellere ac fragere sit solitus. *Pausan. lib. 6.*

1. Sam. 25. v. 24. 25. 26. 32. Abner. 2. Sam. 2. v. 21. Aggeus & Zacharias. 1. Esdr. 5. v. 1. Tobias. Tob. 3. v. 4. 5. Parentes Saræ. 10. v. 12. Judith. Iudith. 8. v. 9. 10. Abdemelech. Ierem. 38. v. 9. 10. Mathathias. 1. Macchab. 2. v. 50. Judas Machabæus. 3. v. 18. 19. Mater septem filiorum. 2. Macchab. 7. v. 1. 2. 27. 28. Exhortationis pii Regis ad populum exempla: Josaphat. 2. Paralip. 20. v. 20. 21. Ezechias. 32. v. 7.

Vide supra Admonitio.

EXILIUM.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Exilium est scelerum poena, *Paradox. 4.*

Exilium ibi est: ubi virtuti non est locus. *Pro Milone.*

Omnes scelerati & impii, quos leges exilio affici volunt: exules sunt, etiam si solum non mutant. *Parad. 4.*

Exilium terribile est iis, quibus quasi conscriptus est habitandi locus: non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt. *Parad. 3.*

Si abesse à patria miserum est: plenz miserorum sunt provinciz, ex quibus admodum pauci in patriam revertuntur. *5. Tusc.*

Ad omnem rationem Teuceri vox accommodari potest: Patria est, ubicunque est benè. *5. Tusc.*

Exilium, non supplicium est sed profugium portusq; supplicii: nam qui volunt poenam aliquam subter fugere aut calamitatem, eò solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant: qui si in civitate legis vim subire vellent, non prius civitatem, quam vitam amitterent: quia nolunt, non admittitur iis civitas, sed ab iis relinquitur atq; deponitur. *Pro Cecin.*

Exilium id quod fit propter alienam, & offensam populi voluntatem, malum est. *1. Tusc.*

§ ΑΡΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Hercules interrogatus, Argivus ne esset, an Thebanus? respondit: Non unam curo patriam jactare: omnis Græcia mihi patria est. *Plutarch. lib. de exilio.*

Anaxagoras quum ab Atheniensibus esset damnatus exilio, cuidam dicenti, privatus es Atheniensibus: imò illi (inquit) me. *Luert. lib. 2. cap. 3.*

Anaxandridas cuidam exilium acerbè ferenti, respondisse dicitur: ne horrescas exulare civitate: à justitia enim exulare miserum est. *Plut. in Lacon.*

Themistocles quum pulsus primum Athenis, & mox tota Græ-

cia venisset ad Persarū regem, ditissimus ab eo factus est. P
rō, magnifica dona, quibus à rege honoratus erat, intuen
xit: O pueri! pericramus, nisi periissemus. *Plut. in apoph.*

Teucer rediens ex Trojana expeditione, quum ob *Ajaci* s
tris mortem *Telamoni* patri esset inuisus, atque ab eo ex
multaretur, ad socios conversus, ait: patria est, ubicunq;
est. *Cic. in Tusc. quest.*

Rutilius consolanti eum cuidam, ac dicenti: instare bella
vilia, & ob id brevi futurum, ut omnes exules reverterentur
quid tibi, inquit, malè feci: ut mihi pejorem reditum, quàm
xitum optares. Malo ut patria exilio meo erubescat: quam
ditu mœreat. *Senec. de benefic. lib. 6. cap. 37.*

Diogenes cuidam per convicium dicenti: Sinopenfes te
lio damnarunt: at ego, inquit, illos mansione: significans
quòd solum vertere juberetur, nihilo infeliciorem esse his,
in patria manerent, nec exilium æquo animo pati possent.
err. lib. 6.

Demetrius Phalereus cùm exularet, ac apud *Thebanos* ing
rius humiliq; viveret, audissetq; *Cratetem* philosophum
ipsum inviseret: multa placide prudenterq; de ferendo
lio disputantem: malè, inquit sic negotiis & occupationib;
per quas hæcenus talem virum cognoscere non licuit. *Laert.
lib. 5. cap. 5.*

Aristides ab amico quodam rogatus, quam ob causam exili
ei tam molestum fuisset? respondit: propter ignominiam p
triæ, à qua injustè in exilium missus esset, & ob eam injustitiam
ubiq; malè & ab omnibus audiret. *Stob. ex Serino serm. 37.*

§ SIMILITUDO.

E Corporis morbo quidam hoc excerpunt commodi, qui
vacant negotiis quibus distringebantur: & quosdam labo
res objecti, reddidèrè validos: sic quibusdam exilium, paup
tas, naufragium, occasio fuit philosophandi. *Plusarch.*

§ EXEMPLA SACRA.

E Xulum exempla: *Adam & Eva, Genes. 3. v. 24. Cain, 4. v. 11.*
Abraham, 12. v. 1. David, 2. Sam. 15. v. 13. 14. 16. Elias, 1. Reg.
19. v. 3. Israelitæ, 2. Reg. 17. v. 5. 6. Osee, 9. v. 3. 4. Joseph, Matth.
& *Christus, Matth. 2. v. 13. (Versus:*

Exul erat Christus, comites nos exulis huius

Esse decet, cuius nos quoq; membra sumus)

Paulus & Barnabas, Actor. 13. v. 50. 51. Aquila, Priscilla, & filii
les Judæi, Actor. 18. vers. 1. 20. Pii in hoc mundo perigrinantes
2. Cor. 5. v. 6. Hebr. 11. v. 13. 14.

§ EXE

¶ EXEMPLA PROFANA.

U T Cicero scribit, pro *Cecinna*, exilium non supplicium erat Romanis: sed perfrugium portusque supplicii. nam qui volebant pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, solum vertebant: hoc est, sedem & locum mutabant. *Hotoman. de verboribus turis.*

Exilii apud Rom. triplex genus erat, auctore *Martiano*. Aut enim omnium locorũ interdicebatur accessus, præter unum: aut in insulam deportabatur, aut, sicut *Claudius Cæsar* quosdam multasse dicitur, ultrã tertium lapidem ab urbe egredi vetabatur. Tandem *Claudius Cæsar* legem sanxit: ut hi, quibus provincia interdictum esset, urbe quoq; summo verentur. *Alexand. lib. 3. cap. 20.*

In *Seripho* Insula, & apud nonnullas circa *Caucasum* gentes, pro criminibus maximis nullum morte affici: sed exilio multari, urbeq; & agro exterminari, legimus. *Alex. lib. 3. cap. 5.*

EXPERIENTIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

V Irin multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non expertus, pauca recognoscit. *Eccles. 37.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in *Adelphis*.

• Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit:
Quin res, etas, usus semper aliquid adportet novi:
Aliquid moneat: ut illa que te sine credas, noscias:
Et que tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Ovid. lib. 6. *Metamorph.*

Seriu venit usus ab amissis.

Manilius lib. 1. *Astronomic.*

Per varios usus artem experientia fecit,

Exemplo monstrante viam.

Ovid. lib. 1. de *Arte amandi*.

Scit bene venator cervu ubi retia tendat:
Scit bene qua frendens valle moretur aper.
Aucupibus noti frutices: qui sustinet hamos
Novit, que multo pisce natentur aque.

Propert. Eleg. 11. lib. 3.

Venturam melius presagit na vita mortem:
Vulneribus didicit milis habere metum.

• Ovid.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Da veniam quaeso nimioq; ignosce timori:
 Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
 Qui semel est lassus fallaci piscis ab hama:
 Omnibus unca cibi era subesse putat.
 Sæpe canem visum longè fugit agna, lupumq;
 Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
 Membra reformidant mollem quoq; saucia tactum:
 Vanaq; sollicitis incitat umbra metum;
 Sic ego fortune telis confixus iniquis:
 Pectore concipio nil nisi triste meo.
 Publ. Syrus.
 Discipulus est prioris posterior dies.

¶ APOPHTHEGMATA.

EUdamidas audito philosopho, qui differuerat, solum sapientem esse bonum belli ducem: sermo, inquit, mirificus est at qui cum dicit, fide caret: eò quòd illum nunquam circumspexit tuba. *Plut. in Lacon.*

Demades rogatus, quo præceptore esset usus? Tribunali respondit, Atheniensium: insinians, quòd in ipsi negotiis experientia quavis institutione sophistarum melior sit. *Stob. ser. 27.*

Antigonus interrogatus, quem è suæ ætatis ducibus præstantissimum iudicaret? respondit *Pyrrhum*, si senesceret. *Plut. in vita Pyrrhi.*

Tassius interrogatus, quidnam sapientius esset præ cæteris? *Experientia*, dixit. *Stob. serm. 27.*

Paulus Æmilius quum per loca prærupta irrupisset in Macedoniam, vidissetq; instructam hostium aciem, exhortante *Nasico* ut procinus invaderet hostem: facerem, inquit, si tuæ essem ætatis: sed multarum rerum experientia prohibet: ne ex itinere ita cum instructa acie congrediar. *Plut. in apoph.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Prisici mortales ægrotos in propatulo collocabant: quibus quisq;ne, si quid salutare vel ægotando ipse, vel ægrotos tractando comperisset, indicaret. Atq; hac ratione artem experientia auctam purant. *Plut. de Nosce teipsum.*

Fuit *Hippocrates* discendæ medicinæ adeò studiosus: ut eum non puduerit vel retriumenta gustare, ut morbi materiam cognosceret. Quod tamen alii *Æsculapio*, alii *Æsculapiadi* adscribunt. *Cel. cap. 12. lib. 16.*

Avicenna domum hospitalem exædificari fecit *Cordubæ*: in qua

qua colligitur
medicinæ su

EXpostul
melech,
7. 2. 1. Sam. 2.
7. 11. Domi
cuncisione,
Laban, Gen
14. 7. 11.

Vide C

EXprobra
Phenem

7. 42. Marc.

34. Exprob

Iudic. 6. 7. 9.

10. 7. 17. 18.

Abia, 1. Reg.

victorum c

13. 57. 7.

Abd. 1. 11.

22. 14. 7.

16. 7. 14.

6. 7. 26. 36. 6.

5. 7. 30. Joa

7. 51. Paulus

7. 3. Galat. 1.

Vide A

APud auto
loquitur

EX EXPOSTULATIO. EXPROBRATIO. 215
qua colligit omnium generum infirmos; ut experiretur in eis
medicinæ suæ efficaciam. *Cranz lib. 6. Metrop. cap. 32.*

EXPOSTULATIO.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Expostulationis justæ exempla: Pharao, *Genes. 12. v. 18.* Abimelech, *10. v. 9.* Jacob, *29. v. 25. & 31. v. 36.* David, *Psal. 82. v. 2. 1. Sam. 20. v. 1.* Joab, *2. Sam. 14. v. 31.* Nchemias, *Nehem. 13. v. 11.* Dominus Deus omnipotens, *Ierem. 2. v. 5.* quidam ex Circumcisione, *Actor. 11. v. 3.* Expostulationis futilis exemplum: Laban, *Genes. 31. v. 26. 27.* Malignæ exempla: Israëlitæ, *Exod. 14. v. 11.*

Vide Contentio, Discordia.

EXPROBRATIO.

¶ EXEMPLA SACRA.

Exprobrationis malignæ exempla: Hebræus, *Exod. 2. v. 14.* Phoenenna, *1. Sam. 1. v. 6.* Principes Sacerdotum, *Matth. 27. v. 42. Marc. 15. v. 31.* Populus, *Luc. 23. v. 35.* Pharisei, *Ioan. 9. v. 34.* Exprobrationis beneficiorum exempla: Dominus Deus, *Iudic. 6. v. 9. & 10. v. 11. 12. 13.* Vir Dei, *1. Sam. 2. v. 27.* Samuel, *10. v. 17. 18. & 12. v. 7. 8. 9. & 15. v. 17.* Nathan, *2. Sam. 12. v. 7.* Abia, *1. Reg. 14. v. 7.* Jehu Propheta, *16. vers. 2.* Exprobrationis victorum exempla: Jehu, *2. Reg. 9. v. 22.* Propheta, *Esaie. 3. v. 13. & 57. v. 4.* *Ezech. 16. v. 14.* Dominus Deus Israël, *34. v. 3. Abd. vers. 11. Mich. 6. v. 4.* CHRISTUS, *Matth. 8. v. 26. & 11. v. 20. & 14. v. 31. & 15. v. 16. & 16. v. 8. & 17. v. 17. Marc. 14. v. 48. & 16. v. 14. Luc. 24. v. 25. Ioan. 3. v. 10. & 4. v. 48. & 5. v. 40. & 6. v. 26. 36. & 7. v. 19.* Petrus, *Actor. 3. v. 13. 14. & 4. v. 10. 11. & 5. v. 30.* Joannes Baptista, *Matth. 14. v. 4.* Stephanus, *Actor. 7. v. 51.* Paulus & Barnabas, *13. v. 46.* Paulus, *2. Cor. 12. v. 11. & 13. v. 3. Galat. 1. v. 9. & 3. v. 1.* Apostolus, *Hebr. 5. v. 12.*

Vide Accusatio, Beneficentia.

FABULA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Aud pud autores secularium literarum, ut apud Horatium, mus loquitur muri, & mustela vulpeculæ, ut per narrationem fictam

FA FABULA. FACILITAS

fictam ad id quod agitur, verax referatur significatio. *Uti*
Æsopicas fabulas ad eum finem relatas: nullus incruditus fuit
qui putaret appellanda mendacia. hæc & in sacris libris, ut in
libro Judicum: quum ligna sibi regem fecerunt, & loquuntur
ad ficum & ad vitem: quod totum fingitur: ficta quidem nar-
ratione, sed veraci significatione hæc dicuntur. Augustin. in d.
contra mendacium.

Fabula etsi vim veritatis non habeat: tamen rationem ha-
 beret: ut juxta eam possit veritas manifestari. *Augustin. libr. 3.*
Offic.

Fabulæ, à fando dictæ: quia non sunt res factæ, sed tantum
 modo loquendo dictæ: quæ idem sunt inductæ: ut si octo an-
 nium mutorum inter se colloquio, imago quædam vitæ hec
 num nasceretur. *Isidor. lib. 1. Etym.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Æsopus, qui merito sapiens æstimatus est, utilia monita
 non severe neque imperiose præcepit: sed, ut Philo-
 sophos erant, salubriter ad perspicendum mentes animasq; hoc
 num causa audiendi, quadam illecebra induxit. *Gell. lib. 2.*

¶ SIMILITUDINES.

Quemadmodum araneæ, ex se telas texunt: ita quidam
 seipsis comminiscuntur fabulas ac mendacia, cum
 subicit veri. *Plutarch.*

Ut apes ex amarissimis floribus & asperrimis spinis mel
 viscosum ac lenissimum colligit: sic ex turpibus ac sceleratis
 verbis utcumq; decerpi potest aliquid utilitatis. *Plutarch.*

Quemadmodum Iris nihil aliud est, quàm relucencia
 refracti in nubibus: ita fabula quædam est veri representatio.
Plutarch.

Ut Democrates medicus Confidix mulieri, omnem curam
 nem austeram recusanti, lac caprarum dedit, quas lentisco
 scebat: sic iis, qui prorsus à terribis philosophiæ præceptis
 horrent: fabulæ quædam amœniores proponendæ, seu qui
 philosophiam respiciant. *Erasmus.*

FACILITAS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Lucret. lib. 2. de Nat. rerum.

Sed neq; tam facilis res ulla est, quin ea præmium.
Difficilis magis ad credendum constet.

Ovid lib. de Trist.

*In caussa facili, cui vis licet esse disertus:
Et minimè vires frangere quassa valent.
Subruere est arces, & stantia mœnia virtus:
Quelibet ignavi præcipitata premunt.*

Manilius lib. 3. Astron.

*Facile est ventis dare vela secundis,
Fœcundumq; solum varias agitare per artes,
Auroq; atq; ebore decies addere: cum rudis ipsa
Materies nitescat.*

Terent. in Adolph.

*Re ipsa reperi
Facilitate nihil esse homini melius, neq; clementia.*

Vide Difficultas, Actio, Conatus, Exercitatio.

FACTUM.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ausonius in Sententiis Thaletis.

Quod facturus eris dicere sustuleris.

Ovid. lib. 2. Fastor.

*Fama manet facti, posito velamine currunt:
Et memorem famam qui benè gessit habet.*

Horat. Oda. 29. lib. 3.

*Cras vel atra
Nube polum pater occupato,
Vel sole puro. non tamen irritum
Quodcumq; retrò est efficiet: neq;
Dissinet, infestumq; reddet
Quod fugiens semel hora vexit.*

Plautus in Aulularia.

Factum est illud, fieri infectum non potest.

Idem in Captivis.

Quod malè feci crucior, modò si infectum fieri possit.

Terent. in Heauton.

Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile.

Ex Comicis Græcis.

*Ἄν τὴν πολιτῶν ἀποσταλεῖν αἰετὸς ἔμμενον,
Τῶν τε λόγους μὲν διώκειν σὺν ἐπιφθορον,
Ἡ δὲ δι' ἁπλῶς συζητησάμενος ἔχειν.
Urbis tenere qui gubernacula cupit:*

Hic ne

FA FACTUM. FALLACIA. FAMA.

*Hic ne invidenda polleat facundia:
Sed que probis sit temperata moribus.*

§ SIMILITUDO.

UT si Grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit haberi musicum: haec turpior sit, quòd in eo ipso peccat, cuius proficitur scientia: sic Philosophus in ratione vitæ peccans: hoc turpior est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur: artemq; vitæ profusus delinquit in vita. Cic. lib. 2. Tusc. quest.

Vide supra Actio.

FALLACIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in Andria.

Fallacia alia aliam trudit.

Ovid. lib. 1. de arte amandi.

Tuta, frequensq; via est, per amici fallere nomen;

Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.

Idem.

Fallite fallentes, ex magna parte profanum

Sunt genus: in laqueos quos posuere cadant.

§ EXEMPLA BIBLICA.

FAllaciæ, præsertim mulierum exempla: Serpens, Genes. 3. Dux filix Loth, 19. v. 31. Rebecca, 27. v. 6. 7. Rachel, 35. Thamar, 38. v. 13. 14. Uxor Putipharis, 39. v. 17. 18. Rabsa, Iosue. 2. vers. 4. 5. 6. Jahel, Iudic. 4. v. 16. 17. 18. Dalila, 6. v. 15. Michol, 1. Sam. 19. v. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Jonathas, 20. v. 21. David, 26. v. 10. 11. 12. Mulier Thecutis, 2. Sam. 14. v. 6. Mulier quædam, 17. v. 19. Judith, Iudith, 11. v. 4. 5. &c.

FAMA.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Fama bona impinguat ossa. Proverb. 18.
Melius est nomen bonum, quàm divitiarum multarum: supergentium enim & aurum, gratia bona. Ibid. 22.
Melius est nomen bonum: quàm unguenta pretiosa: & mors mortis, die nativitat. Eccles. 7.
In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ibidem.
Ne famæ tuæ maculam imprimas. Ibid. 33.

FA

Curam hab
tibi: quàm mi
rus dicrum: bo

CAvete om
test, seu di

Sic doctor
gat famam. Id

Duo sunt t
scientia propt

suæ confidens
in ferm. elem.

Opera salu
toribus: nec f

cerdotis non o
Fama virtu

Berth. in Cant.
Incluci anir

era caularum
gligyt augmen

Regnantis
rit thelauroe

Nemo futu
rationis suæ r

nam suum fo
Etus optaros,

Ubiq; cogn
copia plurim

ticam, sempe
Melius est

enim post m
quia si aliqui

est. Ibidem ibid.

Exten

Fama

Mobil

Par va

Ingre

Illam

Extre

Cur

Curam habe de bono nomine. hoc enim magis permanebit tibi: quam mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum: bonū autem nomen permanebit in æternū. *Ibid. 47.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Cavete omnes suspiciones: quicquid probabiliter fingi potest, seu dici, ne fingatur antè devita. *August. lib. conf. 3.*

Sic doctor bonam eligit vitam: ut etiam bonam non negligat famam. *Idem de doctrina Christiana.*

Duo sunt tibi necessaria: scilicet conscientia & fama: conscientia propter te: fama propter proximum. Qui conscientia suæ confidens, famam negligit: crudelis est. *Idem libro de communis ferm. elem.*

Opera salutis sine fama boni odoris non satis relucet auditoribus: nec fama sine opere proficit. sine quibus forma veri sacerdotis non commendatur. *Hieron. in Matth. 4.*

Fama virtutem reddit illustriorem: tamen non majorem. *Bernh. in Cant. ferm. 17.*

Incliti animi signum est, famæ diligere commodum, & lucra causarum. nam qui affectat famæ commoda, pecuniæ negligit augmenta. *Cassiod. lib. 1. epist.*

Regnantis facultas tunc fit ditior, quum remittit, & acquirit thesauros famæ, neglecta utilitate pecuniæ. *Idem ibid.*

Nemo futurū purat diligentem quem in ipsa novitate operationis suæ non videt esse custodem. Providus institutor horum suum foecundis nititur ornare plantariis: ut reddant fructus operatos, quæ sollicitis fuerant exculca laboribus. *Idem ibid.*

Ubiq; cognoscitur, quisquis fama teste laudatur: dum enim copia plurimum solet habere fastidium, bonum nomen repetitum, semper efficitur gloriosum. *Idem epist. lib. 2.*

Melius est de perpetua vita, quam de fama cogitari: nostra enim post mortem non opuscula, sed oera sunt pensanda: quia si aliquid agimus, nostrum est: si quid habemus, alienum est. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Virgil lib. 4. Æneid.

Exemplo Libyæ magnas it fama per urbes:

Fama, malum, quo non aliud velocius ullum,

Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Parva metu primo, mox sese attollit in auras,

Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.

Illam terra parens ira irritata deorum

Extremam (ut perhibent) Cæo, Enceladaq; sororem

E c

Progenit, pedibus celerem, & perniciosissimæ,
 Monstrum horrendum, ingens: cui quot sunt corpore plura
 Tot vigilis oculis subter (mirabile dictu)
 Tot linguis, totidem ora sonant, tot surrigit aures.
 Noctæ volat cæli medio: terræq; per umbram,
 Stridens nec dulci declinat lumina somno.
 Luce sedet custos, aut summi culminis tecti,
 Turribus aut altis, & magnas territat urbes:
 Tam ficti, praviq; tenax, quam nuntia veri.

Ovide. lib. 9. Metamorph.

Fama loquax pervenit ad aures
 Deianira tuas, quæ veris addere falsa
 Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.

Idem lib. 12. Metamorph.

Orbe locus medio est inter terrasq; fretumq;,
 Cælestesq; plagas, triplicis confinia mundi:
 Unde quod est usquam, quam vis regionibus absit,
 Inspicitur, penetratq; cævas vox omnis ad aures:
 Fama tenet, summaq; domum sibi legit in arce,
 Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis
 Addidit, & nullis inclusit limina portis.
 Noctæ dieq; patet, tota est ex ære sonanti,
 Tota fremit, vocesq; refert, iteratq; quod audit:
 Nulla quies intus, nullaq; silentia parte.
 Nec tamen est clamor, sed parva murmura vocis:
 Atria turba tenet: veniunt leve vulgus, euntq; se:
 Mixtaq; cum veris passim commenta vagantur.
 Nulla rumorum, confusaq; verba volutant
 E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:
 Hi narrata ferunt alio, mensuraq; fictis
 Crescit, & auditu aliquid novum adjicit autor,
 Ipsa quid in cælo rerum pelagoq; geratur,
 Et tellure videt, totumq; inquit in orbem.

Martial. lib. 7. Epigram.

Certus abest autor: sed vox hoc nuntiat omnium,
 Credo tibi, verum dicere fama soles.

Plaut. in Perfa.

Inimici famam non ita, ut nata est, ferunt.

Horat. Satyr. 2. lib. 1.

Unde

Fama malum gravissimæ, quam res, trahit. An tibi abunde
 Personæ

*Personam satis est. non illud, quicquid ubique
Officit, evitare, bonam perdere famam?*

Plautus in Mustella.

Ego si bonam famam mihi servasso, sat ero dives.

Boëtius Metro. 7. lib. 2.

Quid ò superbi colla mortali jugo

E frustra levare gestiunt?

Licet remotos fama per populos means

Diffusa linguas explicet:

Et magna titulis fulgeat claris domus,

Mors sternit altam gloriam.

Involvit humile pariter, & celsum caput,

Aequatq; summis infima.

Vbi nunc fidelis ossa Fabricii manent?

Quid Brutus, aut rigidus Cato?

Signa superstes, fama tenuis, pauculis

Inane nomen literis.

Sed quid decora norimus vocabula?

Num scire consumptos datur?

Iacetis ergò prorsus ignorabiles,

Nec fama notos efficit.

Quod si putatis longius vitam trahi,

Mortalis aura nominis.

Cum fera vobis rapiet hoc etiam dies,

Iam vos secunda mors manet.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

Corpora debentur mæstis exanguia bustis:

Effugiunt struètos nomen honorq; rogos.

Occidit & Theseus, & qui comitarunt Orestem

Sed tamen in laudes vivit uterq; suas.

Idem lib. de Ponto.

Fama post cineres major venit.

Idem lib. 1. Eleg.

Scindentur vestes, gemma frangentur, & aurum

Carmina quam tribuent, fama perennis erit.

Idem lib. 3. de Tristib.

Singula quid referam? nil non mortale tenemus,

Pectoris exceptis ingeniq; bonis.

En ego cum patria caream, vobisq; domoque,

Raptaque, sint domi que potuere mihi:

Ec 2

Ingenio tamen ipse meo comitorq; fruorq; :

Cesar in hoc potuit juris habere nihil.

Quilibet hanc se vo vitam mihi sinat esse:

Me tamen extincto fama superstes erit.

Propert. lib. 3. eleg.

At non ingenio quaesitum nomen ab ævo

Excidet: ingenio stat sine morte decuss.

Aufonius in Thaleris sententiis;

Vita perit mortis, gloria non moritur.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Non est res ulla tanti, aut commodum ullum tam expectandum: ut viri boni & splendorem & nomen amittas. 3. *Offic.*

Non est negligenda fama: nec mediocriter telum ad res gestas existimare oportet benevolentiam civium. *In Lelio.*

Negligere quid de se quisq; sentiat: non solum arroganter, sed etiam omnino dissoluti. 1. *Offic.*

Perduissima ratio est diligere formam, negligere famam. *In Pison.*

Ex sententiis hominum nostra fama pendet. *In Pison.*

Est hominis ingenui & liberaliter educati: velle bene audiri à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris: & futuram mortem famæ, propter rem, etiam detracto usu, consulendam est. 3. *de Finib.*

Bona existimatio pecuniis præstat. 2. *de Orat.*

Antiquior sit possessionibus gloria. 1. *de Divin.*

Danda est diligenter opera: ut hominum aures optimo nobis sermone compleantur. *Idem.*

¶ APOPTHEGMATA.

Thales interrogatus ab amico quodam, quantum veritas esset à mendacio? quantum, respondit, oculi distant ab auribus. *Eras. in apoph.*

Stratocles quum de parva quadam victoria nuntium accepisset, protinus ad populum retulit: utiq; supplicatio diis immortalibus decerneretur persuasit. aliquantò post, quum certum nuntius adferretur acceptæ cladis, populo indignante quod delusus esset: equis, inquit, vestrum quicquam damni accepit, quòd totum hoc triduum mea opera hilares lætiqué fuistis. *Fulgosiss lib. 4. cap. 18.*

Cum rumor incerto autore obortus esset de morte *Alexandri Magni*: moxq; Rhetores prosilirent, hortantes Athenienses, ut statim bellum susciperent: *Phocion* expectare iussit, donec certius aliquid cognosceretur. Nam si, inquit, hodie mortuus est: cras & perendie etiam mortuus erit. *Plut. in apoph.*

¶ SIMILITUDINES

§ SIMILITUDINES.

UT à vitis corporis quidam invenère cognomen: velut à distortis eruribus Vari: à tumidis labris Chilonēs: à naso prægrandi Nasones: sic nonnulli malefactis sibi famam pariunt ac nobilitantur. *Plin. lib. 7. cap. 8 lib. 11. cap. 53.*

Ut aromata cum vehementius fragrant, cum moventur aut teruntur frangunturve: ita virtutis fama, latius spargitur, cum exercetur negotiis & rebus adversis. *Idem.*

Ignis semel accensus facile servatur: extinctus haud facile reaccenditur: ita famam tueri facile est: extinctam non facile est restituere. *Plutarch.*

Deliacum navigium, dum subinde sarcitur, & reconcinnatur, veluti perpetuum in multa secula redditur: sic famæ semper aliquid adjiciendum, ne colliabatur. *Plot.*

Ut umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur corpus: sic quibusdam statim contingit fama: quibusdam post mortem: deniq; ea quò longius sequitur, hoc major esse solet. *Senec.*

Ut ingentes obelisci magno quidem negotio statuuntur & collocantur, ob immensum molis pondus: sed collocati semel, infinitis durant seculis: ita arduum est virtutis aut sapientiæ parare famam: sed parata nunquam intermoritur. *Erasim.*

Ut obeliscis prægrandibus tantum fermè substernitur inter terram, quantum extat, ut immoti consistant: ita semper mansuræ famæ magna firmaq; fundamenta sint oportet. *Idem.*

§ EXEMPLA SACRA.

FAMÆ bonæ exempla: Salomon, 1. Reg. 10. vers. 1. 2. 2. Paralip. 9. v. 1. 2. Matth. 12. v. 42. Luc. 11. v. 31. Mardocheus, *Esth.* 9. v. 4. Judas Macchabæus, 2. Macchab. 8. v. 5. 6. 7. Joannes Baptistæ, Matth. 11. v. 11. Christus, 9. v. 31. & 14. v. 12. Luc. 4. v. 14. Zacharias, & Elizabetha, Luc. 1. v. 6. Simeon, 2. v. 25. Paulus, 2. Corinth. 6. v. 4. 8. Famæ malæ exempla: Filii Heli, Ophni & Phinees, 1. Samuel. 2. v. 23. 24.

§ HIÉROGLYPHICA.

NON sum nescius, auctores esse, qui *Pegasum*, qualem quippè passim in Hadriani & L. Pap. Cursoris & aliorum quorundam numis aspiciamus, famæ potius, quàm celeritatis judicium esse contendant, *Pier. Valer. lib. 4. pag. 35. B. C.*

Lancea in quacunq; videatur imagine, præter militiam, ipsam famæ etiam celebritatem indicat. *Idem lib. 42. pag. 408.*

Illud verò præcipuum *fulminis* significatum est: ut Vocem procul auditam, hoc est, famam rerum gestarum longè lataq; per immensa terrarum spacia diffusam expatiatamq; præ se ferat

Ægyptii enim sacerdotes, hujusmodi gloriæ amplitudinem ostendere si vellent, Vocem, ut ipsi dicunt, aeris quippe totum, hoc est, ipsius fulminis describebant imaginem. Idem lib. 43. pag. 427. B.

Vide Gloria.

FAMES ET SITIS.

SENTENTIA POETICÆ.

Ovid. lib. 8. Metamorph.

Est locus extremus Scythia glacialis in oris:
Triste solum, sterilis sine fruge, sine arbore tellus:
Friges incers, illic habitant Pallorq;, Tremorq;,
Et jejunia Fames.

Ibidem.

Quæsitamq; Famem lapidoso vidit in agro,
Vnguis, & raris vellentem dentibus herbas,
Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera possent:
Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis.
Ventreis erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & à spine tantum modo crate teneri.
Auxerat articulos macies genuumq; tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

Plaut. Amphyt.

— Fames & mora bilem in nasum conciunt.

Horat. 2. Serm. 1.

Jejunus stomachus raro vulgaria temnit.

Perlius proœm.

Quis expedit vitæ sittaco suum χῶρον?
Picasq; docuit nostra verba sumare?
Magister artis, ingeniiq; largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

Ex Græcis Comicis.

Ἄπειθ' ὁ λιμὸς γλυκεῖα πλὴν αὐτοῦ ποιεῖ.
Iucunda præter se omnia efficit fames.
Πομπῶν δ' ὁ λιμὸς γίνεται διδασκαλῶ.
Fames docere multa mortales solet.

Vel,

Fame magistra multa comminiscimur.

Comme

Λιμὸς

Fami

Socrates dico
nis sitim. C

Antiphanes

sum: & paupe

apophtheg. de p

Darius in

nam bibisse

autem, vel p

Artaxerxe

aridis ficis &

ismodi vol

& imp apoph

Idem Arta

quam aliud

tulis, putris

rex ebibisset;

aquam qua

est. Erasmo

Lysimache

psium torum

captivus b

me ipsum ex

Ptolemæ

non consecq

lum cibum

Tusc. quæst

Stratonice

fundere vin

C. Mari

loco qui m

re, offendit

hinc inquit

ur se quo ve

nec totus a

M. Caro

de frumen

Vel,

*Commenta multa nobis suggerit famet.**Λιμὴ γὰρ ἐδίδετο ἀντεπὶ ἰπῶν.**Fams ulla verba contradicere haud potes.*

§ APOPHTHEGMATA.

S*Ocrates dicere solebat, cibi condimentum esse famem: potio- nis sitim. Cic. lib. 5. Tusc. quest.**Antiphanes dicebat famem omnia dulcia reddere præter seip- sam: & paupertatem morum esse magistram. Stob. serm. 93. vide apophtheg. de paupertate.**Darius in fuga cum aquam turbidam, & cadaveribus inqui- nam bibisset: negavit unquam se bibisse jucundius. Nunquam autem, vel perraro sitiens biberat. Cic. lib. 3. Tusc. quest.**Artaxerxes quum in fuga quadam direpto illius com meatu, aridis ficis & hordaceo pane vesceretur: Dii boni, inquit, cu- jusmodi voluptatis hæctenus in expertus fui! *Plutarchus in Reg. & imp. apoph.***Idem Artaxerxi jam siti deficienti, Peribarzanes eunuchus, quum aliud non liceret, à rustico quopiam sordidum utrem de- tulit, putris aquæ, cocilas octo continentem, eam aquam cum rex ebibisset: se nunquam vinum potasse jucundius: nec ullam aquam quamvis purissimam sibi visam suaviorem, confessus est. *Erasmus lib. 5. apoph.***Lysimachus superatus à Dromichete in Thracia, quum seip- sum totumq; exercitum præter sitim tradidisset, postquam captivus bibisset: O dii! inquit quam parvæ voluptatis causa, me ipsum ex rege servum effeci. *Bruson. lib. 7. cap. 6. in Lut.***Ptolemæus Lagi F. quum peragranti Ægyptum, comitibus non consequutis, cibaribus in casa panis datus esset: negavit ul- lum cibum unquam sibi visum suaviorem. *Cicero libro quinto Tusc. quest.***Stratoniceus ad quietem iturus, assiduè jubebat puerum sibi in- fundere vinum: non quod sitiam, inquit, sed ne sitiam. *Athenæus.***C. Marius quum caltramentatus esset adversus Teutonas, in loco qui minimum habebat aquæ, militibus dicentibus, se siti- re, ostendit illis flumen proximè hostium vallum lambens, il- linc inquit, nobis potus sanguine venalis est. At illi jusserunt: ut se quò vellet duceret, donec liquidum haberent sanguinem, nec totus adhuc præ siti diriguisset. *Plut. in Rom. apoph.***M. Cato in oratione quam habuit ad populum tumultuantem de frumento dividendo, ait: perdifficile esse, ad carentem auri-*

Ec +

FA FAMES ET SITIS,

bus ventrem verba facere. Venter quippè cibi avidus, præcepta non audit. *Plut. in Cat.*

Alphonſus videns ruficum quendam humi proſtratum: uvas comedentem avidè ad ſuos converſus: Utinam mihi, inquit, iſto orô comedere Dii dediffent. *Panor. lib. 2. de reb. geſt. Alphonſi.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

FAmis in diverſis & locis & temporibus exempla: Tempore *Abrahæ*, *Genef. 12. v. 10.* *Iſaaci*, *26. v. 1.* *Jacobi & Joſephi*, *at. v. 53. 54. & 42. v. 5. & 43. v. 1. 2. & 45. v. 5. 6. & 47. v. 13. 20. Joſicum*, *Ruth. 1. v. 1.* *Davidis*, *1. Samuel. 21. v. 1.* *Elizæ* in *Samarit. 1. Reg. 18. v. 2. Luc. 4. v. 25.* *Elizæ*, *2. Reg. 4. v. 38. & 8. v. 1.* *Joram regis Iſraël*, in *Samarit. 6. v. 25. 26.* in *Jeruſalem* tempore *Sedechiz*, *25. v. 3. Jerem. 52. v. 4 5. 6. Thren. 4. v. 4. 1. Machab. 6. v. 53. 54.* in arce *Jeruſalem*, *13. v. 49.* in *Bethulia*, *Judith. 11. v. 10.* *Nehemiz* tempore, *Nehem. 5. v. 1. 2.* *Judæi Machabæi*, *1. Machab. 9. v. 24.* in prodigo *Filio*, *Luc. 15. v. 14.* *Claudii Cæſaris* temporibus, *Aſtor. 11. v. 28.* Miſerandam etiam & ſtupendam famem minatur *Moſes* populo *Iſraëlitico*, ſi divina Legiſticiſtiam cuſtodiant abjicientes, Deo rebelles eſſe perexerint, *Deut. 28. v. 51. 52. 53.* & ita ut liberos etiam proprios comedere cogantur: quod antè *Chriſtum* natum factum eſſe legimus, *2. Reg. 6. verſ. 28. 29.* Poſt *Chriſti* autem nativitatem, & in cælos aſcenſionem idem factum eſſe anno *Chriſti LXXII.* teſtatur *Joſephus* *lib. 7. Hiſtoria ſua de Bello Iudaico, cap. 8.* *Titi Veſpaſiani*, in obſidione urbe *Jeruſolymorum* tempore. Imò minatur *Deus*, *Deuter. 28. v. 57.* tantam famem: ut tenerimæ mulieres, quæ pro plantarû pedibus teneritudine incedere nõ valebant, ſecundinas comelturæ eſſent.

¶ EXEMPLA PROEANA.

Cum *Phygalenſes Arcades* *Cereriſtiam* ſacra intermiſiſſent, crudeliſtiam fame vexati, ex *Pythiæ* oraculo novum *Cereriſtiam* ſignum fecerunt, & ſacra magnificentius inſtauraverunt. *Panſan. in Arcadiæ.*

Poſt victoriam *Platæenſem* *Athenienſes* *Xantippo* ducis *Socriſtiam* in *Cherſonneſo* oppugnabant. Obſidio illa tam diu duravit: ut qui obſidione tenebantur, lectorum funibus elixi veſcerentur. *Sabell. lib. 2. Ennead. 3.*

Antig. peritiæ & id eſt, *Fames Meliæ*, de fame extrema, de quibus rebus difficillimis. Eſt enim melius oppidum *Theſſaliæ*, quod *Nicias* *Athenienſium* dux obſedit, expugnavitq;: non tam machinis bellicis, quàm fame, *Suid. Meminit hiſtoriæ Thucyd. lib. 5.*

Stipendiarii Carthagenſium poſt primum *Punicum* bellum, ſeditione mota, ad extremum periculum res *Carthagenſium* deduxerant, nec niſi fame ab *Hemilcare* domari potuere. Conſtat illor

FA

ſtat illos capter abſumſit

Saguntinunt. *T. Liv. Theatr. Zur.*

Decimo

locuſtarum

vis viſceba

no fecere. *Tyrus* urb

no m. c. xx

diu in urbe r

Anno d.

mentariæ u

nas eſt adh

tilæ Gothor

Anno Ch

peribus per

bertus in Chri

Anno D

ædificandur

miſi, coacti

& illorum c

Quàm fu

dione, oſter

stat illos captivorum primo, mox & fervorum corpora crudeliter absumsisse. *Sabell. lib. 9. Ennead. 4.*

Saguntina fames, in proverbium venit. Historiæ meminerunt. *T. Livius. Valerius Maximus. & M. Tullius in Philippicis. Theatr. Zuing. fol. 655.*

Decimo Mauricii anno, post maximam siccitatem, quinque locustarum agmina innumerabili multitudine, quicquid in arvis viresebat depascens, ingentem per Italiam famem biennio fecere. *Palmerius ex P. Diaconi lib. 4. Longobar.*

Tyris urbs à Venetis & Latinis reliquis fame capta fuit. anno M. C. XXIII. Calend. Julii. Quinq; tantum frumenti modii in urbe reperti. *Theatr. Zuing. fol. 656.*

Anno D. XLVI. Romani, qui Placentiæ erant, inopia rei frumentariæ usq; ad eò laborare fame cœperant: ut carnes humanas esui adhiberent. Quibus malis adacti, semet cum urbe Totila Gothorum regi dederunt. *Sigon. lib. 19.*

Anno Christi M. LXV. fames gravissimè omnes afflixit, pauperibus per furta & incendia ditiores graviter vexantibus. *Sigebertus in Chronicis.*

Anno Domini M. D. LXIX. centū quinquaginta Rustici ad ædificandum arcem Orlo, à Jo. Basiliade Moschorum tyranno missi, coacti sunt ob annonæ penuriam ex suis novem mactare, & illorum carnibus vesci. *Alex. Guagninus in Moscoria.*

Quam fuerit horrenda fames Hierosolymitanorum in obsidione, ostendit *Calvus lib. 23. cap. 24. ex Egesippo.*

FAMILIARITAS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Advocatus a potentiore, discede: ex hoc enim magis advocabit. Nec improbus sis, nec impinguaris, & ne longè sis ab eo: ne eas in oblivionem. *Eccles. 13.*

Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui: ne quando satiatus oderit te. *Proverb. 25.*

Domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. *Ibidem 27.*

Pes fatui facilis in domum proximi, & homo peritus confunderetur à persona potentis. *Eccles. 21.*

Stultus à fenestra respiciet in domum: vir autem eruditus, foris stabit. *Ibid.*

Stulticia hominis auscultare per ostium, & prudens gravabitur contumelia. *Ibid.*

Ec 5

§ APOPHTHEGMATA.

LAcides accersitus ab Attalo rege, respondit: imagines enim nus esset spectandas. Innuens, arctam assiduaq; familiaritatem sapè minuere virtutis admirationem. *Laert. lib. 4. cap. 1.*

Cato Uticensis Munatio querenti, quòd in Cypro Catonem audiens, parum civiliter repulsus esset, quum nihil esset negotii sed intus cum Canidio fabularetur: sic se purgavit Cato, ut diceret. Se vereri, ne juxta Theophrasti sententiam, nimia amicitia causam aliquando daret odio. *Erasm. lib. 5. apoph.*

Vide Amicitia, Conversatio.

FASTUS.

§ APOPHTHEGMATA.

Aristhenes invisens Platonem adversa valetudine laborantem ac visa pelvi in quam vomuerat: bilem inquit, Platonis video, fastum non video. Solebat enim quem admodum Diogenes, Platonis arrogantiam notare. Itaq; quum in pompa quadam equestri, quidam equus crebro hinnitu ferociaque irritus excelsos restaretur, eoq; vehementer à Platone laudaretur, versus ad Platonem: videris, inquit, & tu bonus equus fastus. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Demetrius Phalerensis hominù fastuosorum sublimitatem dicebat amputandam & relinquendam sobrietatem. Talia enim ingenia non sunt desperanda: sed quod redundat, recidendum est. *Laert. lib. 5. cap. 5.*

§ SIMILITUDO.

Ut venti desituri vehementissimè spirare solent: ita mortales cum maximè efferunt sese: tum proximi exitio solent esse. *Erasmus.*

Vide Arrogantia, Superbia.

FATUM.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 6. Æneid.

Desine fata Deum flecti sperare precando.

Juvenal. Satyr. 9.

Fata regunt homines.

Seneca

Seneca in Oedipo.

Fatis agimur, credite fatis.
Non sollicita possunt curae
Mutare rati stamina fusi.
Quicquid patimur mortale genos,
Quicquid facimus, venit ex alto,
Servatq; sua decreta coloss,
Lachesis dura revolata manu.
Omnia secto tramite vadunt:
Primo: quae dies dedit extremum.
Non illa Deo vertisse licet,
Quae nexa suis currunt causis.
It cuiq; ratus prece non ulla
Mobilis ordo: multisq; ipsum
Timuisse nocet: multi ad fatum
Venere suum, dum fata timent.

Idem in Octavia.

Regis fati mortale genos:
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile: perq; cassiss
Volvitur varios semper nobis
Metuenda dies.

Manil. lib. 2. Astron.

Mitto, quod certum est, & in evitabile fatum.

Idem lib. 4. Astron.

Solvite mortales animos, curasq; levate:
Totq; supervacuis vitam deflete querelis.
Fata regunt orbem: certa stant omnia lege.
Longaq; per certos, signantur tempora cursums.
Nascentes morimur: finisq; ab origine pendet.
Tunc & opes, & regna fluunt, & sepius orta
Paupertas, artesq; datz, moresque creati:
Et vitta & claudes, & damna & compendia vita.
Nemo caret damno poterit nec habere negatum,
Fortunam vè in vitam perdere votis,
Aut fugere instantem: Sors est sua cuiq; ferenda.
At nisi fata darent leges vitæq; necisq;ue,
Fugissent ignes Æneam: Troja sub uno
Non eversa viro, fati vicisset in ipsis.
Aut lupa projectos natuisset Martia fratres:
Romaq; sic enata foret, pecudumq; magistris

In Capi-

*In Capitolinos auxissent culmina montes:
 Includi vè sua potuisset Iuppiter arce
 Captus, vel caput hic orbis foret, igne sepulto,
 Vulneribus victor repetisset Mutius urbem:
 Solus & oppositis clausisset Horatius armis
 Pontem: urbemq; simul rupisset fœdera virgo:
 Tresq; sub unius fratres virtute jacerent.
 Nulla acies tunc evicit, pendeat ab uno
 Roma viro, regnumq; orbis sortita jacebat.*

Statius lib. 5. Sylvar.

*Heu durus fati tenor! est ne quod illi
 Non liceat? quantæ poterant mortalibus annis
 Accessisse mora? si tu pater omne teneres
 Arbitrium, cæco gemeret mors clausa barathro.
 Longius & vacua posuissent stamina Parca,*

Seneca in Oedipo.

*Qui fata proculcæ vitæ, ac vitæ bonæ
 Projecit atq; abscedit, & casus suos
 Oneravit: ipsi, cæu video, nullo est opus
 Quare ipse mortem cupiat, aut quare petat?
 Virumque timidi est velle. Contempsit mori,
 Qui concupiscit.*

§ HIEROGLYPHICA.

Ad demus & illud, receptissimum apud poetas esse *Linum* pro Fato ponere. quod nescio quid sapit Hieroglyphicum. Nam ut Parcarum stamina præteramus. quæq; super his alibi dicenda sunt, cur *linum* pro fato poetæ ponant. causam afferunt interpretes Theocriti, quia scilicet Terræ fœtus est *linum* quem ab modum etiam mortales: idq; abruptum. significat hominem rursus ad terram redire. *Pier. Valer. lib. 41. pag. 394. D.*

Adjecerunt Sacerdotes Ægyptii Fatum per *Stellam* significari: quoniam id ex siderali dispositione consistere vulgata doctorum opinione creditur. Per motum enim stellarum negotia transiguntur, ut Hesiodi interpretis ait super Asterie. *Pier. Valer. lib. 44. pag. 436. E.*

Addunt & Fatum sive Parcas per vocalium *A & Ω* designationem intelligi: non tam ob planetas septem, qui Factorum ministri sunt, uti latius in stella disseruimus, quam ob id, quod imago Dei habetur Septenarius, dux idem princeps universorum immobilis, indomitus, omnium victor, gubernator omnium. *Idem lib. 47. pag. 465. B.*

*Per colum a
 est, quàm ull
 siquidem su
 per fusum, per
 48. pag. 470*

Qui pro v
 magni r
 morali.

Valdè per
 rere: ut de il
 Ibidem.

Non possu
 di experere,
 in quodam ser

Conv

Et

Quis

M

Scrib

Cu

§

NUnquam
 probat
 enim placer
 popularis favo
 quin non pr

Multò au
 qualis alius.
 fœminæ pu
 sciam, quæ v

Nunquam
 in eo vitium
 dem in epist.

Per co

Per colum autem et fusum significari Fatum, longè manifestius est, quàm ulla debeat commentatione ulterius explicari: plena siquidem sunt poetarum volumina, fatum ipsum per stamina, per fusum, per colum, per fila ubique significantium. Pier. Valer. lib. 48. pag. 470. F.

FAVOR.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui pro virtute, quàm egit, humanos favores desiderat: rem magni meriti, vili pretio venalem portat. *Gregorius lib. 3. morali.*

Valdè perfectorum est, ostenso opere, autoris gloriam quærere: ut de illata laude, privata nesciant exultatione gaudere. *Ibidem.*

Non possumus simul pro uno & eodem opere favorem mundi expetere, & præmium vitæ cælestis acquirere. *Maximus epist. in quodam serm.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Convensiens hominum est, hominem servare voluptas,
Et melior nulla queritur arte favor.*

*Quis non Antiphatem Læstrigena devovet? aut quis
Munifici mores improbat Alcinoi?*

Ovid. lib. 3. de Ponto.

*Scribentem juvat ipse favor, minuitque laborem:
Cumque suo crescens pectore servet opus.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Nunquam volui placere populo: nam quæ ego scio, non probat populus: quod probat populus, ego nescio. Quis enim placere potest, cui non placet virtus? Malis partibus popularis favor acquiritur. Similem te illis facias oportet, alioquin non probabunt, nisi agnoverint. *Senec. 28. epist.*

Multò autè magis ad rem pertinet qualis tibi videaris, quàm qualis alii. Si te intrante clamor & plausus obstreperint: si feminae puerique laudaverint, quidni ego tui miserar: cum sciam, quæ via ad istum favorem ducat. *Ibidem.*

Nunquam multis placeas, sed quamlibet stude. Maximum in eo vitium, qui non vult melioribus placere, sed pluribus. *Ibidem in epist.*

§ APOPH-

§ APOPHTHEGMATA.

Orontes Artaxerxis regis gener, quum ab irato rege rejectus & condemnatus esset: quemadmodum, inquit, suppuratorum digiti nunc infinitum numerum, nunc unum tantum possunt ponere: sic regum amici nunc quidvis polleat: nonnunc quum minimum. *Plut. in apoph. Regum.*

Julius Caesar postquam Publius Mimus in scena superasset omnes: & in his Laberium, ita pronuntiavit: favente tibi Casare victus es Laberi à Syro. *Erasm. lib. apoph.*

§ HIEROGLYPHICA.

Quidam corpora lumen solis exceptum fulgore vicissim augent, atque illustrant: ita quidam aliorum favore commendati, vicissim suis dotibus eos commendant. *Plutarch.*

Ut bilanx in eam vergit partem, unde plus accipit: sic quidam nunc huic, nunc illi favent, qui plurimum det: non cuius caritas sit optima. *Erasm.*

§ HIEROGLYPHICA.

Non desunt, qui *Oculum* favoris & beneficentiae signum dicunt: & in sacris verbum *Aspicere*, significare, se propitiis & benignum ostendere. Videmus enim apud Maronem, ubi *Iupiter Lybia defixit lumina regnis*, Reginam ritè quietum accipere in Teucros animum, mentemque benignam. Contra verò de Pallade acriter irata, *Dira solo fixos oculos aversa tenebat*. Huius verò favorem qui per *Oculum* indicatur, Theologi nostri gratiam vocant. *Pier. Valer. lib. 33. pag. 306. F.*

Vide supra in loco de Beneficentia.

FELICITAS.

§ SENTENTIAE POETICAE.

Boëtius Metro. 12. lib. 3.

*Felix qui potuit boni
Fontem visere lucidum.
Felix qui potuit gravis
Terra solvere vincula.*

Boëtius Metro. 1. lib. 1.

*Quid me felicem toties iactastis amici?
Qui cecidit, stabili non eras ille gradu.*

Tibull

Tibullus Eleg. 7. lib. 3.

*Vos ego nunc moneo: felix quicumque dolore
Alterius discet posse carere tuo.*

Plautus.

Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.

Terentius.

Ex aliis periculum facito tibi, quod ex usu fiet.

Vergil. lib. 2. Georg.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas:

Atq; metas omnes, & inexorabile fatum

Subjecit pedibus, strepitumq; Acherontis avari.

Claudianus de Seneca Veronensi.

Felix, qui propriis ærum transigit in arvis:

Ipsa domos puerum, quem videt ipsa senem:

Qui baculo nitens, in qua repta vit arena,

Vnius numerat secula longa casa.

Illum non vario traxit fortuna tumultu,

Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.

Non freta mercator timuit, non classica miles:

Non rauca lites pertulit ille fori.

Indocilis rerum, vicine nescitis urbis:

Aspectu fruitur liberiore poli.

Frugibus alternis, non consule computat annum:

Autumnum pomis: ver sibi flore notat.

Idem condit ager soles, idemque reducit,

Metiturque suo rusticæ orbe diem.

Ingentem meminit parvo qui gramine quercum:

Æquævumq; videt consensuisse nemus.

Idem infrà.

Erret & extremos alter scrutetur lberos,

Plus habet hic vita, plus habet illa via.

Juvenalis Satyr. 13.

Plurima felix

Pauulatim vitia atque errores excuit omnes.

Juvenalis Satyr. 13.

Dicimus autem

Hos quoque felices: qui ferre incommoda vitæ;

Nec jactare jugum vita didicere magistra.

Horat. Oda. 13. lib. 1.

Felices ter & amplius

Quos irrupta tenet copula: nec malis

Dirulsus

*Divulsus quævis amoris
Suprema citiss solvet amor die.*

Ex Comicis Græcis.

Δίκαιον εὐπείθειοντα μεμνήσθαι Θεοῦ.
In prospera æquum sorte meminisse est Dei.

Θεὸν γὰρ ἀδὲς ἐντυχῆς ἕροτων ἀνδρῶν.
Nullus beatus absque numine est Dei.

Κοινὸν δὲ καὶ λὸν ἐστὶν ἡσυχίας εὐτυχῶν.
Viri probi communis est felicitas.

Πολλοὶ γὰρ εὐτυχουῦσι, ἀφροσύνη δὲ.
Prudentiæ experti plurimis felicitas.

Τὸν εὐτυχουῦντα καὶ φρονοῦντα νομίζουμι.
Prudens videtur ille, cui fors prospera.

Τῷ γὰρ καὶ λὸν περὶ αὐτοῦ πείσει γῆ πατρίδα.
Terra omnis illi patria, cui res prospera.

Ὅτ' εὐτυχῆς μάλιστα, μὴ μέγας φρόνει.
Mines insoleſce quò magis beatus es.

Ὡς ἐνὸς λωε πῖπθουσιν αἰ λαμπρῶν τύχαι.
O quàm ruina splendida vitæ cita.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Homini nihil est magis optandum, quàm prospera, æquâ
lis, perpetuâquæ fortuna, secundo vitæ sine ulla offensâ
curâ. *Cic. ad Quirites postreditum.*

Ei si optabilius est vitæ cursum conficere sine dolore & iniuria: tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert: desiderium esse à suis civibus, quàm omninò nunquam esse violatam. *Pro domo sua.*

In omni vita nihil est ad laudem illustrius, quàm ipsa calamitas. *Pro domo sua.*

Omnes cum secundæ res sunt maximæ, tum maximè metuendi secū oportet, quo pacto adversam ærumnā ferant? *Tit. Liv. lib. 2. cap. 10.*

Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant. *4. ad Heren.*

¶ ΑΠΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Tales enim quærenti quis esset felix? qui corpore, inquit, sanus est: animo eruditus, sive castigatus. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

Anaxagoras ab homine quodam malè sano interrogatus, quoniam felices essent? respondit: nemo sanè ex iis, quos tu felices existimas: sed is, quem tu miserū credis. *Valer. Maxim. lib. 7. cap. 1.*

Sylla cognomine dicebat: alteram, quòd u-

apophtheg.

Antisthenes com, inquit me-

Socrates inter-

penitudo null

idem interro-

qui mentem b

Pelias quida-

rum rex felix

instructus. Pla

Plato rogatu-

publicæ statum

condere Leges

labribus mon

tur. Laert. lib. 2.

Agésilas qu-

rec regis Perſa

Priamus quid-

Ptolearchus.

UT historio-

DEUS vic-

quidem suis b-

Ut segetem

animos immo-

Ut pericul-

zoris valend-

fortuna. *Plut.*

Richtioni-

natissimi mu-

Calvus lib. 9. c.

P. Crassus N-

& præcipua.

Unus homo

L. Sylla, civi-

tus. Et quib-

bere tot mil-

cap. 42.

Sylla cognomento Felix, inter felicitates suas, duas præcipuas ducebat: alteram, quòd Pium Metellum haberet amicum: alteram, quòd urbem Athenarum non subvertisset. *Plut. in Rom. apophtheg.*

Antisthenes rogatus quid esset mortalibus beatissimum? Felicem, inquit mori. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Socrates interrogatus quid esset felicitas? voluptas dixit, quæ genitudo nulla sequitur. *Stob. serm. 101.*

idem interrogantibus quinam essent felices? respondit, illi qui mentem bonam & rationem possident. *Stob. serm. eodem.*

Polus quidam à *Socrate* sciscitabatur: utrum magnus Persarum rex felix esset? nescio inquit, an eruditione & iustitia sit instructus. *Plato in Gorg.*

Plato rogatus à *Cyrenensibus*, ut ipsis Leges scriberet, ac Republicæ statum componeret, recusavit dicens: perdifficile esse condere Leges tam felicibus: indicans, eos non facillè parere salubribus monitis, qui successu rerum elati, sibi felices viderentur. *Laert. lib. 3.*

Agésilas quum quidam apud *Agosilaum* regem magni faceret regis Persarum felicitatem, quòd admodum juvenis esset ne *Periamus* quidem, inquit, quum huius esset ætatis, erat infelix. *Plutarchus.*

§ SIMILITUDINES.

UT histrio non est felicior, quòd in scenis adornatus rex aut **D**EUS videatur: sic nec homo fortunæ muneribus: quando quidem suis bonis æstimatus, nihil est. *Senec.*

Ut segetem nimia sternit ubertas: rami onere franguntur: sic animos immoderata rumpit felicitas. *Senec.*

Ut periculosa est, secundum *Hippocratem* summè bona corporis valetudo: ita rebus maximè prosperis metuenda diversa fortuna. *Plut.*

§ EXEMPLA PROFANA.

P*erichthonios Dardani ex Batea F.* omnium hominum fortunatissimus fuisse, veterum Græcorum historiis traditur. *Calvus lib. 9. cap. 19.*

P. *Craffus Mithanicus* quinq; rerum bonarum maxima habuit & præcipua. Vide *Titul. ex Gellii lib. 1. cap. 13.*

Unus hominum ab hoc ævi Felicis sibi cognomen asseruit **L.** *Sylla*, civili nempe sanguine ac patris oppugnatione adoptatus. Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proscribere tot milia civium, ac trucidare potuisset? *Plinius libr. 7. cap. 42.*

Agrippina Augusta inter scēminas Romanas, quæ antea fuerunt, uni contigit: ut Romani principis uxor, soror, mater ac filia haberetur. Germanici enim filia fuit, quem Tiberius imperii successorem adoptaverat: Claudium Augustum genuit: Caligulæ soror erat: denique Neronem peperit. *Fasti* lib. 8. cap. 16.

Constantinum Magnum non supplicantem dæmonibus ipsum verum DEUM colentem, DEUS tantis terrenis muneribus, quanta optare nullus auderet. *Augustin. lib. Civitate Dei, cap. 25.*

Ambrosius Episcopus, cum apud Divitem quendam hospitiæ gratia diverisset: & ille se nihil unquam in vita adversi pati jactaret: è vestigio cum suis recessit, dixitque, ideo se inde ire, ne unà cum homine perpetuis prosperitatibus usque periret. Haud ita procul excesserant, & respicientes, viderunt desillos cum omnibus, qui ibi erant terræ hiatu jam ablatos. *Marullus lib. 5. cap. 3.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Caduceo si cornu copia adjiciatur, felicitatis indicium est: ut in Vespasiani & aliorum numis observavimus. *Pier. lib. 5. pag. 145. C.*

Ad hæc *Navis* in aliquot veterum monumentis hieroglyphicum est: ut in Hadriani numo, quæ remigio pulcherrimeq; elaborata visitur, cum inscriptione, FELICITATI AUG. Sub navi verò, S C. Cof. III. P. P. *Pier. V. lib. 45. pag. 441. B.*

Quod etiam *Olea abjecta caduceo* felicitatis hieroglyphicum habeatur: multa veterum numismata indicio sunt quæ in caducei commentario continentur. *idem lib. 53. pag. 511. A.*

Vitis etiam felicitatis est hieroglyphicum. Artis enim nandi periti ceu conjectores scribunt: ubi ejus significantur minant, *Vviam* in somniis visam, etiam extrà tempus felicitatis præsagii. *idem lib. 53. pag. 516. F.*

FERIÆ. FESTI Dies.

¶ APOPTHEGMATA.

Diogenes Lacedæmone peregrinum quendam conspiciens festudiosè ad festum diem componentem: quid facis, inquit? An non quilibet dies viro bono festus est? *Laert. lib. 6.*

Antisthenes interrogatus, quid esset dies festus? gulæ irrita mentum, & luxuriæ occasionem esse dixit. *Seobates* & *Maximus* *Ann.* 27.

FESTINATIO.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Festinationis bonæ exempla: Abraham, *Genes.* 28. v. 6. Loth, 19. vers. 32. Rachel, 31. vers. 34. Uxor Manue, *Judic.* 13. v. 10. David, 1. *Samuel.* 17. v. 48. 2. *Samuel.* 15. v. 14. Abigail, 1. *Sam.* 27. v. 18. Semei, 2. *Samuel.* 19. v. 26. Mulieres, *Matth.* 28. vers. 8. Barimæus cæcus, *Marc.* 10. vers. 50. Maria, *Luc.* 1. vers. 39. Pastores, 2. vers. 16. Zachæus, 19. v. 6. duo Discipuli, 24. v. 33. Samaritana, *Ioan.* 4. v. 29. Paulus, *Actor.* 20. vers. 28. Philip. 2. vers. 18. 1. *Thessal.* 2. vers. 17. Timotheus, 2. *Timoth.* 2. vers. 9. Tirus, *Tit.* 3. v. 12. Festinatio vitiosa cavenda, *Proverb.* 18. v. 13. & 19. v. 2. & 18. v. 20. 22. *Esa.* 59. v. 7. *Rom.* 3. v. 15. 1. *Timoth.* 5. v. 21. *Jacob.* 1. v. 19. Festinatio nimia corrigenda, 2. *Petr.* 3. v. 8. 9. 10. Festinationis malæ exempla: Nutrix Miphiboseh, 2. *Samuel.* 4. v. 4. Enochus Achabi, 1. *Reg.* 22. v. 9. 11. Cursores Assveri, *Esth.* 3. v. 15. Samsai Scriba, 2. *Esil.* 4. v. 23. Peccatores, *Proverb.* 1. v. 16. *Esa.* 19. v. 7. *Rom.* 3. v. 15. Nabuchodonosor, *Daniel.* 2. v. 13. Judæi, *Agga.* 1. v. 9. Antiochus, 2. *Macchab.* 9. v. 14. quidam ex ministris, *Matth.* 27. v. 48. Herodiadis filia, *Marc.* 6. v. 25. Summi Sacerdotes, 15. v. 1.

§ HIEROGLYPHICA.

Apu pisciculus, ex eo genere, qui ex sola pluvîa procreantur festinantia signum erat. Nam ubi piscis ille vel minimum conaluerit, coctus est: undè adagium, *Ad ignem Apua:* cum quid celerrimè factum vel ipso temporis momento significamus. *Pier. Valer. lib. 30. pag. 281. B.*

Vide Cunctatio. Item Mora.

FIDELITAS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in Phorm.

*Cuius tu fidem in pecunia perspexeris
Terere et verba credere?*

Ff 2

Seneca in hercule Oeteo.

*Præstare fateor posse me tacitam fidem
Si scelere careat, interim scelus est fides.*

Plautus in captivis.

Fac fidelis sis fidelis: cave fluxam fidem geras.

Silius Italicus lib. 13. bel. Pun.

*Vox (scilicet fidei) occulta subit, passim diffusa per auro:
Fœdera mortales ne sero rumpite ferro:
Sed castam servate fidem, fulgentibus œstro
Hæc potior regnis.*

Terent. in Phorm.

*Quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides.*

Plautus in Asinaria.

*Eidem homini si quid rectè curatum velis
Mandes, mori: si sese miserè ma volet:
Quàm non perfectum reddat, quod promiserit.*

Claud. lib. 2. in Eutrop.

*At nunc qui fœdera rumpit,
Ditatur: qui servat, eget.*

§ EXEMPLA SACRA.

Fidelitatis exempla: Eliezer servus Abraham, *Genes. 24. v. 2.*
Jacob, *31. vers. 40.* Joseph, *39. vers. 8. & 41. v. 47. 48.* Moyses
Numer. 12. v. 7. Heb. *3. v. 2.* Rahab, *Ios. 2. v. 4.* Josue, *Ios. 6. v. 1.*
Nuntii, *v. 23.* Principes Israël, *9. v. 18.* Josue & fortissimi bel-
tores, *10. v. 7.* Samuel, *1. Samuel. 3. v. 19. 20.* Jonathas, *19. v. 16.*
20. v. 32. 35. David, *22. v. 14. 23. & 24. v. 8. & 26. v. 9. 10.* Ya-
Jabes Galaad, *31. v. 12.* Urias, *2. Sam. 11. v. 11.* Joab, *12. vers. 2.*
Ethai Gerizus, *15. v. 22.* Populus, *18. v. 3.* Juda, *20. v. 2.* Abi-
21. v. 17. Eltas, *1. Reg. 18. v. 15. 16.* Josaba filia Joram, *2. Reg. 11.*
v. 3. Jojada, *v. 4.* tres Viri, *1. Paralip. 11. v. 18.* Edificatores tem-
pli, *2. Paral. 34. v. 4. 12.* Raphael, *Tob. 10. v. 7.* Abraham, *1. Mach. 2.*
v. 52. Bacchides, *7. v. 8.* DEUS, *1. Cor. 10. v. 13. 1. Timoth. 1. v. 12.*
& 4. v. 9. Paulus, *Gal. 6. v. 17.* Sylvanus, *1. Petr. 5. v. 12.* Antipater
Apocal. 2. v. 13.

§ HIEROGLYPHICA.

Fidelitatis hieroglyphicum *CANIS* est: & Socrates apud Plato-
nem in Phædone per *CANEM* jurat: cū putat fidem obsequium
præstare

estandum iis.
Vet. Valer. lib. 5.
Vide sequi

Affigeretur in
Stuleus h
miso suo. Pro v
Tolle vestim
extraneis aufer
Noli esse cui
ferant pro deb
sæ est, ut tollat
Non sponde
restituens cogi
Vir reprobi
tam, derelinq
perdidit dilige
ros potente, g
cuis *ibid. 29.*

Fili mi, si
neon manum
pris sermoni
libera: quia i
suscita amicu
mittent palpe
avis de manu
Vir bonus
sionem dereli
dedit enim pr
tor & immun
ingratus sens
Recupera
tibi ne incipi

Fides appel
dicitur fide
terrogo te er
fides est. Aug

FI
 prestandum iis, qui rerum habenas in civitatibus moderantur.

Per. Valer. lib. 5. pag. 46. F.

Vide sequentem locum de Fide.

FIDES.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Affligetur malis, qui fidem facit pro extraneo. *Proverb. 11.*
 Stultus homo plandet manibus: cum sponderit pro amico suo. *Proverb. 17.*

Tolle vestimentum eius, qui fidejussor exitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. *Ibidem 20.*

Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Si enim non habes unde restituas, quid causa est, ut tollat operimentum tuum de cubili tuo? *Ibid. 22.*

Non spondeas super virtutem tuam: quod si sponderis, quasi restituens cogita. *Eccles. 8.*

Vir repromittit de proximo suo, & cum perdiderit reverentiam, derelinquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes, & commovit illos quasi fluctus maris. Viros potentes, gyrams migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. *Ibid. 29.*

Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurrere, festina, suscita amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebre tue. Erucere quasi damula de manu: & quasi avis de manu aucupis. *Proverb. 6.*

Vir bonus fidem facit proximo suo, & qui perdiderit, confusionem derelinquet sibi. Gratiam fidejussoris ne obliviscaris: dedit enim pro te animam suam. Repromissionem fugit peccator & immundus. Bona repromissionis sibi ascribit peccator, & ingratus sensu derelinquit liberantem se. *Eccles. 9.*

Recupera proximum secundum virtutem suam, & attende tibi ne incipias. *Ibidem.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Fides appellata est ab eo, quod fit: duæ syllabæ sonant, quum dicitur fides: prima syllaba est à factō secunda à D E O. Interrogo te ergo, utrum credas? dicis credo: fac quod dicis, & fides est. *August. in serm. 22.*

Mentis humanæ acies invalida in tam excellenti luce non
gitur: nisi per justitiam fidei emendetur. *Idem lib. 1. de Trinitate.*

Fides electorum aut nunquam deficit, aut statim reparatur.
Idem de Corrept. & grat.

Ille apud DEUM plus habet loci, qui plus attulit, non arguitur,
sed fidei. *Idem lib. de Ovibus.*

Cum dilectione fides Christiani: sine dilectione fides dæmonis.
Qui autem non credunt, peiores sunt, quàm dæmones: tardiores.
Idem serm. 10. de Charitate.

Quid Fides, nisi credere quod non vides? Unde & quomodo
capitur trinitas? rectè, ô homo. interrogas: quomodo creditur
non benè interrogas: imò ideò benè creditur, quia citò
capitur: nam si citò caperetur, nò esset opus ut crederetur, ut
videretur. *Idem ibid.*

Noli intelligere, ut credas: sed crede ut intelligas: intelligere
merces fidei est. *Idem ibid.*

Quod oportet, lex minando imperat: quod fidei, lex credendo
imperat. *Idem de Spiritu & lit.*

O thesauris omnibus opulentior fides: ô virtutibus cunctis
reis omnibus fides fortior, medicis omnibus salubrior. *Ambr.
lib. de virginis.*

Aufer argumenta, ubi fides quæritur: in ipsis gymnasiis
jam Dialectica taceat: Piscatoribus creditur, non Dialecticis.
Idem de Trinitate.

Tunc enim veraciter fideles sumus: si quod verbis promittimus,
operibus complemus. *Gregor. homil. 29.*

Quid non inventit fides? attingit inaccessa: deprehendit
ignota: comprehendit immania: apprehendit novissima: apprehendit
deniq; æternitatem suo illo vastissimo sinu quodam modo
cumdit. *Bernh. sup. Cant.*

Sola fides, & mentis ad DEUM conversio sine effusione sanguinis,
& sine perfusione aquæ, salutem sine dubio operatur: sed non
volenti, prohibente articulo baptizari. *Bernh. in epist.*

Transgreditur enim fides fines orationis humanæ, naturæ
usum, experientie terminos. *Idem serm. 67.*

Is fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat: factus
tanquam vas perditum: sed sic perdens animam suam, ut in
tam æternam custodiat eam. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. lib. 2. Siliconis laudes.

*Hæc (fides) & amictias longo potest tempore firmat:
 Mansuroq; adamante ligat: nec mobile mutat
 Ingenium. parvæ strepitu nec vincula noxæ
 Dissolui patitur. nec fastidire priorem
 Allicitur veniente novo, benefacta tenere,
 Respuere offensas facilis, pariterq; minoris
 Officii, magniq; memor superare laborat:
 Utq; hostes armis, meritis sic vincit amicos.*

Propert. lib. 1. Eleg.

Multum in amore fides: multum constantia prodest.

Ovid. Epist. 18.

*Non bove mactato caelestia numina gaudent:
 Sed qua præstanda est: & sine teste, fides.*

Ovid. Epist. 16. Heroid.

Tarda solet magnis rebus inesse fides.

Luc. lib. 9. bel. civil.

Clausæ fides miseri.

Senec. in Hercule Octo.

*Non rata fides, ubi jam melior
 Fortuna ruit.*

Silius Italicus lib. 11. bel. Pu. sec.

*Stat nulla diu mortalibus usquam
 Fortuna, titubante fide.*

Claud. de 4. Honor. Consul.

*Perdurat non emptæ fides: nec pectora merces
 Alligat.*

Lucanus lib. 8. bel. civil.

Ardua quippè fides robustos exigit annos.

Senec. in Octavia.

Teneris in annis haud satis clara est fides.

Claud. de 4. Honorii Consul.

*Præmissa futuris
 Dant exempla fidem.*

Vergil. lib. 4. Æneid.

Nusquam tuta fides.

Manil. lib. 2. Astrono.

*Perq; tot ætates hominum, tot tempora & annos:
 Tot bella. & varios etiam sub pace labores:*

Cum fortuna fidem querat vix invenit usquam,
 At quanta est scelerum moles per secula cuncta?
 Quamq; omnes invidia non excusabile terris?
 Venales ad fati patres matrumq; sepulchra
 Imposuit; Phœbus noctemq; reliquit.
 Quid loquar exersas urbes, & prodita templa?
 Et variis pacis clades, & mixta venena,
 Insidiasq; fori, cedes in manibus ipsis,
 Et sub amicitia grassantem nomine turbam?
 Et fas atq; nefas mixtum: legesq; per ipsas
 Sevit nequities, pœnas jam noxia vincit:
 Scilicet in multis quoniam discordia vincit,
 Corpora nascuntur, pars & sublata per urbem.
 Et fidei rarum facit dies, pacisq; tributum:
 Vtq; sibi cœlum, sic tellus disidet ipsa:
 Atq; hominum gentes inimica sorte feruntur.

Juvenal. Satyr. 3.

Quantum quisque sua nummorum continet arcâ,
 Tantum habet & fidei.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Malo mihi successum deesse, quàm fidem: etiam hosti
 æquus, qui habet in consilio fidem. Fidem qui perdit:
 potest ultrâ perdere. Fides unanima unde abit, nunquam re-
 dit. Fidem nemo unquam perdit: nisi qui non habet. *Seneca*
in proverb.

Viri boni etiam non politicam fidem servare: maximum
 majoribus nostris telum, fidem fuisse: ex quo plures pace susce-
 ptæ, quàm bello gentes fuerint devictæ. nocens sibi, ubi succum-
 bit fides sive veritas. *Cato.*

§ APOPHTHEGMATA.

Zeno Eleates accusatus, quod in perniciem Nearchi tyranni
 conjurasset: ductus ad tormenta, ut conjuratos proderet,
 indicavit eos, qui tyranno omnium amicissimi erant, neglectis
 consciis: qui postquam pœnas dedissent, interrogatus à tyran-
 no, num quis præterea occidendus superesset? Tu solus, in-
 quit, Reipub. perniciem superes: quibus dictis, dentibus lin-
 guam abscidit, & in tyranni faciem expuit. Maluit enim mori,
 quàm indicare eos, qui occiso tyranno salvam ciperent esse
 Rempublicam. *Laert. lib. 6. cap. 5.*

Eurycratidas percontanti, cur Ephori per singulos dies de con-
ventu

ventis & contr
 muram fidem

Alexander. q
 putabatur, sen
 citionis princ
 homo, mihi v
 munito concr
 luit. *Plur. in ap*

Anaxarchus
 felios proderet:
 ipse dentibus a
 puit, his prius
 monis. *Laert. l*
Cicero dicen
 patrocinio ser
 quàm eloquen

Ponticus Cent
 modo ei salus
 mallet, ita res
 injusta condit
 mori, quàm fi
 cap. 35.

Alphensses sa
 dem debere pr
 hominum jus

UT locus in
 animus si
 quæ sub cand

C *Aroliss V*
 M. D. XXI
 maniz, ne fid
 decreta conc
 tamen servav
 per caducato
 maximè urg
 fidem rerum
 apud Imp. co
 nli.

Zeno cuida

ventis & contractibus jus dicerent? ut inter hostes etiam, inquit mutua[m] fidem inveniamus. *Plut. in Lacon. apoph.*

Alexander. quidam cum rupem teneret inexpugnabilem, ut putabatur, semet *Alexandro* dedit: at *Alexander* nō solum ejus ditionis principem esse jussit, verum etiam addidit, dicens: hic homo mihi videtur sapere, qui se maluit bono viro, quā loco munito concedere. Et sic fidem hosti sanctissimē servare voluit. *Plut. in apoph.*

Anaxarchus cum à Niccreonte graviter torqueretur, ut confesos proderet: post multa in tyrannum convitia, linguam sibi ipse dentibus abscondit: commandueatam in tyranni faciem expuit, his prius verbis emissis: non erit hæc corporis pars tuæ ditionis. *Laert. lib. 9. cap. 19.*

Cicero dicente illi *Metello*, plures testimonio peremisti, quā patrocinio servasti: nempe, inquit *Cicero*, plus est mihi fidei, quā eloquentiæ. *Plutarch.*

Pontius Centurio captus à Pompeii socero *Scipione*, cum isto modo ei salus daretur: si se futurum *Cn. Pompeii* militem affirmasset, ita respondit: tibi quidem *Scipio* gratias ago: sed mihi injusta conditione vitæ non est opus. Maluit autem *Pontius* mori, quā fidem *Cæsari* datam frangere. *Brisonius libro secundo capit. 35.*

Alphonsus sæpenumerò dicere solitus est: tantum valere ad fidem debere principum verbum simplex, quantum privatorum nomina jusjurandum. *Panor. lib. 1. de Alphons. reb. gest.*

§ SIMILITUDO.

UT locus in mari sine portu navibus non potest esse tutus: sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse in iis rebus, quæ sub eandem rationem cadent. *Cic. lib. 1. de invent.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Carolus V. Imp. in comitiis Vormaciæ habitis anno Christi M. D. XXI. etsi sollicitaretur à quibusdam principibus Germaniæ, ne fidem servaret *Luthero*. (nam juxta Constantiensis decreta concilii, Hæreticis non esse fidem servandam:) fidem tamen servavit in violaram, & illum incolumem rursus domum per caduceatorem deduci mandavit: *Ludovico Palatino Rheni* maxime urgente. Interrogatus, cur id faceret? respondit: fidem rerum promissarum: etsi toto mundo exulet: tamen apud *Imp.* consistere oportet. *Guillelmus Zenocæus in vita Caroli.*

Zeno cuidam promiserat quingentos denarios mutuo, admo-

FI FIDES. FIDUCIA SUI.

nitus ab amicis, hominem esse malæ fidei: tamen credit vel hoc quia promiserat. & summa erat exilis. *Erasm. in Adag.*

Fridericus Dux Austriae, Alberti Cæsaris filius, commisit prælium adversus Ludovicum Bajoarium, qui cum de imperio contendebat, quamvis accepisset Marchiones Brandeburgenses, cum hostibus sentire: his tamen promissam antè pecuniam numeravit: alienam fidem accusari, quàm suam malens. *As. Sylv. lib. 3. Com. in Panor.*

In *Aureliano* scribit *Flaviss Vopiscus*, rarum esse, ut Syri fides servent, imò difficile: ven demta modò hortorum cura operari fiore, boni majoris nil præterea in Syrorum ingentiis ferè litare quirendum. *Cælius lib. 25. cap. 25. A. L.*

Parthis fides nulla, nisi quantū expedit, quibus utilitas super est fide sanctior. *Alex. ab Alexand. lib. 5. cap. 10.*

Græcorum gens malè audit passim apud poetas Latinos, & apud Ciceronem: non solum quasi voluptatibus addicta, effœminata delictis: verùm etiam lubrica quasi fide. *Erasm. in Adagis.*

Lacones ut infidos descripsit Eurip. in *Andromacha.*

Σπίγρης ίνοικγι, δόλιον βολούτιεα.

Id est,

Sparte, inhabitatores, dolosæ senatus.

Et *Aristophanes* in *Acharenensibus.*

Οιου ε̄τε βουμ̄ς, ε̄τε πίσις, ε̄δ' ἔρη & ἰδίεσ.

Id est,

Quibus nec ara, nec fides, nec iusjurandum manet.

Cælius lib. 18. cap. 5. A. L. & Erasmius in Adag.

Vide supra *Fidelitas.*

FIDUCIA SUI.

§ APOPHTHEGMATA & EXEMPLA PROFANA.

Themistocles, Cùm Eurybiades baculum sustulisset, in *Themistoclem* obstrepentem: percutere, inquit, sed tamen audi. *Plut. in Græc. apoph.*

Epaminondas postquam *Alexandrum Phæreorum* tyrannum *Thebanis* insensum, Athenienses sibi fecissent amicum ac socium? isque polliceretur illis, se perfecturum, ut inimicorum carnium emerent semiobolo: videlicet significans, se immensum numerum pecudum ac jumentorum adducturum esse. *Plut. in Epaminonda.*

FI

da: *Epaminondas* istas carnes licet succedemus, *Plut. in Epaminonda.*

Xerxes cum gavir se illas eret, *Tam in*

Fabricius futurus: ne rore nostrum mallent. *Plut. in Fabricio.*

Scipio majore minente illi tanquam rerum prædixit. *Plut. in Scipio.*

Cum Parthi fulens, à belicia istis manibus, subla in hac manibus futura perit. *Cæsar in Commentariis.*

competitio potentia videretur, aut excellens in apophtheg. *Pompejus in Cæsaris in*

esse sollicito, ex illis dem animi. *Vide Desperare.*

Audi mita *Proverb.*

Epaminondas, at nos, inquit, Atheniensibus ad coquendas istas carnes ligna gratis suppeditabimus. Nam sylvas ipsorum succidemus, si se plus satis admisceant nostris negotiis. *Plutarch. in apophtheg.*

Xerxes cum importarentur ad eum Articæ caricæ venales: negavit se illas esurum, donec regione potius esset, quæ illas ferret, Tam ingens erat excelsi pectoris fiducia. *Plut. in apoph.*

Fabricius Pyrrho hortanti, ut apud se ageret, imperii socius futurus: ne tibi quidem istuc expedierit, inquit. Nam si Epitroæ nostrum utrunq; pernorint: mihi regi, quam tibi parere mallent. *Plut. in apoph.*

Scipio major cum obsideret oppidum humili loco situm, prominente illinc Veneris templo, iussit illuc profiteri vadimonia, tanquam tertio post die jus tibi redditurus. Et quod se facturum prædixit: fecit urbe capta, tanta erat fiducia victoriz. *Plut. in apoph.*

Cum Parthi denuntiassent Crasso per legatos, ut suæ ætati consulens, à bello abstineret: jam sexagenarius, respondit: in Seleucia istis mandatis responsum dabimus. Hic Agidis legatorum unus, sublata manu mediam palmam ostendens: prius, inquit, in hac manu nascentur setæ, quam tibi Seleuciam conspiciendi sit futura potestas, *Plut. in Crasso.*

Jul. Cesar cum Romæ Maximi Pontificis dignitatē ambiret, competitore Qu. Catulo, primæ apud Romanos dignitatis ac potentiz viro, matris ipsum ad fores deducenti: hodie, inquit, o mater, aut pontificem maximum habebis filiam, aut exulem. Excelsa indoles, omnisq; repulsiæ impatiens. *Plutarchus in Rom. apophtheg.*

Pompejus quibusdam se videre negantibus, quomodo posset Cesaris impetum sustinere: hilari vultu vetuit illos, hac de re esse sollicitos. Nam simulac, inquit, solum Italiæ pede pulsavero, exilient affratim equestres pedestresq; copiaz. Præsens quidem animus, si fortuna respondisset. *Plutarch.*

Vide Audacia, Fortitudo, Spes, Dissidentia, Desperatio.

FILII.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Audi fili mi disciplinam patris tui, & legem matris tuæ ne dimittas: ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. *Proverb. 1.*

In timore

In timore Domini, fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes
Ibidem 14.

Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios
relinquet. *Ibid. 20.*

Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum.
Ibid. 32.

Ne jucunderis in filiis impiis, si multiplicentur: nec delecteris
super ipsos, si non est timor Dei in illis. Non credas viris
lorum, & ne respexeris in labores illorum. Melior est enim
unus timens Deum, quàm mille filii impii. Et utile est magis
mori sine filiis, quàm relinquere filios impios. *Eccles. 16.*

Pater filiis notam faciet veritatem tuam. *Esa. 38.*

Filii obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum
est. *Ephes. 6.*

Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros
sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. *Ibid.*

Filio doloso nihil erit boni. *Proverb. 14.*

Servus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres ha-
reditatem devidet. *Idem Ibid.*

Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fatua
lætabitur. *Ibidem.*

Ita patris filius stultus, & dolor matris, quæ genuit eum. *Ibidem.*

Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem commensu-
tores patris, confundit patrem suum. *Ibid. 28.*

Filii tibi sunt, erudi illos à pueritia eorum. Filia tibi sum-
serva corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad
illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato
illam. *Eccles. 7.*

Confusio patris est de filio indisciplinato. Filia autem fatua
in deminoratione fiet. *Ibidem.*

Filia prudens hæreditas viro suo: ac vivens turpiter medi-
tiam affert genitori. Imprudens patrem & virum afficit igno-
minia. *Ibidem.*

A filiis tuis cave, & domesticis tuis attende. *Ibid.*

Lacta filium, & paventem te faciet: lude cum eo, & contu-
stabit te. Non corrideas illi, ne condoleas, & in novissimo ob-
stuscescunt dentes tui. *Ibidem.*

Non des filio potestatem in juventute: & ne despicias cogita-
tus illius. *Ibidem.*

Filio & mulieri, fratri amico, non des potestatem super te in
vita tua. *Ibid. 33.*

Melius

Melius est u-
rum tuorum.

Ne dederis a-
depreceris pro-

Filia patris
sommum: ne i-

viro commora-
te sua, & in pa-

commorata tu-

Super filiam
ficiat te oppre-

& abjectione
dem.

Juvenes sin-
Filius sapi-

est matris suæ
Exultat ga-

in eo. Gande-
te. *Ibid. 23.*

Rursus de-
sole studio sis-

ignoro urru-
in laboribus

Ex iniqui-
versus paren-

In filiis su-

In filia no-
sione abutatur

ne mireris. f-

Atas

Nos

Prog

Sic f

Vt q

Fort

Est

Melius est ut filii te rogent, quam te respicere in manus filiorum tuorum. *Ibidem.*

Ne dederis alii possessionem tuam: ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis. *Ibidem.*

Filia patris abscondita est, vigilia & sollicitudo eius auferet somnum: ne fortè in adolescentia sua adultera efficiatur & cum viro commorata odibilis fiat: ne quando polluaturn à virginitate sua, & in paternis suis gravida inveniatur: ne fortè cum viro commorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur. *Ibid. 42.*

Super filiam luxuriosam confirma custodiam: ne quando faciat te opprobrium venire inimicis, à detractioe populi, & abjectione plebis, & confundat te in multitudine populi. *Ibidem.*

Juvenes similiter hortare, ut sobrii sint. *Tit. 2.*

Filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matri suæ, & despicit eam. *Proverb. 10. & 15.*

Exultat gaudio pater justus, qui sapientem genuit. lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exulter, qui genuit te. *Ibid. 23.*

Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboravi: habiturus hæredem post me, quem ignoreo utrum sapiens, an stultus futurus sit? & dominabitur in laboribus meis, quibus defudavi & sollicitus fui. *Eccles. 2.*

Ex iniquis omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitie adversus parentes in interrogatione sua. *Sapient. 4.*

In filijs suis agnoscitur vir. *Eccles. 11.*

In filia non avertente se, firma custodiam: ne inventa occasione abutatur. Ab omni irreverentia oculorum eius cave, & nemireris, si te neglexerit. *Ibid. 16.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 6. lib. 3.

*Ætas parentum peior avis, tulit
Nos nequiores: mox daturos
Progeniem vitiosiorẽ.*

Terent, in Adelphis.

*Sic fiet modo. ut nunc est, queso:
Ut quisquẽ filium suum vult esse, ita est.*

Horat. Oda. 4. lib. 4.

*Fortes creantur fortibus & bonis.
Est in juvenis, est in equis patrum*

Virtus:

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerant aquæ columbam.

Seneca in Hppolyro.

Redit ad autores genus,

Stirpemq; primam degener sanguis refert.

Plaut. in Epidico.

Doctè & sapienter

Dicis non nimis potest pudicitiam quisquam sua servare filia.

Ex Græcis Comicis.

Εὐδαιμονία τοῦτ' ἐστὶν γὸς καὶ ἔχειν,

Ἀλλὰ θυράτηρ κτηρὸ' ἐστὶν ἱερῶδ' ἐς παιδί.

Felicitas est filius prudens patri;

Onerosa contra filia possessio.

Θυράτηρ ἐπιζῶμος, καὶ ὄλιος μεθ' ἡν λαλῆ,

Διὰ τοῦ σιωπῶν πλείστου πατρὸς λέγεις.

Ætatis est quæ nubilus jam filia,

De se, siendo, plurima loquitur tamen.

§ APOPHTHEGMATA.

Solon interrogatus, cur nullas leges adversus eos, qui parentes verberassent, constituisset? Quod nullos, inquit, tales existimabam. *Anton. in Melissa, part. 2. serm. 11. Maxim. serm. 23.*

Diogenes ad eum, qui patrem despiciebat, dixit: ne cui hoc quod viderat, diceret: priusquam ipse quoq; liberorum parens factus esset. *Plutarch. in Lacon. apoph.*

Cræsus quum *Cambyes* se cum patre *Cyro* conferret, amici illum patre præstantiorem affirmantibus; *Cræsus* respondit, illum nondum patri æquandum, qui nondum reliquisset filium. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Cæsar quum Romæ videret peregrinos quosdam locupletum canum ac simiarum catulos in gremio circumferentes, eosque habere in deliciis, percontatus est, num apud illos foemina parerent liberos? sentiens, nullos catullos esse jucundiores infantibus. *Plut. in vita periclis.*

Antoninus pius biduo priusquã moreretur, admissis amicis aperuit sententiam suam de filio, eandem quam *Philippus* de *Alexandro*, dicens: se æquo animo mori, cum filium relinqueret. *Capitolinus.*

Alexander cum sibi multa de matre scripisset *Antipater*: ignorat inquit *Antipater*, matris uocem lachrymam multarum calamitiarum epistolas deleturam esse. *Plut.*

Demetrius

Demetrius

scipios: in via

Laert. lib. 5. cap.

Epaminonda

vita illud sibi

te vivo, Leuc

apophtheg.

M. Cato, A

mox in jus vo

plexus: sic op

lachrymis a

Erasm. lib. 5. a

Coriolanus

tium urbi m

posset: Vetu

vent: in cui

inquit illa, p

rim, ut utru

quum dixisse

su iram mea

precibus dor

Alexande

callet, dicer

quit, ex me

Augustus

grippam, p

abdicatu m

versu Hom

Alb

O u

Nec aliter

mata sua. z

UT fer

supera

est amor i

Erasmus.

Demetrius Phalereus admonerat adolescentes, ut in solitudine seipfos: in via obvios: & domi parentes, diligenter revererentur. *Laert. lib. 5. cap. 5.*

Epaminondas ex omnibus quæ præclare & honestè gessisset in vita illud sibi dicebat esse jucundissimum, quòd utroque parente vivo, *Leuctrica* pugna vicisset *Lacedæmonios*. *Plutarchus in apophtheg.*

M. Cato, Adolescens quidam patris vita defuncti inimicum, mox in jus vocavit, ultusq; est: quem *Cato* obvium comiter amplexus: sic oportet, inquit, non agnis hædisve: sed è malorum lachrymis ac damnationibus parentum exequias celebrare. *Erasm. lib. 5. apophtheg.*

Coriolanus cum meritò iratus ingrato populo Romano, exitium urbi moliretur, nec à legatis, nec à sacerdotibus exorari posset: *Veturia* mater unà cum uxore filii ac liberis in castra venit: in cuius complexum quum accurreret *Coriolanus*: sine, inquit illa, prius sciam, utrum ad hostem, an ad filium venerim, ut utrum captiva, an mater in castris tuis sim? Hæc aliq; quum dixisset, matrem complexus: expugnasti, inquit, & vicisti iram meam. Patria te, quamvis mihi meritò invisam, huius precibus dono. *Livius.*

Alexander reprehensus ab uxore, quòd filium inutilem abdicasset, diceretq; ex eo esse: dum expuisset in terram: & hoc, inquit, ex me est: ac non utile. *Maxim. serm. 23.*

Augustus Cæsar *Juliam* filiam ac neptem relegarat: deinde *Agrippam*, prius adoptatum, post ob sordidum ac ferox ingenium abdicatum: ad omnem horum mentionem solebat exclamare versu Homerico:

Αἰδ' ὄφελον ἀζαμυς τε μὲν εἶν. ἀγρὶ ὄ τ' ἀπολίωει.
Id est,

O utinam celebs visissem orbibusq; perissem!

Nec aliter illos appellabat, quàm res vomicas, seu tria carcinomata sua. *Erasm. lib. 4. apoph. ex Suetonii Aug.*

¶ SIMILITUDO.

UT ferrum aut chalybs cætera quidem duritie, rigoreque superat: ab adamante, vincitur: ita res quidem potens est amor in liberos: sed hunc quoque superat pietas in Deum. *Erasmus.*

FINIS.

FINIS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. epist. 1. Heroid.

*Exitus acta probat: careat successibus opto
Quisquis ab eventu facta notanda putat.*

Juvenalis Satyr. 10.

*Festino ad vestros & regem transeo Ponti,
Et Cræsum, quem vox justæ facunda Soloniæ,
Respicere ad longe iussit stæsia ultima vitæ*

Aufonius de septem Sapient.

Expectare Solon suam docet, ortos Athenis.

Ovid. de Philomela.

*Vita data est utenda, data est sine sœnore nobis
Mutua. nec certa persolvenda die.*

Horat. Oda. 13. lib. 2.

*Quod quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horis.*

*Sed improvisa lethi
Vis rapuit, rapietq; gentos.*

Statius lib. 2. Sylvarum.

*Nox anxia plebes,
Nos miseri, quibus unde dies suprema, quis ævi
Exitus, incertum, quibus instet flumen ab astris.
Quæ nubes fatale sonent? nil flecteris istis:
Sed flectere libens.*

Ovid. lib. 5. de Trist.

*Nil homini certum est: fieri quis posse putaret,
Ut facerem in mediis hæc ego sacra Getis?*

Boëtius Macro. 2. lib. 3.

*Repetunt proprios queque recursos,
Redituq; suo singula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo:
Nisi quod fani junxerit ortum,
Stabilemq; sui fecerit orbem.*

§ APOPTHEGMATA.

A Gesilars audiens quendam Persarū regis adhuc juvenis ab
mirari felicitatem, respondit: nondum vitæ finis adest, ut
optimè. Nam ne Priamus quidem, quum eius esset ætatis, er
infelix. *Plut. in apoph.*

Epaminondas

Epaminondas
tantissimum: s
quit, judicaru p
Fridericus lm
possit conting
Sylvius lib. 4. co
Vide etia.

UT adamas,
silit crueltas
necessitudo, si
similitatem: &
maxima nascu
mel victa leni

FOEderis, qu
& Ancr cu
Abimelech, 2
Laban, 3. 7. 2
Jonathan, 1. S
ntoribus Isra
vide, 2. Samue
Ara cam Ben
adad, 1. Reg. 20
Josaphat cur
litum, 2. Reg
Ose. 12. 7. 1. D
metrius cum

Jurejurand
Jocopias Xer
rate plurtis no
neque morte
mnes sepelia
ius civitatu
quæ barbari
rum, quæ à
excitabo: se

Epaminondas interrogatus, quem arbitraretur ducem præstantissimum: seipsumne, an *Chabriam*, an *Iphicratem*? id inquit, iudicatu perdifficile est, donec vivimus. *Plut. in apoph.*

Federicus Imp. percontatus aliquando quid homini optimū possit contingere? respondit: bonus in hac vita exitus. *Aeneas Sylvius lib. 4. comm. in Alphonsi res gestas.*

Vide etiam tit. de Morte.

FOEDUS.

§ SIMILITUDO.

UT adamus, si frangi contingat malleis, in minutissimas dissilit crustas: adeo ut vix oculis cerni queant: ita arctissima necessitudo, si quando contingat dirimi, in summam vertitur similitudinem: & ex arctissimis foederibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia: aut supra modum incandescit semel victa lenitas. *Plin. lib. 37. cap. 4.*

§ EXEMPLA SACRA.

FOEderis, quod inter se percutiunt homines, exempla: *Eschol & Aner* cum *Abrahamo*, *Genes. 14. vers. 13.* *Abraham* cum *Abimelech*, *21. v. 27.* *Isaac* cum *Abimelech*, *26. v. 31.* *Jacob* cum *Laban*, *31. v. 44.* *Josua* cum *Gabaonitis*, *Ios. 9. v. 15.* *David* cum *Jonathan*, *1. Sam. 18. v. 3. & 30. v. 16. & 23. v. 18.* *David* cum *Senioribus Israël*, *2. Sam. 5. v. 3. 1. Paralip. 11. v. 3.* *Abner* cum *David*, *2. Samuel. 3. v. 12. 21.* *Salomon* cum *Hiram*, *1. Reg. 5. v. 12.* *Asa* cum *Benadad*, *15. v. 19. 2. Paralip. 16. v. 3.* *Achab* cum *Benadad*, *1. Reg. 20. v. 34.* *Josaphat* cum *Ochozia*, *2. Paral. 20. v. 35. 37.* *Josaphat* cum *Achab*, *1. Reg. 22. v. 24.* *Jojada* cum *Præfectis militum*, *2. Reg. 11. v. 4. 2. Paralip. 23. v. 1.* *Ephraim* cum *Assyriis*, *Os. 12. v. 7.* *Demetrius* cum *Judæis*, *1. Macchab. 10. v. 15. 16.* *Demetrius* cum *Ptolemæo*, *11. v. 8. 9.* *Romani* cum *Judæis*, *15. 16. 17.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Urejurando se obstrinxerunt *Græci* omnes, cum adversus *Jocopias Xerxis* dimicaturi essent, in hæc verba: *Vitam liberatæ pluri non faciam, neq; deseram Imperatores, neq; vivos, neque mortuos: sed eos è sociis, qui in prælio occubuerint, omnes sepeliam: & ubi belli victor exitero, etiam barbaros, ex his civitatibus, quæ pro Græcia pugnaverint, nullam devastabo: quæ barbari partes sequi maluerunt, omnes decimabo: fanorum, quæ à barbaris incensa, & diruta sunt, nullum omnino excitabo: sed sinam impietatis barbaricæ exte. in omni poste-*

Gg

ritate monumentum. *Muretus libr. 3. var. lect. cap. 18.*

Greci qui cum Cyro adversus Persas ascenderunt, foedus per eusserunt, mactato tauro, & lupo, & apro, & ariete in sanguine intingentes, Græciensem, Barbari hastam, jurejurando addito, neutri alteros se deserturos, sed belli fore socios. Barbari verò insuper jurarunt, se sine fraude ducturos esse. Suid.

Claudius Caesar cum regibus foedus in foro icit, porca caesa, & veteris Fœcialium præfatione adhita. Suetonius.

Perceptione corporis & sanguinis Domini, confirmata fuit pax inter Henricum IIII. Imp. & Paschalem Romanorum Pontificem. *Sigebertus.*

Perse inter vinum & epulas, frequentiq; convivio, uxorem filios, amicosq; omnes habent, & tanquam fidei pignora adhibent: ibiq; inter sacra mensæ, velut apud hospitaes Deos foedera & pacta incunt: & sic fidem socialem ratam, & mansuram pacis pignus inviolabile esse putarunt. Alex. lib. 5. cap. 3.

Dux Romanus à medio diei foedus non ferit, nec formulam conscribit. Plutarch. in quest. Roman.

Plutarchus in Galbe vita & Dion lib. 57. scribunt suis temporibus moris fuisse: ut Romani milites Kalend. Januarij nomen Imp. jurarent: cum antea stante Repub. in senatus populiq; Rom. jurare soliti fuissent.

Vide Amicitia, Fides, Promissio, Societas.

FOENUS.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

SI pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habet rat tecum: non urgebiseum, quasi exactor, nec usuris operimes. *Exod.*

Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec frugum nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Fratri autem tuo absque usu ra id quo indiget, commodabis: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore tuo, in terra ad quam ingredieris possidendam. *Denter. 23.*

Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo. Confirma verbum, & fideliter age cum illo, & in omni tempore invenies, quod tibi necessarium est. *Eccles. 29.*

Perde pecuniam propter fratrem & amicum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem. *Ibid.*

Hodie foeneratur quis, & cras expedit, & odibilis est homo
huiusmodi. *Eccles. 30.*

Qui accipit mutuum, servus est foenerantis. *Proverb. 22.*

Multi non causa requiritæ non foenerati sunt: sed fraudari
suis timuerunt. *Eccles. 29.*

Noli foenerari homini fortiori te: quod si foeneraveris, qua-
perditura habe. *Eccles. 8.*

Multi quasi inventionem æstimaverunt foenus & præstite-
runt modestiam iis, qui adjuverunt. Donec accipiant, oscu-
tantur manus divitis, & in promissionibus humiliant vocem
eam & in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur
verbis cædii, & murmurationum, & tempus causabitur. Si au-
tem potuerit reddere, adversabitur. Solidi vix reddet dimi-
dum, & computabit illud quasi inventionem. *Ibid. 29.*

§ AEPHTHEGMATA.

Socrates interrogatus, quinam avari essent? qui turpia venan-
tur, inquit: & necessarios amicorum negligunt. *Erasm. eod.*
seroon.

Polienses foeneratores pecunias habere & non habere dicebat,
Nam dum omnia ad usuram trahunt, nihil habent: & quod ha-
bent, alius habet. *Ibid.*

§ SIMILITUDINES.

Lepus simul parit, & aliud alit, & rursus superfoerat: ita fo-
nerator æs alienum, priusquam conceperit, parit. Nam
lanæes statim petunt, & ponentes tollunt, & foenerant, quod
pro foenore accipiunt. *Plutarch. es.*

Ut ignis invalescens, alia post corripit: sic usura.

Vultures ipsi nihil occidunt, sed ab aliis occisa invadunt: ita
nonnulli alienis fruuntur sudoribus. *Plut.*

Qui in lutum incidit, cum oportet aut fugere, aut mane-
re: nam si se volvat, citam inquinatur: sic qui rem habet cum
foeneratoribus. *Plut.*

Cholerici qui purgari nolunt sub tempus, collecta indies
majore bile postea graviter discruciantur: sic qui sinunt foenus
accrescere cum adest dies, graviter è capite laborant. *Plut.*

Plato verat aquam à vicinis petere, nisi prius domi foderis
usque ad terram, quam ceramitidem vocant, repererisque non
spem esse venæ: ita prius excutiendū, ut parsimonia, aliæve via
tibi suppedites, priusquam à mensariis pecuniã mutuam petas.
Plut.

Alutarium piscem semper sequitur piscis nomine sargus,
qui illo cornum fodiente excitatum devorat pabulum: ita sunt,

qui se miscant alienis negotiis, ut eis laborantibus fructum
præcipiant.

Vide Avaritia, Injustitia, Lucrum, Usura.

FORMA, PULCHRI- tudo.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 1. Fast.

Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam.

Idem epist. 9.

Non honor est, sed onus, species, laesura ferentet:

Lis est cum forma magna pudicitie.

Idem 5. Metamor.

Sed quamvis forma nunquam mihi fama petita est,

Quamvis fortis eram, formosa nomen habebam.

Idem 2. Art.

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,

Fit minor: & spatio carpitur ipsa suo.

Nec semper violæ, nec semper lilia florent:

Et riget amissa spina relicta rosa.

Et tibi jam venient canis, formosæ, capilli:

Iam venient rugæ, quæ tibi corpus erent.

Iam mollire animum qui duret, & adstrue formam:

Solus ad extremos permanet ille rogos.

Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes

Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Senec Hip.

Anceps forma bonum mortalibus,

Exigui donum breve temporis:

Ut velox celeri pede laberis.

Idem ibidem.

Res est forma fugax.

Idem ibidem.

Raris forma viris, sæcula prospice,

Impunita fuit.

Ovid. 3. Trist. 7.

Ista decens facies longis vitiabitur annis,

Rugæq; in antiqua fronte senilis erit:

Injicietq; manus formæ damnosa senectus,

Quæ strepitum passis non faciente venit.

Idem

Quam cito
Et per

Magno c

Nec form

Forma ep

Murmar

Sed veta

Ipsa habu

Accipere,

Corporis

Semper h

Atq; pud

Huius fo

Nec clan

Et ad pu

Ut alta s

Quas ne

At cum,

Et se va

Deformi

Sic nost

Deperdu

Malisq;

Olim pe

Fugit j

Reliquo

Tuic ca

Florem

Carpit

Qualit

Sen lo

Defici

Idem 3. Art.

Quam citò, me miseram, laxantur corpora rugis:
Et perit, in nitido qui fuit ore, color.

Publ. Syrus.

Magno cum periculo custoditur: quod multis placet.

Propert. 2. 29.

Nec forma æternum, aut cuiquam est fortuna perennis:

Juvenal. 10. Satyr.

Forma optat modico pueris, majore puellis
Murmure, cum Veneris sanum videt anxia mater.
Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipsa habuit: cuperet Rutila Virginea gibbum
Accipere, atq; suam Rutila dare: filios autem
Corporis egregii, miseros trepidosq; parentes
Semper habet. Rara est adeò concordia formæ
Atq; pudicitie.

Terent. in Andria.

Huius formam atq; ætatem vides?
Nec clam te est, quam illi nunc utraq; res inutiles
Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam sicut.

Seneca in Hercule Octo.

Ve alta sylvas forma vernantes alit,
Quas nemore nudo primæ in vestit tepor:
At cum solutos extulit Boreas Notos,
Et se va totas bruma decussit comas,
Deforme foliis aspicias truncis nemus:
Sic nostra longum forma percurrens iter.
Deperdit aliquid semper, & fulget minus:
Malisq; minus est quicquid in nobis fuit
Olim petatum, cecidit.

Horat. lib. Epod.

Fugit juveniles, & verecundos color
Reliquit ossa pallem amicta lurida.
Tuis capillos albos est odoribus.

Seneca in Octavia.

Florem decoris singuli carpunt dies.

Stacius lib. 5. Sylvarum.

Carpitur eximium fæto Priscilla decorem:
Qualiter alta comam sylvarum gloria pinos,
Sen torvis igne malo, seu jam radice soluta
Deficit, & nulli spoliata venurmurat aura

Gg 3

Propert. eleg. 18. lib. 2.

*Vt natura dedit, sic omnis recta figurata:
Turpis Romano Belgicus ore color.*

Nemesianus Ecloga 4.

*Non hoc semper eris: perdant & grammæ flores,
Per. sic spina rosas, nec semper lilia cadent.
Nec longum tenet uva comas, nec populus umbras:
Donum forma breue est, nec sibi commodat omnis.*

Propert. lib. 2. eleg.

*Vino forma perit: vino corrumpitur ætas
Vino sapè suum nescit amica virum.*

¶ APOPTHEGMATA.

A Gessilas interrogatus cur aleret comam? Quoniam in
ornamenta, respondit, minime constat. *Stob. serm. 63.*
Carneades sciscitatus, quid forma hominis esset? Regnum
ne satellitio, respondit: quoniam formosi impetrant quicquid
volunt, nulla vi adhibita. *Laert. Stob.*

*Diogenes formosum adolescentem formæ causa amari
spicatus dixit: quin operam das adolescens, ut corporis amato
ad animam transferas? Anton. serm. 60. part. 1.*

*Idem conspecto adolescente mollius compto, dixit: si
quidem te ornas, infelix es: sicut in mulieribus iniustus. Antonius
Melissa, part. 1. serm. 60.*

*Antisthenes, quidam adolescens curarat sese ex ære sculpi
dum, & ad eam imaginem sese conformabat. Huic Antisthe
nes: si æs posset vocem edere, qua de re potissimum glori
tur? de pulchritudine, inquit adolescens. Non, inquit,
erubescis, qui cum in animo gloriaris? Laert. lib. 6. cap. 1.*

*Aristoteles cum adolescentem se comere vidisset: non erub
scis quod cum natura te virum fecerit, tu teipsum effeminasti.
Anton. in Melissa. part. 1. serm. 69.*

*Idem cum juvenis quidam facie formosus, sed moribus
tulans, inter alia convicia ei diceret: si tam exosus essem civibus
ut tu es, laqueo vitam finirem: respondit, ego verò laqueo
michi inferrem, si ita me cives amarent ut te. Antonius in Melissa
part. 1. serm. 60.*

*Idem percontanti qui fieret, ut cum formosis diutius ac
bentius confabulemur? respondit, eam percontationem
cæci. Laert. lib. 5. cap. 1.*

*Aristoteles dicebat pulchritudine homines, quavis epist
magis commendari, Stob. serm. 60.*

*Eteocles cuida
dette, superbiro
commisum, ibi*

Quemadmodum
ma later p
sape insignis a

Hesiodus lib
res habent
tur, velut testa
Hypænas
urbs Hypæa,

stri campeltri
pos nuncupet
Apud Tene
quotquot: sine
Nymphodori

Senenses for
tis ingenii sin
nent. Sab. Sup

Thaonem or
Venus in lae

Ælianus lib. 2
Vxor Ageri
ston, speciosi

& Pausanias
Pythagoras
pinarentur,

nudatus aliq
est. Laert.

Syriantes
procero, sup
Callistrates

Plut. in Arist
Cratinus
Homeres

formosissim
Turnum
7. Æneid.

Tur

Eteocles cuidam ob pulchritudinem glorianti dixit: non pudete superbi ob speciem pulchram, tibi ad exiguum tempus commissum. *Ibidem.*

§ SIMILITUDO.

Quemadmodum in geminis sæpenumero sub ignobili forma latet pulcherrima natura: sic in corpore deformi lateat sæpe insignis animus. *Threverses in apoph.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Hesiodus lib. 3. Melampodia Chalcidem in Euboea pulcras mulieres habentem nominat: nam formosæ ibi mulieres nascuntur, velut testatur Theophrastus Athen. lib. 13. cap. 32.

Hypænas Mulieres fuisse pulcherrimas traditur. Est verò urbs Hypæa, quæ à Tmola descendentes occurrit, ad Caystri campetria, nomine imposita, quia sit sub monte, qui Æpos nuncupetur, sita ad dicata Veneri. *Cælius lib. 14. cap. 1.*

Apud Tenedum, Trojæ adjacentem insulam, esse omnium quotquot sint mulieres speciosissimas, in Asiæ periplo scribit Nymphodorus. *Cælius lib. 24. cap. 9.*

Senenses forminx inter Italicas præcellentis formæ, & elegantis ingenii singulare decus, constanti omnium ferè fama obtrinent. *Sab. Supplem. lib. 20. ex Iovio.*

Phaonem omnibus hominibus elegantia formæ præstantem, Venus in lætucis abscondit. Deprehensus in stupro, perit. *Ælianus lib. 12.*

Vxor Agei Lacedæmonii, Alcidis F. quàm postea duxit rex Ariston, speciosissima fuit: ex turpissima talis facta. *Herodot. lib. 6. & Pausanias in Lacon.*

Pythagoras philosophus tam formosus, ut illum discipuli opinarentur, Apollinem esse, qui ex Hyperboreis venisset. Cum nudatus aliquando esset: femur eius aureum apparuisse, fama est. *Laert.*

Syrianus Magnus philosophus, corpore optimè constituto, procerò, supra modum formoso. *Suidas in Ammoniano.*

Callicrates formosissimus Græcorum omnium apud Platæas. *Plut. in Aristide.*

Cratinus formosissimus, & luctator fortissimus. *Pausan lib. 6. Homerus* Heroum præstantissimos, Hectorem & Achillem formosissimos facit. *Theatr. Zuing.*

Turnum à forma plerisque locis commendat *Vergilius: ut lib. 7. Æneid.*

— Perit antè alios pulcherrimus omnes,

Turnus avis atavisq; potens.

P. Scipio Africanus major formæ dignitate barbaris in Hispania admirationi fuit. Plutarch.

Magnes Smyrnæus puer, præ cæteris mortalibus formosus, poetica insuper & Musica ornatus, corona insignis. Suidas & Casianus.

Terdates eunuchus, formosissimus omnium in Asia juvenum cum cum Artaxerxes rex Persarum mortem obiisse audisset, per universam Asiam luctum indixit. Ælian. lib. 18.

Phædrus Eliensis Socrati Platoniq; familiaris & dialecticus, cuius nomine liber inscribitur. De t. 19. 28. puer forma præstanti à lenone domino ad merendum coactus. & ab Alcibiade redemptus, Philosophiæ traditus est. Gellius lib. 2. cap. 18.

Galea formosissimus adolescens, ob pulchritudinem, & animo infitas peculiâres quasdam virtutes, Ptolemæo rege Ægyptiorum amatus est. Ælian. de var. hist. lib. 1.

Gygis Gnidii formosissimi meminit. Horat. lib. 2. Ode. 5.

FORMIDO.

§ SENTENTIA BIBLICA.

Quis homo formidolosus, & corde pavidus vadat & revertatur in domum suam: ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. *Deuter. 2.*

Dabit tibi Dominus cor pavidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te. *Ibid. 28.*

Manè dices: quis mihi det vespere? & vespere, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis oculis videbis. *Ibidem.*

Bestias terræ non formidabis. *Iob. 5.*

Undique terrebunt eum formidines, & involvent pedes ejus. *Ibid. 18.*

Ne paveas repentinos terrores, & irruentes tibi potentias impiorum. *Proverb. 3.*

Noli esse pusillanimis in animo tuo. *Eccles. 7.*

Dominum exercituum ipsum sanctificare, & ipse pavor vester, & ipse timor vester, & erit vobis in sanctificationem. *Esa. 1.*

Pusillanimes confortamini, & nolite timere. *Ibid. 35.*

Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. *Ierem. 17.*

Paveant illi, & non paveam ego. *Ibidem.*

Non formidabunt ultra, & non pavebunt. *Ibid. 23.*

Non erit quæ
tem te, ait Do

Noli timer
vidi formidat
ego vobiscum

Ne timeat
midetis r. Ma

Da illis for
moveantur co

Quid timi
Non turbo

Consolam
Consule

Si seduxer
ritq; cum

Si patet v
dum dots, q

Si invene
& apprehen

rit: dabit qu
argenti, & i

poterit dim

Non des
virtute tua

Fornicac
illius agno

Dimitte
ne fornicac

Morietu
domo patr

Qui se j
ditabunt i

de numero

Ne pro
pleatur pi

Non er
Israël. De

Not

Non erit quem formides: quoniam ego tecum sum: ut salvem te, ait Dominus. *Ibid.* 30.

Noli timere à facie regis Babylonis (diaboli) quem vos pavidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quoniam ego vobiscum sum. & salvos vos faciam. *Ibid.* 42.

Ne timeatis multitudinem eorum, & impetum eorū ne formidatis. *1. Machab.* 4.

Da illis formidinem, & pavescat audaciam eorum, & commoveantur contritione sua. *Ibidem.*

Quid timidi estis modicæ fidei? *Matth.* 8.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. *Ioan.* 14.

Consolamini pusillanimes. *1. Thes.* 5.

Consule tit. de Metu & Timore.

FORNICATIO.

SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Si seduxerit quis virginem nec dum desponsatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem.

Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. *Exod.* 22.

Si invenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad judicium venerit: dabit qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. *Deut.* 22.

Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. *Eccles.* 9.

Fornicatio mulieris in excellentia oculorum, & in palpebris illius agnoscitur. *Ibid.* 26.

Dimitte eum, separatim est convivium eorum, fornicatione fornicati sunt. *Osee.* 4.

Morietur, quoniam fecit nefas in Israël: ut fornicaretur in domo patris sui, & auferes malum de medio tui. *Deuter.* 22.

Qui se jungit fornicariis erit nequam: putredo vermes hereditabunt illum, & exolletur in exemplum majus & tolletur de numero anima ejus. *Eccles.* 19.

Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. *Levit.* 19.

Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filiis Israël. *Deuter.* 23.

Cum saltatrice ne assiduus sis, ne audias illam: ne forte reas in efficacia illius. *Eccles 9.*

Omni homini noli intendere in specie, & in medio mulier noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea, & in muliere iniquitas viri. Melior est enim iniquitas viri, quam in muliere nefaciens mulier confundens in opprobrium. *Ibid. 42.*

Bonum est homini mulierem non tangere. *1. Cor. 7.*

Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malitiam, & avaritiam, quæ est simulachrorum servitus, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus ambulatis quando, cum viveretis illis. *Coloss 3.*

Saturavi eos & mœchati sunt. Equi amatores in fornicatione & emissarii facti sunt unusquisque ad uxorem proximi suam iniebat. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? *Jeremias 5.*

Non visitabo super filias vestras (in præsentia) cum fuerint fornicatæ: & super sponsas vestras, cum adulteraverint: quoniam in domibus ipsarum meretricibus conversabantur, & cum effrenatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit. *Osai capite 4.*

Fornicarii regnum Dei non possidebunt. *1. Cor. 6.*

Fornicatores & adulteros judicabit Deus. *Hebr. 13.*

Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & hanc destruet: corpus autem non fornicationi, sed domino suo: & dominus minus corpori. *2. Cor. 6.*

Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membrum Christi faciam membrum meretricis. Absit. an nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficiatur? Erunt, inquit duo in carne una. Fugite fornicationem: omne enim peccatum quodcumque fecerit homo, contra corpus suum est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? *Ibid.*

Timidis autem & incredulis & execratis & homicidis, & fornicatoribus, & Veneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulfure, quod est mors secunda. *Apocal. 1.*

Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. *Osai 5.*

Homini

Homini fornicationem

grediens usque

Fornicatio

Ignis est usque

genimina. *Job*

Fovea profundi

fidatur in via

verb. 23.

Qui autem

Nec des fornicationem

ditatem tuam

Non offeret

Omnis munus

mnibus præterit

Erubescite

Nec deside

bovem, nec arietem

Attende tuam

rem tuam nu

Quæ

Est, in

Quæ

Definitio

Plures

Vide A

Non in f

Conf

biscum in b

Expecta

& sustine D

Domus j

turbatio. Pr

Mulierem

Diceban

Homini fornicatio omnis panis dulcis: nō fatigabitur transgrediens usque ad finem. *Eccles. 23.*

Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. *Osee 4.*

Ignis est usq; ad perditionem devorans, & omnia eradicans gentina. *Iob. 31.*

Fovea profunda est meretrix, & puteus angustus à linea. In-sidiatur in via quasi latro, & quos incautos videt, interficit. *Proverb. 23.*

Qui autem nutrit scortum, perdet abstinentiam. *Ibid. 29.*

Ne des fornicariis animam tuam in ullo: ne perdas te hereditatem tuam. *Eccles. 9.*

Non offeres mercedem prostibuli. *Deut. 23.*

Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi steruus in via, ab omnibus prætereuntibus conculeabitur. *Eccles. 9.*

Erubescite à patre & matre de fornicatione. *Ibid. 41.*

Nec desiderabis uxorem eius, non servum, non ancillam: non bovem, nec asinum, nec omnia quæ illius sunt. *Exod. 20.*

Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. *Tob. 4.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Satyr. 2. lib. 1.

Quid inter

Est, in matrona, ancilla, peccesve togata?

Ibidem.

Quare ne pœniteat te:

Desine matronas sectariis, unde laboris

Plus haurire mali est, quàm ex re decerpere fructus.

Vide Adulterium, Scortatio.

FORTITUDO.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non in fortitudine sua roborabitur vir. *1. Reg. 2.*

Confortamini & agite diligenter: & Dominus erit vobiscum in bonis. *2. Paralip. 19.*

Expecta Dominum: viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. *Psalm. 26.*

Domus justi plurima fortitudo, & in fructibus impii conturbatio. *Proverb. 13.*

Mulierem fortem quis inveniet? *Ibid. 31.*

Dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. *Eccles. 9.*

Factus

Factus est fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione sua. *Esa. 25.*

Dicite pusillanimes, confortamini & nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet & salvabit nos. *Ibid.*

Conforta lumbos, robora virtutem valde. *Nahum. 2.*

Fugit impius nemine persequente: justus autem quasi leo confidens absque terrore erit. *Proverb. 28.*

Noli timere, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia Ego sum Dominus Deus tuus, sanctus Israël, Salvator tuus. *Esa. 43.*

Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom. 8.*

De cætero fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. *Ephes. 6.*

Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis juvenes, quoniam fortes facti estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum. *1. Iohan. 2.*

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. *Luc. 11.*

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur. *2. Corinth. 4.*

Fortitudo mea, & laus mea Dominus. *Exod. 15.*

Vos ergo confortamini, & non dissolvantur manus vestra: erit enim merces operi vestro. *2. Paralip. 15.*

Oculi Domini contemplantur universam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. *Ibidem 16.*

Etenim Dominus est fortitudo vestra. *Nehem. 8.*

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. *Psal. 30.*

Fortitudinem meam ad te custodiam: quia Deus susceptor meus es. *Ibid. 55.*

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. *Ibid. 67.*

In timore Domini fiducia fortitudinis. *Proverb. 14.*

Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit justus, & exaltabitur. *Ibid. 18.*

Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem. *Esa. 12.*

Quia

Quia factu

lacione sua, sp

In silentio

Qui dat las

& robur mu

Qui autem

sumunt penn

bunt, & non

Deus meo

Fratres co

eius. *Ephes. 6.*

Qui vera

timet. *A*

Nemo est

voluptatem

maximis vo

firmiter stan

Hæc est v

tem, menti

Non me

mentavirtu

bili prælio:

fortis ad p

fugiat, tan

Ambros. lib.

Stultus,

non potest

mergitur.

fortitudo

augetur r

eumferat

sto, funda

In duo

exteriora

spicienda

summa s

mi inten

Justi &

vari: sed

Forti

cillitas c

Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, umbraculum ab æstu. *ibid.* 25.

In silentio & spe erit fortitudo vestra. *ibid.* 30.

Qui dat lasso virtutem & in his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. *ibid.* 40.

Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, asument pennas ut aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. *ibid.*

Deus meus factus est fortitudo mea. *ibid.* 49.

Fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. *Ephes.* 6.

SENTENTIÆ PATRUM.

Qui vera vitute fortis est: nec temerè audet, nec inconsultè timer. *August.* in *epist.* ad *Hier.*

Nemo est, qui non magis dolorem fugiat, quàm affectet voluptatem: quandoquidem videmus immanissimas bestias à maximis voluptatibus exterreri dolorum metu: contra quæ firmiter stat fortis. *ibid.* lib. 83. *quest.*

Hæc est vera fortitudo, quæ naturæ usum, sexus infirmitatem, mentis devotione transgreditur. *Idem de vid.*

Non mediocris animi est fortitudo, quæ sola defendit ornamenta virtutum omnium, & justitiam custodit: quæ inexpiabili prælio adversus omnia vitia decerrat: invicta ad labores, & fortis ad pericula, rigidior adversus voluptates: ut avaritiam fugiat, tanquam labem quandam, quæ virtutem efforminat. *Ambros.* lib. 1. *de offic.*

Stultus, ut luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur: non potestate mutatur: non attollitur prosperis: non tristibus mergitur. Ubi enim sapientia, ubi virtus est: ibi constantia & fortitudo. Sapiens ergò idem est animo, non minuitur: non augetur rerum mutationibus: nec ut parvulus fluctuat, ut circumferatur omni vento doctrinæ: sed manet perfectus in Christo, fundatus charitate, radicatus fide. *Ambros.* in *epist.*

In duobus generibus fortitudo spectatur animi: Primò, ut exteriora corporis pro minimis habeat, & quasi superflua despicienda magis, quàm expetenda ducat. Secundò, ut ea, quæ summa sunt, omnesq; res, in quibus est honestas, præclara animi intentione usq; ad effectum persequatur. *Idem lib.* 1. *de offic.*

Justi & fortis viri est: nec adversis frangi: nec prosperis sublevari: sed in utroq; esse moderatum. *Hieron.* in *Isaël.*

Fortitudo corporis est imbecillitas animæ: & rursus imbecillitas corporis est fortitudo animæ. *Idem in Amos lib.* 2.

Fortitudo

Fortitudo atq; constantia via regia est, à qua declinat ad dexteram, qui temerarius est & pertinax: ad sinistram, qui formidolosus est & pavidus. *Idem in original super Esaiam.*

Tantò enim unusquisque ad fortitudinem profecisse verius demonstrat: quantò aliena mala robustius tolerat, nam minus in se convaluit, quem iniquitas aliena sternit: qui in eo conferre contrarietatem non valet, püllanimitatis suæ gladio confosus, jacet. *Gregor. lib 5. moral.*

Fortitudo destruitur, nisi per consilium fulciatur: quia quò plus posse conspicit, cò virtus sine moderamine rationis deteriorius in præceptis ruit. *Idem.*

Fortitudo justorum est, carnem vincere, propriis voluntatibus contraire, delectationem vitæ præsentis extinguere, hujus mundi aspera pro æternis præmiis amare, prosperitatis blandimenta contemnere, adversitatis metum in corde superare. *Idem lib. 8. moral.*

Fortes facti sunt sancti, carnem domant, virtutibus corrumpunt, spiritum roborant, terrena despiciunt, cœlestia appetunt: occidi possunt, flecti autem nequeunt: nec sustinere falsa per infirmitatem metuunt: nec læsi unquã à veritate conticescent. *Idem in quad. hom.*

Bonus circuitus est: si justitia quærit, prudentia invenit, fortitudo vindicat, temperantia possidet: ut sit justitia in affectu: prudentia in intellectu: fortitudo in affectu: temperantia in usu. *Bernh. in lib. de considerat.*

Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. *Idem in epist.*

Vir vocatur à viribus, qui nescit in adversis tolerando deficere, aut in prosperis aliqua elatione se jactare: sed animo stabili defixus, & cœlestium rerum contemplatione firmatus, manet semper impavidus. *Cassiod. in Psalm. 1.*

Viri fortes semper in pace modesti sunt: & justitiam nimis diligunt, qui frequenter pericula tractaverunt. *Idem lib. epist.*

Fortitudo si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem convertitur. *Lactant. lib. 6.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 10. lib. 2.

*Sperat infestis, metuit secundis
Alteram fortem bene præparatum
Pelliss.*

Ibidem.

Ibidem.

*Rebus angustis animosiss, atq;
Fortis appare: sapienter idem
Contrahe vento nimum secundo
Turgida vela.*

Lucanus lib. 7. civil.

*Fortissimiss ille est,
Qui promptiss metuenda pati: si comines instent,
Et differre potest.*

Ovid. lib. 1. Fastor.

*Omne solum forti patria est, ut piscibus equor:
Ut volucris vacuo quicquid in orbe patet.*

Stacius lib. 8. Teb.

Omne homini natale solum.

Seneca in Hercule furen.

*Quemcunq; fortem videris, miserum neges.
Juvenal. Satyr. 10.*

Viribus ille

Confissus perit, admirandisq; lacertis.

Ovid. de remed. amor.

— *Diciss autem*

*Hos quoque felices, qui ferre incommoda vita:
Nec jactare jugum vita didicere magistra.*

Plaut. Rud.

— *Animus equus optimum est arumna condimentum.*

Horat. 2. Serm. 2.

— *Vivite fortes,*

Fortiaq; adversis opponite pectora rebus.

Martialis 11.

Rebus in angustiis facile est contemnere vitam:

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Plautus Capt.

In re mala animo si bono utare, adjuvat.

Idem Pseud.

Bonus animus in mala re, dimidium est mali.

Ibidem.

*Nam ea stultitia est, facinoriss magnum timido cordi credere;
nam omnes*

Res perinde sunt, ut agas, ut eas magnificias.

§ SENTEN-

SENTENTIAE PHILOSOPHICÆ.

Viri propria maximè est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorisq; contemptio. *2. Tuscul.*

Est fortitudinis proprium & magnitudinis animi, nihil ex-timefcere: omnia humana despicerè: nihil quòd homini accidere possit, intolerandum putare. *3. Offic.*

Fortitudo, est scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo & perferendo, summæ legi parens sine timore. *4. Tuscul.*

Fortitudo est virtus, pugnans pro æquitate. *1. Offic.*

Fortes & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant injuriam. *1. Offic.*

Nemo poterit esse celsus & erectus, & ea quæ homini accidere possunt, omnia parva ducere: nisi omnia bona sibi in se posita censébit. *5. Tuscul.*

Fortes viri, non tam præmia sequi solent rectè factorum, quàm ipsa res rectè facta. *Pro Milone.*

Est virorum fortium, virtute præstare tantum, ut possint fortunæ culpam non ex-timefcere. *Philipp. 13.*

Magna laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos: non fractum esse fortunam: retinuisse in rebus asperis dignitatem. *2. Orat.*

Est viri fortis, ne suppliciis quidem moveri: ut fortiter fecisse poeniteat. *Pro Milone.*

Qui magno animo est atque forti, omnia quæ cadere in hominè possunt, despicit, & pro nihilo putat: atque iste vir alius & excellens magno animo, verè fortis, infra se omnia humana ducit. *3. de Finib.*

Homines magno animo erectoq; viventes, semper sunt beati, qui omnem motus fortunæ, mutationesq; rerum & temporum, leves & imbecilles fore intelligant, si in virtutis certamina venerint. *5. de Finib.*

Est situm in nobis, ut & adversa quasi perpetua oblivione obruamus, & secunda jucundè ac suaviter meminerimus. *1. de Finib.*

Ea quæ eximia plerisque & præclara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est: & ea quæ videntur acerba, ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis: robusti animi est, magnæq; constantiæ. *1. Offic.*

Si qui inducant animum, illa, quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulchritudinem, divitias, honores, opes, contemne-

contemnerem
tam poterunt
nec multum
ennisq; sibi
potebatur

Robustum
tum morte
minerit in
interculla
rabiles sine
non place
Fortes e
num vider
vident. Sen

A Gestil

an jul
usum, nil
foret fort
Agus cu
sunt, inq
fortes vir

Miles

eius terg
stringere
erubescit

Andro

gionibu

nus dim

Calli

sagitta r

tem nihil

terer h

uter dit

Epan

ensibus

Antig

malus,

idem

larecu

decem

contemnere: eaque quæ iis contraria sunt, pro nihilo ducere: tum poterunt clarissima voce profiteri: se neq; fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terreri: omninq; sibi in sese esse posita: neq; esse quidquam extrâ suam potentiam, quod ducant in bonis. *5. Tuscul.*

Robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore: cum mortem contemnit, & ad dolores ita paratus est: ut meminerit maximos luctus morte finire: parvos multa habere intervalla requieris, mediocrium nos esse dominos: ut si tolerabiles sint, feramus: sin minus, æquo animo è vita, quum ea non placeat, tanquam ex theatro exeamus. *2. de Finib.*

Fortes quidem & paratissimi fundere sanguinem suum alienum videre non possunt. Alii gladium facilius recipiunt, quam vident. *Senec. epist. 56.*

§ APOPTHEGMATA.

A *Gesilius* seiscitatus, utra virtus esset præstantior, fortitudo an iustitia? graviter respondit: fortitudinis nullum esse nisi ad se iustitia. Quid si omnes essent iusti, nihil opus foret fortitudine. *Plut. in apoph. Lacon.*

Agis cuidam seiscitanti, quot essent Lacedæmonii? quot satis sunt, inquit, ad propulsandos malos: ostendens, referre quam fortes viros habeat civitas, non quam multos. *Plut.*

Miles quidam Lacedæmonius, in pugna prostratus hostem ejus tergo insidentem, rogavit ut se verteret & in pectus potius stringeret ensen: rogatus quid ita: ne amalius, inquit, meus erubescat, si viderit averis confossum vulneribus. *Plut.*

Androclitas ad eum qui quærebat, cur brevibus Sparciatæ pugionibus in bello uterentur? quia cum hostibus, inquit, cominus dimicamus. *Plut.*

Callistrates adversus Mardonium Xerxis ducem pugnaturus, sagitta percussus ac propemodû exanimatus: ego, inquit, mortem nihil lugeo, quod domo proficiscens, ut pro Græcia morerer huc venerim: sed angor animo, quod nec strenuè, nec fortiter dimicans oppeto. *Plut.*

Epaminondas cum esset sibi nunciatum, exercitum ab Atheniensibus novis ornatum armis in se missum: quid igitur, inquit, Antigenidas gemit, cum Tellen novas tibias habeat? hic enim malus, ille optimus erat tibicen. *Plut.*

Idem cuidam objicienti, quod Agamemnonis gloria æmularetur: falleris, inquit, nam ille, totius Græciæ præsidii usus, decem annis vix unam cœpit urbem: ego unius hujus urbis

Hh

praesidiis, uno die profligatis Lacedæmoniis, totam Græciam liberavi. *Erasmus 5. apoph. ex Plut.*

Idem in Mantinea pugna lethaliter vulneratus, non prius ferum edaxit, quam audisset Thebanos vicisse, tunc, satis, inquit, vixit: invictus enim morior: & deducto ferro protinus efflavit animam. *Valer. Maxim.*

Turbo Adriani Cæsaris præfectus, admonitus ab eo, ut curam haberet suæ valetudinis, sibi quæ daret vacationem à negotiis respondit: non decere Cæsaris præfectos, nisi stantes mori. *Erasm. 6. apoph.*

Alius miles ægro corpore in aciem progrediebatur: cum autem quidam eum, quorsum ita affecto corpore proficisceretur? interrogarent, respondit: ad moriendum pro Reipub. nostræ salute. *Maxim. serm. 4.*

Alius miles claudens ad militiam proficiscens: quum ab aliis cederetur: non opus est fuga, sed viribus, inquit, quibus milites subsistant: locum quæ in acie tueantur. *Plutar. in Lacon. Maxim. serm. 4.*

Quum quidam fortè obvii Laconibus dixissent: fortunati estis & Lacones! nam modo hinc latrones abière: non nos, inquit, per Martem: sed illi potius fortunati sunt, qui in nos non inciderunt. *Plut. in Lacon.*

Lacon quidam oculorum morbo laborans, ad bellum proficisceretur: sed quibusdam dicentibus, quò abis sic affectus? aut quid facturus? si aliud, inquit, nihil ego, hostis saltè gladium hebetabo. *Plut.*

Philippus antè Spartæ muros castrametatus, misit nuncios multa & dira minitans, nò facerent imperata. Quidam autem ex Lacedæmoniis: minis auditis: gratiam, inquit, habemus Philippo, quòd non prohibeat, id quod in pugnantium potestate situm est, mori. *Stob. serm. 7.*

Lycurgius roganti, qua de causa venisset oppugnari turre? Ne, inquit, à fœmina, puero, aut ab alio quopiam homine puero ac fœminæ non dissimili, viri præstantiores occiderentur. *Plutarchus.*

Xerxes cum à trecentis Lacedæmoniis ad Thermopylas vexatus esset, tantam militum ducens multitudinem, hoc se decerpitum aiebat, quòd multos quidem homines haberet, milites per paucos. *Erasm. 5. apoph.*

Leonidas contra Persas propugnaturus, percontatus, quid facere statuisset? nil aliud, ait, facturus sum, quam revera pro Græcis moriturus pugnando. *Plut. in Lacon. apoph.*

Democritus

Democritus
mit, inquit.

Plato in eo
versus calar
dar in cas:
enret. *Stob.*

Aristotele
vircus anin
Stob. serm. 4.

Pedarete
canto, inq
ciemus. *Pl*

Lacena
Fili. inq
in apoph. *L*

Lacon q
non mayo
id studio

tam enim
sit, videri
Pelopid

montos p
incidim
nos illi?

Xerxes
Leonida
armis tu
Cum

xisset: h
apoph. L
Alph

cula be
tinum
horrec
unqua
lib. 1. c

UT
it
Plutar
Ue
tur:

Democritus quid efficeret fortitudo sciscitatus? dispendia minuit, inquit. *Stob. serm. 5.*

Plato interrogatus, quomodo affectum esse conveniat adversus calamitates? ita (dixit) ut providens aliquis non incidat in eas: si tamen incidere, condemnationem etiam sui non timeat. *Stob. serm. 7.*

Aristoteles, quid esset fortitudo? sciscitatus. Est (inquit) virtus animosi, per quam non facillè mortis metus ingruit. *Stob. serm. 4.*

Pedaretus cuidam dicenti, magnum esse numerum hostium: tanto, inquit, plus gloriæ referemus: quoniam plures interficemus. *Plut. in Lacon.*

Lacena filium claudum in aciem proficiscentem deducens: Fili, inquit, singulo quoque gradu fæ virtutis memineris. *Plut. in apoph. Lacenar.*

Lacon quidam in clypeo pro insigni gerens muscam, eamque non majorem vera: quibusdam iridentibus, dicentibusque quod ad studio fecisset, quò latèret: imò inquit, ut sim conspicuus, tam enim propè accedo ad hostes, ut ab ipsis insigne cujusmodi sit, videri possit. *Plut. in Lacon.*

Pelopidas quum ex militibus quispiam qui viderat *Lacedæmontios* per angustias montium adventare, dixisset *Pelopidæ*, incidimus in hostes: quin potius nos in illos, inquit, quàm in nos illi? *Plut. in apoph.*

Xerxes cum scripsisset ad *Leonidam*, mitte arma: rescriptit *Leonidas*, veni & cape. maluit armatus mori, quàm traditis armis turpiter de vita cum hoste pacisci. *Ibidem.*

Cum ad *Leonidam Alexandriæ* filium, quidam militum dixisset: hostes sunt propè nos: & nos, inquit, propè illos. *Plut. in apoph. Lacon.*

Alphonse rex dehortantibus amicis: ne ob imminencia pericula bellum pro *Joanna Neapolitanorum* regina, contra *Martinum pontificem*, qui regno eam spoliârat, susciperet: non abhorreo, inquit, periculum: cum sine labore & periculo nemo unquam gloriam consecutus sit. *Panormit. de reb. gesti. Alphonse lib. 1. cap. 2.*

§ SIMILITUDINES.

UT cervis frustra sunt ingentia cornua, cum desit animus: ita non satis est opibus pollere, nisi fortitudo accesserit. *Plutarchus.*

Ut qui ambulantes atrollunt sese ac dilatant, fastuosi vocantur: at laudantur qui itidem faciunt in pugilum certamine,

aut in pugna, & vocantur fortes & invicti: sic qui in rebus adversis erigit animum, fortis habetur & insuperabilis. *Plut.*

Magnus gubernator & scisso navigat velo, etsi exarmavit remen reliquias navigii aptat ad cursum: sic in corpore parum fortis ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est. *Senec.*

Quemadmodum quod in tesseriis cecidit, id arte & ratione, quam potest, optimè disponendum, ita quod in vita accidit, in optimam vertendum partem. *Plut.*

Ut palma arboris ramus, imposito onere, non deflebitur in terram ceterarum more: sed renititur, & ultrò adversus sarcinæ pondus erigit sese: ita viri fortis animus, quò plus negotiis premitur, quoque magis sævit fortuna, hoc est erectior. *Plin. lib. 16. cap. 43.*

Ut in arboribus robustiores sunt partes Aquiloni oppositæ, quam quæ Austrum aut Zephyrum spectant: ita fortiores sumus in his, in quibus nos duris casibus exercuit fortuna. *Erasm.*

Ut pisces quidam in mari nati educatiq; , nihil tamen sapientis falis marini: ita quidam inter Barbaros geniti & educati, longe absunt ab omni barbarie. *Idem.*

Columbo in volatu pernicitas: sed dum plaudit in aère sibi placens, implicatis strepitu pennis, capitur ab insidiante alcibi accipitre: ita multi dum ostentant suas vires magis quam evadunt, obliiti sunt, præda fiunt inimicis. *Erasm.*

Crocodilus terribilis est in fugaces, fugax contrà insequentes: ita quidam si concedas ac metuas, tum ferociunt: si streant contempnas & obsistas, statim concedunt. *Idem.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Fortitudinis & magnanimitatis exempla: Abraham, *Gen 14. v. 14.* Jacob, *31. v. 30. & 32. 28.* Moses & Aaron, *Exod 5. 1. Num. 14. v. 9.* Moyses, *Exod. 8. 29. & 9. 30.* Israëlitarum, *13. v. 18.* Caleb, *Num. 13. v. 31.* Exercitus Israëlitarum, *31. v. 7. Deuter. 31. v. 23.* Josue, *Ios. 8. v. 10. & 10. v. 24.* Caleb, *14. v. 11. Eccles. 46. 11.* Aod, *Judic. 3. v. 21.* Gedeon, *6. v. 12. 16. & 7. v. 3.* Jephthe Galaadites, *11. v. 1.* Samson, *14. 6. & 15. v. 8. 15. & 16. v. 30.* quinq; Viri fortissimi, *18. 7.* sexcenti Viri, *v. 11. 16.* septingenti Viri, *20. 16.* Saul, *1. Sam. 9. v. 1. 2. & 11. v. 6. 7.* David, *17. v. 36. 50. & 24. v. 6. & 26. v. 5.* duodecim Adolescentes, *2. Sam. 2. v. 15.* Nathan, *12. v. 1.* Viri Davidis, *17. v. 8.* tres Davidis principes, *23. v. 16.* Jeroboam, *2. Reg. 11. v. 18.* Elias, *1. Reg. 18. v. 18. & 21. 20.* 2. Reg. 1. v. 4. 16. Naaman, *5. 1.* Elisens, *3. v. 13.* Joahu, *9. v. 24. & 10. v. 8. 14. 26.* Jojada, *11. v. 4.* Judas, *1. Paralip. 5. v. 2.* Joab filius Sarvia, *11. v. 6.* fortissimi Viri, *12. v. 1. 2.* Filii Semeiz, *26. v. 7.*

FO
 26. v. 7. 8. Banajas, 27. v. 6. exercitus Asa, 2. Paralip. 14. v. 8. Josephat, 17. v. 5. 6. Zacharias, 24. v. 20. Azarias, & quæstoginta Viro-
 28. v. 17. Ezechias, 32. v. 7. Nehemias, Nehem. 2. v. 18. Redu-
 ces ex captivitate Babylonica, 4. v. 2. 17. Sidrach, Misach, Abde-
 nago, Daniel. 3. v. 16. 17. Daniel, 6. v. 10. Judas Macchabæus,
 1. Macchab. 2. v. 66. Joannes Simonis filius, 13. v. 54. Judas, 2.
 1. Macchab. 12. v. 42. Joseph Arimathæus, Matth. 27. v. 58. Cæcus
 natus, loab. 9. v. 17. 31. Thomas, 11. v. 16. Petrus, Actor. 2. v. 14.
 Petrus & Joannes, v. 19. Apostoli, v. 33.
 Petrus cum Collegis, 5. v. 29. Stephanus, 6. v. 8. 7. v. 52. Pau-
 lus, Actor. 13. v. 10. 16. v. 37. 17. v. 17. 19. v. 30. 20. v.
 27. 24. 21. v. 43. 22. v. 1. 23. v. 9. 10. 25. v. 11. 27. v.
 22. 37. 28. v. 30. 2. Cor. 1. v. 25. Fortitudinis injuriosæ exempla:
 Cain, Genes. 4. v. 8. Reges Elam & alii, 14. v. 11. Abimelech, Ju-
 dice. 9. v. 5. Saul, 1. Samuel. 18. v. 11. Absalom, 2. Samuel. 15. v. 1011.
 Jeroboam, 1. Reg. 12. v. 26. Judas proditor, Matth. 26. v. 15. Sa-
 cerdotes, Magistratus & Sadducæi, Actor. 4. v. 13. 18. Judæi, 13.
 v. 12.,

§ EXEMPLA PROFANA.

Cato major cohortatus adolescentes, ut audenter pugnarent,
 subinde addebat: sermonem citius quam ferrum, ac vocem
 quam manū emollire, & obstupescere hostem. *Plutar. in apoph.*

Apud Spartanos erat orationis genus simplex, nihil affectatū,
 nihil habens molle ac delicatum: nec in aliis versabatur argu-
 mentis, quàm vel in laudibus eorum, qui fortiter ac generosè
 vitam exegissent, quiq; pro Sparta occubissent, & ob id ab om-
 nibus, ut beati celebrabantur: vel in vituperandis his, qui metu
 periculorum nihil egregii gessissent, & qui ob ignaviam à mor-
 te cruciabilem infelicemq; vitam viverent: vel in pollicitatio-
 ne per gloriæ studium, accendente animos ad cuiusq; ætatem
 accommodata. Itaq; tres erant apud illos chori, juxta triplex
 ætatum discrimen? quibus infestis simul constitutis, senum
 chorus incipiens canebat:

Ἄμεις ποτ' ἦμεν ἀλκιμοὶ νεανίαι.

Nos quondam eramus inclyti bello viri.

Juvenum verò chorus succinebat:

Ἄμεις δὲ γ' ἦμεν, ὅν' ἦλθε, ἀντασθεῖο.

Nos ii sumus: fusc si velis, periculum.

Puerorum deniq; sequebatur.

Ἄμεις δὲ γ' ἰσομέθεο ποτ' ἦ κήρυκες.

Nos fortitudine plurimum præstabimus.

Rectè nimirum atque ordine legislator propinqua dome-

Hh 3

sticâq; exempla juventuti per ipsos ob oculos posuit auctores
Plut. de laude sumptuos & in Laconicis.

Templarii milites, ut aut vincere, aut mori in bellis contra
Saracenos discerent, si forte caperentur: solo cingulo & cultel-
lo redimebantur. *Sigheberti continuator.*

Probrus, antequam ad imperium evehetur in Africa pro-
consul, Aradionem fortissimum virum singulari certamine
interemit, & honorificè sepelivit. *Fulgos. lib. 3. cap. 2.*

Achillines, miles Belisarii Romæ ad portam Pincianam solus
impetum Gothorum repressit. *Procopius.*

§ HIEROGLYPHICA.

Per anteriora Leonis hieroglyphicè robur significatur: prope-
reâ quod in eo animali membra illa robustiora sunt ex ce-
cellenti enim vi quadam unius cujusq; rei significata sua Ægy-
ptii desumebant. Expressit robur hoc Lucretius Carus, cum ita
scripsit:

Principio gentes acre Leonum se vaq; secla.

Tuta est virtus

Pier. Valer. lib. 1. pag. 2. F.

Per *Vespas* etiam hieroglyphicè pugnacitatem & infestum
adversus hostes ingenium significabant Ægyptii. *Idem lib. 4.*
pag. 3. E.

Fortem quoque per *Camelum* hieroglyphicè præfigurabant.
Est enim in hoc animante mirus dorsi vigor, & onerum gere-
dorum robur indefessum, ut fame etiam ac siti pertinacissime
tolerata, in plures sub onere dies, perseveret. *Pier. Valer. lib. 11.*
pag. 116. E.

Fortitudinem quoque nonnulli per *Tygrim* fluviorum om-
nium rapidissimū hieroglyphicè significant. quod quemadmo-
dum velocissimus hic fluvius, qua parte ex Armenia in Mesopo-
tariam labitur, propter rapidissimam velocitatem sagitta
(quæ armeniorum lingua Tigris dicitur) comparatur: sic for-
titude cursu quodam perniti concita, obstantia quæ que demo-
liri atque prostrernere videatur, nullisque obicibus oppositisq;
molibus aut obstaculis impediri, qui quo ferri destinatis, eo
victrix prorumpat. *Idem lib. 21. pag. 197. C.*

Non temerè quoque *Adamantem* pro fortitudine proponi
cui robur indomitum, visque insuperabilis nomen merito fe-
cisset, quippè qui limæ scalpro & malleo, duritia inenarrabili
resistat, quodque ominum maximè admirandum est contra
etiam

enam ignis violentiam incolumis lapillus evadat. Idem Pier.
 Valer. lib. 41. pag. 402. E.

FORTUNA, CASUS, Eventus.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. i. Epist. 14.

Optat ephippia bos piger: optat arare caballus.

Idem i. Serm. 1.

Quis sit, Mæcenas, ut nemo, quàm sibi sortem

Seu ratio dederit, seu Fors objecerit, illa

Contentus vivat: laudet diversa sequentes?

O fortunati mercatores! gravis annis

Miles ait, multo jam fractus membra labore.

Contra mercator, navim jactantibus Austris,

Militia est potior, quid enim? concurritur hora

Momento cita mors venit, aut victoria leta.

Agricolam laudat juris legumque peritus,

Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

Ille, dat is vadibus, qui rure extractus in urbem est.

Solos felices viventes clamat in urbe.

Horat. i. Epist. 4.

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum:

Cui placet alterius, sua nimirum est odio fors:

Stultus uterque locum immeritum caussatur iniquè.

In culpa est: qui se non effugit unquam.

Ovid. i. Art.

Fertilior seges est alienis semper in agris:

Vicinumque pecus grandius uber habet.

Publ. Syrus.

Alienum nobis, nostrum plures aliis placet.

Virgil. Eclog. 9.

Sors omnia versat.

Ovid. Metamorph. 14.

Sors autem ubi pessima rerum est,

Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.

Horat. i. Epist. 1.

Letis sorte tua rives sapienter Arissi.

Senec. Thyest.

Nulla fors longa est.

Idem Troad. 4.

*Ferre quam sortem patiuntur omnes,
Nemo recusat.*

Senec. Troad.

*Aequior casum tulit, & procellas,
Mille qui Ponto pariter carinas
Obrui vidit.*

Martialis 1.

O quantum est subitis casibus ingenium?

Senec. Herc. Fur.

Quem sepe transit cassus, aliquando invenit.

Ovid. 4. Trist. 3.

Hectora quis nosset, felix nisi Troja fuisset?

Propert. 2. 25.

Si qua venit serò, magna ruina venit.

Albinovanus ad Liviam.

*Nempè per hos etiam fortune injuria mores**Regnat, & incerta est hic quoque nixa rota.**Hic quoque sentitur, ne quid non improba carpat:**Seruit, & injustum jussu sibi ubique facit.*

Senec. Agamem.

*Quidquid in altum**Fortuna tulit, ruitura levat,**Modicis rebus longius ævum est.*

Plaut. Capt.

*Fortuna humana fingit, arctatque, ut lubet:**Me qui liber fueram, servum fecit, è summo infimum:**Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor.*

Ovid. 4. Pont. 3.

*Quid facis ab demens? cur, si Fortuna recedat,**Naufragio lacrymas eripis ipse tuos?**Hæc Dea non stabili quam sit levis orbe fatetur,**Quæ summum dubio sub pede semper habet.*

Ovid. 8. Metamorph.

Ignavis precibus Fortuna repugnat,

Terent. Phorm.

Fortes fortuna adjuvat.

Idem

Idem Hec.

O Fortuna, ut numquam perpetuò es bona.

Albinovanus ad Liviam.

Fortuna arbitrii tempus dispensat ubique:

• Illa rapit juvenes, sustulit illa senes.

Juvenalis 10.

Sed quid

Turba tremens? sequitur Fortunam, ut semper, & odit
Damnatos.

Lucanus 3.

Servat multos Fortuna nocentes.

Senec. Thyest.

Prohibetq; Clotho

Stare Fortunam: rotat omne fatum.

Martialis 12.

Fortuna multum dat nimis, satis nulli.

Plaut. Aul.

Vt consuevere homines, Salus frustratur, & Fortuna.

Ibidem.

Nec ulli prestat velox

Fortuna fidem.

Senec. Med.

Fortuna fortes metuit, ignavos premit.

Ibidem.

Rapida Fortuna, ac levis,

Præceptq; regno eripuit, exsilio dedit.

Silius 4.

Pelle moras, brevis est magni Fortuna favoris,

Horat. 3. Carm. 25.

Fortuna servo leta negotio, &

Ludum insolentem ludere pertinax.

Transmutat incertos honores,

Nunc mihi, nunc alii benigna.

Publ. Syrus.

Fortuna cùm blanditur, captatum advenit.

Fortunam citius reperias, quàm retineas.

Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.

Fortuna vitrea est: quæ cùm splendet, frangitur.

Levis est Fortuna: citò reposit, quæ dedit.

Hh 5

Ovid. 8. Metamorph.

Sibi quisque profecto

Est Deus: ignavis precibus Fortuna repugnat.

Ovid. Epist. 2.

Heu patior telis vulnera facta meum!

Ovid. 4. Pont. 3.

Ludit in humanis divina potentia rebus,

Et certam praesens vix habet hora fidem.

Ex Graecis Comicis.

Πᾶσιν γὰρ ἐυφροῦνσι συμμαχεῖ τύχη.
 Qui se gerunt prudenter, illos fors fovet.

Ταυτὸ μάλ᾽ ἡμῶν κελύει βουλεύεται.
 Meliora quam nos ipsa fors deliberat.

Οἷς μὲρ δίδωσιν, οἷς δὲ ἀφαιρεῖται τύχη.
 Fortuna dat aliis, et aliis eripit.

Δοῦς τῇ τύχῃ τὸ μικρὸν, ἐκλήψῃ μέγαν.
 Dans parva sorti, recipies quae magna sint.

Πολλὰς κελύει περισσοῦς ἄρθωσεν τύχη.
 Rebus ab egenis erehit fors plurimos.

Οὐκ ἔστι ἡμῖν ἀδεμία τύχη Θεός,
 Οὐκ ἔστι· ἀλλὰ ταυθιμοτον ὀ γίγνεται

Ὡς ἔτυχ' ἐχέσθῃ, ὡς εὐσταθεύεται τύχη.
 Fortuna nulla est usquam nobis Deo:

Sed quicquid homini sortē contingit, solet
 Fortuna id omne passim nunc pariter.

Ὡς παικίλον πρὸ γὰρ ἐστὶ τὸ πλάνον τύχη.
 Fortuna, quam res varia, quam volubilis.

Στρέφει δὲ πέντε τὰ ἐν βίῳ μικρὰ τύχη.
 Fortuna parva versat humana omnia.

Τὰ θνητὰ πέντε μεταβολὰς ποικίλ' ἔχει.
 Mutantur humana vario modo omnia.

Βίβαιοιον ἔδεν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν.
 Stabile videtur nostra habere vita nihil.

Ἀ' ἡρωπ' ὦν μέμνησα τῆς κεινῆς τύχης.
 Sortis memento communis, quia sis homo.

Μὴ ἕβαινε δυστυχῆ π. κεινὴ γὰρ τύχη.
 Misero cave insultare: fors communis est.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Ὡ μεταβολαῖς χαίρεσθε παιθίαις τύχη
 Σοφίς' ἔπειθ' ἐπὶ τούτῳ, ἔταν ὅτ' ἐπὶ πύχῃ.

Fortuna
Fortu

s. Tuscul.

Fortuna

lofophi.

cer. Infa

Brutam:

immensa

Varia

tuna. Fro

Non f

cit caecos

& contu

bilis fi

teà com

rebus in

novis. I

O fa

nes nol

tur & c

conspic

Vita

O v

luprac

O n

din fo

For

Ni

tuna.

No

in no

Fe

Anit

Inve

E

tute

FORTUNA.

Δικαιὸν δὲ Νύξιος ἔσται, ὅταν ἡ τύχη μεταβάλλῃ.
 Mutare quæ res omnibus gaudes modis
 Fortuna, crimen est tuum, quum cupiam
 Qui cultor æque, fors iniqua ob venerit.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Fortuna est rerum omnium domina. *Pro Marcello.*
 Fortuna est rerum externarum, & ad corpus pertinentiũ.

3. Tuscul.

Fortunam insaniam esse, & cæcã, & brutã perhibent philosophi. Cæcã ob eam rem: quia nihil cernat quo sese applicet. Insaniam autem ajunt: quia atrox, incerta, instabilisq; sit. Brutã: quia cum multis incommodis conflietatur, propter immensã pecuniæ cupiditatem. *2. ad Heren.*
 Varia est vitæ commutabilisq; ratio, vaga, volubilisq; fortuna. *Pro Milone.*

Non solum ipsa fortuna cæca est: sed eos etiam plerumq; efficit cæcos quos complexa est. Itaq; illi efferruntur fastidio ferè & contumacia: neq; quicquam insipiente fortunato intolerabilis fieri potest. Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari: sperniq; ab iis veteres amicitias & indulgentiis novis. *In Lælio.*

O fallacem hominum spem, fragilemq; fortunã, & inanes nostras contentiones! quæ in medio spatio sæpè franguntur & corruunt: & antè in ipso portu obruuntur, quàm portum conspicere potuerint. *3. de Orat.*

Vita regitur fortunã, non sapientiã. *5. Tuscul.*

O volucrem fortunã! quàm citò omnia ex lætitiã & voluptate ad luctum & lacrymas recidunt. *Pro Sylla.*

O misera vitæ ratio! quæ tamdiu resides in voluptate, quamdiu fortunæ poscitur libido. *Cic. antè exilium.*

Fortunã vitare nemo potest. *Cic. Dol. Famil. 9.*

Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna. *2. de Divinat.*

Non sunt omnia committenda fortunæ: ne magnã nimis in nos habeat dominationem. *4. ad Heren.*

Fortunã laudare, est stulticia: & vituperare, superbia est. Animi autem laus & honesta est, & vituperatio vehemens. *1. de Invent.*

Et non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quàm in casu præsidium collocavit. *4. ad Heren.*

Magna

Magna vis est in fortuna in utranq; partem: vel secundas ad res, vel aduersas. Nam & cum prospero statu eius utimur, ad optatus exitus provehimur. & cum recessit, assilimur. 2. *Offic.*

Fortitudini fortuna adiumento solet esse. 3. *ad Heren.*

Fortes fortuna adjuvat. 2. *Tust.*

¶ APOPHTHEGMATA.

T Hales sciscitatus, quemadmodum quis calamitatem optimè ferre posset: si, inquit, hostes videat in majori versari miseria. *Maxim. ferm. 18.*

Chilon dicebat, infortunatum non irridendum esse: fortuna cum inconstans sit, & nostræ etiam felicitati inuideat. *Stobæus ferm. 109.*

Idem ab Æsopo interrogatus, quid ageret Jupiter? respondit excelsa deprimi, depressa extollit. *Laert.*

Æsopus quærenti, quid Di facerent? dixit, eos alia struere, alia diruere. *Stob. ferm. 103.*

Bion interrogatus, quis esset in vita maximè anxius? qui in maximis, inquit, rebus cupit esse fortunatus. Is enim mille coris distorquetur, ut assequatur ardua: & assequutus, æque torquetur, ne amittat. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Cræsus consultus à Cyro de bello suscipiendo contra Tomyrin reginam, à qua tandem occisus est: si tibi, ait, esse videris immortalis, nihil est opus ut meam tibi sententiam dicam. Si verò te quoque agnoscis hominem, illud in primis discito: talem humanum rerum circulum esse, qui rotatus, eosdem semper fortunatos esse non sinat. *Bruson. lib. 2. cap. 37. ex Herod.*

Apelles interrogatus, cur sedentem fortunam pinxisset? respondit, quia loco stare non potest. *Stob. ferm. 103. Max. ser. 67.*

Leotychidas roganti, quo modo quis maximè præsentia bona tueretur? si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. *Bruson. lib. 2. cap. 37.*

Bias interrogatus quid esset difficile? mutationem, inquit, secundæ fortunæ fortiter ferre. *Max. ferm. 18.*

¶ SIMILITUDINES.

IN Olympiis non licet vincere, delecto adversario: sic in vita quæcunq; obtingit fortuna, cum ea luctandum est. *Plut.*

Veluti si quis cæcus in quemptam incidat, illum cæcum appellat, qui non vitaverit: sic nos fortunam facimus cæcam, in quam nostrapte incidimus excitare. *Plutarch.*

Ut aliis venti secundi sunt, aliis aduersi: ita aliis fortuna fauet, aliis aduersatur. *Plut.*

Ut cos non secatur trama, nisi prius cinere & aceto præmoliturum

trum: nec fortuna no malitia. *Plu*

Ut pumi

fus etiã in

bonis magi

Ut appar

ditur, & sin

cum, siue f

reddemus.

Ut gran

rum nulla

tem. *Senec.*

Ut cont

scunt: ita f

stius: nun

vere sese.

Ut inde

adeo ut ne

respuens.

mus adve

Ut bon

sapiens q

Nilus i

est, minu

decim: i

secunda,

avocans

Echin

faburrac

losophis

Qui

tur: nar

lum eve

Quer

gnas sub

tatem: i

cat & ar

Qui

fima so

Ut t

malign

rum: nec ebur inflecti potest, nisi zutho prius mollescat: sic fortuna non potest reddere vulneratos animo, nisi accesserit malitia. *Plutarchus.*

Ut pumilio, etiam si in monte consistat, pusillus est: Colofus etiã in pureo magnus: ita sapiens in quacunq; fortuna suis bonis magnus est: stultus & in summa fortuna humilis. *Senec.*

Ut apparatus scenæ, quia commodato datus est, statim redditur, & sine querela: ita quicquid in vita contingit magnificum, sive ferius, sive mox à fortuna repetatur, æquo animo reddemus, si his tanquam commendatis utimur. *Senec.*

Ut grando illisa reſtis disſultat, magno quidem fragore, verum nulla noxia: sic insultus fortunæ, nihil potest in sapientem. *Senec.*

Ut conchylia crescente Luna augetur, decreſcente macreſcunt: ita stultus à fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus: nunc elatus, nunc supplex: utrunque Rhamnusia mutaverit seſe. *Idem.*

Ut indomita vis adamanti, unde & nomen additum gemmæ, adeo ut nec caleſcat igni, nec ferro cedat: quin magis lectum ita reſpuit, ut ferrum simul & incudes diſſiliant: sic ſapientis animus adverſus omnem fortunæ ſævientis impetum invictus. *Idem.*

Ut bonus artifex è quavis materia ſimulachrum fingit: ita ſapientis quamvis fortunam ſapienter adminiſtrabit. *Idem.*

Nilus ſamem adfert Ægyptiis, ſi vel parum exundarit, hoc eſt, minus duodecim cubitis vel plus ſatis, hoc eſt, ultra octodecim: ita pariter obſtat ad bonam mentem fortuna nimium ſecunda, vel nimium maligna: hinc egeſtate vexans, illic deliciis avocans ab honeſto. *Idem.*

Echinus præſentiens tempeſtatem, aut affligit ſeſe, aut arena ſaburrat: ita cum imminet fortunæ tumultus, animus eſt philoſophiæ præceptis confirmandus. *Idem.*

Qui morbo comitiali ſunt obnoxii, frigore deprehenduntur: nam illico capitis vertigine laborant: ac indoctos ſi paululum exerit fortuna, protinus arguit cuiuſmodi ſint. *Plut.*

Quemadmodum imperiti artifices, cum ſtatuis exiguis magnas ſubdunt baſes, magis conſpiciam reddunt illorum exiguitatem: ita fortuna ſi puſillo animo munus amplum addat, indicat & arguit magis animi humilitatem. *Plut.*

Qui in altis ſunt ſpecubus, à ſalvaine non feriuntur: ita in ſuma fortuna tutiſſima. *Idem.*

Ut terræ ſæcus aliquando copioſè proveniunt, aliquando malignè: & in animantibus aliquando ſœtura felix, aliquando ſterilitas

sterilitas est: & in mari aliquando tempestas, aliquando tranquillitas: sic in vita varii fortunæ casus. *Plut.*

Ut deciduæ stellæ subito extinguuntur: ita quos fortuna subito in summa provexit, repente solent corrumpere. *Plut.*

Ut in rerum natura, quæ spectatissimè florent, celerissime marcescunt: veluti rosæ, lilia, violæ, cum alia durent: ita in hominum vita, quæ florentissima sunt, citissimè feruntur in diversum. *Plin. lib. 9. cap. 15.*

Ut in Democratia, cui fortè contigit imperium, eum oportet imperare: cui non contigit, eum oportet æquo animo ferre: sic in vita hominum quod fors dederit, boni consulendum est. *Plut.*

Ut suus cuique morbus videtur atrocissimus: ita suum cuique incommodum maximè dolet. *Erasm.*

Rhododendri frondes jumentis, capris & ovibus venenum sunt: eadem homini contra serpentium venena remedio: in quod stultis perniciem adfert, ut res adversæ, aut eruditio: sapiens vertit in suum bonum. *Plin. lib. 16. cap. 20.*

Ut palmæ arboris ramus, imposito onere, non desistit curvare terram cæterarum more, sed renititur, & ultro adversus sarcinæ pondus erigit se: ita viri fortis animus, quò plus negotiis premitur, quoque magis sævit fortuna, hoc est erectior. *Idem.*

Uti fulmen quodcumque animal protinus occidit, excepto homine: ita fortunæ procellæ indoctos ac brutos protinus animo dejiciunt, sapientem non item. *Idem.*

Ut quercus & aliæ quædam arbores sub terra defossæ, duriores redduntur ac durabiliores: Ita qui diu prementur adversa fortuna diutius florent. *Plin. lib. 16. cap. 41. & 43.*

Semel icti à scorpione, nunquam postea à vesperis, crabronibus aut apibus feruntur: ita nullum est incommodum, quod non commoditatis aliquid habeat adjunctum. *Plin. lib. 28. cap. 3.*

Murena fuste non potest interimi, ferula protinus: ita quodcumque leve incommodum exanimat, ut convictum: qui gravillimas fortunæ procellas infra cæto tulerunt animo. *Plin. lib. 23. cap. 2.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Vulgatissimum illud inter Hieroglyphica, Fortunam nunc rotule, ut vulgus, nunc spheræ alicui, ut Cebes, insistentem pingere: sive ut eam rerum Dominam ostenderent, (quæ de causa Apelles eam in sedem collocavit) sive ut eius instabilitatem cogruerent. *Pier. Valer. lib. 39. pag. 378. f.*

Veteres quum Fortunæ plurimum tribuerent eamque negotiorum penè omnium arbitrum opinarentur: simulacrum ejus dextra

dextra clavura & committitur divitiis & ostendit quod glendi quod facit 444. f.

Ut vero sculptebant.

Capricornus maris videtur portendens secundam Fortune

Fater quasi v

Fratres

misericor

Nunqu

Deus un

strum fran

Quicun

lis est: ipse

Omne

Decebat

mnia, qui

torum pe

V Era f

pit di

dit: sano

vocat, in

Hæc e

ditur qu

porum i

vellit. I

Hæc e

perfecti

desideri

volunta

dextra clavum, sinistra cornu copiarum tenere sinxerunt: quòd bona & commoda ab eadem omnia proficisci crediderunt: unde divitias & opulentiam *fortunas* appellavere. uni illi regendi elargientiq; facultatem concessam arbitrati. *Pier. Valer. lib. 45. pag. 444. f.*

Ut verò eiusdem inconstantiam notarent, sedentem eam in pilis suscipiebant. *Idem eodem libro, pag. 445. a.*

Capricorni signum, quod in multis Augusti Cæsaris numismatis videmus, summam, ut Astronomi tradunt, sub se natis portendens felicitatem hieroglyphicè nonnunquam significat *secundam Fortunam*, summamq; felicitatem. *Idem ibid.*

FRATER.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Frater qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma, & iudiciù, quasi vestes urbium. *Proverb. 18.*

Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit. *Eccles. 40.*

Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creavit nos? Quare ergò despicit unusquisq; vestrum fratrem suum, violans pactum patrum vestrorum? *Malach. 2.*

Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est; ipse meus frater, soror, & mater est. *Matth. 12.*

Omnes autem vos fratres estis. *Ibid. 23.*

Decebat autem eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari. *Hebr. 2.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Vera fraternitas est, quæ fratrem veneratur devotum, corrigit dissolutum: quæ præsentem obsequitur, absentem non rodit: sano applaudit, infirmum non deserit: placatum non provocat, iratum ut majorem metuit. *Rab. sup. Matth. ult. cap.*

Hæc est vera fraternitas, quæ nullius nunquam casibus scinditur: quàm non solum dissociare vel delere locorum vel temporum intervalla non prævalent: sed nec mors quidem ipsa divellit. *Idem in collationib. patrum.*

Hæc est vera & indirupta fraternitas, quæ gemina amicorum perfectione ac virtute concrevit: cuius semel initum fœdus, nec desideriorum varietas, nec contentiosa dirumpet contrarietas voluntatum. *Idem ibid.*

Nihil

Nihil prodest, si moribus ac proposito dissidentes, una habitatione jungantur. Nec obest parili virtute fundatis, per locorum intervalla disjungi. Apud Deum namq; morum cohabitatio, non locorum unitas, fratres habitatione conjungit. nec potest unquam pacis integritas custodiri, ubi voluntatum diversitas invenitur. *Idem ibid.*

Fratris egestati impendendum, quicquid ultrà vitæ necessitatem habemus. *Basil. in sum. mor.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. Metamorph.

*Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus:
Non sociè à genero: fratrum quoq; gratia rara est.*

Silius Italicus lib. 16. bell. Pun.

Impia circo.

*Innumero fratres cavea damnante furorem,
Pro scepro armatis inierunt praelia dextris.
Is genti mos duriss erat, patriumq; petebant
Orbati solum lucis discrimine fratres.*

Manilius lib. 4. Astronom.

*Ecce patrem nati perimunt, natosq; parentes:
Mutuaq; armati coeunt in vulnera fratres.*

Lucanus lib. 1. bell. civil.

*Nulla fides regni sociis, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite: nec longè fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

§ APOPTHEGMATA.

Aristhenes fratres qui essent concordēs, omni pariete alioq; bat esse fortiores. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Isocrates dicebat, non decere fratres, ut lanceis in statera, altero humiliato, alterum extolli. *Anton. Maxim. serm. de amore fraterno.*

Socrates eos qui fratribus præteritis, alios sibi amicos acquirunt: iis similes esse dicebat, qui relicto suo agro, alienum colunt. *Stob. serm. 82.*

Plutarchus dicebat, nullam esse fratris amissæ recuperationem: ut neque manus ablatae. *Antonius serm. de amore ac odio fratres.*

Idem Musas dicebat nominatas quasi *μῦς ἑως*, id est, si mendegentes: propter fororiam animorum conjunctionem. *Stob. serm. 82.*

Euclides Scythice ultus
serm. *Pluc.*

Basilianus
vidiam pa
divus, dum
regnandi e
Socios fr
sensum mi
idem non f

Aristippus
sensationis, r

UT bila

frater
is, non rep

Ut in nu

ricissim m

sed honore

splendore

Ut in d

unà cum i

magistrat

Armis

lund para

uem. *Pluc.*

Ex cad

missima, p

scantur f

Ut civ

Stius inv

omnino

Vide

Societate

FAllac

vel oc

de de sin.

Euclides

Euclides Socraticus cum fratrem dicentē audivisset: dispeream nisi ultus fuero: respondit, & ego, nisi ut nos ames tibi persuaserim. *Plut. lib. de fraterno amore.*

Basianus præfectus suadebat *Caracallæ*, ut ad mitigandam indignam paritiam, fratrem *Getam* appellaret divum: sic, inquit, divus, dum non sit vivus: & sic fratrem in divos retulit, atq; ita regnandi cupiditas nescit iura pietatis. *Ex Ælio Spartian.*

Socii fratri in fratrem insurgenti, dicebat: canem tibi insensum mitigare conaris, ne fiat benignior: erga fratrem verò idem non facies. *Eod. serm.*

Aristippus ad fratrem reconciliatum dixit: memineris te dissolutionis, me reconciliationis fuisse authorem. *ibid.*

§ SIMILITUDINES.

UT bilance, altera surgente, altera cedit ac deprimitur: ita frater elevato ad majora fratri cedere debet, submittere se non repugnans. *Plutarch.*

Ut in numeris minores additi majoribus eos multiplicant, & mensuram multiplicatur ipsi: sic frater observans fratri elevato ad honores, & auget illius dignitatem, & vicissim ornatur illius splendore. *Plut.*

Ut in digitis, etiam qui scribere, aut cythara ludere nesciunt: unà cum illis moventur, & obsequuntur: sic fratres fratribus magistratum administrantibus adesse convenit. *Plut.*

Armis perditis aut instrumentis, licet alia parare: corpus aliud parare non queas: sic amicos alios inventes, fratres non item. *Plut.*

Ex eadem materia prima, nata sunt elementa inter se diversissima, pugnantissima: sic aliquoties ex eisdem parentibus nascuntur fratres ingenii dissimillimi. *Plut.*

Ut civiles seditiones rectius in hostes transferimus: sic relictus invidemus alienis, quàm fratribus: etiam si sit optimum, omninò non invidere. *Plut.*

Vide Amicitia, Amor, Concordia, Fœdus, Societas.

FRAUS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

F Allacia est, per quàm moribus deceptoriiis veritas palliata, vel odium alterius vel proprium commodum intendit. *Aug. de desin.*

Venena non dantur, nisi melle circumlita: & vitia non decipiunt, nisi sub specie umbraque virtutum. *Ambrosius in libro de virgin.*

Sciendum quoque est, quod tribus modis fraus ipsa committitur: quia per hanc proculdubio, aut tacita cordis humani gratia, aut fervoris avaritia, aut res quælibet exterior desideratur. *Gregor. in moral.*

Solus in Dei opere fraudem non facit, qui quum ad studia bonæ actionis invigilat: nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humani iudicii gratiam anhelat. *Idem ibidem.*

Dolosus adversarius ferire simul nititur, & apertè sæviens, & insidiosè latens: ut dum occultò sagitta metuitur, minus antè faciem hasta timeatur: vel dum antè faciem hastæ resistitur, nequaquam ex occulto veniens sagitta videatur. *Idem ibid.*

Verba instituta sunt propterea, ut non se invicem homines fallant: sed ut ad alterius quisque notitiam cogitationes suas proferat. verbis ergò uti ad fallaciam, nõ ad quod instituta sunt, peccatum est. *Idem ibid.*

Diuturna fraudatio, tædiorum est nutritrix, suspicionum formos, impatientiæ fax, noverca amoris, desperationis mater. *Bernhard sup. Cant.*

Facilior cautio est, ubi manifesta est formido: & ad certamen minus tunc præstituitur, quando se adversarius confiterur. plus timendus & cavendus inimicus, quum latenter surrepit, quam qui per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit. unde & nomen serpentis accepit. *Cyprian. in epist.*

Dolus est, quum aliud agitur, & aliud simulatur. Callidus est, qui exitum virtutis dolo ac fraude imitatur. *Isidor. in synonym.*

Quidam simpliciter vivunt, & in omnibus prosperantur: quidam versantur in dolis, & eis quælibet adversantur. *Petr. Rav. in quadam epist.*

Insuperatum bonum est, si is, ad quem deceptionis pertinet periculum, sibi gratiæ procureraugmentum. Jus enim exigit, sagittas fraudis redire in dolosum verticem sagittantis. *Cassiod. lib. 5. epist.*

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Ovid. lib. 2. Fastor.

*Sic iterum, sic sepè cadunt: ubi vincere aperte
Non datur, insidias, armaq; tecta parant.
Fraude perit virtus.*

Ovid.

Ovid. lib. 3. de arte amandi.

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem:

Armaq; in armatos sumere jura sinunt.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Ocultum & insidiosum malum, perfidia: cuius efficacissimæ vires sunt, mentiri & fallere. Fructus in aliquo admisso scelere consistit: qui mendacis & fallacia qua præclaris artibus gaudet. *Valer. Maxim. lib. 9.*

Fraus est, accipere, quod non possis reddere. Repelli se homines facilius, quàm decipi ferunt. *Senec. in Proverb.*

§ EXEMPLA SACRA.

Fraudis exempla: Cain, *Genes. 4. v. 8.* Jacob, *27. v. 18. 19. 20. 30. v. 31. 32. 33.* Thamar, *38. v. 13. 14.* Obstetrix, *v. 27. 28.* Gabaonitæ, *10. v. 4. 22. 23.* Ananias & Saphira, *Actor. 5.*

§ EXEMPLA PROFANA.

A Mator quidam *Clodium P. Clodii* sororem decepit, æreis quadrantibus loco argenteorum in loculos eius immisis. Uande postea Quadrantula dicta fuit. *Plut. in Cicerone.*

Sergius Galba observavit ante omnes *Liviam Augustã* cuius & vivæ gratia plurimum valuit, eiusque opera ex palatio processit ad consulatam, & mortuæ testamento penè ditatus esset, in fraude *Tiberii* fuisset impeditus. *Cassian.*

Pericles Atheniensis proclamavit, incolumes futuros hostes, si deponerent ferrum, eisque obsecutos conditionibus universos, qui in sagulis ferreas fibulas habuissent, interfici iussit. *Frontin. lib. 4. cap. 7.*

Vide Astutia, Dolus, Fallacia.

FRUGALITAS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 16. lib. 3.

Benè est, cui Deus obtulit

Parca quod satis est manu.

Idem lib. 1. Epist. ad Lollium.

Quòd satis est cui contingit, nil amplius optet.

Idem lib. 1. Satyr. 1.

At qui tantuli eget, quantum est opus. is neq; limo

Turbatam haurit aquam, neq; vitam amittit in undæ.

li 2

Ibidem.

*Nescis quid valeat nummus, quem prebeat usam?
Panis ematur, Oles, Vin sextarius: adde
Quis humana sibi doleat natura negatis.*

Senec. in Thyeste.

*O quantum bonum est
Obstare nulli, carpere securas dapes.
Humi jacentem scelera non intrant casam;
Tutusq; mensa carpitur angusta cubes.*

Juvenal. Satyr. 14.

*Vivite contenti casulis, & collibris istis:
O pueri, Marsies dicebat, & Hernicus olim
Vestinesq; senex. Panem quaramus aratra
Qui satis est mensis.*

Persius Satyr. 3.

Rure paterno

*Est tibi far modicum, purum, & sine labe salinum
Quid metuas? cultriciq; foci secunda patella,
Hoc satis est.*

Claud. lib. 1. in Ruffin.

Contentos honesto

*Fabriciss parvo, spernebat munera regum:
Sudabatq; gravi consul Serranus aratro:
Et casa pugnaces Curios angusta tenebat.*

Juvenal. Satyr. 14. de Diogene.

*Sensit Alexander, testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem: quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem.*

Ibidem.

Mensura tamen que

*Sufficiat sensus, si quis me consulat, edam,
In quantum sitis atq; fames, & frigora poscunt:
Quantum Epicure tibi parvis suffecit in hortis,
Quantum Socratici ceperunt antepenates.*

Idem Satyr. 15.

*Pythagoras cunctis animalibus abstinuit qui,
Tanquam homine: & ventri indulsit non omne legumen.*

Tibull. de seipso Eleg. lib. 1. sic ait.

*Me mea paupertas vite traducat inerti:
Dum meos assiduo luceat igne focos.*

Juvenalis

Juvenalis Satyr. 10.

*Sed nulla aconita bibuntur
Ficiliberos: tunc il'a time cum pocula fumes
Gemmata, & latios fetinum ardebit in auro.*

Senec. in Hippolyto.

*Regias luxus procul
Est impetus fugisse: sollicito bibunt
Auro superbi: quam jurat nuda manu
Captasse fontem: celeres somnos premit:
Secura dura membra versantur thoro.*

Idem in Hercule Oetreo.

*Pectora pauper securas,
Tenet è patula pocula sago:
Sed non trepida tenet illa manu:
Carpit faciles, vilesq; cibos:
Sed non strictos respicit enses:
Aurea miscet pocula sanguis.*

§ APOPTHEGMATA.

CRATES Demetrio Phalereo indignatus est, quòd ipsi panes ac vinum misisset, dicens: utinam fontes etiam panes ferrent: sentiens, vino nihil opus esse philosopho: atque hoc ipsum esse submolestum, quòd panis non æquè parabilis esset, ac potus. *Laert. lib. 6. cap. 5.*

Idem cum in forum incidisset, alios ementes, vendentes alios contemplatus: illi, inquit, quòd rem inter se contrariam agunt, se beatos esse judicant: at ego me, utriusque, cum emendi, cum vendendi, sim immunis. *Stob. serm. 1. de Prudentia.*

Alexander quum regina Carum Ada illud haberet studio: ut assiduò mitteret Alexandrò obsonia, bellariaq; per talium rerum architectos coquosque, magna arte parata. Alexander ait, seipsum habere meliores obsoniorum artifices: ad prandium quidem nocturnum iter: ad cœnam verò tenne prandium. *Plut. in reg. & imp. apoph.*

Cyrus rogatus ab hospite, quid ad prandium apparari juberet: nihil aliud, inquit, quam panem: nam spero me propè rivum cœnaturum. Mira frugalitas in rege barbaro, cui panis erat pro obsonio, & sitim aquæ spe deferebat in cœnam. *Refert Ammianus lib. 21.*

Epaminondas tam tenui victu utebatur: ut aliquando vocatus ad cœnam à vicino, quum reperisset bellariorum, obsoniorum

& unguentorum apparatus: confestim abjecerit, dicens: Ego te sacrificare putabam, non deliciar. *Plutar. h.*

Leo Eu. h. F. interrogatus, quam quis urbem incolens tutus sit? Ubi inquit, neque pauciora inhabitantes possideant. *Plut. in apophtheg.*

Alcámenes, Teleucris F. oburgatus à quodam quòd parè nemiù actàm frugaliter viveret: cum tamen amplissimas possideret divitias: decet, inquit, cum qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine vivere. *Plut. in Lacon.*

Socrates dicebat, eos qui frugaliter viverent, longè plus habere voluptatis, ac minus cruciatuum, quàm si indulgerent genio. *Laert. lib. 2. cap. 5.*

Idem per forum obambulans, cum aspiceret mercium copiam quæ illic videbantur, ita secum loqui consuevit: quàm multis rebus ego non egeo: at alii cruciantur animo, ita cogitantes, quàm multa mihi desunt. *Laert. lib. 3.*

Idem quendam ex amicis conquerentem quòd Athenis omnia magno venirent (vinum enim Chium mna. purpuram tribus minis constare, mellis heminam quinq; drachmis) manu illius prehensa, duxit in forum farinarium: obulo inquit, semisextarius venit: vilis igitur annona est: hinc ad olearia deducens: duobus, inquit, æreis sextarius: non magno igitur in urbe veniunt omnia: qui paucis ac necessariis contentus est, sibi facit vilem annonam. *Eras. lib. 3. apoph. ex Plut.*

§ SIMILITUDO.

Templum Ephesæ Dianæ tutos reddebat obæratos à creditoribus: at multo magis frugalitas & parsimonia præbet asylum. *Plut. & Plin. lib. 16. cap. 14.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Arbes frugi in convictu homines nulla cibi intemperie vires alunt: temperantia valetudinem tuentur: multaque exercitatione ad invictum robur habiles artus confirmant. *lovius.*

Persarum pueri ad magistrum euntes, adferunt domo panes quidam in cibos, nasciturium verò pro obsonio: idemque fictile poculum, ut si quis sitiat, è flumine possit haurire. *Xenoph. lib. 1. Pædiæ.*

Philarchus narrat Iberos omnes aquam bibere, quamvis omnium hominum sint ditissimi, atque semel quotidie comedere ob parsimoniam, vestibus verò magnificentissimis indui. *Athenæus lib. 2. cap. 2.*

Iberorum mulieres laboriosissimam vitam agentes, imprimis tempore

temperantia excellunt alias gentes. Nam certæ mensuræ habent zonam, qua si venter alicujus cingi nequeat, turpe apud omnes videtur. ex Nicolao de Morib. gent. recitat Stob. ferm. 3.

Sarmæni populi, (ut auctor est Barthesenes Babylonius historicus) tantæ sunt continentiæ: ut cum cibus vesci exquisitissimis possint: arborum tamen pomis juxta Gangem fluvium, tantum utantur. *Idem de Brachmanib. testatur.*

Esses Judæorum gens, vino, carnibus & uxoribus semper abstinerunt *Ioseph lib. 2. belli Iudæici. Philo Iudææ. Plinius. Gymnosophittæ pomis solum, oriza & farina aluntur. Alexand. ab Alexand. lib. 4. cap. 27.*

Incredibile dictu est, quàm tenui victu & vires & valentudinem Numidæ tucantur. Nam sicca, dactylis, pulicula, atque acido lacte convivia fiunt. Tum verò epulantur, cum è venatione, falconumquæ aucupiis, quibus maximè gaudent, prædam rerulerint. *Iovin. lib. 33.*

P. Scipio Æmilianus, si quando cum amicis in itinere ambularet, panem tantum vescabatur, cum cæteri lautissimè epularentur. *Frontinus lib. 4. cap. 3.*

Titi Vespasiani filii convivia non profusa, sed jucunditatis plena semper fuere. Pontanus lib. 1. de continentia.

Trajanus Imp. cum omnem contemneret luxum, ipse quoq; in vescendo frugalissimus fuit. *Alex. lib. 5. cap. 21.*

Caracalla Imp. tenui mensa, ac perexiguo suo militari vixit, elegantiora omnia aspernatus. gregario militi per quàm similis. Ob hæc velut homo militaris, ac laboriosus, ab exercitu dilectus est. *Cuspin.*

El. Claudius Imp. qui Galieno successit, adeò moderatus in cibo ac potu fuit: ut omnibus esset admirationi. *Cuspin.*

Maximilianus I. Imp. inter prandia rarò bibebat, cœna ut plurimum ter: atq; ideò valetudo illi usque ad periodum vitæ prospera semper fuit. *Cuspin.*

§ HIEROGLYPHICA.

Et frugalitatis indicium hieroglyphicum *Oliua*: de qua sæpè legas eiusmodi baccas apud veteres parsimonie causa appositas, & à Platone lauto etiam convivio, deliciis contemptis, cœnatas. *Pier. Valer. lib. 53. pag. 514. E.*

Vide Abstinencia, Sobrietas, Temperantia, & horum contraria.

§ APOPHTHEGMATA.

T *Herodorus philosophus*, interrogatus, cur Athenis profugus venisset ad *Lysimachum regem*? non profugi, inquit, sed idem mihi accidit, quod *Herculi*. nam ut ille ob peculiares quasdam virtutes ab *Argonautis* fuit expositus: sic ego propter magnanimitatem, quam Atheniensium remores non valebant assequi, sum urbe exclusus. *Philostrophus in lib. Quod omnis probus liber.*

Xenocrates civibus exprobrantibus sibi, quod imperator exercitus fugisset in bello: at vobiscum, inquit, o cara capita: probum cum exprobrantibus communicans. *Plut. Politicus.*

Alcibiades cum ad causam pro capite dicendam à Sicilia voceretur ab Atheniensibus, obtemperare noluit: stultum est, inquit, iudicium querere: non fuga sibi consulere cum fugere possis. Et cum quidam diceret, an non credis, te ipsum patriam respondit, imò ne patri quidem crederem. Timerem enim ne fortè per imprudentiam, aut errorem veritatis, nigrum calculum pro candido submitteret. *Alian. lib. 13.*

Fabriceus cum demisso capite à iudicio recederet, urbanè *Cicero* in oratione pro *Cluentio* ad illius fugam alludens: respice, inquit, hominum fortunam: respice *C. Fabricii* senectutem. *Bruson. lib. 2. cap. 45.*

Cornificus poeta, videns milites in bello, quòd inter *Augustum* & *Antonium* gerebatur, frequenter fugere, appellavit eos leporès galeatos. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Cicero cum à *Cæsaris* partibus discessisset, *Pompeii*q; ignavià contemneret urbanè, quem fugiam, inquit, novi: ad quem autem fugiam, haudquaquam. *Plut. in apoph.*

Idem. Quidam à *Cæsare* ad *Pompeium* transfugiens, dicebat se festinandi studio equum reliquisset; *Cicero* dixit, illum melius de equo, quàm de se statuisse. Sentiens, longè rectius futurum fuisse, si & ipse mansisset apud *Cæsarem*. *Plut. in apoph.*

Iulius Cæsar *Pomponio* militi ostentanti, ore exceptum in seditione *Sulpitiana* vulnus, quod se passum pro *Cæsare* pugnantem gloriabatur: ne unquam fugiens respexeris, inquit *Cæsar*. *Erasm. lib. 4. apoph.*

Agelanus videns claudum quendam militem, quarentem equum, quo veheretur debilis, dixisse ferris: an non intelligis in bello opus esse: non qui fugam adornet: sed qui fortiter pugnantes loco maneat? *Plut. in Lacon.*

Lacena

Lacena q
differ. dom
tus ignavi
inquit? de

Alcibiad
morte dai
tus est; è p
dem viver

Pyrrhus
esse: ut ne
quaquam
quo citiu

Antigon
se non fug
uens, non
locum, q

Quen
est i

Fugæ
7. 6.

7. 7. 29.

17. 7. 24.

Reges,

7. 15. 16.

tham, 9

32. 47.

7. 10. 2

thar, 1.

ncr. 2.

Filii D.

Servi S.

dad, 20

2. Reg.

Senna

bellat

dith, 1.

nas, 10

filii ei

Jonas

Lacena quadam cum filios suos è prælio fugam adornasse au-
disset, domum venientes vehementer objuravit, dicens? Quò-
tus ignavi & fugitivi mancipia? & ostenso ventre: num hunc
inquit? denuò subituri, unde emerfistis? *Plut. in apoph. Lacenarij,*

Alcibiades quàm accepisset se, una voce à populo Athenien-
si morte damnatum, vitassetq; carcerem, (nam statim ut accusa-
tus est, è patria aufugit:) at ego, inquit, ostendam illis Alcibi-
adem vivere. *Bruson. lib. 7. cap. 14.*

Dyrhæus quibusdam dicentibus, hostes ita circumveniendos
esse: ut ne fuga vitam eripere possent, respondit: hostibus ne-
quaquam intercludendam, sed aperiendam potius esse viam,
quò citius magna cum ignominia fugiant. *Plut.*

Antigonæ aliquando cedens hostibus imminentibus, ajebat
se non fugere, sed opportunitatem à tergo sitam persequi. Sen-
tiens, non esse turpe fugere, quoties magis expedit hosti dare
locum, quàm conserere manus. *Plutar. in apoph. Stob. ferm. 52.*

§ SIMILITUDO.

Quemadmodù perniciosior hostis fugientibus: sic gravius
est incommodum, si cedas, ac des terga. *Seneca.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Fugæ exempla: Rex Sodomorum, *Genes. 14. v. 10.* Agar 16.
v. 6. Jacob, 27. v. 43. & 31. v. 1. Moyses, *Exod. 2. v. 15. Actor.*
7. v. 29. *Israëlitæ, Exod. 14. v. 5. Ios. 7. v. 4. 1. Samuel. 4. v. 10. &*
17. v. 24. & 31. v. 1. Moyses & Aaron, *Numer. 16. v. 42. quinque*
Reges, Numer. 10. vers. 16. Adonibesech, Iudic. 1. v. 6. Sisara, 4.
v. 15. 16. 17. *Madianitæ, 7. v. 21. Zebee & Salmana, 8. v. 12. Jo-*
tham, 9. v. 21. Jephthe, 11. v. 23. Israëlitæ & Benjamitæ, 20. v.
32. 47. *Vir quidam, 1. Samuel. 4. v. 16. Philisthæi, 19. v. 8. David,*
v. 10. & 20. v. 1. & 21. v. 10. & 22. v. 1. 2. *Samuel. 15. v. 14. Abja-*
thar, 1. Samuel. 22. v. 20. quadringenti Viri, 1. Sam. 30. v. 17. Ab-
ner, 2. Sam. 2. v. 24. Berothitæ & Nutrix Miphibosech, 10. v. 18.
Fillii Davidis, 13. v. 29. Absalom, v. 34. Joab, 1. Reg. 2. vers. 28.
Servi Semei, v. 39. Adad & viri Idumæi, 11. v. 17. Syri & Bena-
dad, 20. vers. 20. 39. Elias, 1. Reg. 17. v. 5. 9. & 19. v. 3. Moabitæ,
2. Reg. 3. v. 14. Ochosis, 9. vers. 27. Adramelech, Sarasar filii
Sennacherib, 19. v. 37. Tobias, Tob. 1. vers. 24. Sedechias, & viri
bellatores, 2. Reg. 25. v. 4. Ierem. 39. v. 4. & 52. v. 7. Assyrii, lu-
dith. 15. vers. 3. Ismahel Nathanæ filius, &c. Ierem. 41. v. 15. Jo-
nas, Ion. 1. v. 3. Ptolomæus, 1. Macchab. 1. v. 19. Mathathias &
filiceus, 2. v. 28. Gentes, 5. v. 9. exercitus Nicanoris, 7. v. 44.
Jonathas & Simon, 9. v. 33. exercitus Demetrii, 10. v. 49. Al-

xander, 11. v. 15. 16. Tryphon, 15. v. 11. Menelaus, *Macchab.* 1. v. 7. Lyfias, 11. v. 12. Gentes, 14. v. 14. Joseph cum Maria matre JESU, *Matth.* 2. v. 13. CHRISTUS, 12. v. 15. *Matth.* 14. v. 30. *Ioan.* 6. v. 15. & 7. v. 1. & 8. v. 59. Discipuli, 26. v. 56. Paulus *Actor.* 9. v. 25. & 17. v. 14. Paulus & Barnabas, 14. v. 6. Mulier *Apocal.* 12. v. 6. 14.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Iphicrates hostibus in fugam versis, pederentim agmen ducentem sequebatur, & præcipiens aiebat: insidias omni studio caveat: reliquos autem ex fugientibus, cædite, usque ad fluviorum transitus & locorum angustias atque fossas. Hic maxime in eadem fugientes non oportet, ne cogantur ex desperatione pugnare. Propè munitiones aut mœnia persequi, non utile est: multum enim jam sæpè parva victoria, postquam intra teli jactum venerunt, maximis cladibus affecti discesserunt. *Polyæn.* lib. 3.

Idem noctu capta urbe, hostibus in forum concurrentibus, & conglobatis, portas aperire iussit, fugiendi potestatem concedens: ut ipse minori cum periculo civitatem obtineret. *Idem.*

Edixit *Lycurgus*, ut prælio fusos, fugatosque hætenus, dum confirmassent victoriam, consederentur: mox receptui carent: quod trucidare terga dantes Græcis neque dignum, neque conducibile foret. *Plutarch.* apoph.

Agessilas Atheniensibus ad *Coroneam* superatis: nunciantes quodam: Hostes in templum confugiant: iussit eos abire quocumque vellent. *Polynæus* lib. 2.

Gallus, eo prælio quod *Camilli* dictu gestum est, desiderantes navigia, quibus *Tyberim* transirent: Senatus censuit transvehendos, comœatibus quoque prosequendos. Iisdem postea per *Pontinum agrum* fugientibus via data est, quæ *Gallica* appellatur. *Idem.*

C. Iul. Cesar Germanos inclusos, ex desperatione fortius pugnantes, emitti iussit, fugientesque aggressus est.

Ioan. Huniades suos ab insequendis *Turcis* ad *Belgradum* vitæ, inhibuit, cum sciret *Turcos* ancipiti discrimine duplo se ipsis fortiores reddi. *Chalcocondylas.* lib. 8.

¶ HIEROGLYPHICA.

Quod si fugam nocare voluerimus, *Canem* identidem, sed subiectam inter crura caudam figurabimus. Hieroglyphici causam nemo eorum, quos in hoc argumento sequimur, explicavit. Figmentum ego à re ipsa dubio præcul sumptum crediderim, vulgato in hæc tempora proverbio: ut eum qui animam despondat, vel ab incepto propter ignaviam percussus, meticulosus desistat.

substitat: subijcere eum inter crura caudam, objiciamus. Quo-
 rum enim Canes fugam arripunt, præterea abacti, Caudam inter
 crura subijciunt. Pier. Valer. lib. 5. pag. 49. C. 50. D.
 fugitivum dubio procul hieroglyphicè notare qui vellent,
 currentem Cervum describent. Ea verò fugacitas Ceruo natura
 solita. Hinc Lucretios.

Et fuga cervis

A patribus datur, & patriis pavore incitat artus.

Pier. Valer. lib. 7. pag. 62. E.

Commenti sunt nonnulli popularem fugam per examen A-
 pum & subiectum fumum indicare: quando quidem Apes nullà
 remagis consternantur, in fugamque vertantur, quàm fumo
 supposito. Atq; hac similitudine utitur Apollonius Argonau-
 tas in describenda Bebryciorum fuga, simul atq; interemptum
 Amycum conspexere. Pier. Valer. lib. 25. pag. 243. B.
 Dorsum autem fugæ manifestum est hieroglyphicum: unde
 Reg. 6. ubi de Dagonis idoli casu scribitur: *Arca Domini juxta
 locata, noctu fracta dissiluisse, maneq; dorsum eius tantum inventum:*
 quod indicium fuit, veri numinis adventu, falsum ejectionem &
 in fugam actum. Idem lib. 32. pag. 303. C.

FUROR.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. eleg. sive amor.

*Blanditiæ comites tibi erunt, terrorq; furorq;
 Assiduè partes turba secuta tuas.*

Ovid. lib. 1. de amoris remed.

*Dum furor in cursu est, currenti, cede furori:
 Difficiles aditus impetibus omnis habet.
 Stultus ab obliquo, qui cum discedere possit,
 Pugnet in adversas ire natator aquas.*

Statius lib. 3. Theb.

Deus, ecce, furentibus obstat.

Claud. de bel. Getico.

*Sed caret eventu nimis furor: improba nunquam
 Spes latata diis.*

Senec. in Hercule furente.

*Solus te jam prestare potest
 Furor insontem: proxima puris
 Sors est manibus, nescire nefas.*

§ EXEM-

¶ EXEMPLA PROFANA.

A *Thamas Æoli filius*, furiis à Junone immixtis agitarus, *Learchum* filium interfecit. *Plin. 34. cap. 17.*

Agave, *Cadmi* & *Hermiones* filia, *Bacchi*o furore correpta, *Pentheum* filium interfecit.

Tamyras poeta, provocans in musices certamen *Musas*, victus atq; oculis, & mente privatus, proverbio locum fecit: *Ου μὴ γὰρ μαινεῖται. Theatr. Zuing. fol. 15.*

Corybantes *Cybeles* cultores furore sacro correpti, cymbala pulsabant: alios item in similem agentes rabiem. *Idem.*

Penthesus dum sacra *Bacchi* contemneret: ulciscente numine, in furorem raptus est. *Vergil. lib. 4. Æneid.*

Eumendium veluti demens videt agmine *Penthesus*.

Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.

Proetides ira *Junonis*, cui scie præferebant, bovina insania laborarunt. *Ælianus.*

Lycurgus Dryantis filius, rex *Thraciæ*, à *Baccho* (cujus numen aspernabatur) in furorem versus: vites excindere volens, crura sibi amputavit. *Theat. Zuing.*

Cambyses Persarum rex, quum bovem *Apin*, (quem *Ægyptii* pro Deo colebant) immolasset: furiis agitarus, universam propè familiam delevit. *Herodot. in Thalia.*

Fulvius *Censor*, cum ex *Junonis* templo marmoreas tegulas sustulisset, iisque *Romæ* ædem fortunæ equestris tegeter, mente captus. *Lactant. lib. 2. cap. 8.*

Theopompus historicus propter vulgatos libros sacros *Judæorum*, per 30 dies insanit. *Theatr. Zuing.*

Iustinus minor *Imp.* ab initio liberalis visus: verum à *Sophia* conjuge persuasus, avarissimus evasit, simul & *Pelagianæ* adfertor hæreseos. Quapropter pro insano ad postremum habitus est. *Volat. lib. 23. Anthrop.*

Alcmeon, *Amphiarai* filius, propter interfectam matrem: furiis agitarus est.

FURTUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non furtum facies. *Exod. 2. Levit. 19. Proverb. 3.*

Qui furabatur, non furetur. *Matth. 19. Ephes. 4.*

Qui cum fure participat, odit animam suam: adjurantem audit, & non indicat. *Proverb. 29.*

Participes tui infideles, socii furum. *Esâ. 1.*

Qui

Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum: convictus morte moriatur. *Exod. 23.*

Si quis furatus fuerit bovem aut ovem, aut occiderit, vel vendiderit: quinque boves pro uno restituet, & quatuor oves pro una ove. Si effringens fur domum, sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere, mortuus fuerit percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. *Ibid. 22.*

Fures regnum Dei non possidebunt. *1. Corinth. 6.*

§ APOPHTHEGMATA.

Democrates furem ab undecim viris abduci videns: Vah miser! inquit, cur tantula furatus es, & non potius magna: ut ante etiam abduxisses alios? *Stob. serm. 11.*

Zeno Citricus servum in furto deprehensum cædi iussit: cumque is se sic excusaret, ut diceret: sibi fuisse in fatiis, ut furaretur; & cædi, inquit. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Diogenes Harpalus, celebratissimū furem, contra deos testimoniam dicere aiebat: quod in illa fortuna tamdiu viveret. *Laert.*

Demosthenes ad furem inquentem, nesciebam quod tuū hoc esset: at tuum non esse satis sciebas, respondit. *Stob. serm. 11.*

Alex. Severus adeo vindex furum fuit, ut per præconem sæpè edixerit: nemo salutet principem, qui se furem esse nosset. *Ælia. Lampridius.*

Lycyrgi legibus cum furta permitterentur, solusq; qui deprehenderetur, poenas negligentia daret: puer quidam vulpeculā furatus, advenientibus qui miserant ad quærendum, vestibus occulit. Feram verò savientem, ac pueri ipsius latus ad intestina usque lacerantem, tantisper toleravit. Dum autem quærentes abirent, reprehensus à pueris quibusdā dicentibus: melius fuisse manifestare vulpeculam, quam usque ad mortem occulere. Minimè, inquit puer: sed multo satius mori, quam in furto deprehendi. *Plut. in Lacon.*

Anaxander Eurycr. F. roganti cuidam, cur Spartani non colligerent pecunias in ærariū publicum? Ne, inquit, corrumpantur, qui facti fuerint illarum custodes. *Plut. in Lacon.*

Catulus dicente Philippo, quid latras? festivè, furem se videre respondit. *Bruson. lib. 2. cap. 40.*

Idem dicere solebat, solos fures de paupertate conqueri dum ita student scelera vitæ suæ tegere. Jactabat & sententiam notam furibus.

Ὁ πολλα κλέψας, ὀλιγα δούς, ἐκφεύξειται: Id est,

Qui multa furatur, & pauca dat, effugiet:

Ælia. Lampridius.

§ SIMI-

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum fures alienis poculis anfas mutant, ne possint agnoscī: ita nonnulli de alienis inventis paululū quiddam immutant, ac sibi usurpant: & detractis aut additis pauculis verbis, existimant suum videri posse, quod est alienum. *Senec.*

Sicut fures earum rerum quas cœperunt signa commutant: sic multi alienis sententiis pro suis utuntur, nomina tanquam rerum notas mutant. *Cic. lib. 5. de finib.*

Ut fuci cum ipsi non mellificent: tamen apum insidiantur laboribus: ita sunt qui nihil ipsi excedant, sed aliorum vigiliis elaborata, furto sibi vindicant. *Plin. lib. 12. c. 11. & lib. 12. c. 17.*

§ EXEMPLA SACRA.

Furti & furum exempla: Rachel, *Genes. 31. v. 19.* Achan, *1. Reg. 7. v. 10. 20.* Soror Ochoziz, *2. Reg. 11. v. 2.* Menelaus, *2. Macchab. 4. v. 32.* Principes Judæorum, *Esa. 1. v. 23.* Judas Ischariothes, *Ioan. 12. v. 6.* cum fure non versandum, *Proverb. 29. v. 24.* Fures dicuntur, verbū Dei: & doctrinam veram adulterantes, *Ierem. 23. v. 30. Ioan. 10. v. 1.* Fures laborent, & ad quid, *Ephes. 4. v. 28.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Cum primum Persæ in Eubœa militarunt, Diomnestus vir Eretricus præerat thesaurorum custodiæ. Omnibus verò mortuis, cum & nesciretur Diomnestus habere pecuniam, thesauros istos apud se retinuit. *Ath. lib. 12. cap. 12.*

Thauros Scythas Herodotus scribit in Melpomene furandi licentia sibi victum comparare, atq; item ex bello.

Λυδὸς τὸν Ἰγέωμ εκλεῖσε: id est, Lydisse ostium clausit: de furacibus dicebatur: quòd Lydi non discederent, nisi se quapiam sublata. *Erasmus.*

Argivi antiquitus furacitatis infamia laborarunt: unde adagium: Argivi fures. Suidas.

Apud Spartanos, puerorum præfectus, qui Iren dicitur, pueris imperat grandioribus, ut ligna adferant, & olera minoribus. Ferunt furto, partim ex hortis, partim in virorū convivia perasturè & cautè irreperentes. Deprehensus multa verbera flagello accipit, quòd solutus in furando, & iners videatur *Plut in Lycurg.*

Vorantius Q. Lucatius catuli furacissimus libertus fuit: eum quū deprehendisset numularius, numos de mensa subtrahentem, ac in calceos sibi infarcientem. Bellè (inquit quidam) te numularius excalcavi. *Cælius lib. 19. cap. A. 1.*

Theodorus pædagogus gemmam discipuli collo detractā susfuratur. *Theat. Zuing. fol. 3562.*

D. Aug.

D. Augustinus ceterum, se puerum de paterno penu vel inglu-
vici causa, vel ut esset quod pueris colluforibus daret, quædam
furto abstulisse. lib. 1. Confess. cap. 19.

Vide Peculatus.

FUTURUM.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Comici Græci.

Οὐδείς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλευέσται.

Haud de futuro tuto quis deliberat.

Θητὶς πτεφυκῶς τὸν τίσο πειρῶ ἐλίπειν.

Nitere, homo quum sis, providere in posterum.

Μένει δ' ἐκείσῳ τοῦθ' ὅπερ μέλει παθῆναι.

Quodcumq; quis passurus est, id eum manet.

Μὴ μοι γρηοῖθ' ἀβούλομ', μὴ ἀσυμφέρει.

Contingat id quod expedit, non quod volo.

Horat. Oda. 29. lib. 3.

Prudens futuri temporis exitum

Caliginosa nocte premit Deus:

Ridetq; si mortalis ultra

Fas trepidat.

Lucanus lib. 2. de bell. civil.

Sit subitum quodcumq; paras: sit cæca futuri

Mens hominum fati: licet sperare timentis.

Stattius lib. 3. Thebaid.

Quid crastina volverit ætas

Scire nefas homini.

Horat. Oda. 9. lib. 1.

Quid sit futurum cras, fuge querere: &

Quem fors dierum cumq; dabit, lucro

Appone.

Idem Oda. 11. lib. 1.

Tu ne quaesieris (scire nefas) quem mihi: quem tibi

Finem Dii dederint Lencothoë: nec Babylonios

Tentaris numeros: melius quicquid erit pati,

Seu plures hyemes, seu tribuit Iupiter ultimam.

Ovid. lib. 2. Fastor.

Exitus in dubio est.

Silius Italicus lib. 10. bel. Pun.

Nostros fortuna labores

Versat

Verfat adhuc, casusq; iubet nescire futuros.

Vide Tempus.

GARRULITAS.

¶ APOPHTHEGMATA.

Zeno *Citticus* audiens adolescentem nimis garrulum: aures (inquit) in linguam defluxere. *Laert. lib. 7. cap. 1. Stob. serm. 36.*

Idem alium multa garrientem, hoc dicto corripuit: ob id binas habemus aures, & os unicum: ut plurima audiamus: loquamur autem paucissima. *Ibid.*

Idem adolescenti confidenter loquenti: non dixeram, inquit, o adolescens, quæ mihi succurrunt. *Ibidem.*

Idem è discipulis suis aliquos dicebat esse φιλολόγους, id est, variaz rerum cognitionis studiosos: alios vero λογόφιλους, id est, loquendi tantum studiosos. *Stob. serm. 36.*

Idem quum percontatus esset à quodam homine satis contentioso, an virtus utilis esset? renuit: non volens verbis respondendo ei occasionem dare litigandi. *Idem eod. serm.*

Idem adolescenti in Academia de frivolis negotiis garrienti, dixit: nisi lingua in mentem intincta differueris, adhuc multo amplius dicendo delinques. *Stob. eod. serm.*

Apollonius dicere solebat, loquacitatem multos habere errores: silentium autem tutum esse. *Stob. serm. 37.*

Idem interrogatus, qui essent hominum optimi? qui in dicendo (inquit) sunt brevissimi. *Ibid.*

Nicostratus si continenter, inquit, multa & celeriter loqui, sapientiaz signum esset: hirundines dicerentur nobis multo sapientiores. *Max. serm. 47.*

Demosthenes in convivio cuidam multa loquenti: si tam multa, inquit, sapuisses, nunquam tam multa locutus esses. *Idem eod. serm.*

Idem rogatus, cur unam habeamus linguam: aures vero duas? quia, inquit, duplo plus audiendum, quam loquendum. *Idem eod. serm.*

Plato cum *Antisthenes* aliquando in diatriba longam orationem habuisset ignoras, inquit, quod dicendi modus non penes loquentem, sed audientem est? *Stob. serm. 37.*

Isocrates cum locutuèius quidam nomine *Carzoni*, in disciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedem postulavit. Illi vero causam interroganti, dixit: alteram quidem peto, ut loqui discas, alteram autem, ut tacere. *Stob. serm. 36.*

Archelam

Archelaus tonfori garrulo subinde roganti, quomodo te radam ô rex? Silendo, inquit, alter aliud responsum expectabat, & hinc dicti lepos. *Plur. in apoph.*

Quidem jurisconsulto loquaci dixit non oportere multis verbis pauca dicere, sed paucis multa. *Anton. & Maxim. serm. de temeritate in dicendo.*

§ EXEMPLA PROFANA.

C *Tras* puer, *Cambysis* Persarum regis, loquacior erat: partim propter institutionem, quoddam more Persarum à magistro cogere, & factorum suorum rationem reddere, & ab aliis poscere, quum jus diceret: partim quod, quum discendi studiosus esset: multa semper ex præsentibus, quo pacto se haberent, ipse percunctaretur, & sciscitantibus aliis ob acumen ingenii expedire responderet: has ob causas loquacitatem sibi confavit. *Xenoph. de instit. Cyri. lib. 1.*

Interpres *Pindari* admonet *Jonum* esse multiloquentiam. *Theat. Zuing. 225.*

Tonstrinas *Theophrastus* propter confidentium illic loquacitatem *ἀοινα συμποσια*, hoc est, sicca convivia appellavit. *Plut. lib. 5. an. quest. 5.*

Apud *Romanos* *Citeria* effigies erat quædam arguta & loquax, quæ ridiculi gratia in pompa vehebatur. Unde *M. Cato in M. Cecilium*: quid ergo dicerem amplius? quem ego denique credo in pompa vehtitatum iri ludis pro *Citeria*, ac spectatoribus fermocinaturum. *Erasmus.*

Horatianus ille *Garrulus*, qui vadato respondere debebat: dubitat utrum mallet *Horatium* deserere, an *vadimonium*. *Eras. in Adagio.*

§ HIEROGLYPHICA.

E *X* *Græcorum* ipsorum sententia, abjecta repulsaque; *Cornix* à *Pallade* est: utpote quæ meditationum pervigilio infesta sit, & mentis agitationem interpeller obturbetque; garrulitate sua, cujus est hieroglyphicum. *Pier. Valer. lib. 20. pag. 191.*

Garrulitatem etiam designari hieroglyphicè per *Hirundinem* quidam asserunt. Unde *D. Hieronymus* & *Cyillus* cum *Aristotele* consentientes, per præceptum illud *Pythagoricum*, *ἠμφίβιος χελιδνός μηδέχεν*: abstinendum à commercio garrulorum & susurrorum intelligunt. *Pier. Valer. lib. 22. pag. 209. B. C.*

Vide Lingua, Loquacitas.

GAUDIUM.

§ SENTENTIAE PORTICAE.

Ovid. lib. 7. Metamorph.

Gaudia principum nostri sunt saepe doloris.

Ovid. lib. 7. Metamorph.

Flebile principum melior fortuna secuta est.

Idem lib. 4. de Ponto.

*Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit:**Ut minuant nulla gaudia parte malum.**Nulla dies adeo est australibus humida nimbiis:**Non intermissis ut fluat imber aquis.*

Ibidem. 6. Fastorum.

Scilicet interdum miscentur tristia letis.

§ EXEMPLA SACRA.

G Audii veri exempla: Anna, 1. Sam. 2. v. 1. Saul, & viri Israël, 11. v. 15. Mulieres Israeliticæ, 18. 7. David & Israelitæ, 2. Sam. 6. v. 5. 14. 15. Populus, 1. Reg. 1. v. 39. 40. 45. & 8. 66. 2. Reg. 11. v. 20. David cum toto Israël, ibid. 1. Paral. 13. 8. & 29. 22. Hiram, 1. Reg. 5. 7. Levitæ, 2. Par. 5. 12. Populus Israeliticus, 7. 10. Habitatores Jerusalem, 20. v. 27. Populus terræ, 23. v. 13. 21. Populus à captivitate redux, 1. Esdr. 6. v. 16. Nehem. 8. v. 12. 18. & 12. v. 41. 3. Esdr. 4. 63. & 9. v. 53. 54. Tobias senior, & Anna eius uxor, Tob. 11. v. 11. Bethuliani & Israelitæ, Judith. 15. v. 14. 15. & 16. v. 21. Civitas Susan, Esth. 8. v. 15. Judæi, v. 16. 17. 1. Macchab. 4. 58. Israelitæ, 14. v. 11. 12. Magi, Matth. 2. v. 10. Magdalena & altera Maria, 28. 8. septuaginta duo Discipuli, Luc. 10. 17. Discipuli, 24. 41. Act. 5. 41. & 13. 52. & 15. 3. 10. 20. 22. Samaria, Act. 8. 8. Rhode puella, 14. 12. Custos carceris, 16. 34. Paulus, 2. Cor. 7. v. 4. 7. 13. Philem. v. 7.

§ EXEMPLA PROFANA.

Archimedes inventa permisti zuri atq; argenti ratione, è balneo nudus cucurrit domum. clamans *eugenis, eugenis.*

Perseus linearum curvarum tribus speciebus inventis, Deos placavit. *P. Ramus* lib. 1. *Proæmi* Mathem.

Octavius *Cæsar* apud Insulam Capreas, veterimæ illicis dimissos jam ad terram, languentesque ramos convaluisset adventu suo, adeo lætatus est: ut eas cum Repub. Neapolitanorum permutaverit, æraria data. *Sueton.*

Sophocles tragicæ gaudere se ajebar, quòd rem Venerem, sicut ferum & rabiosum dominum, effugisset. *idem.*

Agessilaum

Agessilaum Regem Spartanum Xenophon tradit, cum locupletaret amicos, exultasse: qui interim pecuniam ipse contemnebat. Plut. in precepr. polit.

Nero Cæsar obiit trigesimo secundo ætatis anno, die quodam Octavianam interemerat, tantumq; gaudium publice præbuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret: nimirum hoc indicio additam sibi libertatem significans. Sueton.

Quantam putamus Aristotelis fuisse voluptatem, cum Alexandri Magni permissu solo æquiam excitavit patriam suam, civesq; reduxit? Plut. contra Epicurum.

M. T. Cicero ob Clodii inimicitiam in exilium actus rediit Pompejo & Lentulo Coss. tanta urbis læticia, ut quasi avulsa sedibus suis Roma, omnis ætas ordoq; obviã procederet. Quæ omnia ex eius orationibus, & pridè quàm iret in exilium, & postquàm rediit, licet deprehendere. Theat. Zuing. fol. 83.

Vide Voluptas.

GENUFLEXIO.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Genuflexio in precibus usitata, Exempla: Salomon, 1. Reg. 8. v. 54. 2. Paralip. 6. v. 13. Elias, 1. Reg. 18. v. 42. quinquagenarius miles, 2. Reg. 1. v. 13. Levitæ, Paralip. 29. v. 30. Esdras, 1. Esdr. 9. v. 5. Servi Regis Assveri, Esth. 3. v. 2. Daniel, Dan. 6. v. 10. Michæas, Mich. 6. v. 6. Mater Lunatici, Matth. 17. v. 14. Leprosus, Marc. 1. v. 40. Luc. 17. v. 16. Petrus, 5. v. 8. Act. 9. v. 46. Christus, Luc. 22. v. 41. Stephanus, Act. 7. v. 60. Paulus cum suis, 30. v. 36. & 21. v. 5. Paulus cum Ecclesia, 21. v. 5. Sunt qui colligant Israëlitas stantes precari solitos, ex Marc. 11. v. 25. cum potius verisimile sit, si nõ semper, at certè plerumq; solenni ritu flexis genibus orasse: ut apparet ex Daniel. 6. v. 10. aded quidem, ut flectere genua pro toto Dei cultu interdum accipiat: ut 1. Reg. 19. v. 18. Mich. 6. v. 6.

Vide Adoratio, Oratio siue Precatio.

GEOMETRIA.

¶ APOPTHEGMATA.

Socrates admonerat, dandam esse operam Geometriæ: donec quis possit mensuram terræ & accipere & tradere. Opinor cum sensisse, moderatos agros esse parandos, quos & tibi commodum sit à majoribus accipere, & hæredibus tuis tradere. Laert. lib. 1. cap. 5.

Kk 2

GLADIUS. GLORIA.

Diogenes cuidam ostendenti horoscopon: bellum, inquit, herculè instrumentum, ne frustremur cœna: sentiens, inutiles esse artes Geometricas cum cæteris. *Laert. lib. 6.*

GLADIUS.

§ APOPHTHEGMATA.

Agis Demadi dicenti, quòd enses Laconici ob brevitatem à circulatoribus ac præstigijs imitantibus devorarentur: Agis junior respondit: at his ensibus Lacedæmonii assequuntur hostes longioribus armatos gladiis. *Plutarchus in Lacon. apophtheg.*

Demonax videns Athenienses hoc agere, ut barbarorum exemplo, gladiatorum spectacula in urbem inducerent; nolite, inquit, ò cives! istam crudelitatem prius admitttere in civitatem vestram, quàm misericordiæ aram sitis demoliti. *Erasmus lib. 8. apophtheg.*

GLORIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sæpè homo de ipso vanæ gloriæ contemptu vanus gloriatur: non enim eum contemnit, dum gloriatur intus de gloria, quàm amplexatur. *August. lib. confess.*

Qui benè didicit, vel expertus est vitiòrum superandorum gradus: intelligit vitium inanis gloriæ vel solum, vel maxime cavendum esse perfectis, quo primo enim vitio lapsa est anima, hoc ultimum vincit. *Idem in Psalm. 7.*

Inanis gloria huius seculi fallax est suavitas, fructuosus labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas: initium sine providentiâ, finis cum providentiâ. *Idem in Psalm. 149.*

Non est tanti gaudii excelsa tenere, quanti mœroris est de excelsis corruere: nec tantam gloriam sequi post victoriam, quantam ignominiam post ruinam, inquit *Ambros. in suo pastorali.*

Gloria inanis, est inordinatus animi motus, quo aliquis propriam desiderat excellentiam: ut alios honore præcellat. *Hieron. in epist.*

Ne nimis religiosus velis videri: ne plus humilis, quàm necesse est, gloriam fugiendo non quæras. *Idem ad Neposia.*

Qui ante oculos hominum gloriam sequendo eam apprehendere non possunt: student plerunq; gloriam tenere fugiendo. Nonnulli præsentem gloriam amantes assequi nō possunt: quia despicientes sequuntur. *Gregor. in mor.*

Non

Non parva condemnatio est: ex eo bono quod communiter datur, gloriari privatim. *Idem in mor.*

Time sagittam, leviter volat, leviter penetrat: sed dico tibi, non leve infligit vulnus: citò interficit. nimirum sagitta hæc vana gloria est. *Bernh. in serm.*

Nec recti planè, sed & perversi animi est, quærere gloriam, & non exercere virtutem: & velle coronari, qui legitime non certavit. *Idem in serm.*

Virtus mater gloriæ est: sola enim est, cui gloria jure debetur, & securè impenditur: Quæ autem est sine virtute gloria, profectò indebitè gloria venit: properè affectatur: periculosè capratur. *Idem ibid.*

Qui omnium pecuniarum contemptum habent: & nulli imaginationi totius mundi se immiscuerint: & tyrannicas corporum concupiscentias sustinuerint: hi multoties capti à vana gloria omnia perdidit. *Chrysof. in Ioan.*

Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. *Augustin. de definitio.*

Puritatis intimæ bono gloriari non potest veraciter, nisi qui extrinsecus gloriari perfectè respuerit. nec enim purè valet Deū vel proximi quærere lucra, qui propria non contempserit. *Bern. in epist.*

Si gloriari cupis, gloriam despice, & omnibus eris gloriosior. *Chrysof. hom. 4.*

Magna est eius gloria, quæ nullis laudibus crescit, & nullius vituperatione minuitur. *Cassiod. in epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Artibus ingenuis quaesita est gloria multis.

Idem de Philomela.

Facta ducis vivens, operosaque gloria rerum:

Hæc manet, hæc avidos effugit una rogos.

Juvenal. Satyr. 10.

Patriam tamen obruit olim

Gloria paucorum, & laudis tituli que cupido.

Boetius Metro. 7. lib. 2.

Quicumque solam mente præcipiti petit,

Summumque credit gloriam.

Latè patentes ætheris cernat plagas,

Arctumque terrarum situm.

*Brevemq; replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.*

Valerius Flaccus lib. 1. Argonau.

*Si qua operis tanti Domino consurgere ponto
Fama queat: tu sola animos, mentemq; peruris
Gloria: te viridem videt immuemetq; senectæ,
Phasidis in ripa stantem, juvenesq; vocantem.*

Ovid. lib. 5. de Trist.

*Deniq; non parvas animo dat gloria vires;
Et facunda facit pectora laudis amor.*

Ovid. 4. Trist.

Ardua per præceptis gloria vadit iter.

Idem lib. 4. de Ponto.

*Excitat auditor studium, laudatq; virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Silius Ital. lib. 6. Belli Pun.

*Arripuit, traxitq; virum fax mentis honesta
Gloria.*

Propert. lib. 4. Eleg.

*Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires.
Non juvat ex facili lecta corona iugo.*

Ex Græcis Comicis.

*Τιμώμενοι γὰρ πάντες ἕδονται ἑροσῆι.
Honore gaudet affici se quilibet.*

*Καλλῶς δεδεῖν μῆλων ἢ πλουσιῶν ἡλέ.
Famam lubenter opibus anteposito.*

*Κενὸς ἢ δόξης ἢ δὲν ἀθλιώτερον.
Miserabilis est gloria vana nihil.*

*Ζήτει Γεωργίου δόξαν ἐγκρατελιπέειν.
Tibi studeto gloriam relinquere.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

GLORIA est illustris & pervagata multorum & magnorum, vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum. Cic. pro Marc.

Gloria est solida quedam res & expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox benè judicantiū de excellenti virtute: ea virtute resonat, tanquā imago gloriæ: quæ quia rectè factorum plerunque comes est, non est a bonis

viris

viris repudianda. Illa autem quæ se eius imitatricem esse vult, temeraria atq; inconsiderata, & plerunque peccatorum, vitiorumq; laudatrix, fama popularis, simulatione honestatis, formam eius pulchritudinemq; corrumpit. 3. *Tusc.*

Quæ habent speciem gloriæ, collecta ex inanissimis splendoris insignibus, contemne: brevia, fugacia & caduca existima. *Cic. Planc. Famil. lib. 10.*

Veragloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt: nec simulatum quidquam potest esse diuturnum. 2. *Offic.*

Honos est præmium virtutis, iudicio studioque civium delatum ad aliquem: qui cum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi & honestus, & honoratus videtur. *Cic. de Clar. Orat. ad Brutum.*

Is verè honos videri solet, qui non propter spem futuri beneficii: sed propter magna merita claris viris defertur & datur: estq; non invitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis præmium. *Ad Planc. Famil. lib. 10.*

Ea est profectò jucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. *Ad Marc. Cato Famil. lib. 15.*

Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiore locum pervenit: non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem. *Pro Rosc. Amerin.*

Quæ melior in genere hominū natura, quàm eorum qui se natos ad homines juvandos, tutandos, conservandos arbitrantur? Abiit ad eos Hercules: nunquam abiisset, nisi, cum inter homines esset, eam sibi viam munisset. 1. *Tusc.*

Actum præclarè cum iis est, quorum virtus nec oblivione eorum qui sunt, nec reticentiâ posterorum sepulta esse poterit. *Philip. 4.*

Brevis vita data est: at memoria benè redditæ vitæ sempiterna: quæ si non esset longior quàm hæc vita: quis esset tam amens, qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem, gloriâq; contenderet? 1. 4.

Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumsepsit, limitatum gloriæ. *Pro C. Rabirio.*

Vita brevis est: gloriæ cursus sempiternus. *Pro Sest.*

Honos alit artes, omnesq; incendimur ad studia gloriæ: jacent ea semper, quæ apud quosq; improbantur. 1. *Tusc.*

Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloriâ ducitur. Ipsi illi philosophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: ac

in eo ipso, in quo prædicationem & nobilitatem despiciunt, prædicari se ac nominari volunt. *Pro Archia Poëta.*

Opifices etiam post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ, cum inscribere non liceret. Quid nostri philosophi? nonne in his ipsis libris, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt. *r. Tuscul.*

Nemo est tam aversus à Musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facile præconium patiatur. *Pro Archia Poëta.*

Vix invenitur, qui laboribus susceptis periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. *r. Offic.*

Nemo unquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offert ad mortem. *r. Tuscul.*

Perfecti homines, & excellentibus ingeniis præditi, excitantur spe gloriæ, quæ habet formam honestatis, & similitudinem. *Cato major.*

Nemo nostrum in Reipub. periculis, cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructuq; ducatur. *Pro Cajo Rabinio.*

Quum optimus quisque maximè posteritati serviat, esse aliquid verisimile est, cuius is post mortem sensum sit habiturus. *r. Tuscul.*

Licuit esse otioso Themistocli: licuit Epaminondæ: sed nescio quo modo in hæret in mentibus, quasi seculorum quoddam augurium futurorum: quo quidam dempro, quis tam esse amens, qui semper in laboribus & periculis viveret? *r. Tuscul.*

Pueri effertur læticia cum vicerunt, & pudet victos. Ut se accusari nolunt? quam cupiunt laudari? quos illi labores non perferunt? ut æqualium principes sint. *r. de Finib.*

Quis tantos labores diurnos, nocturnosq; domi, militiaeque susciperet, si iisdem finibus gloriam suam, quibus vitam esset terminaturus? Sed optimi cuiusq; animus maximè ad immortalem gloriam nititur. *Cato major.*

Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ nõ tangatur, quæ etiam à claris viris interdum ex humilissimis rebus petitur. cæterum gloria ab his quidem, qui contemptum eius inducere conantur, non negligitur: quoniam quidem ipsis voluminibus nomina sua diligenter adjiciunt: ut quod professione negant, usurpatione memoriæ assequantur. Est enim gloriæ vanæ magnus appetitor, qui se à gloria abfuisse gloriatur. *Valer. Maxim. lib. 8. de memorabilibus.*

Vanitas

Vanitas est, quæ nec pulchritudinem confert, nec fructum laboranti, nec fulcimentum innitenti. *Hug. lib. de vanit. mundi.*

Gloria quàm fallax sæpè, quàm turpis est, non injuria tragicus exclamat: gloria in millibus mortaliū nihil aliud est, quàm aurium inflatio magna. *Boet. de consolatione.*

Sic rerum versa conditio est: ut demum merito rationis animal non aliter sibi splendere, nisi inanis suppellectilis possessione videatur. *Idem 2. de consolat.*

Qui sordido vehiculo erubescit, pretioso gloriabitur. quid ad rem pertinent mulæ saginatæ? quid ista vehicula cælata? quid phaleræ deauratæ? quid monilia demissa pectoribus? ista nec dominum possunt facere meliorem, nec mulam. *Seneca epist. 88.*

Nunquid fortis se fortem gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmum? *Idem de morib.*

Num quid dives in opibus suis gloriatur, cujus spem fur vel tyrannus arripuit? *Idem ibid.*

Nunquid nobilitas gloriabitur, affecta nonnunquam indignis & miserabilioribus serviens? *Idem ibid.*

Cito ignominia fit superbi gloria. *Idem in Prob.*

§ APOPTHEGMATA.

A *Gesilatus* à quodam interrogatus, qua ratione perpetuam sibi gloriam parare posset? si mortem contempseris ait. *Plutarchus in apophtheg. Laconicis.*

Themistocles adolescens, in comperationibus ac mulierum amoribus volutabatur. At postquam *Miltiades* apud *Marathonem* devicisset barbaros, jam nullus offendit illum quequam agentem præter decorum. Percontantibus autem unde sic esset repente mutatus? *Miltiadis*, inquit, trophæum non patitur me dormire, neq; cessare. *Plut. in apoph.*

Idem ad *Olympiæ* certamen profectus, cum in stadium processisset, omnes neglectis certaminibus oculos in ipsum intenderunt, in eoque complexando diem totum consumpserunt, ac *Themistoclem* illum cum plausu & admiratione peregrinis ostenderunt. Ea re vir gloriæ omnium cupidissimus, dixit amicis: se eo die laborum, quos pro *Græcia* suscepisset, omniū fructum amplissimum reportasse. *Plut.*

Epaminondas cum *Meneclidas* quidam Orator ipsum aliquandò traduceret: ut qui de se, quàm *Agamemnone* amplius sentiret: facio, inquit, hoc propter vos. *Plut. lib. de sui laude &c.*

Antigonus quum mitteret filium suum *Demetrium* cum numerosa classe, magnaquæ militum vi ad *Græcos* liberandos, di-

cebat; gloriam à Græcia, velut à specula in orbem terrarum accendit juvenem gloriæ studio eximulans, ut strenuè rem gereret: quod eius laudis rumor non intra Græciæ fines esset continendus, sed ob Græci nominis celebritatem, per omnes mundi plagas dimanaturus. *Plut. in Regum apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

Ullevitas est, inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falsæ gloriæ consecrari: sic levis est animi lucem splendoremq; fugientis, justam gloriam, quæ est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare. *Cic. in Pisonem.*

Qui esuriunt, magis irritantur, si conspexerint alios edentes: sic magis irritantur, ad gloriam, qui gloriæ sunt avidi, cum alios audiunt laudari. *Plut.*

Ut convenit amantibus diversas amicas: in eandem depereuntibus malè convenit: sic dissident, qui eadem ex re gloriam affectant. *Plutarch.*

Uti chamæleon non alio pascitur alimento, quàm aëris, & idcirco ore est semper hiante: ita quosdam aura popularis alit, neq; quicquam captant præter inanes laudes & gloriam. *Plin.*

Quemadmodum umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur, vel à tergo est: ita gloria aliquando antè nos est, visendamq; se præbet: aliquando in averso est, majorq; què, quò serio, ubi invidia secessit. *Senec. epist. 80.*

Ut quidam morbo aliquo infecti, à cibo suavissimo abhorrent: sic facinorosi veræ gloriæ gustum omnino non sentientes, ab eius studio planè abhorrent. *Cic. 2. Philip.*

Ut lumen magis prodest iis, qui vident, quàm qui videntur: sic gloria magis confert iis, qui eam sentiunt, quàm quibus contingit. *Plut.*

Uti sol, si imminet hominis vertici, aut prorsum tollit umbram, aut minimam reddit: sic ingens gloria extinguit invidiam. *Plut.*

Fumus initio ingens, facillè evanescit: sic gloria falsò parva. *Plutarch.*

Ut ignis non reddit fumum, si statim emicet flamma: sic ne gloria est obnoxia invidiæ, si protinus elucescat: sed eos qui paulatim crescant, sequitur invidia. *Plut.*

Ut umbra nos vel invito comitarar: ita gloria virtutem sequitur, etiam fugientem. *Senec.*

Qui viro malo addit opes & gloriam, is febricitanti ministrat vinum, bilioso mel, coeliaci obsonia, quæ morbum antim, hoc est, stultitiam augeant. *Plutarch.*

¶ EXEM.

§ EXEMPLA SACRA.

Gloriationis veræ exemplum: Paulus, 2. Corinth. 7. v. 4. Galat. 6. v. 14. Philip. 3. v. 3. 2. Thess. 1. v. 4. Gloriæ Deo redditæ exemplum: Abraham, Rom. 4. v. 20. 21. Achan, Ios. 7. v. 19. 20. David, 1. Samuel. 17. v. 45. 46. Psalm. 115. v. 1. 1. Paralip. 29. v. 10. 11. Sidrach cum focis, Daniel. 3. v. 51. 52. 53. Daniel, 9. v. 7. Benè operantes, Matth. 5. v. 16. Angeli, Luc. 2. v. 13. 14. Samaritanus à lepra mundatus, 17. v. 15. Paulus, Rom. 15. v. 36. & 16. v. 27. Galat. 1. v. 5. Ephes. 3. v. 21. Petrus, 1. Petr. 4. v. 11. 2. Petr. 3. v. 18. Judas, Iudæ v. 25. Joannes, Apocal. 1. v. 6. Gloriam Deo tribue: Solennis formula apud Judæos extorquendæ veritatis, Ioan. 9. v. 24. ut apparet, ex Iosue 7. v. 19. 1. Sam. 6. v. 5. Gloriæ vanæ exempla: Benadad, 1. Reg. 20. v. 2. 3. 10. Sennacherib, 2. Reg. 18. v. 33. 34. Arphaxad, Iudith. 1. v. 13. Doëg, Psalm. 52. v. 3. 4. 5. Chaldæi, Est. 4. 7. Nabuchodonosor, Dan. 4. v. 26. Seron, 1. Macchab. 3. v. 13. 14. Antiochus, 2. Macchab. 9. v. 47. Herodes Agrippa, Act. 12. v. 21. 22. Gloria vana fugienda. Exempla. Christus, Ioan. 4. v. 41. & 8. v. 50. 54. Herodes, Act. 12. v. 23. Petrus, 10. v. 25. Paulus & Barnabas, 14. v. 14. 15. Paulus, Galat. 1. v. 10. & 5. v. 26. Phil. p. 2. v. 3. Angelus, Apocal. 19. v. 10.

§ EXEMPLA PROFANA.

A pud Lacedæmonios qui strenuam in militia operam navassent, ac pro patria fortiter occubuissent, oliva & aliis ramis redimiti, laudibus rehebantur: ac demum amicti purpurâ pretiosissimâ, gloriose ac honorifice sepulcris mandabantur. *Ælianus, lib. 6. de varia historia.*

Chilonis Lacedæmonii funus, cùm victore filio Olympiæ exprassescit audio, tota Græcia persecuta est. Plin. lib. 7. cap. 22.

Agefilaum Archidami filium, rerum gestarum gloria clarissimum, in expeditione in Ægyptiam mortuum Lacedæmonii majore multo quam alios reges sepulturæ & faveris honore decorârunt. Pausanias in Lacedæmonis.

Athemenses se indigenas, ab eaq; quam incolabant terra procreatos & enutritos, nobilitatem suam prædicantes gloriabantur. Theat. Zuing. fol. 963.

Alexander Magnus, neq; undiq; gloriam aucupatur omnem, ut Philippus: sed cùm tentarent eum ministri, quia pernix erat pedibus, an Olympiis certare curriculo vellet: sanè, si habiturus sim, inquit, adversarios reges. Plut. in Alex.

Musarum nutricem fuisse Euphemen fingunt: quòd pleriq; ex illis, qui eruditione sua clarum sunt consecuti nomen, gloriæ immortalis spe ingenii sui monumenta ad posteros transmiserint. Theat. Zuing. fol. 2525.

Ioan.

Ioan. Picus Mirandula humanā gloriam pro nihilo habebat; aiebatq; sæpius, Famam vivis nonnihil, mortuis minimè futuram: tantumq;e propriam æstimavit doctrinam, quantum utilitate Ecclesiæ, & eliminandis explodendisq; adversis erroribus conduceret. *Ioan. Franc. in ejus vita.*

Capaneum fuisse talem prodit Euripides: ut opum affluentia intumesceret nihil, nec elatius saperet, quàm pauperum quis, τὸ ἀρχεῖν ἐπ' αὐτῶν. *Cælius lib. 20. cap. 23. A. L.*

Timoleonti Corinthio nihil unquam neq; insolens, neq; gloriosum ex ore exiit. *Probus.*

§ HIEROGLYPHICA.

PER pavonem surrectā in orbem caudā hominem gloriæ plenum exprimebant. *Pavo* enim pretiosam eam caudæ suppellectilem tum plurimum ostentat, cum plurimos ad spectandum advenisse conspexerit: quod si nullum admirari, adesseve cognoverit, eam recondit velut indignatus. Hinc *Ovid. Laudata pavone superior*, de valde sibi placente dixit. *Pier. libr. 24. pagin. 220. F.*

Bulla quoque pro gloria & fastu hieroglyphicè ponitur: ubi quis non aliter gloria turgescere videatur, quàm *Bulla*, ipsæ inturgescentis cujusdam figuræ speciem præ se ferunt, unde dixit *Persius*:

Non equidem hoc studeo, bullatæ ut mihi nugis
Pagina turgescat.

Pier. Valer. lib. 41. pag. 396.

Vide Honor.

GRATIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ausonius in Epigram.

*Gratia que tarda est, ingrata est: gratia namq;
Cum fieri properat, gratia grata magis.*

Ibidem.

*Si bene quid facias, facias citò: nam citò factum
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.*

Ovid. lib. 3. de Ponto.

Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest.

Ovid. lib. 1. eleg. sive amor.

Gratia pro rebus meritò debetur inemptis.

Plautus

Plautus in Pœnulo.

*Si quid beneficias, pluma est gratia:**Si quid peccatum sit, plumbeas iras gerunt.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Gratiarum actionis pro Dei beneficiis exempla: Melchisedech, *Genes. 14. v. 20.* servus Abrahamæ, *24. v. 26. 27.* Jacobi, *32. 10.* Hebræi, *Exod. 4. v. 31.* Moses & Hebræi, *14. v. 1. &c.* Maria, *v. 20.* 11. Israëlitz, *Num. 21. v. 17. 18. & 31. v. 50.* Josuah, *Iosue. 8. v. 30.* Debora & Barac, *Judic. 5. v. 1. 2.* Gedeon, *7. v. 15.* Anna, *1. Sam. 2. v. 1.* David, *2. Sam. 7. v. 18. 1. Paral. 29. v. 10. 11.* Psalm. *7. v. 18. & 51. v. 17. & 103. v. 1. & 104. v. 1.* Achimaas, *2. Sam. 18. v. 28.* Salomon, *1. Rég. 3. v. 15. & 8. v. 36.* Hiram, *5. v. 7.* Josaphat, *2. Paral. 20. v. 18.* Esdras, *1. Esdr. 7. v. 26.* Tobias, *Tob. 2. v. 14.* Esaias, *Esa. 25. v. 1.* Ezechias, *38. v. 20.* Daniel, *Dan. 2. v. 19. 20. & 3. v. 95.* Nautæ & comites Jonæ, *Ion. 1. v. 16.* Jonas, *2. v. 10.* Turbæ, *Matth. 9. v. 8.* Christus, *11. v. 25. Ioan. 11. v. 41.* Maria, *Luc. 1. v. 46.* Zacharias, *v. 68.* Pastores, *2. v. 20.* Paralyticus, *5. v. 25.* Populus, *7. 16.* Mulier, *13. v. 13.* Leprosus Samaritanus, *17. v. 15.* Cæcus & plebs, *18. 43.* Centurio, *23. v. 47.* Cæcus natus, *Ioan. 9. v. 38.* Credentes, *Actor. 2. v. 47.* Claudus, *3. 8.* Christiani, *11. v. 18.* Paulus, *Rom. 1. 8. & 6. 17. & 7. 25. & 16. 25.* Actor. *28. v. 20. 1. Cor. 1. v. 4. 14. & 14. v. 18. & 15. 57. 2. Cor. 1. v. 3. & 1. 14. & 8. 16. & 9. 15.* Galat. *1. v. 3.* Ephes. *1. v. 3. 16.* Philip. *1. v. 3.* Coloss. *1. 3. 1. Thess. 1. v. 2. & 2. 13. 1. Timoth. 1. 12. 2. Timoth. 1. v. 3. & 4. v. 18.* Philimon. *v. 4.* Hebr. *11. 21.* Petrus, *1. Petr. 5. v. 11.* quatuor animalia, & viginti quatuor Seniores, *Apocalyp. 4. v. 8.* Angeli animalia, & Seniores, *5. v. 9.* Turba multa, *v. 10. 11.* Viginti quatuor Seniores, *11. v. 17.* Sancti, *19. v. 7.* Gratiarum actio in Bonorum amissione exemplum: Job, *Iob 1. v. 21.* Gratiarum actio pro beneficentiâ in pauperes, *2. Corinth. 9. v. 11. 12. 15.* Gratiarum actio antè cibum commendatur, *1. Timoth. 4. v. 4. 5.* Exempla: Christus, *Matth. 14. 19. & 15. 36.* Marc. *6. 41. & 8. 6.* Luc. *9. v. 16. & 24. v. 30. 1. Cor. 11. v. 24.* Ioan. *6. v. 11. 23.* Turbæ, *v. 33.* Paulus, *Actor. 27. v. 35.* Gratiæ agendæ antè & post cibum sumptum, *Deut. 18. 10. 1. Sam. 9. 13.* Esa. *62. 9.* Matth. *14. 19. & 15. 36. & 26. v. 25.* Marc. *6. v. 41. & 8. v. 6. & 14. 22.* Luc. *9. 16. Ioan. 6. v. 11. 23.* Actor. *27. v. 35.* Rom. *14. 6. 1. Cor. 10. 30. 1. Timoth. 4. 3.* Post cibum commendatur, *Deut. 8. v. 10.* Esa. *62. v. 9.* Ierem. *2. 26.* Gratiarum actio pro consecratione Cœnæ Dominicæ, *Matth. 21. 26.* Marc. *14. v. 22.* Luc. *22. v. 19. 1. Cor. 11. v. 24.* Gratiarum actio post Cœnæ Dominicæ celebrationem, *Matth. 26. v. 30.* pro regni Christi amplificatione, *Apocal. 11. 17.* pro regenerationis dono, *Coloss. 1. 12. 1. Petr. 1. v. 3.* pro liberatione à periculis, *Psalm. 9. v. 12. 13. & 22. v. 27.*

v. 27. & 28. v. 6. & 30. v. 2. & 31. v. 22. & 35. v. 18. 28. & 40. v. 2. 4.
 & 106. v. 48. & 107. v. 2. 15. 21. 31. & 124. v. 6. & 144. v. 1. *Jerem.*
 20. v. 13. Gratiarum actio pro liberatione à servitute. Exempla:
 Moyses & populus, *Exod.* 15. v. 1. 3. *Jethro.* 18. v. 10. David, *136.* v.
 1. 2. 3. pro Oratione exaudita, Exempla: David. *Psal.* 6. v. 9. &
 20. v. 6. 7. & 66. v. 20. & 118. v. 21. Uxor Tobiz, *Tob.* 11. v. 18. 19. 20.
 Daniel, *Dan.* 2. v. 20. 21. Azarias & socii eius, 3. v. 49. 50. 51. Sy-
 racides, *Eccles.* 15. v. 1. 2. 3. &c. pro bono Principe Exempla: Hi-
 ram, 1. *Reg.* 5. v. 7. Regina Saba, 10. v. 9. pro prole suscepta, Ex-
 empla: Lea, *Genes.* 29. v. 35. mulieres Bethlehemiticæ, *Ruth.* 4.
 v. 14. Anna, 1. *Samuel.* 2. v. 1. Zacharias, *Luc.* 1. v. 68. pro promit-
 sione Dei præstita, Exempla: Salomon, 2. *Paralip.* 6. v. 4. 15. Za-
 charias, *Luc.* 1. v. 68. 70. Maria Virgo, v. 46. 55. pro manifestato
 Salvatore Exempla: Pastores, *Luc.* 2. v. 20. Ecclesia, *Act.* 21. v.
 19. 20. Paulus, 2. *Corinth.* 2. v. 14. *Ephes.* 1. v. 15. 16. *Philip.* 1. v. 3. 5.
Coloss. 1. v. 3. 4. 1. *Thessal.* 1. v. 2. 3. & 2. v. 13. & 3. v. 9. 2. *Thess.* 1.
 v. 3. & 2. v. 13. pro Templi adificatione Exempla: Salomon,
 1. *Reg.* 8. v. 15. 16. 2. *Paralip.* 6. v. 15. pro eiusdem instauracione
 populus redux à captivitate, 1. *Esd.* 3. v. 11. pro Victoria tam
 spirituali, quàm corporali Exempla: Principes exercitus, &c.
Num. 31. v. 49. Josue, *Ios.* 8. v. 23. 30. Debora & Barac, *Judic.* 5. v. 1.
 David, 2. *Sam.* 12. v. 1. 2. *Psal.* 18. v. 50. 51. & 144. v. 1. Josaphat
 & populus, 2. *Paralip.* 20. v. 27. 28. Bethuliani, *Judith.* 16. v. 22.
 Judas & Israëlita, 1. *Macchab.* 4. v. 36. 37. Judas Macchabaus,
 2. *Macchab.* 1. v. 10. 11. &c. Populus Jerosolymitanus, 10. v. 13.
 14. 15. &c. Paulus, *Rom.* 7. v. 25. 1. *Corinth.* 15. v. 57.

Vide Gratitude.

GRATITUDO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Gratias agere Deo possumus, referre non possumus. *August.*
in Psal. 47.

Quid melius & animo geramus, & ore promamus, & cala-
 mo explanemus, quàm Deo gratias? hoc nil dici brevius, nec
 audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.
idem in epist. ad Marcell.

Danti rependi quicquam gratius ab accipiente non potest,
 quàm si gratum habuerit, quod gratis accepit. nam spiritui gra-
 tie contumeliam facit, qui beneficium dantis grata mente non
 suscipit. *Bernhard.* in epist.

Optima

Optima beneficiorum custos, & ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum. *Chrysost super Matth. hom. 25.*

Admoneo vos ut domino semper benedicatis: si venerint mala, benedicite, & dissolventur mala: si prospera venerint, benedicite, & perseverabunt bona & prospera. *Idem in tractatione de symbolo.*

Jugiter sibi subvenire facit, cui collatum beneficium antè oculos semper assistit. *Cassiod. in Psalm.*

Præstita dona numerantur: ut ad beneficia consueta animus boni judicis invitetur. *Idem ibid.*

Meliora meretur suscipere, qui collata bona de corde non probatur amittere. *Idem ibid.*

Qui quanta sibi gratia collata sit, nescit: qui quantas largitori grates debeat, non intelligit. non enim potest quis plene intelligere, quod accepit nisi meminerit. *Idem ibid.*

Omnis profectus ad divinitatis est munera referendus: quia nihil constat fore bonum, nisi quod ab ipso dignoscitur esse collatum. *Idem ibid.*

Invitat ad magna, qui grateanter suscipit modica: & spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit: nec desperatione frangitur, qui magnorum munerum consolatione roboratur. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 2. Æneid.

*Dii (si qua est cælo pietas, que talia curet)
Persolvant grates dignas, & premia reddant
Debita.*

Ovid. in Ibin.

*Dii melius, quorum longè mihi maximas ille est,
Qui nostras inopes noluit esse vias.
Hinc igitur meritas grates quas unq; licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.*

Idem lib. 2. de Ponto.

*Ore ferant grates (quoniam non possumus ipsi)
Dii tibi, qui referunt si pia facta vident.*

Idem lib. 4. de Ponto.

*Immemor illorum, vestri non immemor unquam
Qui mala sollicitè nostra levatis, ero.*

Ibidem.

*Semper inoblita repetam tua munera mentes
Et mea me tellus audiet esse suum.*

Idem

Idem lib. 1. de Trist.

*Hæc mihi semper erunt imis infixæ medullis :**Perpetuò q̄; animæ debitor huic ero.**Spiritus hinc vacuas prius extenuandus in auras**ibit, & in tepido deferet ossa rogo:**Quàm subeant animo meritorum obliuia nostros**Et longa pietas excitet ista die.**Dii tibi sint faciles, & opis nullius egentem,**Fortunam præstent dissimilem q̄; meæ.*

Idem lib. 5. de Tristib.

*Dum lumen solare tenebo,**Serviet officio spiritus iste tuo.*

Plautus in Mustel.

Nunquam ego illi possum gratiam referre, ut meritus est de me.

Terent. in Adolph.

*Quid ego nunc te laudem, sat certò scio :**Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin
superat tua.*

Ibidem.

*Ah vereor coràm in os te laudare amplius.**Ne id assentari magis: quàm quod habeam gratum, facere
existimes.*

Statius lib. 7. Thebaid.

*Qua celebrem mea vota lyra? Quas sol vere grates**Sufficiam? non si pariter mihi vertice lato.**Nectat odorata & Smirna & Mantua lauribus**Digna loquar.*

Vergil. lib. 1. Æneid.

*Grates persolvere dignas.**Non opis est nostre Dido,**Dii tibi, si qua pios respectant numina, se quid**Vsq̄quam justitia est, & mens sibi conscia recti,**Pramia digna ferant.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

IN collocando beneficio, & in referenda gratia, hoc maximè officii est: ut quisque opis maximè indigeat, ita ei potissimè opitulari: quod contrà fit à plerisque: à quo enim plurimum sperant, etiam si ille iis non egeat: tamen ei potissimum inferviunt. Cic. 1. Offic.

Accepto-

Acceptorum beneficiorum sunt delectus habendi: & in primis quo quisque animo, studio, benevolentia fecerit, ponderandum est. Multi enim multa faciunt temeritate quadam, sine iudicio vel modo, in omnes, vel repentino quodam imperu animi, quasi vento incitati: quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio consideratè constanterq; delata sunt. *Cic. 1. Offic.*

In referenda gratia, si modo Hesiodo credimus, debemus imitari agros fertiles, qui plus multò adferunt, quàm acceperunt. Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre: quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt. *Cic. 1. Offic.*

Hesiodium illud laudatur à doctis: quo eadem mensura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. *Cicer. de Claris Orat.*

Non est æquum, tempore & die memoriam beneficii definire. *Cic. ad Quirit. postred.*

Ulciscendæ injuriæ facilior ratio est, quàm beneficii remunerandi: propterea quòd superiorem esse contrà improbos. minus est negotii, quàm bonis exæquari: tum etiam ne tam necessarium quidem est malè meritis, quàm optimè meritis referre, quod debeas. *Cic. ad Quirites postred.*

In officio persolvendo dissimilis ratio est, & pecunia debita: propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissolvit: qui reddit, non habet: gratiam & qui retulit, habet: & qui habet dissolvit. *Ibidem.*

Dissimilis est pecuniæ debitiò & gratiæ. Nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit: qui autem debet, non retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. *Pro Planc.*

Commodè dixit quicumque dixit, pecuniam quæ habeat, non reddidisse: & qui reddiderit, non jam habere. Gratiam autem & qui retulerit, habere, & qui habeat, retulisse. *2. Offic.*

Ad reddendum gratiam opus est & tempore & facultate, & aspirante fortuna: nihil tam necessarium aut cum majori cura dicendum, quàm beneficium dare, & gratias agere. *Senec. lib. 3. de Benefic.*

Quidam furtivè gratias agunt, & in angulo, & ad aurem, ventur palàm ferre: ut sua potius virtute, quàm alieno adjutorio habere dicantur. *Idem lib. 2. de Benefic.*

Sapiens omnia examinabit secum, quantum accipit, à quo, & quando, ubi, quemadmodum? Itaque negamus quenquam

scire gratiam referre, nisi sapientem. *Seneca epistola 30.*

Hoc certè justitiæ convenit suam cuique reddere beneficio gratiã: injuriæ Talionem, aut certè malam gratiã. *Idem epist. 83.*

Non omnes grati sciunt debere beneficium: potest etiã imprudens & rudis, & unus de turba: ignorant autem quantum pro re debeat. *Idem ibid.*

Gratus sum, non ut alius mihi libentius præster, priori iræritus exemplo: sed ut rem jocundissimam faciam. *Idem ibid.*

Credamus itaq; nil esse grato animo honestius: omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt: in omni judiciorum diversitate referendam benemerentibus gratiam, omnes uno ore affirmabunt: in his discors turba consentiet. *Idem ibid.*

¶ APOPTHEGMATA.

D*Emocritus* dum quendam ad gratificandum aliis studiosissimum, vilem nihilominus, vicissim videret compensationem accipere: ohe, inquit, qui beneficia perdidideris: num te non pudet Gratiã quæstus gratia prostituere, quæ virgines esse dicuntur? *Stobæus.*

Idem dicere solebat: si facultas adest aliis gratificandi, ne differas, nosti enim, quàm mutabilis sit rerum omnium status. *Ibid.*

Simonides rogante quodam, ut sibi conscriberet encomium, & gratiam se relaturum inquitente, argentum autem non dante: duas, respondit, arcas domi habeo: unam gratiarum, alteram argenti: & cum necessitas exigit, gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipsam reperio: alteram verò solum mihi commodam. *Stob. serm. 8. de Injustitia.*

Rusticus quidam videns ad regem *Artaxerxem* varia deferri donaria: nec aliud habens quod largiretur, utraque cava manuhautam è proximo flumine æquam illi obtulit, vultu alacri. Rex lætatus, jussit illi dari phialam auream, ac mille Dardicis donavit hominem. *Plut. in regum apoph.*

Hipparcho Eubœico vita defuncto, *Philippus* præ se ferebat, quàm illius mortem acerbè ferret. Itaque cuidam volenti dolorem ipsius mitigare, dicenti quæ: at tamen ille tempestivè decessit, jam natu grandis. Sibi quidem ipsi, inquit *Philippus*, tempestivè decessit: sed mihi præproperè. Mors enim illum antea pavit priusquam à me beneficium acceperit, nostra dignum amicitia. *Plutarch.*

Veteranus quidam, cum vocatus in jus periclitaretur, adijt in publico Cæsarem Augustum, rogans ut sibi vellet adesse: Cæsare è comita-

comitatu suo selectum illicò dedit, eiq; litigatorem commen-
ditavit. Hic miles vociferans: at non ego Cæsar, periclitante te
Aethiaco bello, vicarium quæsi: sed pro te ipse pugnavi, simul-
que detexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atque ipse descendit in
advocationem: virtus ne non modo superbus, verùm etiam in-
gratus videretur. *Erasm. lib. 4. apoph. ex Suet.*

§ SIMILITUDINES.

Sicut mensarii non gravatim reddunt deposita pignora, ut
quæ in hoc ipsum acceperint, ut restituant: sic nosquòd à
Diis accepimus. *Plutarch.*

Creditori præter sortem extrà ordinem numeramus: benefi-
ciorum autem usum esse gratuitum judicamus: & illa crescunt
tempora, tantoq; plus solvendum est quanto tardius. *Senec.*

Ut gloria fugientes magis ac magis sequitur: ita fructus be-
nificiorum gratius respondet illis, per quos etiam esse ingra-
tus licet. *Idem lib. 5. de benefic. cap. 1.*

Uti faba & lupinum non exhaurit, sed stercoreat agrum in
quo alitur: ita gratus meliorem reddit fortunam eius, à que be-
nificio adjuvatur, & refert, quod accepit. *Plin. lib. 18. cap. 14. &
cap. 12. eod. lib.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Gratitudinis exempla: in Rege Sodomorum, *Genes. 14. vers.
21. 24.* Laban, *24. v. 29. 30. 31. & 29. v. 15.* Pharaone, *41. v.
39. 40.* Jethrone, *Exod. 2. v. 20.* Josua, *Ios. 6. v. 17. 23.* Israelitis,
Judic. 8. v. 22. Noëmi, *Ruth, 2. v. 20.* Saule, *1. Samuel. 15. v. 6.* Da-
vide, *22. v. 23. 2. Sam. 2. v. 4. 5. 6. & 9. v. 1. 2. & 10. v. 2. 1. Reg. 2.
v. 7.* Thou Rege Emathæo, *2. Sam. 8. v. 10. & 9. v. 3. 7.* Salomo-
ne, *1. Reg. 2. v. 7. 26. & 10. v. 13.* Elia, *1. Reg. 17. v. 20. 2. Reg. 2. v. 9.
Elisæo, 4. v. 2. 1. 16. 36.* Naamane Syro, *5. v. 15. 13.* Accusatori-
bus Judæorum, *1. Esdr. 4. v. 14. 15.* Tobia seniore, *Tob. 12. v. 1.
2. 3. &c.* Assuero, *Esther, 2. vers. 2. 3. & 6. v. 3. 4.* Esther, *7. v. 2.
Nabuchodonosore, Daniel. 2. v. 48.* Balsafare, *5. v. 29.* Judæis,
2. Macchab. 12. v. 30. 31. duobus Græcis, *Matth. 20. v. 34.* à Dæ-
monio liberato, *Marc. 5. vers. 20.* Judæis, *Luc. 7. vers. 4. 5.* Paulo,
Actor. 27. v. 34. 35. Rom. *16. v. 4.* Galat. *4. v. 15.* Philip. *4. v. 15. 18.
1. Timoth. 1. v. 16.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Aegyptii extrà quàm sit gentium altarum captus, ergà bene-
meritos præcipuè grati sunt: quòd magnum vitæ subsi-
dium opinetur gratiæ retributionem. Itaq; non Diis tantùm,
non hominibus: sed brutis quoq; animalibus gratitudinem pro

beneficiis acceptis ostendere voluerunt. *Diodorus Siculus.*

Alexander Magnus prædicare solebat, à nemine se unquam benignitate fuisse uxuperatum. *Cælius lib. 7. cap. 28. antiquarum lectionum.*

Pyrrhus rex Epirotarum ad familiares humanus atque familiaris, acris & promptus ad repetendam gratiam. *Plut. in Pyrrho.*

Alfonssus Arragonum & Siciliæ rex: à nemine unquam gratitudine & officio se vinci passus est. *Panormit. lib. 1. de dictis & factis Alfonsi.*

Cyrus quamvis se Cambysis Persæ & Mandanes filix Astyagis regis Medorum filium esse rescivisset, suam tamen altricem Spaco (Græci Cynò vocant: undè fabulæ initium, quòd à cane fuerit nutritus) Mithridatis regii bubulci uxorem in tanto honore semper habuit: ut semper in eius sermone esset Cynò. *Herodot. lib. 1.*

Romulus & Remus, cùm expositi ad Tiberim essent, & à lupa victum accepissent, eius beneficii memores Lupæ simulacrum Romæ posuerunt. *Plin. & Livius.*

Henricus II. Imper. in literarum studio à teneris educatus in oppido Saxonæ Hildesheim, episcopatum ibi instituit, donariisq; & censibus decoravit. *Cuspin.*

Scotorum pueri altores atque nutrices, eorundemque liberorum haud secus ac parentes germanosque adamant. *Hector Boetius lib. 2.*

Cræssus Lydorum rex, cùm audivisset legatos suos, quos Demetrius miserat, comiter ab Alcæone Athenienfi exceptos fuisse: hominem accersit: & ubi advenit, tantò eum donavit auro, quantò semel corpore suo ferre posset, *Herodot. lib. 6.*

Alexander Magnus captis Thebis, hospites patris sui Philippum (apud eos enim obses adhuc puer egerat) eorumque cognatos incolumes servavit, reliquis captis aut trucidatis. *Ælian. lib. 1. var. histor.*

¶ HIEROGLYPHICA.

NON ignoro esse aliquos, qui huiusmodi hieroglyphicam quo scilicet Canis vel simulacrum aliquod, vel conditum cadaver intueretur, hominem beneficii accepti memorem significare contendant. Canis porrò illos, qui de se benè meriti fuerint, nunquam oblivioni tradit. *Pier. Valer. lib. 5. pag. 46. E.*

Per Cucupham avem Ægyptii animum gratum hieroglyphicè significabant: propterea quòd unum hoc animal (ita enim scribitur Philippus cui Horapollinem nomē faciunt) ante alia omnium genitoribus senio confectis, eodem modo gratiam rependit.

les. *U*ales ipsa fuerit educata. In eodem enim loco ubi fuerit à
 unquam. *U*entibus enutrita, eis nidum parat, pennas vellicat inutiles,
 stiquarum. *U*que cibum importat, idque quoad resumptis pennis ipsi sibi
 que facti. *U*fficere queant. *Pier. Valer. lib. 17. pag. 158. C.*

Vide locum de Beneficentia & Beneficio.

GULA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

*U*m comederis & saturatus fueris, cave diligenter ne obli-
 viscari Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, &
 domo servitutis. *Deuter. 6.*

Filius vester si commessationibus vacat, & luxuriat atq; con-
 tris, lapidibus obruet eum populus. *Ibid. 21.*

Anima saturata calcabit favum (spiritualium) & anima esu-
 ens pro dulci amarum sumet. *Proverb. 27.*

Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est
 iijicet vitam. *Eccles. 37.*

Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pin-
 ta, non ditabitur. *Proverb.*

Panis eius in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.
Job 10.

Et manducaverunt & saturati sunt nimis. *Psal. 77.*

Esca ventri & venter escis: Deus autem hunc & has destruet.
Corinth. 6.

Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non adim-
 bitur bonis. *Eccles. 6.*

Somno salubri fruuntur viscera temperantis: manè surgit
 em, & compos est animi: labor autem vigil, & cholera, tor-
 onesq; exercent hominem insatiabilem. *Eccles. 31.*

Ab ea, quæ dormit in sinu tuo (concupiscentia) custodi clau-
 ta oris tui. *Mich. 7.*

Væ vobis! qui saturati estis, quia esurietis. *Luc. 6.*

Attendite vobis ne fortè graventur corda vestra in crapula &
 orietate, & curis huius vitæ. *Ibid. 21.*

Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. *Rom. 8.*

Sicut in die, honestè ambulamus: non in commessationibus
 ebrietatibus: non in cubilibus & impudicitis: non in con-
 gationibus & amulatione: sed induimini Dominum Jesum
 Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis. *Rom. 13.*

Optimum est gratia stabilire cor, non escis, quæ non profue-
 unt ambulatibus in eis. *Hebr. 13.*

SENTENTIAE PATRUM.

Ventris ingluvies dicit ad esum: Dominus omnia mundum creavit: & qui saturati cibo respuit, quid aliud quam divitiarum ordinationi contradicit. *August. lib. de consuet. vitior.*

Non propter porcum, sed propter pomum, mortem primus homo invenit: & Esau primatum suum non propter gallinam, sed propter lenticulam perdidit. Scio enim Noë omne genus carnis, quod cibo esset usui, manducare concessum: Etiam cibo carnis refectum: Joannem mirabili abstinentia præditum, animalibus, id est, locustis in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulæ concupiscentia deceptum: & David propter aquæ desiderium à se ipso reprehensum: & regem nostrum non de carne, sed de pane tentatum. *Idem in glos. sup. Ro. 14.*

Malæ dominæ servitur gulæ, quæ semper expetit, nunquam expletur. Quid enim insatiabilis ventre? hodie suscipit, cras exiger: quum impletus fuerit, disputatur de continentia: quum digesserit, vale virtutibus dicitur. *Ambros. in serm. de jejun.*

Fames amica virginitati est, inimica lascivix. Saturitas vero castitatem prodigit, nutrit illecebram. *Idem serm. 40.*

Semper saturitati juncta est lascivia. Vicina igitur sunt venter & genitalia: pro membrorum ordine ordo vitiorum. *Hieronymus in quodam sermone.*

Cor habet in ventre gulosus: lascivus in libidine: cupidus in lucro. *Idem in Matth.*

Non cibus, sed appetitus in vitio est: unde & lautiores cibos plerunque sine culpa sumimus: & abjectiores non sine reatu conscientix degustamus. *Gregor. lib. 30. moral.*

Dominante gulæ vitio, omne quod homines fortiter eggerunt, perdunt: & dum venter non restringitur, simul omnes virtutes obruuntur. *Idem ibid.*

Gulæ vitio rescisso multa simul vitia subjugantur. *Idem in Reg.*

Gula innumera vitiorum agmina ad animæ confectum producit. *Idem ibid.*

Penè semper epulas comitatur voluptas. nam dum corpus refectiois delectatione resolvitur: cor ad inane gaudium relaxatur. *Idem lib. 1. moral.*

Sic voluptas plerunque sub necessitate se palliat: ut vix ea perfectus quisque discernat: nam dum solvi debitum necessitas venit voluptas expellere desiderium suppetit: & tanto gula securius in præceps ruit: quanto sub honesto nomine necessitas explendæ se contegit. *Gregor. lib. 30. moral.*

Inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures pascantur.

ascantur rumoribus: quibus torus intentus modum nescias in
 edendo: interim autem fercula ferculis apponuntur. & pro so-
 scaribus, quibus abstinetur, grandia piscium corpora dupli-
 cantur. *Bernhard. sup. Cant.*

Gulæ saturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque
 pertere facit. *Isidor. lib. 1. de sum. bon.*

Impossibile est saturum ventrem pugnas interioris hominis
 experiri: nec bellis robustioribus attentari dignum est eum, qui
 potest dejici leviori consuetu. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Satyr. 2. lib. 2.

*Rusticus, abnormis, sapiens, crassaq; Minerva,
 Discite non inter lances, mensasq; nitentes,
 Cum stupet insans acies fulgoribus, & cùm
 Acclivus falsis animes meliora recusat.
 Verùm hęc impransi mecum disquirite, cur hoc
 Dicam, si potero malè: verùm examinat omnis
 Corruptus iudex.*

Juvenal. Satyr. II.

*Multos porrò vides, quos sepè elusus ad ipsam
 Creditor introitum solet expectare macelli:
 Et quibus in solo vendi causa palato est.
 Interà gustas elementa per omnia quarunt:
 Nunquam animo precibus obstantibus.*

Lucan. lib. 4. bell. civil.

*O prodiga rerum
 Luxuries! nunquam parvo contenta paratu,
 Et quesitorum terra, pelagoq; ciborum
 Ambitiosa fames, & lauta gloria mensa.*

Statius lib. 4. Sylvar.

*Al miser! quos nosse jurat, quid Phasidis ales,
 Distat ab hyberna Rhodopes grue, quid magis anser
 Extiterat? cur Thuscus aper generosior Umbro,
 Lubrica qua recubent conchilia mollis alga?*

Juvenal. Satyr. II.

*Interius se
 Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur.*

Petronius Arbiter.

*Ingeniosa gula est: Siculo scarus equore mersus,
 Ad mensam vires perducitur, atq; Lucrinis
 Eruta listoribus: vendunt conchilia cœnis,*

*Vt renovent per damna famem, tam Phasidis unda
Orbata est avibus, mutoq; in littore tantum
Sola desertis aspirant frondibus aure.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Quicquid avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid
ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus: querere nunc,
cur subito moriamur? quia mortibus vivimus. *Senec. 10. Rhetor.*

Ventri obedientes, animalium numero computantur, non
hominum. *Idem epist. 61.*

Multos morbos fercula multa ferunt, innumerabilesq; mor-
bi innumerabiles coquos munerant. *Idem epist. 7.*

Una sylva pluribus elephantibus sufficit: homo verò pascitur
vix terra & mari. *Idem ibid.*

Venter præcepta non audit: poscit & appellat: non est tamen
molestus creditor: parvo contentus est: si das illi, quod debes,
non quod potes. *Idem epist. 1.*

¶ APOPTHEGMATA.

Sibarites quidam quum Sparta in phiditiis convivarentur: me-
rito vitæ contemptores esse dixit Spartanos: quisquis enim
sanæ sit mentis decies millies mori prius eligeret, quàm hujus
parcitatæ esse particeps. *Athen. lib. 4.*

Gaius Caesar quum ei relatum esset, populum Rom. indi-
gnè ferre: quod *Valerianus* pater eius apud Parthos servaret,
conversus ad adstantes: ecquidnam habemus, inquit, quod
prandeamus? *Treb. Pollio.*

Augustus Caesar, quum ad *Augustum* delatum esset, *Erotem* Æ-
gypti procuratorem emisit coturnicem, in pugna superantem
omnes, ac prorsus invictam, eamq; assam devorasse: jussit ac-
cerfiri hominem, & discussa causa, confessum malo navis affigi
jussit: vita judicans indignum, qui ob tantillam gulæ volupta-
tem non peperisset avi, quæ pugnando diu multisq; potuis-
set esse voluptati: præterea quæ læto quodam omine, *Cæsari*
perpetuam in bellis prosperitatem portenderet. *Plutarch. in Ro-
man. apoph.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Sauromate triduo ad saturitatem se ingurgitant, & uxoribus
dominis per omnia parent. *Stobæus serm. 42. ex Nic. de Mori-
bus gentium historia.*

Arici singulis diebus fiunt ebrii, conventusq; faciunt, intem-
peranterq; se habent ad cibum & potum. *Alex. lib. 10. cap. 14.*

Liryseus Mædæ filius nothus, Celænorumq; corum, qui Phry-
giam

quam incolebant, rex, vir aspectu agrestis, & insuavis erat valde vorax. *Sesithes Tragicus.*

Amaranthus Alexandrinus. Herodotum scribit tubicinem Megarensis magnitudinis fuisse trium ulnarum cum dimidia, lateraq; fortia habuisse, ac sex panis semodios edisse, carnum libras viginti, binos vini congios bibisse. *Athenaeus lib. 10. cap. 1.*

Fuit *Heracles* pugil infiniti propè cibi potusq; capax: non reperiatur illi compar in potando. *Plut. lib. 1. Con. quest. 6.*

Pontificum Roman. luxuriosam coenam, pete ex *Macrobii libro 3. cap. 13.*

Claudius Caesar convivii plus nimio deditus, vini cibiq; appetentissimus, usq; adeo, ut sæpè stomachum vomitu cogeretur exonerare. *Suet.*

Flavius Vopiscus indicat, Aureliano in deliciis fuisse Phagone quendam, qui uno die ad mensam Imperatoris edidit aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum: biberit autem infundibulo ori appposito plus orca. *Theatrum Zuingeri fol. 2235.*

Vide *Convivium.*

HOMICIDIUM.

§ SENTENTIAE PATRUM.

Qui sine publica administratione maleficum interfecerit, velut homicida iudicabitur: & tanto amplius, quia sibi potestatem à Deo non concessam usurpare non timuit. *Augustin. lib. 3. de civitate Dei.*

Homicida dicitur diabolus: non gladio armatus: non ferro accinctus, ad hominem venit, verbum seminavit & occidit. Noli ergò te putare non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. *Idem in Ioannem.*

Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus. *Greg. in Ezech.*

Qui bonum odit in homine, nunquid homicida poterit appellari? adhuc vivit homo, & ille jam reus est mortis. *Bernhard. in serm.*

Non interest, quis occidat: si innocentem aliquis occidendum esse pronuntiat. *Cassiod. super Psalm. 62.*

§ EXEMPLA SACRA.

Homicidii & occasionis exempla: Cain, *Genes. 4. v. 8.* Schem, Levi & alii, *3. 4. v. 25.* Moses, *Exod. 2. v. 11. 12.* Phineas, *Num. 25. vers. 7. 8.* Josuah & Israelitæ, *Ios. 6. vers. 20. 21. & 8. v. 22. 23.*

HO HOMICIDIUM. HOMO

*10. v. 20. 16. 11. v. 11. Gedcon, iudic. 7. v. 25. 8. v. 21. Abimelech, 9. v. 5. Mulier quædam, v. 33. Jabel, 4. v. 21. Samson, 15. v. 15. Israëlita, 20. v. 44. 45. 46. Jonathas, & Armiger, 1. Sam. 14. v. 14. Saul, 15. v. 7. 8. David, 17. v. 50. 2. Sam. 11. v. 15. 12. v. 9. Doeg Idumæus, 1. Sam. 22. v. 18. 19. Puer Davidis, 2. Samuel. 1. v. 14. 15. Joab, 3. v. 27. Pueri Davidis, 4. v. 12. Baan Rechab, &c. v. 7. Viri Rabba, 11. v. 15. Pueri Absalonis, 13. v. 28. 29. Joab & eius Armigeri, 14. v. 14. 15. Joab, 20. v. 9. 10. Gabaonita, 21. v. 9. Banajas, 23. v. 21. 1. Reg. 2. v. 34. Phæro Salomonis focer, 9. v. 16. Leo, 23. v. 24. Baasa, 15. v. 28. Zimbri, 16. v. 10. Elias, 18. v. 40. Filii Israël, 20. v. 20. Vir quidam, 22. v. 34. Rex Moab, 2. Reg. 3. v. 27. Turba, 7. v. 17. Jehu eiusq; Duces & milites, 10. v. 7. Athalia, 11. v. 1. Centuriones, v. 16. 20. Servi, 12. v. 21. Rex Syria, 13. v. 7. Amasias, 14. v. 7. Sellum, 15. v. 10. Manahen, v. 14. Phæce, v. 25. Ofæ, v. 30. Rex Assyriorum, 16. v. 1. 2. 9. Servi Amon, 21. v. 23. 2. Paralip. 23. v. 24. Josias, 2. Reg. 23. v. 20. Nabuchodonosor, 15. v. 7. Saul, 1. Paralip. 10. v. 4. Joas, 2. Paralip. 24. v. 22. Amasias, 25. v. 11. 12. 27. Judith, *in lib. 13. v. 8. 9. 10.* Rex Babylonis, *1erem. 39. v. 6. Isnael, 41. v. 10.* Gobrya & Gadata satrapæ Cyri. interfectores Balsafaris, *Dan. 5. v. 30. teste Xenophonte lib. 7.* Duo Presbyteri, Daniel, 13. v. 62. Rex, 14. v. 20. 21. Alexander, 1. Machab. 1. 2. Judas, 3. v. 11. 15. v. 28. Ptolomenenses, 12. v. 48. Triphon, 13. v. 22. Ptolomæus cum suis, 16. v. 16. Andronicus, 2. Machab. 4. v. 34. Populus, v. 41. 42. Antiochus, 5. v. 12. 13. 16. v. 10. Judas Macchabæus cum suis, 8. v. 30. 12. v. 26. Dosithæus & Solipater, v. 19. Herodes Afcalonita, *Matth. 2. v. 16.* Herodes Antipas, 14. v. 10. Herodes Agrippa, *Act. 12. v. 1. Agricola, Matth. 21. v. 38.* Theudas, Judas Galilæus, *Act. 5. v. 36. Judæi, 7. v. 52. 1. Theff. 2. v. 15.**

HOMO.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum. *Iob 5.*

Militia est vita hominis super terram; & sicut dies mercenarii dies eius. *Ibid. 7.*

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore. repletur multis miseris. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. *Ibid. 14.*

Quid enim proderit homini de universo labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit: & hoc nonne vanitas est? *Eccles. 1.*

Est & alta infirmitas pessima, quam vidi sub Sole; divitiarum confusio.

conservatæ in malum domini sui. *Ecclesiastic. 5.*

Quid ergo prodest ei, quòd laboravit in ventum? *Ibid.*

Hesterni quippè sumus, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri super terram. *Iob 8.*

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? *Ibid. 10.*

Ecce enim breves anni transcunt, & semitam per quam non revertar, ambalo. *Idem 16.*

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea, tanquam nihilum ante te. *Psal. 38.*

Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor. *Ibid. 89.*

Dies mei sicut umbra declinaverunt: & ego sicut fœnum arui. *Ibid. 101.*

Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aves laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplum supervenerit. *Eccles. 9.*

Umbra enim transitus est tempus nostrum. *Sapient. 1.*

Transferunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrens: sic & nos nati continuo desinimus esse. *Ibid. 5.*

Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deiciuntur: sic generatio carnis & sanguinis alia finitur, & alia nascitur. *Ecclesi. 4.*

Vox dicentis clama, & dixi: quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & decidit flos: quia spiritus Domini sufflavit in eo. Verè fœnum est populus. *Esaiæ 40.*

Quia omnis caro, ut fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit: Verbum autem Domini manet in æternum. *1. Petr. 1.*

Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. *Sapient. 9.*

Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adæ à die exitus de ventre matris eorum, usque ad diem sepulturæ in matrem omnium. *Eccles. 40.*

SENTENTIÆ PATRUM.

HOmīne nulla immanior fera, si sibi relinqueretur. *August. de civitate Dei.*

Homo etsi sine peccato esse possit, nemo tamen est qui sit. *Idem de spir. ani.*

Proclivis & mutabilis est in utrumque humana conditio: ut quocumque intenderit, eò perpendat & vergat, vel ad studia virtutum, vel ad illecebras delictorum. *Ambros. lib. de Iosepho.*

Ad hoc

Ad hoc homo positus erat in Paradiso: ut si se Conditoris sui obedientiam vinculis charitatis adstringeret, ad cœlestem angelorum patriam, quandoq; sine carnis morte transfret. *Gregor. lib. 4. moral.*

Homo ad contemplandum creatorem suum conditus est. *Idem lib. 8.*

Quia homo de humo sumptus est, iudicia Dei discutere illius non est. *Idem lib. 11.*

Video hominem prius quatuor virtutibus amictum, quid huic deerat, quem misericordia custodiebat, veritas docebat, iustitia regebat, pax fovebat? *Bernhard. super Cantil.*

Animalia fecit Deus propter hominem. Hominem propter seipsum. Si ergo animalibus ministrat propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum. *Chrysofom. super Matth.*

Omni creaturam sensibilem Deus armatam & munitam creavit, alios veloci pedum cursu, alios unguibus, alios pedibus, alios cornibus. hominem solum sic disposuit, ut virtus illius sit ipse Deus: & in eo quo inferiorem eum facit, in ipso fortiorem esse voluit in se: ut necessitate infirmitatis coactus, semper necesse habeat dominum suum requirere. *Idem ibid.*

Prae omnibus malis, homo est pessimum malum. Quælibet bestia unum habet, & propriè malum: homo autem omnia: diabolus enim ad justum accedere non audet: sed malus homo non timet, sed contemnit. *Idem ibid.*

Comparatus est homo jumentis, &c. Pejus est comparari, quàm nasci: naturaliter non habere rationem, tolerabile est: hominem verò ratione decoratum irrationabili naturæ comparari, voluntatis crimen est. *Idem homil. in ascensione.*

Vide, homo, dicit mundus, quomodo amavit te, qui propter te fecit me? servio tibi, quia factus sum propter te, ut servias illi, qui fecit & me & te, me propter te, & te propter se: si sentis beneficium, redde debitum: si accipis benignitatem, redde charitatem. *Hug. lib. 1. Didasc.*

Universis animalibus data est ratio: brutis tantum ad vitam tuendam: homini autem ad propagandam. *Lactant.*

Omne hominum genus etsi ignoret, qualem Deum habere debet, tamen habendum scit. *Idem lib. 1.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid lib. 15. *Metamorph.*

*Nos quoq; pars mundi, quoniam non corpora solum:
Verum etiam volucres anima sumus.*

Ovid.

Ovid. lib. 1. Metamorph.

*Sanctiss his animal, mentisq; capaciss altæ
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera posset:
Natus homo est, si ve hunc divino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris or:go.*

Ovid. lib. 1. Metamorph.

*Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumq; tueri
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.*

Boetius Metro. 5. lib. 5.

*Vnica gens hominum celsum levat altiss cacumen.
Atq; levus recto stat corpore despicitq; terras.
Hæc (nisi terrenas male desipis) admonet figura.
Qui recto cælum vultus petis, exerisq; frontem,
In sublimè feras animum quoq; : ne gravata possum
Inferior sidat mens corpore celsiss levato.*

Silius Ital. lib. 13. bell. civil.

*Nõne vides hominum, ut celsos ad sydera vultus
Sustulerit Deus, ac sublimi finxerit ora:
Cum pecudes volucrumq; genes formasq; ferarum,
Segnem, atq; obscænam passim stravisset in alvum?*

Manilius lib. 4. Astrono.

*Projecta jacent animalia cuncta
In terra, vel mersa vadu, vel in aère pendent.
Omnibz una quies, venter senseszq; per artus:
Et quia consilium non est, & lingua remissa,
Vires & inspectus rerum, viresq; loquendi,
Ingeniumq; capax varias educit in artcis.
Hic partus, qui cuncta regit, secessit in orbem:
Et domuit terram ad fruges: animalia cæpit,
Imposuitq; viam Ponto: stetit unis in arcè
Erectus capitis, victorq; ad sydera mitti.
Sydereos oculos, propinquq; aspectat olympum:
Inquiriq; lovem, nec sola fronte Deorum
Contentus manet: & cælum scrutatur in alto,
Cognatumq; sequens corpus se querit in astris.*

Claud. de raptu Proserp. lib. 3.

*Quid mentem traxisse polo? quid profuit altum
Erexisse caput? pecudum si more pererrant
Avia?*

Juvenalis

Juvenal. Satyr. 15.

*Quis enim honores & face dignos
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos?
Vlla aliena sibi credet mala; separat hæc nos
A grege mutorum: atq; idè venerabile solis
Sortiti ingenium, diuinarumq; capaces,
At exercendis capiendisque artibus apti.*

Horat. Oda. 6. lib. 3.

*Diis te minorem quod geris imperas.
Hinc omne principium, huc refert exitum.*

Boëtius Metro. 7. lib. 3.

*O felix hominum genus
Si vestros animos amor,
Quo cælum regitur, regat.*

Plautus in Mostel.

Misericordias tandem habere hominem oportet.

Idem in Milite.

*At quidem illuc etatis quis sit, non invenies alterum
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicitias amico sit magis.*

Ovid. lib. 4. Fastor.

Sed nos in vitium credula turba summes.

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

*Vt jugulent homines surgunt de nocte latrones:
Vt te ipsum serves non expergisceris?*

Juvenalis Satyr. 6.

*Pauca adeò Cereris vittas contingere dignæ,
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno
Elagitio?*

Terentius in Adelphis.

*Nam tu quid agas,
Vbi si quid bene præcipies nemo obtemperet?*

Claud. lib. 2. in Eutrop.

*Parva poterunt impellere causa
In scelus, ad mores facilis natura reverti.*

Plautus in Asinaria.

Lupus est homo homini, non homo, quàm qualis sit non novit.

Aufonius in Biæ Pirenæi sententiis.

Ternicies hominum quæ maxima? Solus homo alter.

§ SEN

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

H Omnes mortales sunt. *Cic. 1. de Natur. Deor.*

Omnia aliorum causa sunt generata: ut ex fruges atque fructus, quos terra gignit animantium causa, animantes autem hominum: ut equum vehendi, causa arandi bovem, venandi & custodiendi canem. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum & imitandum. *2. de Natur. Deor.*

Homines hominum causa sunt generati: ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent. *1. Offic.*

Proximè & secundum Deum, homines hominibus maximè utiles esse possunt. *2. Offic.*

Hoc natura præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob rem ipsam causam tantum quòd is homo sit, consultum velit. *1. Offic.*

Homo naturæ obediens, homini nocere non potest. *3. Offic.*

Oportet hominem ab homine, ob hoc ipsum quod homo sit, non alienum videri. *3. de Finib.*

Impellimur natura, ut prodesse velimus quàm plurimis, in primis quibus docendo, rationibus quibus prudentiæ tradendis. Itaque non facile est invenire, qui quod sciat ipse, non tradat alteri: ira non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum. *2. de Finib.*

Ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu: sic nulla tam detestabilis pestis, quæ non homini ab homine nascatur. *Idem 2. Offic.*

Duplex est natura generis humani, sed præstantius genus est eorum, qui sunt viri de *Vniuers.* *Idem.*

Hominum duo sunt genera: alterum indoctum & agreste, quod anteferat semper utilitatem honestati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi laus, honos, gloria, fides, justitia, omnisque virtus: illi autem alteri, quæstus, emolumentum, fructusque proponitur: atque etiam voluptas, quæ est maxima inimica virtuti: bonique naturam fallaciter imitando adulterat: quàm immunissimus quisque accersimè sequitur, neque solum honestis rebus, sed etiam necessariis anteponit. *Idem in Part. Oratori.*

Hoc solum animal (homo) natum est, pudoris ac verecundiæ pariceps: appetens conjunctionem hominum ac societatem, animadvertensque in omnibus rebus quas ageret aut diceret, ne quid ab eo fieret, nisi honestè & decorè. *4. de Finib.*

Nihil est unum uni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmet-

novit.

SEN

nosmetipsos sumus. Quod si depravatio consuetudinum, si opinionum varietas, non imbecillitatem animorum torqueret & flecteret quocumque cœpisset: sui nemo ipse tam similis esset, quàm omnes essent omnium. Itaque quæcunque est hominis definitio, una in omnes valet: quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse in genere: quæ si esset, non una omnes definitio contineret. *Idem 1. de Legib.*

Homini natura præscripsit, ut nihil pulchrius quàm hominem putaret: est enim vis tanta naturæ: ut homo nemo vellet nisi homini similis esse, & quidem formica formicæ. *Cicer. 1. de Natur. Deor.*

Omnium animantium formam vincit hominis figura. *Cic. 1. de Natur. Deor.*

Nullum est animal præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei. *Idem 1. de Legib.*

Deus animal unum aspectabile Hominem, in quo omnia animalia continerentur, effecit. *De Univ. vers.*

In dolore maximè est providendum, ne quid abjectè, ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid moliter, ne quid serviliter, muliebriter vè faciamus. *2. Tuscul.*

Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque rare ejulatus ne mulieri quidem. Sin erit ille gemitus lamentabilis si imbecillus, si abjectus, si flebilis, ei qui se dederit, vix enim virum dixerim: nihil est enim fletu muliebri viro turpius. *2. Tuscul.*

Cùm tibi sive Deus, sive mater rerùm omnium natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neque divinius: sic te ipse abicies atque prosternes: ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse? *1. Paradox.*

Ipsam hominem eadem natura non solum celeritate mentis ornavit: sed etiam sensus tanquam satellites attribuit ac numeros, & rerum plurimarùm obscuras & necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta quædam scientiæ, figuramq; corporis habitabilem & aptam ingenio humano dedit. Nam cum cætera animalia abjecisset ad pastum, solum hominem erexit: & ad cœli, quasi cognationis, domiciliique pristini conspectum excitavit. Tum speciem ita formavit oris: ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti, quem admodum animo affecti simus, loquuntur: & is appellatur vultus, qui nullo in animante esse, præter hominem, potest, indicat mores. *1. de Legib.*

Natura corpus hominis sic & formavit & genuit: ut alia in primo

primo ortu perfecteretur, alia progrediente ætate fingeret: neque sanè multum adjuventis externis, & adventitiis uteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit, ut corpus: sensibus enim ornavit ad res percipiendas idoneis, ut nihil aut non multum adjuvamento ullo ad suam confirmationem indigeret. *Cicer. 5. de Finib.*

Parvi primo ortu sic jacent, tanquam omnino sine animo sint: quum autem paulum firmitatis accesserit, & animo utuntur & sensibus, connitunturq; ut sese erigant, & manibus utuntur, & eos agnoscunt à quibus educantur: deindè æqualibus delectantur, libenterq; secum his congregant, dantque se ad laudandum, fabellarumque auditione ducuntur: deniq; eo quod ipsis superat, aliis gratificari volunt, animadvertuntque ea, quæ domi sunt curiosus, incipiuntque commentari aliquid de discere: & eorum quos vident, volunt non ignorare nomina: quibusque rebus cum æqualibus decertant, si vincunt, effertur se læticia: victi debilitantur, animosque demittunt. *Idem 5. de Finib.*

Semper in promptu habere debemus, quantum natura hominis peccidibus, reliquisque bestiis antecellat. Illæ enim nihil sentiunt nisi voluptatem, ad eamq; feruntur toto impetu. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid inquit, aut agit, videndiq; aut audiendi delectatione ducitur. *1. Offic.*

Si considerare volemus, quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas: intelligemus quàm sit turpe diffuere luxuria, & delicate ac molliter vivere: quamque honestum, parcè, continenter, severè, sobriè. *3. Offic.*

Quum dispicere cœperimus, & sentire quid simus & quid ab animantibus cæteris differamus: tum ea insequi incipiemus, ad quæ nati sumus. *5. de Finib.*

Si nihil haberet aliud hominis animus, nisi ut appeteret aut refugeret, id quoque ei esset commune cum bestiis. Habet primum memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse vult. *1. Tusc.*

Hoc unum animal (homo) sentit quid sit ordo, quid sit, quod deceat, in factisque qui sit modus? Itaque eorum ipsorum, quæ ad speciem sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem & convenientiam partem sentit: cavetq; ne quid indecorè effæminatè faciat: tum in omnibus & opinionibus & factis, ne quid libidinosè aut faciat aut cogitet. *1. Offic.*

Omnis suo bono constat vitæ fertilitas, commendat vinum sapor, & velocitas cervum. quàm fortia dorso jumenta sint, quæris? In cane sagacitas prima est, si feras investigare debet, cursus, si consequi: audacia, si mordere & invadere. Illud culei optimum esse debet, cui nascitur, quo censeretur, in homine optima quidem est ratio. hæc antecedit animalia cætera, Deo obsequitur. Ratio ergò perfecta, proprium hominis bonum est: cætera illi cum animalibus satis superq; communia sunt. *Senec. 77. epist. ad Lucill.*

Principium jure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta animalia genuisse natura, magna & sæva mercede contra tanta sua munera, ut non satis æstimari, parens melior homini, an tristior noverca fuerit? Antè omnia unum animantium cunctorum, alienis velut opibus, cæteris variè tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, pilas, plumam, pennas, squamas, vellera: truncos etiam arboresq; cortice, interdum gemino à frigoribus & calore tutata est: hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abjicit ad vagitum stacim & ploratum nullumq; tot animalium aliud ad lacrimas, & hoc protinus vitæ principio. *Plin. hist. natur. lib. 7.*

Ne feras quidem inter nos genitas vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus: at homo infeliciter natus, jacet manibus pedibusq; devinctis. Flens animal cæteris imperantur, à suppliciis vitam auspicatur, unam tantum ob culpam quia natum est, heu dementiam! ab his initiis existimantium ad superbiam se genitos. prima roboris spes, primum temporis munus quadrupedi similem facit. *Idem ibid.*

Cætera videntur sentire naturam suam: alia pernicitatem usurpare, alia præpetes volatus, alia vires, alia nare: hominem nihil scire sine doctrina, non fari, non ingredi, non vesci, breviterq; non aliquid naturæ sponte, quàm flere. Itaq; multi extiterè, qui non nasci optimè censerent: aut quàm ocyssimè aboleri. Unum animantium luctus datus est, unum luxuris, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra: uni ambitio, uni avaritia, uni immensa vivendi cupido, uni superstitio, uni sepulturæ cura, atq; etiam post se defuturæ. Nulli tamen vita fragilior, nulli rerum omnium libido major, nulli pavor confusior, nulli rabies actior. *Idem ibid.*

Cætera animantia in suo genere propriè degunt, congregari videmus & stare contra dissimilia. leonum feritas inter se non dimicat: serpentum morsus non petit serpentes, nec maris quidem beluæ ac pisces, nisi in adversa genera sæviunt: at hominè plurima ex homine mala, *ibid.*

§ APOPHTHEGMATA.

Solon interrogatus olim, quid esset homo? respondit, putredo est in exortu, bellua in omni vita, esca vermium in morte. *Anton.*

Diogenes quoties considerabat in hominum vita, civitatum gubernatores, medicos, aut philosophos, nullum animal dicere esse homine sapientius. Idem contemplans somniorum interpretes, conjectores, divinos, & huius generis ceteros, aut qui gloriæ divitiisque servirent: aiebat, sibi nihil homini videri cultius. *Laert. lib. 6.*

Aristoteles interrogatus, quidnam esset homo? respondit, immutabilitatis exemplum, temporis spoliū, fortunæ lusus, inconstantia imago, invidiæ & calamitatis rutina: reliquum verò stultitia & bilis. *Stob. serm. 96.*

Plotinus Amelior roganti, ut corporis formam pateretur ctingi, non passus est: quid, inquit, an non satis est nos hanc imaginem circumferre, nisi & imaginis imaginem relinquamus posteris ostentandam? *Erasmus lib. 8. apoph.*

Anacharsis rogatus à quodam, quid hominibus esset infestū? inquit, sibi ipsis. *Stob. serm. 2.*

Diogenes redeuntem ex Olympiis quidam interrogabant, videlicet illic multam turbam? turbam, inquit, plurimam: sed homines perpaucos. *Laert. lib. 6.*

Socrates interrogatus, quomodo quis sine molestia vitam gereret? negavit ullo modo id fieri posse. Non enim licet, inquit, civitatem aut domum inhabitanti, & hominibus conversanti, sine molestiis detegerē. *Stob. serm. 97.*

Democritus interrogatus quid de hominū forte sentiret? Miram homini fortunam esse dixit, cum bona quærentibus vix contingant mala autem non tantum non exquisita, sed extraneam etiam expectationem. *Stob. serm. 96.*

Diogenes quodam tempore lucernam accensam gestans, obambulabat in foro clarissima luce, quærenti similis: rogantibus quid ageret? hominem, inquit, quæro notans publicos civitatis mores vix homine dignos. *Laert. lib. 6.*

Idem in foro stans, clamabat: adeste homines: veluti concionaturus apud populum, quumq; jam frequentes convenissent: ille desinere clamare, adeste homines: quidam indignati, adsumus, dic aliquid. tūc Diogenes baculo illos abigens: homines, inquit, adesse iussi, non sterquilinia. *Laert. lib. 6. Eras. lib. 3. apoph.*

Plato hominem mansuetū animal esse dicebat. quod si recta

disciplina institueretur, in mansuetissimum & divinum prorsus animal evadere: sin verò non satis aut non benè esset educatus, ferocissimum omnium, quæ in terris nascuntur, animal reddi. *Idem lib. 6. de leg.*

Diogenes quum è balneis redeuntem, quidam rogassent, num illic esset multa turba? annuit. significans vocabulum hominis in paucos competere. *Laert. lib. 6.*

Musonius quid esset homo describens, homo solus (inquit) omnium in terra degentium Dei imago est, & similes ei virtutes habet. Nam ne inter Deos quidem præstantius aliquid excogitari potest, quàm prudentia, justitia, fortitudo & temperantia, &c. *Stob. serm. 116.*

¶ SIMILITUDINES.

SOL, Luna, stella, mare, terra, arborès, herbæ, bruta: & in his apes, formicæ, conchæ, denique lucernæ, tempestatem præsentunt: solus homo sua mala non præsentit, neque prospicit. *Plin. lib. 18. cap. ult.*

Ut qui se meminerint inquilinos esse, & in conducto habitare, & modestius se gerunt, & minus gravatim exeunt: ita qui intelligunt domicilium corporis ad breve tempus: à natura commodatum esse, & vivunt temperantius, & libentius moriuntur. *Senec.*

Luna semel extincta subinde renascitur, & ubi consenuit rejuvenescit: at homo nec renascitur mortuus, nec repubescit senex. *Plin. lib. 2. cap. 9.*

Sol post occubitum redit novus: homo non item. *Erasm.*

Magnanimo nos natura produxit, ut & quibusdam animalibus ferrum dedit, quibusdam subdolum, quibusdam pavidum: ita nobis gloriosum & excelsum spiritum, quærentem ubi honestissime, non ubi rutissime vivat, simillimum mundo, quem quantum mortalibus passibus licet, sequitur æmulaturq;. *Seneca. epist. 105.*

¶ HIEROGLYPHICA.

PALMA in mysticis literis celebratissima, duplici de causâ honoris simulacrum esse putatur: primum quia fructum non fert sine coitu, sed replentur eius rami gemmis masculis, quasi semine quodam: deinde quia in superiore parte habet quasi cerebrum, quod Hebræi *Halulab*, Arabes verò *Chedar* & *Gem* vocant: quo corrupto, moritur arbor, sicut cerebro læso: homo interit, quod quidem huic soli plantæ contingit. Præterea quod comam in cacumine habeat & ramos in manuum modum protensos, & fructus digitorum figuram præ se ferentem.

de dactyli, id est, digiti sunt appellati. *Eruditus quidam lib. 2. Hieroglyphi, pag. 588.*

Quoniam tumorculi illi, qui stillicidiis fiunt in aqua, citò attereunt ad humanæ vitæ fragilitatem ostendendam, hieroglyphicum factum est proverbium *homo bulla*, cuius meminit *Virgilio lib. de re rustica primo. Pier. Valer. lib. 41. pag. 396.*

HONOR.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Gloria divitum, honoratorum, & pauperum timor Dei est, non despiciere hominem justum pauperem, & non magnificare virum peccatorem divitem. *Eccles. 10.*

Fili in mansuetudine conserva animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis glorificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam? *Idem ibid.*

Inscius non honorabitur. *Eccles. 10.*

Et est homo, qui honorificabitur propter substantiam suam. *Idem ibid.*

Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio ignominia. *Proverb. 3.*

Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem. *Idem 26.*

Et optimaci submitte caput tuum. *Eccles. 4.*

Semen hominum honorabitur hoc, quod rimer Deum: Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. *Idem 10.*

Sapientia humiliari exaltabit caput illius, in medio magnarum confedere eum faciet. *Ibid. 11.*

Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit vivens in æternum. *Ibid. 37.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Remotis obitaculis insanæ opinionis, scelera nuda pensentur, nuda inspiciantur, fallacia regmina & vanæ laudes & gloria, auferantur: & apparebunt miseriæ peccatorum. *August. lib. 3. de civitate Dei.*

Gloriam & honorem non debet sequi virtus: sed ipsa virtutem. *Idem lib. 5.*

Ubi honor non est, ibi contemptus est: ubi contemptus, ibi frequens injuria, ibi & indignatio: ubi indignatio, ibi quies nulla: ubi quies non est, ibi mens à proposito sæpè dejicitur: ubi

aurem per inquietudinem aliquid aufertur ex studio, minus fit ab eo: quod tollitur, quod minus est, perfectum dici non potest.

Hieron. in epist.

Non est dignum, ut inde exigas honorem, undè refugis laborem. *Idem ibid.*

Dejecisti eos, dum allevarentur: quum allevatur, dejicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. *Gregor. in regist.*

Dum mali præpositi suum contra veritatem honorem exigunt, ab omni rectitudine sequentium corda subvertunt. *Idem in mor.*

Differentia dignitatis facta est inter sanctos: ut unus sit episcopus, alius minister: contumacia carnis coegit, & perversitas mundi, & operatio inimici, honores ut videantur esse: sed revera non sunt: imò ministeria. *Chrysost. super Matth.*

Quicumq; desiderat primatum cœlestem, sequatur humilitatem terrestrem: non enim qui major fuit in honore, ille major sed qui justior, ille major. *Idem ibid.*

Honor verus virtus animi est. hic honor, nec à Cæsaribus præstatur, neq; adulatione conqueritur, neq; pecunia præparatur, nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti, huius honoris successor est: nullus est accusator, nullus ingratus. *Idem de reparatione lapsi.*

Honoris magnitudo his, qui pro digno vivunt honore, stimulus incipit esse pœnarum. *Idem super Matth.*

Qui de amore non venit honor: non honor, sed adulatio est. *Bernh. in Cant.*

Qui privatus sui auctoritatem perdit, in despectionem & angustiam se mittit: qui autem locum suum sapienter custodit, se ac suos ad profectum dirigit. *Beda Glos. sup. Eccles. 27.*

Decet quidem cunctos patriæ suæ augmenta cogitare, sed eos maxime quos Respublica sibi summis honoribus obligavit: quia rectum est, ut eum necesse sit plus debere, qui visus est majora suscipere. *Cassiod. lib. 4. epist.*

Dignus enim videretur, ut qui est scientia præditus, reddatur honore reverendus. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ausonius in Solonis sentent.

Non erunt honores unquam fortuiti muneris.

Ovid. lib. 1. Fastor.

In pretia pretium nunc est, dat censos honores,

Census amicitias, pauper ubiq; jacet.

Boetius

Boetius Metro. 8. lib. 3.

Quid dignum stolidis mentibus imprecet
Opes, honores ambiant,
Et cum falsa gravi mole para verint.
Tum vera cognoscant bona.

Vergil. Ecloga 5.

Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dum thymo pascentur apes, dum rore cicada,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

Olympius Nemefianus Ecloga 1.

Namq; fuit dignus senior, quem carmine Placibus,
Pan calamis, fidibusq; Lirias modulantibus Orpheus
Continerent, atq; acta viri, laudesq; sonarent.

Ovid. 3. Amor.

Curia pauperibus clausa est, dat censens honores:
Inde gratias iudex, inder se veros eques.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Honestum esse dicitur aliquid, non ob eam causam, quia laudetur à multis: sed quia tale sit, ut vel si ignorarent id homines vel si obmutuissent, pulchritudine sua tamen esset, specieq; laudabile. Cic. 2. de Finib.

Honestum, etiamsi nobilitatum non sit, aut etiamsi à nemine laudetur: tamen laudabile est naturâ: quod si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientix. Idem 1. Offic.

Honestum est, quod detracta omni utilitate, sine ullis præmiis fructibusve, possit ipsum propter se jure laudari. 2. de Finib.

Quidquid præter id, quod honestum sit, experendum esse duxeris, in bonisq; numeraveris: & honestum ipsum quasi virtutis lumen extrinxeris, & virtutem penitus everteris. 3. de Finib.

Si ipsam honestatem undiq; perfectam & absolutam, rem unam præclarissimam omnium maximeq; laudandam penitus videremus, quoniam gaudio completeremur, quum tantoperè eius adumbratâ opinione lætemur? 5. de Finib.

Sumus natura studiosissimi, appetentissimiq; honestatis, cuius si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est quod, ut cõponiamur, non parati simus & ferre, & perpeti. 2. Tusc.

Gloria virtutem tanquam umbra sequitur. 1. Tusc.

Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus gestis, æstimatione vitæ, alienanturquè ab iis, in quibus hæc non sunt. 1. de Orat.

Suscipit vita, consuetudoque communis: ut beneficiis excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollamus. 2. de Nat. Deor.

Eos viros nos suspicimus, maximisque efferimus laudibus, in quibus existimamus nos excellentes quasdam & singulares virtutes perspicere. Despicimus autem eos & contemnimus, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putamus. Quamobrem contemnantur ii, qui nec sibi nec alteri profunt, ut dicitur: in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autem quadam afficiuntur ii, qui anteire ceteros virtute putantur. 1. Offic.

Quæ magno animo & claro fortiter & excellenter gesta sunt, ea nescio quo modo quasi pleno ore laudamus. 1. Offic.

Propter virtutem jure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. 3. de Natur. Deor.

Vera laus veræ virtuti debetur. 1. de Orat.

Nihil quidquam sine virtute laudabile. 1. Tusc.

Eos, quorū vita perspecta est in rebus honestis atque magnis, & bene de Republica sentientes, aut aliquo honore & imperio affectos: observare & colere solemus. 1. Offic.

Abstrahunt nos à certo divitiarum, honores, potentia, & cætera, quæ in opinione nostra chara sunt, pretio suo vilia, nihil habentia magnificum, quo mentes nostras in se trahant, præter hoc, quòd mirari illa consuevimus. non enim quæ concupiscenda sunt laudantur: sed concupiscuntur, quia laudata sunt. Senec. 2. Epist. 8.

Homines candidatos viros bonos dicimus, quomodo obvios, si nomen non occurrit, duos salutamus. Idem epist. 77.

Pecunia ex quo in honore esse cœpit, verus rerum honor cecidit. Idem ibid.

§ APOPHTHEGMATA.

Aristoteles sciscitatus, quæ res portenderet civitatibus exitium? Quando in his, inquit nullum esse potest bonorum ac malorum discrimen. Laert. lib. 6.

Theophrastus percontatus, quanam re communis hominum societas conservari possit? respondit, si pœna mali coerceantur à Republica: boni invitentur bonorum præmiis. Stobæus sermone 41.

Alphonsus interrogatus, quid sibi sine utilitate honor esse videretur? consimile id sibi videri respondit: ut si per acutum & peracere quis cernat, sed offensus caligine, abieret in tenebris. Panormit. lib. 2. de rob. gest. Alphonsi.

Pyrrhus

Pyrrhus quum rebus feliciter gestis domum rediisset, & à suis aquila diceretur: per vos, inquit, aquila sum. qui enim non est, quum vestris armis veluti pennis sublever? Modestissime gloriose cognominis laudem in suos milites transferens, vitavit invidiam. *Plut. in Reg. & imp. apoph.*

M. Varro Pauli collega, quoniam ex Cannensi pugna, quæ Romanis fuerat infelicissima, superfuit, honores à populo delatos, recusavit: dicens, felicioribus magistratibus opus esse Respub. Quum animum gereret inculpatum, fortunæ suæ Respub. ultro pœnas dare voluit, ut ob hoc ipsum summis dignus honoribus. *Erasm. lib. 6. apoph. ex Plut.*

Pompejus quum in Lybiam adversus Domitium transisset, cumq; ingenti prælio superasset, militibus ipsum imperatoris titulo consalutantibus: negavit se eum honorem admissurum, quamdiu hostium vallum stare erectum. Hoc audito, milites, licet ingens obstarer pluvia, impetu facto hostium castra adorti expugnarunt. Recusavit honorem, nondum factis emeritum. *Plut. apoph.*

Pylus cum decreto statuissent Theopompo summos honores, ipse renuit: mediocres ipsum tempus augere, immodicos verò abolere, dicens: quo apophthegmate, id quod alii sibi aut vendicant arroganter, aut ambiunt ineptè, ipse ultro delatum rececit. *Plut. in Lacon.*

§ SIMILITUDINES.

UT non quævis corona quemvis decet victorem: ita nō quivis honos, quemcunq; hominem. *Plut.*

Ut colossi seu statuz malè liberatz, sæpius subvertuntur: ita nimius honor per invidiam evertit multos. *Plut.*

Qui viro malo addit opes & gloriam, is febricitanti ministrat vinum, biliosa mel, cœliaci obsonia, quæ morbum animi, hoc est, stultitiam augeant. *Idem.*

Apud Thessalos capitale est occidere ciconiam, non ob aliud, nisi quod serpentes interficiat: parçitur & apud Britannos milvis, quod urbem raptis exis pecudum repurgent: ita quibusdam honos habendus, non quod ipsi digni sunt, sed quod illorum onera nobis sit usui. *Erasm.*

Ut deciduz stellæ subito extinguuntur: ita quos fortuna subito in summa provexit, repente solent corruere. *Plut.*

§ EXEMPLA SACRA.

Honoris parentibus exhibiti exempla: In Sem & Japhet, *Genes. 9. v. 23.* Juda, *43. v. 8. 9.* Josepho, *46. v. 29. & 50. v. 1. 2.*

Mm 5

HO HOSPEs, HOSPITALITAS.

Davide, 1. Samuel. 22. v. 3. Salomone, 1. Reg. 2. v. 19. CHRISTO
Luc. 2. v. 51. Ioan. 8. v. 49. & 19. v. 26. 27.

¶ HIEROGLYPHICA.

SCiendum, *hastæ gestamen* haud quaquam inter vulgares honores habitum, tantæq; apud veteres venerationis fuisse: ut loco diadematis, pro insigni regio haberetur. *Pier. Valer. lib. 72. pag. 409. A.*

Clypeis, quibus nomen incidi describere facta pulchra moris fuit: (unde qui nihil adhuc strenue in bello gessissent, *albâ utebantur parmâ*, de quo Vergil. *Parmâq; inglorios albâ*) donabantur ab Imperatoribus: honoris ergo Milites, atque etiam Diis quare sæpius apud Livium legas, *argentea Clypea remplis illata*, ac Diis dicata. *Pier. Valer. lib. 42. pag. 413. B. C.*

Vide etiam titulum de Gloria.

HOSPEs, HOSPITALITAS.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

VIta nequam hospitari de domo in domum. *Eccles. 29.*

Hospitabitur & pascet & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. *ibid.*

Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, cibus cæteros. *ibidem.*

Egenos vagosq; induc in domum tuam. *Esaia 58.*

Qui accipit si quem misero (dicit Dominus) me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit. *Ioan. 13.*

Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. *Rom. 12.*

Hospitalitatem nolite oblivisci. per hanc enim quidam placuerunt Angelis hospitio receptis. *Hebr. 13.*

Hospitales estote invicem sine mormuratione. *1. Petr. 4.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Disce, Christiane, sine discretionem exhibere hospitalitatem: ne forte cui domum clauseris, cui humanitatem negaveris, ipse sit Deus. *Augustin. contra hereses.*

Hospitalitatis officio ad Christi cogitationem venimus. *Idem 2. Quæst. Evang.*

Tanta est apud Deum Hospitalitatis gratia, ut ne potus quidem aquæ frigidæ à præmiis remunerationis immunis sit. *Ambrrosius de Offic.*

Est

Est publica species humanitatis, ut peregrinus in hospicio nō
egeat: suscipiatur officiosè ut pateat adveniēti janua. *Idem ibid.*

Ut hospes humanitatis intuitu hospicio recipiat non habens
hospitium, & egenum sine recto inducat in domum suam:
nec solus devoret bona Christi, quæ ei largita sunt bonitate
Christi: ut cum hilarem datorem diligit Christus, sine murmure
retribuatur pauperibus Christi. *Idem in suo past.*

Hospes per famam eligendus est populi, & Judicio vicinorū:
ne prædicationis dignitas suscipiens infamia deturbetur. *Hier.
super Matth. 10.*

Qualem mercedem habet, qui propter Deum peregrinatur:
talem habet qui suscipit peregrinantem, & fiunt ambo æquales,
& qui propter Deum refrigerat, & qui propter Deum laborat.
Chrysost. super Matth. 11.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Milite.

In bono hospite atq; amico questus est, quod sumitur.

Ovid. lib. 5. de Trist.

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Ovid. lib. 1. Metamorph.

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.

Idem Epist. 16.

Certus in hospitibus non est amor.

Ibidem.

Nihil me paritet jam quanto sumtui fuerim tibi:

Non hospes nullus jam in amici hospitium divorti potest.

Ibidem.

Quin ubi triduum continuum fuerit? jam odiosus fiet.

Proletario sermone nunc quidem hospes utere.

§ APOPTHEGMATA.

Cleomenes cum amicus quidam hospiti in phidieis nihil ap-
posuisset, nisi vinum nigrum, & panem igni duratum, suc-
censuit homini, dicens: erga peregrinos non oportere nimium
largiri. *Plut. in Lacon.*

Socrates rogatus, cuius hospitium nos querere oportet? Illo-
rum, inquit, qui bene sapiunt. *Stob. serm. 3.*

Stratonice quum perhumaniter quidam eum excepiisset, mul-
tium recreatus est. Videns verò mox alium introire, iterumq;
alium: faceſſamus hinc, ô puer, inquit ad suum comitem. Ete-
nim pro columba palumbum, pro hospite pandochæum inve-
nimus. *Ælian. de var. hist.*

Alexan-

HO HOSPEs, HOSPITALITAS.

Alexandrina mulier nobilis & dives, impetravit ab Athanasio Episcopo: ut ex viduis quæ ecclesiæ sumptu alebantur, daretur sibi unâ aliqua alenda. Data est illi quædam miti & suavi ingenio, cujus facilitate auctum est matronæ studium in pauperes. poposcit sibi alteram dari, fortè data est illi pervicax mulier, ex qua cum ex pio hospitio probra reportaret: ago tibi gratias (dixit Athanasio) quòd talem dedisti, per quam patientiæ cultus à me exercebitur. Sabell. lib. 9. cap. 1.

Lucullus quum Græcos quosdam per dies aliquot magnificè tractasset, atque illi dicerent: se mirari quòd tantum impendiorum sua causa faceret: Nonnihil ô hospites! vestra causa, inquit: sed maxima pars Luculli gratiâ. Plut. in Rom. apoph.

Socrates admonitus ab amico, quòd excepturus hospites admodum tenuem fecisset apparatus: si boni sunt, inquit, satietur: si minus, plus fatis. Laert. in eius vita.

§ SIMILITUDO.

Angues in Syria ergà indigenas venenum non habent, nec eos perunt: exteris cum cruciatu exanimant: ita insulares in suos fatis humani, in alienigenas immitissimi sunt. *Erasm.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Hospitalitatis exempla: Abraham, *Genes. 18. v. 3. 4. 5.* Loth, *19. v. 2.* Laban, *24. v. 31.* Raguel, *Exod. 2. v. 20.* Rahab, *Ios. 2. v. 1.* Jacob, *2. v. 25.* Senex Ephrataeus in Gabaa, *Iudic. 19. v. 20.* Vidua Sareptana, *1. Reg. 17. v. 10. 15.* Vidua Sunamitis, *2. Reg. 4. v. 8.* Job, *Iob 31. v. 32.* Martha, *Luc. 10. v. 38.* Zachæus, *19. v. 6.* Simon Coriarius, *Actor. 10. v. 6.* Lydia, *16. v. 15. & 18. v. 3.* Philippus Evangelista, *21. v. 8.* Mnaion, *v. 16.* Publius, *28. v. 7.* Gajus, *Rom. 16. v. 23.* Gajus, *Ioan. 3. v. 6.* Aquila & Priscilla, *Actor. 18. v. 3.* Hospitalitati fructus, *Matth. 10. v. 40. 41.* Hebr. *13. v. 2.* Exempla: in Abrahamo, *Genes. 18. v. 2. 3. 5. 8. 10.* Vidua pauper-cula, *1. Reg. 17. v. 20.* Sunamitidis filio, *2. Reg. 4. v. 13. 16.* In-hospitalitas, *Iudic. 8. v. 5. & 19. v. 18. 1. Samuel. 25. v. 9. 14. Sap. 19. v. 13.*

§ EXEMPLA PROPANA.

ABydeni olim cum hospitem aut civem convivio exciperent, post unguentum & coronas, pueros osculandos circumferabant: quorum clamores & nutricum strepitus convivas turbabant. *Suidas:* Hinc Proverb. *Αβυδηῖον ἐπιφορημα*, Abydenum auctuarium.

Camul provincia, Tartarorum subiecta imperio, incolæ ad prodigium usque hospitales, peregrinos quoscunq; vel invitos suspiciunt. Domo cedit hospiti paterfamiliâs, uxorem & liberos

ros illi commendat, nec antè hospitis discessum redit. *M. Paulus Venet. lib. 1. cap. 46. orientalium regionum.*

Loppi, Russia gens mercatores ad se ex variis regionibus quæ-ritus gratia vententes libenter excipiunt, quos in tuguriolis suis cum uxoribus relinquunt: ipsi verò interim venatum abeunt. Reversi, si uxores hospitem concubitu consuetudineq; lætiores hilarioresq; invenerint, munere aliquo hospitem donant: sin minus, turpiter convitiis lacesitum expellunt. *Guagninus in descript. Moscoria.*

Veneti Herculem Ferrariensem Ducem, à quo gravissimo bello petiti fuerant, pace facta Venetias venientem, publico hospicio in-uis adibus, quas dono à Venetis majores eius acceperant, exceperunt: publicoq; ære rota eius familia, ipseq; ad alendum donatus est. *Egnat. lib. 4. cap. 2.*

Cum *Mardonius* à *Xerxe* Persarum rege in Græcia relictus, tum exercitu Thebis ageret, *Attaginus Phrynonis filius* Thebanus, convivio magnificè apparato, *Mardonium* ipsum & *Persarum* honoratissimos quinquaginta invitavit, cum quinquaginta Thebanis: & in singulis lectis alternos, *Persam* & *Thebanum*, discumbere fecit. *Herodot. lib. 9.*

Licham scimus *Laconem* nulla re celebrem alia in Græcia evasisse, quàm quòd ludis Gymnicis esset solitus cœna excipere peregrinos. *Plut. in Cimone.*

Apud *Lucanos* lege cautum erat, ut si quis sole occidente divergentes hospites, notos ignotosve, domo arceret, *υποχρηστος* teneretur, multamq; eo nomine pendere cogeretur. *Alexand. ab Alexand. lib. 4. cap. 10. ex Aliano lib. 4. var. histor. & Heraclide Pont.*

Carolus Gothorum & Sueonum antiquus Rex, inter maximas leges constituit: ut Gothi ac Sueci inter se, & maxime in omnes advenas & peregrinos, hospitem observarent, summumque nefas ducerent, quicumq; viatorem tecto arceret: quod si quis facere tentasset, & idoneis testibus ter negasse hospitium convictus fuisset, immisso igne ædes ejus comburi jussit: ut domibus propriis justè privaretur, qui earum usum inhumaniter denegasset. Hinc ergò deductum puto, quod vix alibi in tota Europa promptior liberaliorq; hospitalitas, quàm apud *Sueones* & *Gothos* hodiè inveniatur. *Ioan. Magnus lib. 4. cap. 2.*

Vide Liberalitas.

HOSTIS.

HOSTIS.

§ APOPTHEGMATA.

Spartanus quidam interrogatus, num tutum esset ad Spartam iter? refert, inquit, qualis eò descendas. Nam leones illuc euntes plorant: lepores autem in umbraculis venamur. significavit, ferocibus ac violentis esse tutum proficisci Spartam, nec mollibus & effœminatis: quòd hostili animo illuc proficiscentes malè acciperentur à fortibus: delicatos homines illic non sinecent lascivire in tenebris. *Plutarch. in Lacon.*

Cuidam consulenti Agidem regem, ut hostibus fugientibus daret transitum: & quomodo, inquit, pugnabimus cum his, qui ob fortitudinem manent, si non pugnamus cum fugientibus? *Plut. in Lacon. apoph.*

Herennius Ponticus Samnitibus consultantibus, quid de legionibus Romanis apud furcas Caudinas inclusis fieri deberet? Herennius Ponticus suavit: ut inviolatè dimitterentur. Postero die eadem de re consultus, respondit, ad unum usque delendas: sentiens, aut clementer magno beneficio demerendos hostes: aut irreparabili factura illorù vires comminuendas. Neutrum sequutus est exercitus: sed sub jugum missos, contumelia magis illos in se provocavit. *Erasm. Lib. 6. apoph.*

Ariston cuidam laudibus vehenti dictum Cleomenis, qui interrogatus quid oporteret bonù regem facere? respondit, amicis benefacere: inimicis verò malè. At quantò præstantius, aut amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos? *Plut.*

Onomademiss postquam adversam factionem superasset, quibusdam consentibus, omnes diversæ factionis urbe pellendos, negavit expedire, dicens: se vereri, ne omnibus inimicis ad unù ejectis, inter amicos existerent dissidia. *Erasm. 6. apoph.*

Socrates cum Croesum interrogasset, quid esset maximum & pretiosissimum ex regno consecutus? illeq; respondisset, ut hostes ulcisceretur, amicos beneficio afficeret: multò, inquit, melius fecisses, si & illos tibi amicos asceivisses. *Maxim. serm. 6.*

Antigonus interrogatus, quomodo oporteret hostes aggredi? dixit, aut dolo aut vi: aut apertè, aut per insidias. *Stobæus serm. 57.*

§ SIMILITUDO.

Lepus piscis homini certissimum est venenum, & homo vicissim illi: ad eò ut vel digitulo contactus, statim emoriatur: ita hostes mutuam utrinque perniciem dant, & accipiunt. *Erasmus.*

§ EXEM-

§ EXEMPLA BIBLICA.

Ostium furori interdum cedendum. Exempla: Joseph, Matth. 2. vers. 14. JESUS, 12. v. 15. & 14. v. 13. Marc. 3. v. 7. & 8. v. 39. & 11. v. 14. Paulus, Actor. 9. v. 24. 25. & 17. v. 10.

Vide Fortitudo, Inimicitia, Inimicus.

HUMANITAS.

§ APOPHTHEGMATA.

Verbo quum adhuc nihil aliud esset quam centurio, & ante præfectos à Cæsare vocaretur in consiliu: turpe est, inquit, Cæsar, exclusis præfectis, cum centurione agere. *Erasm. lib. 6. apophtheg.*

Quidam videns Favonium, quum nulli adessent famuli, Pomponio per omnia inservientem, usque ad pedum lotionem, pronunciavit Græcum versiculum.

Φαῦ τοῖσι θυράσι τοῖς ἀπὸ καὶ κελῶν.

Id est.

Claris viris, ut est decorum quid libet?

Asinus lib. 6. apoph. ex Plut.

Plotina Trajani Imperatoris uxor, cum post Trajani electionem in forum in Capitolium iret, multiq; essent qui imperii felicitatem omnibus modis precarentur: adhuc in gradibus, conversa multitudinem: talis, inquit, huc ingredior, qualem me exire spero. Quo dicto innuere voluit, se non minus in imperio, quam cum extra imperium esset omnibus optime velle. Unde se in principatu gessit: ut omnino justa reprehensione caruerit. *Xiphil. in vita Trajani.*

Platone laudante quendam hoc nomine, quod erga omnes humanissimus esset: quid, inquit, Diogenes, illi tribuendum est, qui nullum unquam affectit dolore? Quo dicto docere voluit, humanitatem obesse Republicæ. *Laert. lib. 6.*

Agessirata quum Agidem filium exanimem jacentem vidisset, exoculari faciem, dixit: nimia tua, ô fili, bonitas, nimia mansuetudo & humanitas, te simul & nos perdidit. Moliebatur enim Agis facinus sanè præclarum, sed invidiosum: nimirum ut degenerantes Lacedæmoniorum mores ad priscam illam veritatem revocaret. Interim dum studeat offendere neminem, & gratificari omnibus, semetipsum in exitium conjecit. *Justin. in Lacor. apoph.*

§ SIMILI-

HU HUMANITAS. HUMILITAS.

§ SIMILITUDO.

Qui equos domant, primum blandiuntur, ac molissimè tractant: ut assuescant fræno: sic populus lenitate subigendus. *Plutarch.*

§ EXEMPLA SACRA.

Humanitatis exempla: Herthæi, *Genes. 23. v. 4. 6.* Rebecca, *24. v. 19.* Obstetrices, *Exod. 1. v. 17.* Booz, *Ruth. 2. v. 8.* David, *1. Samuel. 30. v. 11. 12.* Sobi, Machir, & Berzellai, *2. Sam. 17. v. 29.* Abdias, *1. Reg. 18. v. 4.* Josabeth, *2. Paralip. 22. v. 11.* Princeps Ephraim, *28. v. 15.* Abdemelech, *Ierem. 38. v. 9.* Eunuchus Reginae Candaces, *Actor. 8. v. 31.* Custdos carceris, *16. 33. 34.* Felix, *24. v. 23.* Julius, *27. v. 3.* Melitenses Barbari, *28. v. 2.* Rahab, *Hebr. 11. v. 31.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Homines agrestes, stipidi, & saxi, stipitibus atque feris potius, quàm hominibus similes, poetarum fabulis occasionem dederunt: ut Deucalion ex saxi homines formasse: Ophæus tantu sylvas, saxa feraq; traxisse dicatur: Amphion Cithara Thebanos muros struxisse fingatur: quoniam homines ad mitiorem vivendi cultum suâ sapientiâ pertraxerunt. *Theat. Zuing. fol. 2873.*

Alcibiades cum antea fuisset ferox & insolens, ex Socratis familiaritate, cujus singularem integritatem suspiciebat, cept esse mansuetus ac modestus. Erasmi in Adagiis.

Plutarchus in Numa auctor est, Æmyliorum familiâ Romæ dicitur tunc civitas, hoc est, ab humana urbanitate, quam ex consuetudine Pythagoræ hauserant, ab ipso rege pacis amatorem fuisse nuncupatam. Idem.

Vide Affabilitas, Comitas.

HUMILITAS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Melius est humiliari cum mitibus, quàm dividere spoliâ cum superbis *Proverb. 16.*

Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. *Ibidem 29.*

Humilia valdè spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis. *Eccles. 7.*

Iustus est qui se nimium submittit à multa humilitate: & est iustus

Humilis qui inclinât faciem suam, & fingit se videre, quod ignoratum est. *Ibidem 19.*

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Matth. 5.*

Qui se humiliaverit, exaltabitur. *Matth. 23.*

Discite à me: quia mitis sum & humilis corde. *Ibid. 22.*

Sinite parvulos venire ad me, & nolite eos prohibere: talium enim regnum cœlorum. Quicumque ergo humiliaverit se, sicut parvulus iste: hic major vocabitur in regno cœlorum. *Ibid. 11. & 19.*

Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. *Luc. 1.*

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed per humilitatem, superiores sibi invicem arbitrantes. *Philip. 2.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Discite à me non mundum fabricare: non cuncta visibilia & invisibilia creare: sed quod mitis sum & humilis corde. Cogitatis magnam constituere fabricam celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. *Augustin. de verb. Domi.*

Humilitate omnia facta nostra condiantur. *Idem epist. 58.*

Omnes delectat celsitudo, sed humilitas gradus est. Quid tendis pedem ultrà te? cadere vis, nō ascendere: à gradu incipe, & ascendi. *Idem ibid.*

O medicinam omnibus consulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabescentia reficientem, omnia superflua resercentem, omnia depravata corrigentem! Quæ superbia sanari potest: si humilitate Filii Dei non sanatur? Quæ avaritia sanari potest: si paupertate filii Dei non sanatur? Quæ iracundia sanari potest: si patientia filii Dei non sanatur? *Idem ibid.*

Sicut arborem ut sursum crescat, profundas subter radices agere oportet: ita quisquis in humilitatis radice fixum animum non habet, in ruinam suam extollitur. *Idem ibid.*

Excelsa est patria, humilis est via: ergo qui quærit patriam, quid recusat viam? *Idem sup. Ioan.*

Bona humilitas nihil apperendo, totum quod contemnit adipiscitur. *Ambros. sup. Luc. lib. 6.*

Nihil excelsius humilitate, quæ quasi semper superior nescit extolli: quia nemo in affectat, quod infra se iudicat. *Ibidem.*

Quisquis cupit divinitatis tenere fastigia, humilitatis ima sectetur. Quicumque vult fratrem prævenire repugnando, prius illum præveniat obsequendo: sicut ait Apostolus, honore invicem prævenientes. *Idem in quodam serm.*

Na

Sæpè flectit humilitas, quod nec virtus potuit superare, nec ratio. *Idem in quadam epist.*

Nihil est quod nos ita & hominibus gratos & Deo faciat quam si vitæ merito non magni, sed humilitate infimi sumus. Humilitatem sequere, non quæ ostenditur, aut simulatur gestu corporis, aut fracta voce verborum, sed quæ puro cordis affectu exprimitur. *Hieron. ad Celant.*

Tantò sit quisque vilior Deo, quantò preciosior sibi: tantò preciosior Deo, quantò propter eum vilior sibi. *Gregor. lib. 18. moral.*

Quum per tentationem humilitas prospicit, prospera est illa adversitas, quæ mentem ab elevatione custodit. *Idem lib. 20. mor.*

Quia origo virtutis humilitas est, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, id est, in humilitate perdurat: à qua nimirum, si abscindatur, arefcit: quia vivificantem se in infimis humorem charitatis perdit. *Idem lib. 27. moral.*

Humilitas vera est, qua quis de se parva æstimat: & bona alterius, sine invidia & livore commendat. *Idem ibid.*

Humilitas est virtus, qua homo verissima sui cognitione sibi meripsum vilefcit. *Bernh. de 12. grad. humil.*

Non magnum est, esse humilem in abjectione: magna profusus & rara virtus humilitas honorata. *Idem sup. Meiffius est.*

Gloriosa res humilitas, quæ ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilefcit. *Idem ibid.*

Cum ex aliis quibuscumque bonis, capere soleat incrementum superbia, sola humilitas omnium propugnaculum: turrisque virtutum, eius forsitan resistet malitiæ, obviat præsumptioni. *Idem in epist.*

Fode in te fundamentum humilitatis, & pervenies ad fastigium charitatis. Vis capere celsitudinem Dei: cape prius humilitatem Christi. Sola est virtus humilitatis reparatio læsæ charitatis. *Idem in epist.*

Humilitatis summa in eo consistit: si voluntas nostra per omnia divinæ voluntati subiecta fuerit. *Idem de sup. nost. vol.*

Velle esse super omnes, vituperabile est: sustinere autem alterum super se, nimis gloriosum. *Chrysof. sup. Matth. homil. 3.*

Quisquis gradus propriæ celsitudinis amat, humilitatis cultum in moribus diligentissimè teneat. Nam qui ab humilitate operibus recedit, & dignitatis fastigio, tumoris pondere cadit. *Idem in Policratico lib. 4.*

Modestia seu humilitas $\tau\alpha\pi\epsilon\upsilon\theta\epsilon\rho\sigma\tau\acute{\omega}\nu$ dicitur, quod $\phi\rho\upsilon\sigma\mu\acute{\omega}\varsigma$, id est, spiritus, est $\tau\alpha\pi\epsilon\chi\eta\omega\sigma\iota\varsigma$, id est, abjectio. *Anton. Maximo. serm. de humilitate.*

Beatus cuius vita est excelsa: spiritus autem humilis. *Clemens ad Auton. & Maxim.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

HORAT. Oda. 34. lib. 1.

Valet ima summis

Mutare & insignem attenuat Deus,

Obscura promens.

Idem Oda 4. lib. 3.

Vim temperatam dii quoque provehunt

In maies: idem odere vires

Omne nefas animo moventes,

Testis mearum Centimanus Geges

Sententiarum notus, & integra

Tentator Orion Diane,

Virginea domitus sagitta.

Injecta monstris terra dolet suis,

Mæret partes fulmine luridum

Missos ad orcum.

Claud. de sepulchro specioso.

Magna repente ruunt: summa cadunt subitò.

Seneca in Thyeste.

Laus vera humili sæpe contigit viro.

¶ SIMILITUDO.

Ol cum est altissimè proventus in Zodiaco, tum tardissimè motus est: ita quò fortuna te subvexerit altius, hòc oportet tanto lentiori minusq; feroci esse. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Humilitatis exempla: Agar, *Genes. 16. v. 8. v. 9.* Abraham, *18. v. 27. & 23. v. 7.* Jacob, *32. v. 10. & 33. v. 8.* Rachel, Lea, &c. v. Frates Joseph, *50. v. 18.* Moses, *Exod. 3. v. 11 & 4. 10. Numer. 12. Gabaonitæ, 10. v. 11.* Rubenitæ, *22. v. 21, 22.* Israelitæ, *Iudic. 6. Gedeon, v. 15. & 8. v. 2.* Ruth, *Ruth 2. 13.* Anna, *1. Samuel. 1. Saul, 9. 3. & 10. v. 22. 23. 27.* David in Regem alioqui unctus, *18. 23. & 24. 15.* Abigail, *25. 41.* David, *20. 20. 2. Sam. 7. 18. & 15. & 16. v. 9. 10. 1. Paral. 17. v. 16. 2. Paral. 29. 14. Psal. 131. v. 1.* Miphiseth, *2. Samuel. 9. v. 10. 11. 13. & 19. v. 27. 28.* Salomon, *1. Reg. 7. Achab, 21. 27.* Quinquagenarius tertius, *2. Reg. 1. 13.* Naaman, *7. Hazael. 8. 13.* Ezechias, *20. 19. 2. Paral. 32. 26.* Josias, *2. Reg. 22. 19.* Nabooam & eius Principes, *2. Paral. 12. v. 7. 12.* Josaphat, *20. 9.* Manasses, *33. v. 12.* Job, *1. 20. & 9. 15.* Esaias, *Esa. 20. v. 2.* Jeremias,

HU

HUMILITAS.

Ierem. 1. v. 6. & 11. 19. Ezechiel, Ezech. 2. 1. Filii Israël, Iudith. 4. 2. Esther, Esth. 1. 4. v. 1. 2. Nabuchodonosor, Dan. 4. v. 31. 32. Daniel, 9. v. 7. 17. Antiochus, 2. Macchab. 9. v. 12. Magi, Matth. 2. v. 11. Joannes Baptista, 3. v. 11. 19. Marc. 1. v. 7. Luc. 3. v. 16. Ioan. 1. v. 27. Actor. 13. 25. Christus, Esa. 53. 7. Matth. 3. 13. & 8. 20. & 11. 29. & 20. 28. Marc. 10. 45. Luc. 2. 51. & 22. 27. Ioan. 6. 15. & 13. 5. Centurio, Matth. 8. 8. Luc. 7. 6. Chananza, Matth. 15. 25. Marc. 7. 28. Apostoli, Matth. 21. 7. Deipara Virgo, Luc. 1. 38. Elizabeth, 42. v. 43. Petrus, 5. 8. Actor. 3. 12. & 10. 26. Publicanus, Luc. 18. v. 13. Paulus, Actor. 9. 6. & 14. 14. & 22. 10. Rom. 15. 30. 1. Cor. 15. v. 8. 9. 2. Cor. 1. v. 11. & 11. v. 7. & 12. v. 11. Ephes. 3. 8. Phil. 4. 12. 1. Theff. 2. 7. 2. Theff. 3. v. 1. 1. Tim. 1. v. 15. Humilitas sævitiam mitigat. Exempla: Jacobus, Genes. 33. 4. Fratres Joseph, 50. v. 17. 18. 19. Tribus quæ Altare extruxerant, Ios. 22. v. 21. 22. Gedcon, Iudic. 8. v. 2. Abigail, 1. Sam. 25. 24. David, 26. v. 18. 21. Mulier sapiens ex Abela, 2. Sam. 20. v. 18. Quinquagenarius tertius, 2. Reg. 7. 13. 14. Esther, Esth. 7. v. 2. Humiles tandem exaltabuntur, Exempla: Moses pastor ovium soceri, Exod. 3. v. 1. 2. Sam. 16. v. 11. Psalm. 78. v. 70. Esther, Esth. 7. 15. Publicanus, Luc. 18. v. 14. Christus, Philip. 2. v. 9.

§ HIEROGLYPHICA.

Depositum genu humilitatis & superiorem agnoscentis indicium esse, nulli non innotuit. Hinc apud Horat.

*Imperiumque Phraotes
Cæsaris accepit genibus minor.*

Pier. Valer. lib. 35. pag. 339. C.

HYPOCRISIS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Innocens contra hypocritam suscitabitur in iudicio. *Iob 16.*
Excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omnem stercoratum tuum. *Esaia 1.*

Cum facis eleemosynam, noli antè te tuba canere, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis: ut honorificentur ab hominibus. *Matth. 6.*

Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ. Amen dico vobis, non receperunt mercedem suam. *Ibidem.*

Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. *Ibidem.*

Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo. *Ibid. 7.*

An quero hominibus placere? Si hominibus placerem, factus es Christus non essem. *Galat. 1.*

Ne fuerit

Nec fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scanda-
 lizeris in labiis tuis. *Eccles. 1.*

Attendite à fermento Phariseorum, in quo est hypocrisis.
Matth. 23. 12.

Omnis hypocrita est nequam. *Esaiæ 9.*

Qui dicunt recede à me, non appropinqua mihi, quia im-
 mundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota
Esaiæ 65.

Omnia verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.
Matth. 23.

Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ! quia similis estis se-
 alehris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus speciosa: in-
 terò plena sunt ossibus mortuorum, & omi spurcitia. Sic
 vos à foris quidem apparetis hominibus iusti: intus autem
 leni estis hypocrisi & iniquitate. *Ibidem.*

Vos estis, qui justificatis vos coràm hominibus: Deus autem
 novit corda vestra. *Luc. 16.*

Satanas transfiguratur se in angelum lucis. Non est ergò mi-
 nimum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ:
 eorum finis erit secundum opera ipsorum. *2. Cor. 11.*

Spes hypocritæ peribit: non ei placebit recordia sua, & sicut
 aranearum fiducia eius. *Iob. 8.*

Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. *Ibidem*
13.

Congregatio enim hypocritæ, sterilis, & ignis devorabit ta-
 bernacula eorum. *Ibid. 15.*

Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit usque ad
 celum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterqui-
 minium in fine perditur, & qui eum viderant dicent: Ubi est?
 velut somnium avolans, non invenietur. *Iob. 20.*

Filii eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolo-
 rem suum. *Ibidem.*

Ingrediens duas vias, non habebit successus. *Eccles. 3.*

Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc viverent, in loco
 sancto erant: & laudabantur in civitate quasi iustorum operum,
 sed & hoc vanitas est. *Ibid. 8.*

Væ illis! qui devorant domos viduarum sub obtentu proli-
 xæ orationis, hi accipient prolixius iudicium. *Matth. 13. 12.*
Marc. 12.

Patremq; eius ponet cum hypocritis, illuc erit fletus, & stri-
 dor dentium. *Matth. 24.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenalis Satyr. 2.

Ultrà Sauromatas fugere hinc libet, & glaciale
 Oceanum, quoties aliquid de moribus audent
 Qui Curios simulant, & Bacchanalia virunt.
 Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus,
 Qui tulerit Cracchos de seditione querentes?
 Quis cælum terris non misceat, & mare cælo:
 Si fur displiceat Verri, homicida Miloni?
 Clodius accuset prætorios? Catilina Cethegum?
 In tabulam Syllæ, si dicant discipuli tres?

Persius Satyr. 5.

Pelliculam veterem retinens, & fronte politus
 Astutam rapido servas sub pectore vulpem.

Seneca in Hippolyto.

Vbi vultus ille, & ficta majestas viri.
 Atq; habitus horrens, prisca & antiqua appetens.
 Morumq; senium triste, & aspectu grave?
 O vita fallax! abditos sensus geris.
 Animoq; pulchram turbidis faciem induis.
 Pudor impudentem celat, audacem quies,
 Pietas nefandum, vera fallaces probant,
 Simulantq; molles dura.

§ APOPHTHEGMATA.

Dlogenes cuidam sibi placenti, quod leonis exuvio rectus in-
 gredere cur: non tu desines, inquit, virtutis stragulas pude-
 facere? Indecorum esse censuit, quod homo mollis, Herculis
 amictum sibi vendicaret. Idem dici potest iis, qui prodigioso
 amictu profiteantur vitæ sanctimoniam, vita non respondent.
Diog. dictum extat apud Laeyz. lib. 6. cap. 2.

Alexander nonnullis Antipatri frugalitatē laudantibus quod
 alienam ab omnibus deliciis austeramq; vitam ageret: foris in-
 quit, Antipater albo utitur pallio, intus verò totus est purpu-
 reus. Notans fictam illius parsimoniam, quum esset alioqui
 ambitiosissimus. *Plut. in reg. & imp. apoph.*

Fridericus III. quum audiret quendam dicentem, abiturum
 se aliquando in ea loca, in quibus nulli planè hypocritæ essent,
 respondit: ultrà Sauromatas ergò. & glaciale Oceanum tibi
 eundum est. Sed cum eò veneris, non omninò carebit hypocri-
 si locus: si modo & tu homo, non Deus es. Inter mortales enim
 nemo

mo est qui non ex aliqua parte fictus fucatusque sit. *Aneas Sylvius.*

Alphonſus cum poſt Africanam victoriam in *Ænariam* inſulam veniſſet, audiens Antonium Picentem ordinis heremitarum, magnam hypocritam (jactando plurima in Chriſtum & Virginem ejus Matrem) vermiculis acerbiffimo morbi genere abſumptum, animam expuiſſe, dixiſſe fertur: propterea Deum interperere in hypocritas ſævire, quòd dum homines decipiunt, interponant Deum ipſam tanquam ſceleris mediatorem. Ideoque ut plurimum viventes adhuc plecti in oculis hominum, quos Dei nomine ſefelliſſent: ut intelligant mortales, à talibus moniſtris maximè cavendum eſſe: quòd Deum ipſum non tantum poſt mortem, ſed etiam in ipſa vita haberent indubitatum vitorem. *Anton. Panorm. de reb. geſt. Alphonſi, & Aneas Sylvius de vitio dicitur.*

§ SIMILITUDINES.

Argentum cum ſit candidum, nigras tamen ducit lineas, ut ſtannum: ita quorundam alia ſpecies eſt, alia facta. *Erasm.*

Ut vinum dilutus magis provocat vomitum, quàm vel aqua ſimplex vel etiam vinum merum: ita intolerabilior eſt nequitia peccatis ſimulatione condita, quàm ſimplex aut aperta malitia. *Idem.*

Ut pharmacopolæ braſteis aureis tegunt, remedia quædam quo pluris vendant: ita quidam lenocinio verborum, nihil ad rem pertinentium, rem commendari putant. *Idem.*

Draconites nec poliri poteſt, nec artem admittit, alioqui elegans ac translucens: ita divina ſcriptura ſuum habet nitorem, nec artificium Philoſophiæ aut Rethorices admittit. *Plin. lib. 37. cap. 10.*

Carbunculi ignis nomen & ſpeciem habent, cum ignem non ſentiant: undè & *Apyruſtæ*: ita quidam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum à re ſint alieniſſimi. *Plin. lib. 36. cap. 6.*

Opalum gemmam indiſcreta ſimilitudine adulterant Indi, experimentum in ſole tantum facientes: ita virtutes quædam vitæ ſic imitantur: ut difficillimum ſit dignoſcere, niſi ad ſummam lucem proferantur. *Plin. lib. 37. cap. 6.*

Ut camelopardalis ſive nabis, collo refert equum, pedibus & cruribus beem, capite camelum, maculis tigrim aut pardum: ita quidam inæquales ſibi varias hominum formas exprimunt: ſi cultum inſpicias, ſanctum aliquem eſſe exiſtmes: ſi orationem audias, ſatrapam loqui putes: ſi vitam expendas, rebulo nem inveni es: ſi ſcripta, bubulcum. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Hypocrisis & simulationis exempla: Joseph, *Genes. 42. v. 7.* Josuah & omnis Israël, *Iosu. 8. v. 15. 16.* Israëlitz, *Judic. 20. v. 32.* Saul, *1. Sam. 9. v. 21.* Amnon, *2. Sam. 13. v. 6.* Mulier Thecutiz, *14. v. 6. &c.* Absolom, *15. v. 6. 8.* Uxor Jeroboam, *1. Reg. 14. v. 4.* Jezabel, *21. v. 9.* Giezi, *2. Reg. 5. 22.* Hoftes Ecclesiz Israclitarum, *1. Esdr. 4. v. 2.* Sennaballat & Goffem Arabs, *Nehem. 6. v. 2.* Patres Israël, *Psalm. 78. v. 36.* Achatz, *Esa. 7. v. 12.* Amalias, *Amos 7. v. 12.* *2. Macchab. 5. v. 25.* Herodes Afcalonita, *Matth. 2. 8.* Scribæ, *8. v. 19. Luc. 9. v. 57.* Scribæ & Pharifæi, *38. & 14. v. 9. & 15. 2.* Pharifæi & Sadducæi, *16. 1. Marc. 8. 11.* Pharifæi, *Matth. 12. 10. & 22. 16.* Scribæ & Pharifæi, *23. v. 24.* Principes Sacerdotû, *26. 65. Marc. 14. 63.* Judas Ifcariotes, *v. 49. 63.* Principes Sacerdotum & Pharifæi, *Matth. 27. v. 6. Marc. 7. 3. Luc. 6. 2.* Legisperitus, *10. 25.* Archifynagogus, *13. v. 14. 15.* Scribæ, *20. 47.* Judæi, *Ioan. 5. 16.* Judas proditor, *12. v. 5. 6.* Judas cum militibus, *Ioan. 18. 28.* Ananias, *Aclor. 5. v. 2.* Simon Magus, *8. v. 13. 21.* Elymas, *13. v. 10.* Demetrius, *19. v. 27.* Ananias Pontifex, *23. v. 2. 3.* qui in Paulum conspirant, *v. 15.* Felix, *24. v. 26.* Synagoga Judaica, *Apocal. 3. v. 9.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Eucherius *Struthionem* Hypocritæ facit hieroglyphicum, & dictum de Hypocritis ab Esaia, *Erit cubile draconum, & pasua Struthionum.* parit siquidem ova struthio, verùm ut alibi diximus, neq; illa incubatu fovet, neque pullos nutrit. Ita hypocrita, quamvis recti alios admoneat & rectè faciendi vim ad doceat: nullos tamen filios per ullum bonè actæ vitæ exemplum generat. *Pier. Valer. lib. 25. pag. 231. A.*

Noctuanam divinæ literæ mensis inferre non permittunt, quoddam hominum genus hieroglyphicè innuentes, qui palàm strepitum nullum, tumultum nullum, insidias nullas movent: sed hypocritæ tristes omnem mansuetudinis, modestiz, benignitatisq; colorem præ se ferunt, clam verò fornicationes, immundicias, crapulas, ebrietates, & multa humani generis opprobria consecretantur. *Pier. Valer. lib. 29. pag. 190. E.*

Vide Simulatio.

JACTANTIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Nolite multiplicare loqui sublimia glorientes. *1. Reg. 2.*
Superbiam in tuo sermone nunquã dominari permittas.
Nam superbiz conjunctus est interitus, multaq; perturbatio.
Tub. 4. Disperdat

Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam, *Psalm. 11.*

Lauder te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. *Proverb. 27.*

Auferam de medio tui magniloquos superbiz tuæ, & non adificies exaltari amplius in monte sancto tuo. *Soph. 3.*

Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. *Rom. 1.*

Non audemus inferere aut comparare nos quibusdam, qui seipsum commendant, sed ipsi in nobis nosmetipsos metuentes, & comparantes nosmetipsos nobis. *2. Corinth. 10.*

Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. *ibid.*

Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat (& etiam parva.) *Iacob. 3.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

A Nimadvertendum est, non solum rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus lutosus esse posse jactantiam, & eò periculosiorem, quò sub specie servitutis Dei. *Augustin. de verb. Domini in monte.*

Jactantia non est vitium laudis humanæ, sed vitium animæ perversæ, amantis humanam laudem spreto testimonio conscientiz. *Idem lib. 12. de Civitate Dei.*

Hostes ad rapinam provocat, qui suas eorum notitiz divitias denudat. *Gregor. in moral.*

Si vis sublime ostendere virtutis, noli sapere sublime: & tunc illud, quod egeris, esse monstrabis excellius. Noli te putare quicquam fecisse quum feceris, & plenissimè cuncta fecisti. *Chrysost. super Matth.*

Dum causa jactantiz pauper pascitur, etiam ipsum misericordiz opus in peccatum convertitur. *Isidor. de summo bono. lib. 3.*

Occulta, quod agis, in quantum vales: quod si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostentatione ulla temeritas. *Idem de conflict. vitiorum.*

Mirabile jactantiz genus: ut non possis putari sanctus, nisi sceleratus appareas. *Bernhard. super Cant. serm. 1.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nihil est quod magis diminuat laudis præconiū, quàm suos assiduè jactare successus, & singulis diebus anni vendere diem unum. Legitur de Mario, quòd cum plurima fecisset egregiè, una sui jactatione gloriam famæ perdidit, & quia sibi præsumpsit ascribere, quod ex ore alieno captare debuerat, publicæ commendationis vota demeruit. *Valer. Max. lib. 2.*

§ APOPHTHEGMATA.

Dogenes puero cuidam, qui vellet se recipi in numerum discipulorum Diogenis, ac diceret se excellere ingenio, respondit: si ad eò excellis ingenio, optimisq; moribus præditus jam es, non est quod me præceptore ad vitam necessaria discas. Notavit autem inanem adolescentis jactantiam, & indignū putavit, ut philosophiæ studio educaretur. *Brusson. lib. 3. ex Laert.*

Aristoteles admonēbat suos, ne nimium se laudarent ipsos, nec vituperarent etiam. Laudare enim seipsum, vani: vituperare, stulti est. *Brusson. lib. 3. ex Stob.*

Lacosthenes quum Athenienses ad inferendū reliquæ Græciæ bellū assiduis stimulis concitaret, ac de se multa variaq; jactaret, Phocion ait: Cupressis sunt planè similes sermones tui. illi enim magni sunt: nec tamen altos ferunt fructus. *Plut. in Pho.*

Veregrinus quidam Spartiæ crepidatus, altero pede stans rectus, ad Laconem dixit, nequaquam puto te ò Lacon, tantum temporis, quantum ego in pede uno peristare posse: Urbanè excipiens Lacon, mihi inquit, sed ex anseribus nullus est, qui hoc non possit. *Plut. in Lacon.*

Philippus cum minaretur *Lacedæmonois* per literas, diceretq; se omnia quæ conarentur prohibiturū: *Lacedæmonii* jactantiam eius irridentes, interrogarunt Philippum, num mori etiam eos esset prohibiturus? *Plut.*

Quum *M. Livius* sibi postularet acceptum ferri, quòd *Fabius* cœpisset Tarentum: videlicet quòd in arce præsidium: habuisset: cæteris jactantiam hominis deridentibus: Vera (inquit *Fabius*) narras: nam nisi tu civitatem amisisses, nequaquam ego recepissem. *Plut. in apoph.*

Ciceroni jactanti apud *Vatinium*, quòd humeris Reipub. de exilio advectus sit, urbanè respondit: unde tibi varices? *Brusson. lib. 3.*

Sylla factus prætor, quum indignabundus *Cæsari* sua in se illū potestate usurum esse dictitaret: ridens *Cæsar*, rectè, inquit, tuum putas esse magistratum, quem tuis habes pecuniis comparatum. *Plut.*

Augustus quempiam saxo in expeditione percussum, ac notabili cicatrice in fronte deformem, nimium tamen sua opera jactantem, sic leviter urbanèq; castigavit: at quum fugeres, inquit, nunquam respexisti? *Brusson. lib. 3.*

§ SIMILITUDINES.

SToici qui se dicunt invictos, imperterritos & cætera: cum omnia secus patiantur, similes sunt navibus quibus inscriptū est, in-

est, *ἐν πλοία & ἀστρονομία ἔασα, ἡ ἡεροπέεια*, hoc est splendidi, ac magnifici tituli: at nihilo secius interim jactantur fluctibus continuantur, ac subvertuntur. *Plut.*

Gallus victor illicō cantu superiorem sese testatur: ita quidam sua facinora jactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt iudicines. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Jactantia exempla: Pharaō, *Exod.* 5. v. 2. Gaal filius Obed. *Iudic.* 9. v. 18. Goliath, 1. *Sam.* 17. 8. Absalom, 2. *Sam.* 15. 4. Adonias, 1. *Reg.* 1. 5. Roboam, 12. 10. 14. Jezabel, 19. 2. Benadad, 30. 10. Rabaces, 2. *Reg.* 18. 33. 2. *Paral.* 32. 13. *Esaie* 36. 18. Holofernes, *Iudic.* 6. v. 1. 2. 3. Aman, *Esth.* 5. 11. Rex Assyriorū, *Esa.* 10. 13. Babyloo, 14. 13. & 47. v. 7. 8. Moab, *Ierem.* 48. v. 29. 30. Tyrus & Rex Tyri, *Ezech.* 27. v. 3. & 28. v. 2. Pharaō Rex Egypti, 29. v. 3. 9. Chaldæi, *Daniel.* 2. 4. Nabuchodonosor, 3. 14. & 4. 27. Israhelites, *Amos* 6. 13. Edom, *Abd.* v. 3. Ninivites, *Soph.* 2. 15. Seron, 1. *Macch.* 13. 13. 14. Demetrius, 10. 70. Nicanor, 2. *Macch.* 88. 11. Antiochus, 9. 4. Pharisei & Sadducei, *Matth.* 3. 9. *Luc.* 3. 8. 10. 8. 39. Diabolus, *Matth.* 4. 9. *Luc.* 4. 10. Pseudopropheta, *Matth.* 7. v. 12. dives Adolescens, 19. 20. *Marc.* 10. 20. Filii Zebedæi, 20. v. 22. *Marc.* 10. 39. Petrus & reliqui Discipuli, *Matth.* 26. v. 33. *Marc.* 14. v. 29. 31. *Luc.* 22. 33. *Ioan.* 13. 37. Legisperitus, *Luc.* 10. 29. Pharisæus, 18. v. 10. 12. Principes, v. 21. Judæi, *Ioan.* 7. 27. & 8. v. 33. 39. 41. & 9. 28. *Actor.* 23. 12. Pilatus, *Ioan.* 19. 10. Simon Magus, *Actor.* 8. v. 9. Pseudoapostoli, *Galat.* 6. v. 13. Jactantia pœna, 1. *Sam.* 1. v. 10. 14. 15. Jactantia bona, *Ierem.* 9. v. 24.

¶ EXEMPLA PROFANA.

A Lectrionem ducem Philippi regis, Chares Atheniensis confecerat: cuius facti, cum nimium crebro nimisque insolenter apud populum Atheniensem meminisset, vulgò usurpari cœpit proverbio, in jactabundos, *φιλιππου ἀλεκτροῦν*. *Eras. in Adagiis.*

Adolescenti cuidam jactanti, sese dum Rhodi esset admirabile fecisse saltus, quidam ex auditoribus, interpellato sermone, *ἰδοὺ ῥόδῳ*, inquit, *ἰδὲς πῆδη, ἄγε*, id est, Ecce Rhodus, ecce saltus. *Eras. in Adagiis.*

Phocion quidam peripateticus libro suo titulum fecit *εἰρεος ἀμυθῶν* teste Gellio. Plinius idem ostendit, Græcos aliquot hanc inscriptionem, nimis arrogantem suis commentariis imposuisse, tanquam nihil in eis non contineretur, & quidvis inde peti, atque accipi possit. *Idem.*

Μυκῆος Sacerdos quispiam fuit Dianæ gloriosus, & magniloquens, qui se fingebat omnia mirari: hinc in superbos & gloriabun-

JA

JACTANTIA.

riabundos, dici consuevit, Papæ Myxus, *Erasmus in Adagiis.*

Simonides canitenarum conditor, cum Lacedæmoniorum rex *Pausanias*, qui perpetuò res suas gestas jactabat, juberet joculariter, ut sibi præceptum aliquod sapiens daret: postquam hominis insolentiam advertit: Ut meminisset, consulebat, hominem se esse, *Plut. in oratione consol. ad Apollonium.*

Socrates Alcibiadem intuitus, ob divitias inflatum, & superbientem opibus prædiisque, in quendam locum duxit, in quo suspensa erat cosmographica tabula, terræ circuitum complexa: jussitq; Alcibiadem, Atticam in ea inquirere: quam ut invenit: sua etiam prædia inspicere præcepit. Quæ cum Alcibiades nesciam esse picta diceret: cur igitur *Socrates* inquit, ob illa superbis, quæ circa nullam terræ partem existunt? *Erasmus in apoph. ex Ælian. lib. 3.*

Vide Arrogantia, Ostentatio, Superbia.

IDOLOLATRIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. *Exod. 20.*

Non adorabis Deos eorum, nec coles eos, nec facies opera eorum. *Ibid. 23.*

Nolite converti ad Idola, nec Deos conflatis faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester. *Levit. 19.*

Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Oreb, de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem, masculi vel femine: similitudinem omnium jumentorum, quæ sunt super terram vel avium sub cœlo volatilium: atq; reptilium, quæ moventur in terra: sive piscium, quæ sub terra morantur in aquis: ne fortè elevatis oculis ad cœlum, videas Solem & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas. *Deuter. 4.*

Non plantabis lucum & omnem arborem juxtà altare Domini Dei tui: nec facies tibi atque constitues statuam, quæ odit Dominus Deus tuus. *Idem 16.*

Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. *Psal. 80.*

Quoniam omnes Dii gentium dæmonia. *Psal. 95.*

Cui ergò similem fecistis Deum? aut quam imaginem potestisei? Nunquid sculptile conflabit faber? aut artifex auro figurabit

figurabit illud, & laminis argenteis argentarius? *Esaie 40.*

Filioli, custodite vos à simulacris. *1. Ioan. 5.*

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. *Psalm. 96.*

Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. *Esaie 42.*

Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili: qui dicunt constabili, vos Dii nostri. *Ibid.*

Transite ad Insulas Chethim, & videte si factum est huiusmodi: si mutavit gens Deos suos. & certe ipsi non sunt Dii. Populus verò meus mutavit gloriam suam in Idolum. Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. *Ierem. 2.*

EXEMPLA SACRA.

Idololatrarum & idolatriæ exempla: Laban, *Genes. 31. vers. 30.*
 34. Ægyptii, *Exod. 12. v. 12. Ierem. 43. v. 13.* Aaron & Israëlita, *Exod. 32. v. 1. 2. & c.* Israëlita, *ibid. Psalm. 106. v. 19. 28. Num. 15. v. 1. 2. Iudic. 2. v. 11. 12. & 3. v. 5. 6. & 8. v. 33. & 10. v. 6. Tob. 1. v. 5. Esa. 57. v. 5. 6. Ierem. 2. v. 20. 28. & 7. v. 18. 31. & 19. v. 5. & 44. v. 15. 16. & 65. v. 11. 12. Amos 2. v. 8. & 5. v. 26. Soph. 1. v. 5. Osee 4. v. 13. & 12. v. 11.* Gedeon & Israëlita, *Iudic. 8. v. 27.* Philisthæi, *16. v. 23. 24. 1. Samuel. 5. v. 1. 2.* Michas, *Iudic. 17. v. 3. 4.* Saul, *1. Samuel. 28. v. 7.* Salomon, *1. Reg. 11. v. 4.* Jeroboam *12. v. 28.* Micha mater Afa, *15. v. 13.* Omri, *16. v. 25. 26.* Achab, *vers. 30. Jezabel, 21. v. 25. 26.* Ochozias, *2. Reg. 1. v. 2. 3. 2. Paralip. 22. v. 3. 4. Jehu, 2. Reg. 10. v. 28. 29.* Joachas, *13. v. 2.* Achaz, *16. v. 3. 4. 2. Paralip. 28. v. 3. 4. 24. 25.* Filii Israël, *2. Reg. 17. v. 7. 8. 9.* Senathërib, *19. v. 37.* Manasses, *21. v. 2. 3. 2. Paralip. 33. v. 2. 3.* Amasias, *25. v. 27. 28.* Roboam, *11. v. 15.* Nabuchodonosor, *Iudith. 3. v. 12. 13. Daniel. 3. v. 1. 2. 3. & c.* Holofernes, *Iudith. 3. v. 3. & 2.* Darius eiusque Sarrapæ, *Daniel. 6. v. 6.* Babylonii, eorumque Rex, *4. v. 2. 3. 23.* Antiochus, *1. Macchab. 1. v. 57. 58.* multi ex filiis Israël, *4. v. 43. 44.* Judæus quidam, *2. v. 23.* Lystrenses, *Act. 14. v. 11. 12. 13.* Athenienses, *17. v. 16.* Ephesii, *19. v. 25.* Idolatriæ puniæ exempla: Israëlita, *Exod. 32. v. 27. 28. Numer. 25. v. 6. 7. 8. 9. Iudic. 2. v. 13. 14. & 3. v. 7. 8. & 10. v. 6. 7. 1. Reg. 14. v. 15. 2. Reg. 24. Esa. 2. v. 9. & 65. v. 7. Ierem. 9. v. 23. 24. 25. & 16. v. 11. & 22. v. 9. & 44. v. 23. & 50. v. 2. Ezéch. 20. v. 24. & 36. v. 19. Osee 13. v. 3. Amos 3. v. 14. 15. Iudith 5. v. 18. Israël & Juda, *Osee 8. v. 13. 14.* Nadab & Abihu, *Levit. 10. v. 12.* domus Jeroboam, *1. Reg. 12. v. 31. 32. & 14. v. 15. & 15. v. 29. Baasa, 16. v. 2. 3. 4. Achab, 17. v. 1. & 21.**

JE

JEJUNIUM.

Et 21. v. 20. 21. 22. Sacerdote Baal, 18. v. 40. Ochozias, 2. Reg. 7. v. 3. 4. Jezabel, 9. v. 33. Machan, Sacerdos Baal, 11. v. 18. Sennacherib, 19. v. 37. Manasses, 21. v. 11. 12. 2. Paralip. 33. v. 11. Ruben cum fratribus, 1. Paralip. 5. v. 26. Ecclesia Judaica, 2. Paralip. 7. v. 19. 22. Maacha, 15. v. 16. Amasia, 25. v. 20. 27. Achaz & centum viginti millia bellatorum, 2. Paralip. 28. v. 5. 6. Samaria & Jerusalem, Ezech. 23. v. 9. Osea 10. v. 5. Ephraim, 9. v. 16. Et 12. v. 14. Sacerdotes Bel. eorumq; uxores & liberi, Daniel. 14. v. 20. Antiochus idololatra, 2. Macchab. 9. v. 28. Elymas, Actor. 13. v. 11. magnæ Meretricis sectatores. Apocal. 14. v. 10. Et 16. v. 2. Et 22. v. 5. De Aſaſciam legimus, quòd Micham matrem removerit à principatu ob idololatriam, 1. Reg. 15. v. 13.

Vide Religio.

JEJUNIUM.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Bona est oratio cum jejuniis & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere. Tob. 12.

Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domini. *1. Esdr. 4.*

Sanctificate jejunium (munda vita) vocate coetum (pauperum). *1. Esdr. 1.*

Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava: ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo, qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Math. 6.*

Humiliabam in jejuniis animam meam. *Psal. 34.*

Operui in jejuniis animam meam, & factum est in opprobrium mihi. *Ibid. 68.*

Genua mea infirmata sunt à jejuniis: & caro mea immutata est propter oleum. *Ibid. 108.*

Nónne hoc est magis jejunium quod elegi? Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, demitte eos qui contracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. *Esai. 58.*

Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. *Luc. 6.*

In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in vigiliis, in jejuniis, 2. Corinth. 6.

Qui

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lavatio illius? sic homo, qui jejunit in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem quis exaudiet? *Eccles. 34.*

Predicavi jejunium, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, universaq; substantiæ nostræ. *r. Esdr. 8.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Jejunium magnum & generale est: abstinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum jejunium. *Augustin super Ioannem.*

Jejunium purgat mentem, sublevat sensum, carnem spiritum subjicit, cor facit contritum & humilitatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit: castitatis vero lumen accendit. *Idem in serm. de jejuniis.*

Jejunium verborum non amat: divitiarum superfluitatem judicat: superbiam spernit: humilitatem commendat: præstat homini seipsum intelligere, quod est infirmum & fragile. *Idem ibid.*

Jejunia & elemosynæ orationem juvant. *Idem epist. 121.*

Jejunium humilitatis signum. *Idem epist. 167.*

Non in abstinentia solum ciborum jejunii bonum circumscribas: verum etiam jejunium est, malorum alienatio, &c. Carcem non comedis: sed comedis fratrem: abstinens vino: sed ab injuriis tibi non temperas. Vesperam expectas ad sumendum cibum: sed in sumis diem causis forensibus. Quid juvat jejunare corpore, anima vero innumeris malis repleti? *Idem ibid.*

Jejunanti color honestus est: non efflorescente lascivo rubore, sed pallore sobrio ornatus: oculus miris: compositus gressus: vultus cogitabundus: non luxurioso risu indecenter affectus: destituta sermonis: puritatis cordis. *Idem ibid.*

Bona continentia est modicum citrà necessitatem tempore cibi sumere: ut simul & cordi provideas, & occultos affectus etiam impugnes. *Atha. ibid.*

Jejunii labor compensatur mentis placiditate: levatur usu sustentatur oratio, aut fallitur negotio. *Ambros. de Offic.*

Non sanat oculos, quod calcaneo adhibetur: jejunio passionibus corporis, oratione postes sanandæ sunt mentis. *Hieron. super Marc.*

Tantum tibi jejuniorum impone modum, quantum ferè potes. Sint tibi pura, simplicia, casta, moderata jejunia & non superstitiosa: quid prodest oleo non vesci, & molestias quafdam

dam & difficultates ciborum quærere? *Hieronymus ad Nepo.*

Sic debes jejunare, ut non palpites & respirare vix possis, & comitum tuorum vel porteris vel trahâris manibus: sed ut fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in Psalmis, nec in vigiliis solito quid minus facias. *Idem ad Demet.*

Jejunium non solum perfecta virtus, sed cæterarum virtutum fundamentum est, & sanctificatio & pudicitia atque prudentia, sine qua nemo videbit Deum. *Idem ibid.*

Ardentes diaboli sagittæ jejuniorum & vigiliarum frigore restinguendæ sunt. *Idem ad Cel.*

Sine moderata & sancta in omni mentis humilitate jejunia, quæ ita attenuent corpus, non mentem elevent: ne humilitas gignat superbiam, & vitia de virtute nascantur. *Idem ibid.*

Jejuniis sic est adhibenda temperies: ut corpus nostrum nec saturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet. *Fulgentius ad Probum.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Jejunii veri publici exempla: Israëlita, *Judic. 20. v. 26. Joel 2. v. 12. 1. Macchab. 3. v. 46. 47. 2. Macchab. 13. v. 12.* Ninivita, *Jon. 3. v. 5. 7.* Israëlita, *1. Sam. 7. v. 6.* David cum suo exercitu, *2. Sam. 1. v. 11. 12. 1. Paralip. 10. v. 12.* Josaphat cum suis, *2. Paralip. 2. v. 3.* Populus redux è captivitate Babylonica, *1. Esdra 8. 23. Nehem. 9. v. 1. Judæi, Esth. 4. v. 3. Judæi sub Josia, v. 16. sub Joacim, Ierem. 36. v. 9. Beruch, 1. v. 3. 4. 5. Bethuliani, Judith 4. v. 7. Ecclesia Antiochena, Act. 13. v. 2. 3. Ecclesia gentium, 1. v. 23. Jejunii privati exempla: Moses, *Exod. 34. v. 28.* David, *2. Sam. 3. 35. & 1. 2. 16. Psal. 35. v. 13. & 69. 11. & 109. 24.* Elias, *1. Reg. 19. v. 8.* Achab, *21. 27. Nehemias, Nehem. 1. 4. Judith, Judith. 8. 6. Esther, Esth. 1. 4. 2. Tobias, Tob. 2. v. 4. Daniel, Dan. 9. v. 3. Christus, Matth. 4. 1. Luc. 4. 1. Discipuli Joannis, Matth. 9. 4. Marc. 2. 18. Anna Prophetissa, Luc. 2. 37. Paulus, Act. 14. v. 23. 2. Cor. 6. v. 4. 5. Jejunii hypocritici exempla: Jezabel, *1. Reg. 21. v. 12. Achab, v. 27. Jejuniorum indolentium exempla: à Saule, 1. Sam. 14. 24. à Josaphat, 2. Paralip. 2. v. 3. à Ninivitis & eorum Rege, Jonæ 3. v. 5. 7. ab Esdra, Esdr. 8. v. 21. ab Esther & Mardocheo, Esth. 4. v. 16. Jejunii miraculosi exempla: Moses, *Exod. 24. v. 18. & 34. v. 28. Deut. 9. v. 18. Elias, 1. Reg. 19. v. 8. Christus, Matth. 4. v. 1. Marc. 1. v. 12. 13. Luc. 4. v. 1.****

¶ EXEMPLA PROFANA.

Cavallus Magnus expeditione in Avars suscepta, ad Anisum fluvium triduanum jejunium, & Lytanas celebravit cum exercitu. *Rheginol. 2.*

Ludovici pii Imp. ægrotantis cibus erat solummodo per quatuor dragmas

raginata dies dominicorum corpus. *Aimonius libr. 5. cap. 29.*
Zenon Imperator, in electione episcopi Constantinopolitani,
 dixit quadraginta dierum jejunium *Niceph. lib. 16. cap. 18.*

Qui de sacra Domini mensa communicabant olim, antè &
 post sumptionem sacræ cœnæ jejunis & abstinentiis sese exer-
 cebant, teste *Chrysosto no cap. 11. prioris ad Corinth.*

Qui volebant sacris Isis initiari, illis jejunium decem die-
 rum indicebatur, teste *Apulejo lib. 11.*

Amphiaras summus vates, jussit sacerdotes, qui responsa cla-
 ra accipere & sincerè reddere vellent, integrum diem à cibo: à
 quo autem triduo abstinere. *Volaterran. lib. 13. cap. 4. Anthrop.*

Apud *Troæ Xenios* qui ad Aridalicaram rem divinam facerent:
 Deorum responsa expeterent, per integrum diem cibo: à vi-
 tu autem per triduum abstinebant. *Alexander ab Alexand. lib. 6.*
cap. 2.

¶ HIROGLYPHICA.

¶ Qui jejunum hominem ostendere volentes *Cephalum ex*
Mugilum genere translitoranum pingant: is enim non nisi
 dolore vescitur suo, quamobrem ipse semper jejunus: atque
 illa intestini gancæ adeò expetita suavitas, *νεσπεύς*, à Græcis
 appellatur, à nonnullis *Plotes*.

Vide Abstinencia.

IGNAVIA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Acedia est de virtutum laudabili exercicio utriusq; hominis
 languida dejectio. *Gregor. in homil.*

Acedia est animi quidam languor, quò legere non libet,
 nec non delectat, meditationes sollicitè non sentiuntur. *Idem*

Quò te acedia vel tædio afficere sentis, noli propterea diffi-
 dere atq; desistere à studio spirituali: sed juvenis require ma-
 gnam, trahi te post eam obsecrans. *Bernh. ibid.*

Acedia est quidam animi torpor, quo quis negligat aliqua
 bona inchoare, aut fastidit perficere. *Bernh. in serm. quodam.*

O homo imprudens, millia millium ministrant ei, & decies
 centena millia adsunt ei, & tu sedere præsumis. *Bernh. ibid.*

Vult & non vult piger. Piger vocabulo denotatur, qui vult
 cognare cum Deo, & non laborare pro Deo. delectant præmia,
 sed non pollicentur: deterrent certamina, quò jubentur. *Beda*
per Proverb. lib. 2.

Non dormientibus provenit regnum cœlorum: nec otio & desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur. *Lio Papa serm. de apparitione.*

Nemo securus esse debet in hac vita, quæ tota tentatio nominatur: ut qui potuit fieri ex deteriore melior, non fiat ex meliore deterior. *Augustinus confess. cap. 10.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Luxurioso fragilitas pœna est: pigro supplicii loco labor est: desidioso studere, torqueri est. *Seneca epist. 72.*

Non putant desidiosi posse fieri quicquam, quod facere non possunt, ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiam. Nam hæc, ad quæ imbecilles sumus, dura atque intoleranda credimus: tormenta reputamus vino carere, aut prima luce excitari: non ista difficilia sunt: sed nos fluidi & enerves sumus. *Ibid.*

Malè mihi esse malo, quàm molliter. Si mollis es, paulatim effœminatur animus, atque in similitudinem ori sui & pigritiæ, in qua jacet, solvitur: dormio minimum, & brevissimo somno utor, satis est mihi vigilare desuisse. Aliquando dormisse scio, aliquando suspicor. *Senec. 33. epist.*

Nihil agere, semper infelici est optimum. *Senec. in proverb.*

Demetrius vitam securam, & sine ullis fortunæ incurSIONIBUS mare mortuum vocabat. In otio inconcusso jacere non est tranquillitas malitia est. Attalus Stoicus dicere solebat: male, ut me fortuna in castris, quàm in delitiis habeat. *Senec. epist. 41.*

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Ovid. lib. I. de Ponto.

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus:

Vt capiant vitium ni moveantur aquæ.

Et mihi, si quis erat dicendi carminis usus,

Deficit, estq; minor factus inerte situ.

Seneca in Medea.

Fortuna fortes metuit ignavos premit.

Ovid. Heroid. Epist. 16.

Ad possessa venis, præreptaq; gaudia seras:

Spes tua lenta fuit, quod petis alter habet.

Boetius Metro. 6. lib. 4.

Ite nunc fortes, ubi celsa magni

Duxit exempli via, cur inertes

Terga nudatis? superata tellus

Sydera donat.

Plautus in Bacchid.

Sibi ne invidetur, ipsi ignavi rectè cavent.

DEmoc
rent

boribus
plissimu
futuro

Lyfano

pugnanc

quit, tim

Plutarch.

Themij

Olympic

hominer

ximi per

tum ludic

Scipio

ret: Rex

tiem vix

aliquid v

runt, pr

Eruſon. lib.

Nerius

nationem

est ignavi

Q. Meta

an mali l

partam v

Eruſon. lib.

M. Cat

nes malè

Sigifm

conomia

rent ex re

consumis

Archile

tanus

ostendi v

mittere.

viz, atq; t

Nabat

§ APOPHTHEGMATA.

D *Emocritus* interrogatus, qua re industrii ab inertibus differrent? respondit: qua impii à piis: spe nimirum bona. Laboribus quippe incumbens, suæ industriæ sperat præmium amplissimum: ignavus autem desperans, nullam habet bonorum futurorum spem, qua fulciatur. *Maxim. serm. 32.*

Lysander Lacedæmonis segniter Corinthiorum murum oppugnantibus, quum leporem fossa vidisset exilientem: eos, inquit, timetis hostes, quorū ignavia lepores in muris dormiunt. *Plutarch. in apoph.*

Themistocles Hieronem cum equitatu venientem ad ludos Olympicos, vetuit certamen spectare. Interrogatus autem cur hominem excluderet? non æquum esse respondit, ut is qui maximi periculi se socium nō præbuisse, ad communem conventum ludicraq; spectacula admitteretur. *Ælian. lib. de var. hist.*

Scipio cum in Alexandriam venisset, pedesq; urbem accederet: Rex autem cum aliis propter ignaviam corporisq; mollietiem vix incederet: *Scipio* ad Panætium ait: jam Alexandrini aliquid voluptatis & fructus ex nostra peregrinatione percipiunt. propter nos enim regem suum ambulantes videntur. *Bruson. lib. 3.*

Nævius quidam, cum iners socorsq; esset, festivè per anominationem *Scipio* in illum jocosus est: quid, inquit, hoc Nævio est ignavius? *Bruson lib. 3. cap. 12.*

Metellus dicere solebat: nescire se, an sua victoria plus boni, an mali Reipublæ attulisset! Notavit autem Romanorū post partam victoriam ignaviam, quæ multis malis januam aperuit. *Bruson. lib. 4.*

M. Catonis perfrequens fuit sententia: Nihil agendo, homines malè agere perdiscere. *Columell. lib. 12.*

Sigismundus Imp. cum ignavus ac otiosus homo foeneratores eo nomine plurimum laudasset, quod dormientes etiam pararent ex rebus lucrum: at tu, inquit, Imperator vigilando omnia consumis. *Æneas Sylv. lib. 4. comment. in res gestas Alphonsi regis.*

§ EXEMPLA PROFANA.

A *Rehilochum* poetam Lacedæmonii, quanquam genere Spartanus esset, urbe expulerunt, quod carmen scripserat, in quo ostendi videbatur: Satius esse in prælio arma, quam vitam amittere. nam eò doctrinæ genere arbitrati sunt, homines ignavia, atq; timiditatis plus habituros. *Falgosius lib. 6. cap. 3.*

Nabathæ servatum legimus: ut negligens, remissus & otio-

IG IGNAVIA. IGNOBILITAS.

fus, qui opes paternas ignavia minuisse, pœna multaretur. *Alexand. ab Alexand. lib. 3. cap. 13.*

Sardoa lex in otiosos constituta est, quæ pœnas ignaviæ & discordiæ infligebat: & unumquemque laborum, victus totiusque vitæ rationem reddere cogebat. *Alian. lib. 4.*

Apud *Argos*, si quis in re quærenda negligens foret & remissus: aut si desidiosum & segnem viderent: rationem unde victum quæreret, apud magistrum, qui loco censoris erat, reddere cogebatur. *Alexand. lib. 3. cap. 3.*

Cleopatra regina M. Antonium magnum illum imperatorem dubio adhuc Marte cum Augusto ad Actium pugnantem, suo exemplo ad turpissimam fugam incitavit. Conspicua enim fuga Cleopatræ, desertis illis, qui pro ipso certabant, quinqueremem conscendens insecutus est eam. *Plutarch. in Antonii vita.*

Ferdinandus IV. Castellæ rex, Alfonso filium hæredem & successorem instituit, Jacobo primogenito abdicato, quod contra Sardos rebellantes in Sardiniam à patre missus expeditionem Sardinia, simul & regnorum successionem recusasset. *Terrapha de regibus Hispan.*

¶ HIEROGLYPHICA.

A Pud multos *Asini* significatū est *ignavis*, quæ quidem cum omnibus sit nota, superfluum est eam latius explicare. *Pier. Valer. lib. 12. pag. 111. A.*

Expedita autem manus, & in propatulum prolata: ita opus autoritatem atque potestatem indicabat: contra verò, nihil hominem ignavum & otio disidiaque torpescens significare si vellent, *manus eius in sinum confertas effingebant*: qui porro status ignavissimi nebulonis est, cum præsertim Anaxagoras idcirco sapientissimum omnium animantium videri hominem dixerit quia manibus instructus foret. *Pier. Valer. lib. 35. pag. 330. D.*

Vide Otium, Pigritia.

IGNOBILITAS.

¶ APOPTHEGMATA.

A *Nisthenes* cuidam opprobranti, quod esset hybrida, hoc est, non è duobus ingenuis natus, sed ex patre Atheniensi, matre Phrygia: nec è duobus, inquit, luctatoribus natus, & tamen luctator sum. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Socrates malè audiens à quodam Atheniensi, quòd ex matre obscura natus esset, respondit: an putas virum præclarum

NON

non ex obscuris parentibus procreari posse? *ibidem.*

Softratus cuidam objectanti, quod ex ignobilibus prognatus esset parentibus: atqui, inquit, ob id ipsum debui magis laudari, & in admiratione esse, quod à me genus initium cœpit. *Anton. in Meliss. part. 2. serm. 79.*

Vide Nobilitas.

IGNOMINIA.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Quis honorem, quis gloriam, quis laudem, quis ullum decus tam unquã experit, quàm ut ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? *Cic. Partit. Orat.*

Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, contumelia tamen & dedecus magnoperè moveat. *Idem.*

§ EXEMPLA PROPANA.

Scribit *Plutarchus*, Anchoram ferream solitum fuisse Pausaniam cervicibus eorum, quos crudelius castigaret, subnectere, actorum diem ludibrio stare coegisse. *Theatr. Zwng. fol. 4315.*

Insignioris notæ censetur, si quis *Camelo* insidens, ac per urbem circumductus, visendum se omnibus præbeat, quod contumeliæ genus Byzantii in Arfacem Armenium prodicionis convictum, permisit quandoq; Imp. Justinianus. *Celins lib. 7. cap. 18.*

Plato de legibus jubet, τὴν κατελειπότα τὴν Φρυγίαν, id est, quæ excubias deseruisset, in foro propalàm describi, infamiæ notæque causa, tanquam is, quod in ipso erat, Rempublicâ omnem prodiderit loco relicto. *Erasmus in Adagiis.*

Vide Contumelia, Convitium.

IGNORANTIA.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Utsque quo imprudentes odibunt scientiam? *Proverb. 1.*

Ubi non est scientia animæ, non est bonum. *ibid. 19.*

Stultus in viâ ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. *Eccles. 10.*

Rex insipiens, perdet populum suum, & civitates inhabitantur per sensum prudentium. *Eccles. 10.*

Neminem diligit Deus, nisi cum, qui cum sapientia inhabitat. *Sapient. 7.*

Non crudietur, qui non est sapiens in bono. *Eccles. 21.*

Cor fati quasi vas contractum, & omnem sapientiam non tenebit. *Ibidem.*

Veroum Domini projecerunt, & sapientia nulla est in eis. *Ierem. 8.*

Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum agnovit quomodo oporteat eum scire. *1. Corinth. 8.*

Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *Esaia 5.*

Non enim est populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit eum: & qui formavit eum, non pareet ei? *Ibid. 27.*

Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. *Baruch 3.*

Quia tu scientiam repulisti, repellam te: ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum & ego. *Osee 4.*

Et populus non intelligens vapulabit. *Ibidem.*

Siquis ignorat, ignorabitur. *1. Corinth. 14.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Melius est nescire, quam errare: melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. *August.*

Pessimæ matris ignorantia, pessimæ item duæ filia sunt: scilicet falsitas & dubietas: illa miserior, ista miserabilior: illa perniciosior, ista molestior. *Idem ibid.*

Ordinis ignorantia conturbat negotiorum naturam, formamque meritorum. Statutis facere contraria, non est intelligere, sed ignorare. *Ambros. in Psalm. 118.*

Qui lucem videt, scit quid de tenebris æstimet, nam qui candorem lucis ignorat, etiam obscura pro lucidis approbat. *Gregor. in moral.*

Tollerabilius est Deo, quempiam cum ignorantia in humilitate jacere, quam cum elatione alta sapere. *Idem lib. 7. moral.*

Quum ignorantiam nostram cognoscimus, levius aliena onera toleramus: nunquam Deus mentem deserit, quæ in peccatis se veraciter cognoscit. *Idem lib. 1. moral.*

Non est parum scire, quod nescias: frustra sibi de infirmitate vel ignorantia blandiuntur, qui, ut liberius peccent, libenter ignorant, vel infirmantur. *Bernhard. super 13. grad. humil.*

Multa scienda nesciuntur, aut sciendi incuria: aut descendenda desideria: aut inquirendi verecundia & quidem huiusmodi ignorantia non habet excusationem. *Idem in epist.*

Utraque cognitio, Dei scilicet & tui, tibi est necessaria ad salutem: quia sicut ex noticia tui venit in te timor Dei, atque est

Dei notitia itidem amor: sic è contrà, de ignorantia tui superbia: ac de Dei ignorantia venit desperatio. *Bernhard. super Cant.*

Ignorantia sui, initium omnis peccati: ignorantia Dei consumatio omnis peccati. *Idem ibid.*

Hebetudo mentis est acuta rationis obtusio: carnalis incontinentiæ crassis sensibus inducta. *Hugo.*

¶ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Ovid. Heroid. epist.

Præterita veniam dabit ignorantia culpa.

Boetius Metro. 8. lib. 3.

Heu heu! quæ miseros tramite devio

Abducit ignorantia?

Non aurum in viridi queritis arbore,

Nec vitæ gemmas carpitis,

Non altis laqueos montibus abditæ

Vt pisce ducetis daper.

Nec vobis capreas si libet sequi

Tyrrhena captatis vada.

Ipsos quin etiam fluctibus abditos

Norunt recessus æquoræ,

Quæ gemmis nigræis nuda feracior,

Vel quæ rubentis purpura.

Nec non quæ tenero pisce, vel asperis

Præstant Echinis littora?

Sed quò nam lateat, quod cupiunt, bonum?

Nescire cæci sustinent;

Et quò stelliferum transabit polum

Tellure diversi petunt.

Horat. Satyr. 6. lib. 2.

Sed quod magis ad nos

Pertinet, & nescire malum est, agitamus: utrumve

Divitis homines, an sint virtute beati,

Quidve ad amicitias, usus, rectumve trahat nos,

Et quæ sit natura boni, summumque, quid eius?

Seneca in Octavia.

Inertis est nescire: quid liceat sibi?

Horat. in arte poëtica.

Descriptas servare vices operumque colores

Cur ego si nequeo ignoroque, poëta salutor?

Cur nescire pudens præve, quam discere malo?

Seneca in Oedipo.

Iners malorum remedium ignorantia est.

§ SIMILITUDINES.

UT morbus non celandus est, sed in publicum efferendus, quo sanari possit, ut dixit Heraclitus: sic inscitia non est tegenda. *Plutarchus.*

Sicuti vinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues facit, alios loquaculos, pro corporū habitu: ita eadem stulticia & ignorantia veri quosdam incitat ad studium pecuniæ, quosdam ad voluptates. *Aristot.*

§ EXEMPLA SACRA.

Ignorantiæ exempla: in Abimelech, *Genes. 20. vers. 4. 5.* Patre & matre Samsonis, *Judic. 14. v. 4.* Jonatha, *1. Samuel. 14. v. 27.* Saule, *26. v. 21.* ducentis Viris sequentibus Absalonem in seditione, *2. Samuel. 15. v. 11.* Israëlitis, *Baruch 3. v. 20. 21.* Pharisaïs, *Matth. 12. v. 6. 7. & 15. v. 14.* Luc. *6. v. 39.* Discipulis, *Luc. 9. v. 45. & 18. v. 34.* Ioan. *16. v. 17. & 20. v. 9.* Judæis, *Ioan. 8. v. 27.* Rom. *10. v. 2. 3.* Nicodemo, *Ioan. 3. v. 9. 10.* Sadduceis, *Matth. 22. v. 29.* Civibus & Principibus Jerosolymitanis, *Act. 3. v. 17. & 13. v. 27.* Atheniensibus, *17. v. 23.* Gentibus, *Rom. 1. v. 21.* Principibus huius seculi, *1. Corinth. 2. v. 8.* Mundi sapientibus, *15. v. 34.* Apostatis, *1. Timoth. 1. v. 7.* Paulo, *v. 13.* falsis Doctoribus, *2. Timoth. 3. v. 7.*

§ HIEROGLYPHICA.

Illud addendum ex Hesychio, *squamas ignorantia hieroglyphicum esse, quæ quidem operâ beneficioq; scientia excuti amoveriq; possunt.* Confirmat hoc *D. Apostoli historia Actorum Apostolic. cap. 9.*

Vide Sapientia, Scientia.

IGNOTA.

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Terent. in Heauton.

Omnia hec dum incipias gravia sunt, dumq; ignores: ubi cognoveris, facilia.

Ovid. lib. 3. de arte amandi.

*Quod latet ignotum est, ignoti nulla cupido:
Fructus abest, facies cum bona teste caret.*

Ovid

Ovid. lib. 3. de arte amandi.

Tu licet & Thamyram superes, atq; Orphea cantu,

Non erit ignota gratia magna lyra.

Si venerem Coss, nunquam perisset Apelles,

Mersa sub aquareis illa lateret aquis.

Consule præcedentem proximum locum de Ignorantia.

ILLUSIO.

§ EXEMPLA SACRA.

Illusionis exempla: Noë, *Genes. 9. v. 22.* Isaac, *21. v. 9.* Israël, *Exod. 1. v. 12. 13. 14.* Balzaam, *Num. 22. v. 28. 29.* Gedeon, *Judic. 8. v. 6.* Abimelech, *9. v. 54.* Saul, *1. Sam. 10. v. 27. & 31. v. 4. 1. Paralip. 10. v. 3.* David, *1. Sam. 25. v. 10. 2. Sam. 5. v. 6. & 6. v. 20. & 16. v. 7. 1. Paralip. 15. v. 28.* Amici Judæ, *1. Macchab. 9. v. 26.* Duo fratres, *2. Macchab. 7. v. 7. 10.* Illusionis toleratu difficilis exempla: Achab, *1. Reg. 21. v. 7.* Elisæus, *2. Reg. 2. v. 23. 24.* Sanaballat, *2. Paralip. 30. v. 10.* Nehem. *4. v. 1.* Tobias senior, *Tob. 2. v. 22.* Job, *Iob 2. v. 9.* Jeremias, *Iere. 20. v. 7.* Sedechias, *38. v. 19.* CHRISTUS, *Matth. 26. v. 68. & 27. v. 29.* Marc. *15. v. 29. 30. 31. 35.* Apostoli, *Actor. 2. v. 13.* Paulus, *17. v. 32.*

Vide Derisio & Illusio. Item Contemptus, Contumelia.

IMITATIO.

§ APOPHTHEGMATA.

Plades Hylam negligenter saltantem Oedipodem, hac voce castigavit, *σὺ βλέπεις*, id est, tu vides: quum ille Oedipodem jam cæcum exprimere debuerit. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Apelles, quum Alexander apud Ephesum conspectâ effigiem sui corporis ad vivum magna arte expressam admiraretur, atq; interim fortè equus inductus picto in eadem tabula equo hinc niret, deceptus imitatione: *Apelles*, equus, (inquit) ô rex, multò melius expressus est, quàm tu. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Cicero Pompejo vitio dabat, quòd civitate deserta Themistoclem potius, quàm Periclem fuisset imitatus: cum illis res nequaquam pares essent, his essent. Themistocles enim fugit ad Persas: Pericles mansit Athenis. *Plut. in Rom. apoph.*

Hadrianus sophista in convivio sophistarû, ad quos adhibitus

erat, tanquam egregii cuiuspiam arcani confors futurus, quàm sermo fuisset ortus de characteribus dictionis, & in quo quisq; præcelleret, & quid in quoq; porissimum imitandum esset: at ego, inquit, describam c. characteres, haudquaquã recensens inciliunculas, intellectulos, membra aut rhythmos: sed me ipsum mihi imitandum proponens, omniumq; inventa ex tempore proferens, flexu quodam orationis ac linguæ. Quid de hoc Hadriani dicto iudicandum sit, viderint Critici. Illud scio, Horatium, non temerè exclamasse, ò imitatores servum pecus! & hodie videmus quosdam, qui se totos addixerunt exprimendo Ciceroni, frigidos & elumbes evadere. *Erasm. lib. 8. apophtheg. ex Philostrato sophistis.*

§ SIMILITUDINES.

Qui omnia student exprimere, multa prava imitantur imprudentes: quemadmodum Aristorelis balburiam: & Platonis incurvos humeros familiares exprimebant. *Plur.*

Qui imitatur auctores, dabit operã, ut similis illis sit: quemadmodum filius similis est patri, non quemadmodum imago picta. *Seneca.*

Ut oscitant permulti, quòd oscitantem conspiciunt: ita quidam nullo certo iudicio ad suscipienda negotia permoventur, sed quidvis in aliis imitantur, ac referunt. *Erasmus.*

Tarandus omnium arborum & fruticum, locorumquæ in quibus latitat, colorem villis etiam imitatur: ita tutior erit, qui ad quamcunque gentem se contulerit: eius ritus ac mores imitetur. *Idem.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Imitationis præposteræ exempla: Judas, 1. Reg. 14. vers. 22. 23. Abia, 15. v. 3. Nadab, v. 25. 26. Baasa, v. 33. 34. Zambri, 16. v. 18. 19. Achab, v. 30. Joram, 2. Reg. 8. v. 16. 17. 18. Ochozias, v. 27. Jehu, 10. v. 31. Joachaz, 13. v. 10. 11. Zacharias, 15. v. 9. Amon, 21. v. 20. 21. Achaz, 2. Paralip. 28. v. 1. 2. Infideles, Psalm. 49. v. 15 & 78. v. 57. Judæi, Matth. 23. v. 33. 34. Luc. 3. v. 7. Actor. 7. v. 51. & 19. v. 13. Iude, v. 11. Imitationis bonæ exempla: Josaphat, 1. Reg. 22. v. 43. Ezechias, 2. Reg. 18. v. 5. 6. Josias, 22. v. 1. 2. David, Psalm. 119. v. 14. 15. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Ninivitarum, Iona 3. v. 10. Thessalonicenses, 1. Thessal. 1. v. 6. & 2. v. 14.

§ EXEMPLA PROFANA.

P. Scipio Africanus Cyrum Xenophontis: C. Jul. Cæsar Alexandrum Magnum: Selimus Turcarum princeps Cæsarem imitatur. *Theatr. Zuing. fol. 380. p.*

Alexan.

Alexander Magnus sorori Thaidis infantiam in Persepoli arce incendenda imitatur. *Theatr. Zuing. fol. 3804.*

Hipparchum *Visistrati* F. doctissimum principem Athenienses secuti sunt in doctis hominibus observandis atq; colendis. *Elia- nus lib. 8.*

Syracusani plerique *Dionysium* tyrannum, *Platonis* discipulum factum, incredibile studio imitari sunt: ita ut Tyrannidis sedem pulvis occuparet, præ iis qui Geometriæ operam dabant. *Plutarchus in Dione.*

Antiochum *Syriæ* regem luxuriosissimū milites imitari sunt: aureis crepidas subnectentes, argenteaque vasa ad usum culinæ comparantes, & tabernacula textilibus sigillis adornantes. *Valer. Max. lib. 9. cap. 1.*

Antisthenes Atheniensis à *Socrate* præceptore tolerantiam edoctus, *Cyrticam* sectam condidit. *Laert. lib. 5.*

Plato *Socratem* usq; ad eò suis scriptis imitatus est: ut junior *Socrates* passim, etiam ab *Aristotele*, appellatus fuerit. *Theatr. Zuing. fol. 3804.*

Arbogastus *Argentinen*sis episcopus in agone petiit, ut juxta patibulum ad imitationem *CHRISTI* sepeliretur: pio fortasse zelo, sed indiscreto. *Balæus centuria 14. cap. 81. ex Cosmographia Munsteri & Bruschio.*

Celestinus V. Pontifex a fello insidens, *Christi* humilitatem æmulatur. *Theatr. Zuing. fol. 3803.*

IMPATIENTIA.

§ EXEMPLA SACRA.

Impatientiæ & murmuris exempla: *Sara*, *Genes. 16. v. 5.* *Israëlitæ*, *Exod. 5. v. 21. & 14. v. 11. & 16. v. 3. & 17. v. 2. 3. & 32. v. 1.* *Numer. 11. v. 1. & 13. v. 31. & 14. v. 1. 2. & 16. v. 41. & 20. v. 3.* *Ios. 9. v. 18. 1. Corinth. 10. v. 10.* *Judas. v. 16.* *Achitophel*, *2. Sam. 17. v. 23.* *Seba*, *20. v. 1. 2.* *Aman*, *Esth. 3. v. 6.* *Elius*, *Iob 32. v. 2.* *Nabuchodonosor*, *Daniel. 3. v. 13.* *Exercitus*, *1. Macchab. 11. v. 39.* *Herodes*, *Matth. 2. v. 3.* *Operarii*, *20. v. 11.* *Principes Sacerdotum & Scribæ*, *21. v. 15.* *Pharisæi & Scribæ*, *Luc. 5. v. 30. & 15. v. 2. & 19. v. 7.* *Ioan. 6. v. 41. & 7. v. 32. & 9. v. 28.* *Prodigi fratres*, *Luc. 15. v. 28.* *Græci*, *Actor. 6. v. 1.*

Vide titulum de Patientia.

IMPERA-

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Imperatores appellandi sunt, quorum virtute & consilii felicitate maximis periculis servitutis atq; interitus liberati sumus. *1. 4. Philip.*

In summo Imperatore, quatuor hæ virtutes inesse debent: scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas. *Pro lege Manil.*

Hæ sunt virtutes imperatoris: labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo. *Pro lege Manil.*

Non solum bellandi virtus in summo atq; perfecto Imperatore quaerenda est: sed multæ sunt artes eximix, huius administrationis comitesq; virtutis. Primum quanta innocentia, quanta deinde omnibus in rebus temperantia, fide, felicitate, ingenio & humanitate Imperatores esse debent? *Pro lege Manil.*

Refrænet primum libidines, iracundiam teneat, spernat voluptates, coercet avaritiam, cæteras animi labe repellat: tum incipiat aliis imperare, cum ipse improbissimis dominis dederit & turpitudini parere desierit. *Paradox. 5.*

Non potest exercitum is continere Imperator, qui seipsum non continet: frugi hominem dici, non multum laudis habet in Rege: fortem, iustum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem & mansuetum: hæ sunt regis laudes. *Pro lege Manil. Pro rege Deiotaro.*

§ APOPHTHEGMATA.

Pericles quotiescunque belli dux creatus esset, clamidem induens, apud se dicere consuevit: attende Pericles, quod gesturus es imperium in liberos, in Græcos & in Athenienses. *Plutarch. in apoph.*

Cyrus Clearcho, ne se in pugnae periculum admitteret adponenti, respondisse dicitur: jubetne regnum appetentem, regno me indignum ostendere. *Bruson. lib. 3.*

Antoninus Pius reprehensus, quod nonnullos accusatos absolveret, respondit: principatum non à pœnis aut suppliciis: sed à mansuetudine potius auspicandum esse. *Dion. Nicæus, & Xiphilinus in Antonini vita.*

Mecenas Augusti temporibus, quum esset consultatio de imperio iterum abrogando, in ea deliberatione interrogatus *Mecenas*, quid sibi videretur, respondebat: Regnum iustum & legitime recuperatum imprimis conducere rerum magnitudini. Quo dicto consulebat, justius esse, ut imperium deponeret Augustus,

Timoth-
toriam di
pacem. S

Plistave
reges Lac
trentur?

runt: po
Apollon
repossit?

ris. *Bruson*
Alcama

optimè r
fecerit. P

Agis à
mum exc
ferre imp

Idem a
adversari
cum mu

Ibidem.
Agefil
teat? dis
lentiam:

serm. 52.

Æ Gyr
mu
dicare A

specie in
Imperii
dis cons

Quid
bunt: u
mulacri

Valer. lib
Aqui
pluribu

Via

gustus, ac Rempublicam restitueret in statum pristinum. *Dion. Nicæus in Augusto.*

Timotheus quærenti quid inter imperatoriam artem & oratoriam discriminis esset? Idem respondit: quòd inter bellum & pacem. *Stobæus serm. 52.*

Plustarchus Leonide filius cuidam roganti, quàm ob causam reges Lacedæmoniorum non à priscis regibus cognomen sortirentur? quoniam, inquit, illi ducere, quàm regnare maluerunt: posteriores illis nequaquam. *Plut.*

Apollonius rogatus à Babylonix rege, quomodo tutò regnare posset? si multos, inquit, honoraveris: paucis verò credideris. *Brufon. lib. 3.*

Alcemenos Teleucris filius cuidam percontanti, quo pacto quis optimè regnum servare posset? si lucrum, inquit, non magni fecerit. *Plutarch. in Lacon.*

Agis à quodam interrogatus, quod disciplinæ genus potissimum exercitaretur apud Spartanos? scire, inquit, imperare, & ferre imperium. *Ibid.*

Idem apud Mantinæam quibusdam dissuadentibus, ne cum adversariis, quòd numero plures essent, confingeret *Agis* senior: cum multis, inquit, pugnet oportet, qui multis vult imperare. *Ibidem.*

Agésilas interrogatus, quas res Imperatorem habere oporteat? dixit: adversus hostes audaciam: ergà subditos benevolentiam: in oportunitate verò rationem & consilium. *Stobæus serm. 52.*

§ HIEROGLYPHICA.

Ægyptii sacerdotes, si vellent Imperatorem aut potentissimum quempiam Regem per institutas ab eis imagines indicare *Anguem in spiram collectum* faciebant, palatii cujusdam specie in voluminum medio statuta. Siquidem domus regia in Imperii totius centro sita esse debet: ut omnium æquè commodis consulatur.

Quidam hominem regni positum hieroglyphicè ita describunt: ut eum *manu serpentem comprimere* inducent, cujusmodi simulacrum est in nummo Aurelii Cæs. August. Pii filii. *Pier. Valer. lib. 15. pag. 139.*

Aquila Imperatorix quoq; majestatis hieroglyphicum esse pluribus ostendit. *Idem lib. 19. pag. 177.*

Vide Dux, Imperium.

IM

IMPERITIA, IMPERIUM.

IMPERITIA.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Terent. in Adelphis.

*Homine imperito nunquam quicquam iniustus
Qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.*

¶ APOPTHEGMATA.

Socrates intuitus adolescentulum divitem ac imperitum: En, inquit, aureum mancipium. *Stob. serm. 4.*

Vide Experientia, Ignorantia, Inscitia, Stultitia, Stupor.

IMPERIUM.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Plautus in Milite.

Facile est imperium in bonis.

Terent. in Adelph.

Nimum ipsius durus est, præter æquum & bonum.

Et errat longè mea quidem sententia,

Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius

Vi quod sit, quàm illud, quòd amicitia adjungitur.

Mea est sic ratio, & sic in animum induco meum.

Malo coactus qui suum officium facit,

Dum id rescitum iri credit, tantisper caret:

Si speras fore clàm, rursus ad ingenium redit:

Ille quem beneficio adjungas, ex animo facit,

Studet parreferre: præsens absensq; idem erit.

¶ SIMILITUDINES.

UT non debet sumere citbaram, qui canendi sit imperitus: ita non debet imperium sumere, qui non sit prudentia præditus. *Erasmus Rotherodamus.*

Ut ex igni & terra veluti necessariis, compositus est mundus juxta Platonem, terra soliditatem conferente, igni calorem ac formam: ita magna imperia non parantur, nisi misceatur cum fortuna virtus, & altera alteri sit auxilio. *Plut.*

Qui venantur bestias, induunt exuvium cervi: qui aucupantur aves, plumatis utuntur tunicis, caventq; ne tauris appareant in veste purpurea, rubra aut alba elephantis, quòd hoc colore irriterentur: sic qui velit feram nationem cicurare domareq; moribus ac vestitu, semet illi ad tempus accommodet necessum est. *Plutarchus.*

Ut mun-

IM

Ut mun-

hoc sparsi

se depugn

omnia: do

ret, aliisq

na tumul

bilitatem

sele. *Pluta*

Ut non

rem infu

Plutarch.

Agrip

est, pedib

gredi cre

Agrippa,

imperium

ducunt si

Ut ma

gnetem c

git. At in

Inje&

inexpugn

modò co

*Vide**Respub*

Imperu

lc, r. S

13. 14. 15.

2. Paralip

IM

Qui

nol

nobis pr

In ci

Ut mundus non erat mundus, minutionibus corporibus adhuc sparsim volantibus & elabentibus: solidioribus verò inter se depugnantibus, sed tempestatis, erroris, tumultus plena erant omnia: donec terra ex his accepta magnitudine, se ipsam fingret, aliisque in stabilem præberet sedem: sic magna imperia, plena tumultus, donec aucta potentia, etiam finitimis regibus stabilitatem præstat: ut terra cæteris elementis circumferentibus sese. *Plutarchus.*

Ut non queas cognoscere vas integrum sit necne, nisi liquorem infuderis: sic nec hominem, nisi imperium commiseris. *Plutarch.*

Agrippæ qui vocantur, quoniam præposterè nascuntur, hoc est, pedibus primùm emergentibus, malis auspiciis in vitam ingredi creduntur, magnoq; humani generis malo, ut Marcus Agrippa, & Nero: ita qui per nefas, ac simoniam irrumpunt in imperium, aut episcopatum (uti vocant) magnam pestem adducunt sibi suisq;. *Erasmus.*

Ut magnes ad se trahit omne ferrum, sed Æthiopicus magnetem quoq; alium ad se rapit: ita rex populum quò lubet, cogit. At ingens aliquis rex etiam regibus cæteris vim facit. *Idem.*

Injecto in oculos sago, leo sine ullo negotio capitur, alioqui inexpugnabilis: ita facillimùm est potentissimum etiam domare, modò cognitum sit illius ingenium. *Plin. lib. 8. cap. 16.*

Vide Imperator, Principes, Regnum & Rex, Respublica.

IMPETUS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Impetus heroici exempla: In Samone, *Judic. 15. v. 15. 16. Saulc, 1. Samuel. 11. v. 6. 7. &c.* Jonatha & Armigero eius, *14. v. 13. 14. 15.* Davide, *17. v. 50.* Amalsa, *1. Paralip. 12. v. 18.* Zacharia, *2. Paralip. 24. v. 20.*

IMPIETAS, IMPROBITAS.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quid Omnipotens! ut serviamus ei? & quid nobis proderit, si oravimus illum? *Iob 21.*

In circuitu impii arabulant. *Psal. 11.*

Inapius

IM IMPIETAS, IMPROBITAS.

Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis. *Proverb. 11.*

Abominatio est Domino via impii. *Ibid. 15.*

Longè est Dominus ab impiis. *Ibidem.*

Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. *Ibid. 18.*

Est & alia vanitas, quæ fit super terrâ: sunt iusti, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impii, qui ita securi sunt, quasi opera iustorum habeant: sed & hoc vanissimum iudico. *Eccles. 8.*

Similiter autem odio sunt Deo impius & impietas eius. *Sapient. 14.*

Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, ire post Deos alienos, quos ignoratis. Et venistis & stetitistis coram me in domo hac, in qua vocatum est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas. *Ierem. 7.*

Cunctis diebus suis superbit impius, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. *Iob 15.*

Os impiorum operit iniquitas. *Proverb. 10.*

Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos. *Ibid. 12.*

Anima viri impii desiderat malum, non miserabitur proximo suo. *Ibid. 21.*

Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio. *Ibid. 15.*

Cor iniqui inquirit mala: cor autem rectum inquirit scientiam. *Ibid. 27.*

Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia. *Ibid. 28.*

Et si impius fuero, vix mihi est: & si iustus, non levabo caput, saturatus afflictione & miseria. *Iob 10.*

Quia in diem perditionis servatur impius, & ad diem furoris ducetur. *Ibidem 21.*

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui. Quoniam declinaverunt in te mala. *Psalms. 20.*

Vindicta carnis impii, ignis & vermis. *Eccles. 7.*

Vix vobis viri impii! qui dereliquistis legem altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. *Ibid. 4.*

Omnia

IM

Omnia
à maledictione
Vix impii
Esaia 3.
Miseratio
sanctorum
dem 26.
Si aver
cundum
nunquid v

Sua que
que sce
conscienti
exq; furia
Cicer. pro R
Sua que
de sanitare
Non ob
gienda im
animo ven
quiescere.
Si qui sa
& munici
solas solici
dantur, à I
de Fimb.
Morre a
iudicii, hor
esse, & mu
preter e
de Legib.
Animi c
penæ timo
afficiantur
Si impie
fecerit, nu
Merunqu
deinde fern
si se indie
Omni
alis terror

Omnia quæ de terra sunt, in terram convertentur: sic impij à maledicto in perditionem. *Ibid.*

Væ impio in malum! retributio enim manuum eius fiet ei. *Esaie 3.*

Miseramur impio, & non discet justitiam facere. In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. *Ibidem 26.*

Si averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid vivet? *Exech. 18.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Sua quemq; fraus, & suus error maximè vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes conscientiaq; animi terrent. Hæ sunt impijs assidua domesticaq; furia, quæ dies noctesq; pœnas à sceleratissimis repetunt. *Cicer. pro Rosc. Amerino.*

Sua quemq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate ac mente deturbat. *In Pisonem.*

Non ob ea solum incommoda, quæ eveniunt improbis, fugienda improbitas est: sed multò etiam magis, quod cuius in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. *1. de Finib.*

Si qui satis opibus hominum contrà conscientiam sepi esse & muniti videntur: deorum tamen numen horrent: easque sollicitudines, quibus eorum animi noctesque diesque exeduntur, à Diis immortalibus supplicii causa importari putant. *Id. de Finib.*

Morte aut dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicii, hominum miseras ponderamus: quæ fateor humana esse, & multis bonis viris accidisse. sceleris autem pœna tristis: præter eos eventus, qui sequuntur, per se ipsa maxima est. *Id. de Legib.*

Animi conscientia improbi semper cruciantur, tum etiam pœnæ timore: qua aut afficiuntur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando. *2. de Finib.*

Si impietas improbè molita quidpiam est, quamvis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id fore occultum semper. Perunquè enim impiorum facta primò suspicio insequitur: deinde sermo atq; fama: tum accusator, tum iudex: multi etiam ipsi se indicant. *1. de Finib.*

Omniis quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis talis terror impendet. *4. Tusc.*

IM IMPIETAS, IMPROBITAS.

Improbo nemini bene potest esse. *Paral. 2.*

Impii pœnas luunt, non tam judiciis (quæ quondã nusquam erant, hodiè multifariam nulla sunt) quàm angore conscientiz, fraudiq; cruciatu. *1. de Legib.*

Impiis apud inferos sunt pœnæ præparatæ. *2. de Invent.*

Impii apud inferos pœnas luunt. *Philip. 1. 4.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

EX GRÆCIS COMICIS.

Ἄνθρωπος πονηρὸς δυστυχὸς καὶ εὐτυχῆ.

Miser est vir improbus, felix licet.

Θεὸς δὲ ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.

Deus male audit ob beatos improbos.

Καὶ ζῶν ὁ φάσλος καὶ θνῆτων καλὰ ζεται.

Vivens mortuusq; plectitur improbus.

Ἄνδρος πονηρῆ πλάγχθον οὐ μελάσεται.

Haud molliuntur viscera improbi viri.

Ἄκουστέ τῶν ἐστὶν ἡ πονηρία.

Audite monita non solent ulla improbi.

Ἐαυτὸν ἐδῆς ὁ μελογοῖ κακοῦργος ὢν.

Haud esse quisquam se fatetur improbum.

Φασὶν κακίετες οἱ πονηροὶ τοὺς καλῆς.

Ab improbis probi vocantur pessimi.

Ὡς ἔρεθον εὐ ζῆν ἐν πονηροῖς ἠθεοῖν.

Quis moribus bene vivere queat in malis?

Πονηρὸν ἀνδρὸς μηδὲ ποτε ποιεῖ φίλον.

Adjunge amicum, ne tibi vitum improbum.

Ἄνδρος πονηροῦ φεύγε σιωδῆσαι αἰεὶ.

Κακῶ σιωπῶν ἀνδρὶ μηδὲ ὄλωσ ὀδύπορε.

Ne cum viro inquam carpite vitam improbo.

Τὸν δόλιον ἀνδρὸς φεύγε παρ ὅλων τῶν ζῶν.

Vitam per omnem, quæ doloſus est, fuge.

Κακοῖς ὁμιλῶν, καὶ κατὸς ἐκβήσῃ κακός.

Consortium te reddet improbi improbum.

Φθείρουσιν ἢ θη γρηῶδ' ὁμιλοῦ κακῶ.

Mores bonos congressus inquinat malos.

Ἦδη πονηρὰ τῶν φύσιν διεσπέφει.

Pervertitur natura pravus moribus.

Q Uem
sepre
tius ad se
Plutarch.

U pul
rebus pest
respectus.

I Mporu
tiquior

rao. Geneſ
Hebr. 1. 2. v.
7. 10. Phar

10. 7. 1. 2.
Iſue 7. 2. 4
3. 4. 21. A

1. Sam. 4.
Saul, 31. 4
Abſolom.

Aduram,
2. Reg. 1. v.
ram, 9. 2. 4
Sennache

Aman, Eſt
das Galila
rodes, 1. 2.
& Occiſio

Ad
Dej

C Heoper
critica

Diagora
enit, vocat
ab Atheni
cicantibus

Κησις πονηροῖς ἐπὶ ἀλώσει λόγους.

Non vulneratur improbis verbis probus.

Δύσμορφος εἶναι μᾶλλον ἢ καλός.

Deformis esse malo quàm pulcher malus.

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum Cæcias ventus, contrà aliorum ventorum septentrionalium naturam nubes non à se pellit, sed potius ad se attrahit: ita quoque improbitas probra ad se attrahit. *Plutarch.*

Ut pulegium ipso brumæ die floret, cùm marcent omnia: ita rebus pessimè vexatis regnânt mali, quorum in pace nullus est respectus. *Plin. lib. 18. cap. 25.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Impiorum interitus & pœnæ Exempla: Cain, *Genes. 4. v. 11.* Antiquior mundus diluvis deletus, *7. v. 17. 21.* Cham, *9. v. 25.* Pharaon, *Genes. 12. 17.* Gomorrhita & Sodomita, *19. 24.* Esau, *25. v. 53.* *Hebr. 12. v. 16.* Hemor & Sichem, *34. v. 25.* Her, *Genes. 38. 7.* Onan, *v. 10.* Pharaon & Ægyptii, *Exod. 14. 27. 28.* Nadab & Abihu, *Levit. 10. v. 1. 2.* Core, Dathan, & Abiron, *Numer. 16. v. 31. 32.* Achan, *Iosue 7. 24.* quinque Reges, *18. 26.* Adonibezech, *Iudic. 1. 6.* Sisara, *4. 21.* Abimelech, *9. 53.* Beniamita, *20. 46.* Ophni & Phinées, *1. Sam. 4. 17.* Agag, *15. v. 32. 33.* Goliath, *17. 50.* Nabal, *25. v. 38.* Saul, *31. 4.* Oza, *2. Sam. 6. 7.* Amnon, *13. 28.* Achitophel, *17. 23.* Absolom, *18. v. 14.* Seba, *20. v. 22.* Joab, *1. Reg. 2. 34.* Semei, *v. 46.* Aduram, *12. v. 18.* Jeroboam, *13. v. 4.* Achab, *22. v. 34.* Ochofias *2. Reg. 1. v. 2 3. 4.* quadraginta duo pueri, *2. 24.* Giczi, *5. v. 27.* Joram, *9. 24.* Jezabel, *v. 33.* Mathan Baalita, *11. v. 18.* Azarias, *15. 5.* Sennacherib, *19. 37.* Sedechias, *25. 7.* Holofernes, *Iudith. 13. v. 8. 9.* Aman, *Esth. 7. 10.* Judas Iscariotes, *Matth. 27. 5.* *Act. 1. v. 18.* Judas Galilæus Pseudopropheta, seditionis autor, *Act. 5. v. 37.* Herodes, *12. 23.* Antiochus, *2. Macchab. 9. 8. 9.* Vide HOMICIDIUM & Occisionis exempla, ex quibus patebit verum esse illud.

Ad generum Cereris sine cede & sanguine pauci

Descendunt Reges. & sicca morte tyranni.

§ EXEMPLA PROFANA.

Cheops Ægypti rex templa omnia obseravit, ne populus sacrificaret Diis. *Herodot. lib. 2.*

Diagoras Melius, Philosophus & Poëta, qui Olymp. 88. emicuit, vocatus Atheos, à Mysteriis homines avocabat. Quere ab Atheniensibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt interficientibus cum. *Suidas.*

IM IMPIETAS, IMPROBITAS.

Iulianus Imp. non modò ipse ad gentilium vanitates à vera religione descivit: sed etiam subditis, ut idem facerent, suasit. Obtemperantes honoribus & dignitatibus & beneficiis cumulavit: iisq; permisit, quicquid vellent, contrà Christianos agere. *Sozom. lib. 5. cap. 17. Socrates lib. 1. cap. 13.*

Phanias servus Hierosolymitanus dæmoni sese mancipavit dato chirographo, idq; consilio Magorum: ut saltem heri sua filia potiretur. Attandem precibus Basilii, & conversus est, & chirographum datum dæmonibus recipit in publico ecclesie consensu. *Marul. lib. 3. cap. 12.*

Iuliani Imp. Thesaurarius, cum in gratiam Imp. à fide defecisset, sanguine ex toto corpore per os emisso (conspicatus enim vasa in templo: en qualibus vasis, dixit, ministratur Mariæ filio (miserrimè periit. *Theodoretus lib. 3. cap. 13. Sozom. lib. 5. c. 1. Nicep. lib. 10. cap. 29.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Memorabile est illud Ægyptiorum documentum, quo illi sceptrum regia in summa parte Ciconia capitibus insignita faciebant, fluvialis equi ungulis in imum appensis, ex eo innuere volebant, amplexandam, colendam, suscipiendamq; esse pietatem, gratumq; animum ingrato præferendum. Impietatem vero, cuius hieroglyphicum est Hippopotamus, pessundandam. Amphibium enim animal hoc, patrem solet de matris coitu, quem affectat, male mulctare. *Pier. Valer. lib. 17. pag. 158. A. & lib. 23. pag. 271.*

Sepia piscis etiam improbitatis est hieroglyphicum. quod tamen symbolum Plutarchus libro de educatione, ita interpretatur: ut subostendere dicat, commercium cum improbis non habendum: eos scilicet qui à virtute ad turpitudinem se recedant, fugiendos. Nam & apud Romanos nigrum vel atrum pro vitiis moribus perniciosis ac infamibus accipitur, hinc illud vulgatum: *Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto. Pier. Valer. lib. 28. pag. 265. A.*

Anser in vaticiniis & rerum aliarum elogiis improbitatem quandam præ se ferre videtur. Hinc Homerus in somnii prædicatione, procos per *Anseres* innuit: eiusque inauspicata garrulitas, & à Vergilio & à Propertio quibusdam vitio data. *Pier. Valer. lib. 24. pag. 225. C.*

Vide Malitia.

I M P U

IMPUDENTIA.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Impudentiæ exempla: Rachel, *Genes. 30. v. 1.* Nabal, *1. Sam. 25. v. 10.* Juda, *Esaiæ 3. v. 8.* Pseudopropheta, *Ierem. 8. v. 12.* Antichristi, *Daniel. 8. v. 23.* Judas, *Matth. 26. v. 49. Ioan. 18. v. 5.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Homericos Achilles Agamemnonem κύνωπι appellat, id est, canino aspectu, & apud eundem:

Κύνος ὄμμασι' ἔχων, καρδίην δ' ἐλάφοιο.

Id est,

Canis habens oculos, cor Cervi.

Impudentiam significans cum timiditate conjunctam. *Eras. Adagis.*

Aristogiton orator Atheniensis, ob impudentiam canis vocatus est. *Volat. lib. 3. cap. 4. Antrop.*

Vatinius qui bis à Cæsare sibi reconciliato in judiciis publicis defensus est, impudentissimus fuit. Assiduo enim, ut *Seneca*, ait, convicio depudere didicerat.

C. Casar Caligula immanissima facta, augebat atrocitate verborum. Nihil magis in natura sua laudare se ac probare dicebat, quàm (ut ipse verbo utar) ἀδίατες ψίω, id est, inverecondiam. *Suetonius.*

Mosynæ in Ponto in propatulo cum mulieribus concumbebant, spectantibus quibuscunq; *Diodor. lib. 14.*

Alexander VI. Pp. spurios suos non dissimulato nomine Nepotes, ut reliqui: sed Filios appellare consueverat. *Guicciardinus lib. 1.*

Penelopes Procos *Odyssææ φ.* putabat si ab *Ulyssæ* mendici habitu in arcu extendendo superarentur: non pudebat autem (quod illis *Penelope* objicit) *Ulyssis* absentis bona absumere.

Fuit *C. Fimbria* perditissimæ audaciæ homo, & ad quodvis factus designandum accommodatissimus, qui *Crassum* interemit, quique in funere *C. Marii Q. Scævola* virum ornatissimum & sanctissimum vulnerandum curavit: & ubi ferrum non alè in corpus descendisse accepisset, diem illi dixit. Admittentibus cunctis, quòd *Pontifex Maximus* optimum totius civitatis civem accusaret, & crimen expectantibus, dixit, se illum accusare, quod non totum telum corpore excepisset. *Cicero pro Roscio.*

IM IMPUDICITIA, INCESTUS.

§ HIEROGLYPHICA.

Canis hieroglyphicè *Impudentia* significatum est. Nam, ut apud Pollucem legimus, canis oculum habere dicitur is, qui nimio plus impudens est. *Pier. Valer. lib. 6. pag. 58. C. & 52. D.*

Simia quoque *impudentia* est hieroglyphicum. Ea si quidem partibus iis, quas verecundia occultari jubet, assidua sessione depilatis, natibusq; ita turpiter denudatis, improbum exhibet spectaculum. *Pier. Valer. lib. 6. pag. 58. F.*

Vide Pudor, Verecundia.

IMPUDICITIA.

§ APOPTHEGMATA.

Milites *Cæsaris* in Gallico triumpho, hos versiculos jactabant in *Cæsarem*:

Urbani servate uxores moechum calvum adducimess.

Auro in Gallia stuprum emisisti, hic sumpsisti mutuum.

Notabant, quòd in provincia agens, alienas uxores auro corrupit: Romæ non emerit, sed mutuum sumpsit, quòd etiam uxor ipsius male audisset. *Erasm. in apoph.*

Zeno ad adolescentem instantius impudentiusque, quam per ætatem conveniret quiddam inquirentem, accepto speculo: contemplare (inquit) te ipsum & dic deinde, num ei faciei congruant tales quæstiones? *Bruson. lib. 3. cap. 16.*

§ SIMILITUDO.

Panthera sic avida est excrementorum hominis: ut si in vase suspendantur altius, quam possit attingere, enecet sese, defatigati porrectu corporis: ita nonnullis quod est foedissimum, id dulcissimum est. *Erasmus.*

Vide Adulterium, Lascivia, Libido, Fornicatio.

INCESTUS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus, Ego Dominus Deus vestester. *Levit. 18.*

Turpitudinem patris tui & matris tuæ, uxoris patris tui fo-

102

toris tuæ, filix filii tui, & filix tuæ, nurus tuæ, uxoris fratris tui non discooperies. *Ibid.*

Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus: scelus operatus est. Vivus ardebit cum eis nec permanebit tantum nefas in medio veteri. *Ibid.* 20.

Qui dormierit cum noverca, & revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. *Ibid.*

Non accipiet homo uxorem patris sui: nec revelabit operimentum eius. *Deuter.* 22.

¶ EXEMPLA SACRA.

Incestus exempla: Loth cum filiabus, *Genes.* 19. v. 36. Ruben cum concubina patris, 35. v. 22. Judas cum nuru sua Thamar, 38. v. 18. Amnon cum Thamar sorore Absalonis, 2. *Samuel.* 13. v. 14. Absalom cum concubinis patris sui, 16. v. 21. 22. Populus Israel, *Exech.* 22. v. 9. 10. 11. Amos, *Amos* 2. v. 7. Herodes cum Herodiade, *Matth.* 14. v. 4. *Marc.* 6. v. 18. *Luc* 3. v. 18. Corinthius cum noverca, 1. *Corinth.* 5. v. 1. 2. 3. Incestuum pœnæ exempla: Ruben, *Genes.* 49. v. 3. 4. Amnon, 2. *Samuel.* 13. v. 32. Absalom, 18. v. 14. Vide *Levit.* 20. v. 11. 12. 13. 14. &c.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Babyloniorum institutum fuit, ut cum parentibus filii, cum sororibus fratres coirent, atq; ex eis sobolem gignerent. In qua etiam sententia Chrysiptum fuisse Plutarchus asserit. *Alex.* ab *Alexand.* lib. 1. cap. 24.

Perfarum Magi censuere, *Socione lib.* 23. teste, justum videri cum filia & matre congressum. Attigit Catullus de Gelli incestu agens:

Nam magnus ex matre & gnato gignatur oportet:

Si vera est Perfarum impia religio.

Parthenius Parthorum reges non nisi ex matre & filio natos pro legitimis haberi asserit. *Theatr.* Zuing. fol. 2306.

Indos, Ethiopes ac Medos, Hieronymus librorum postremo, quos adversus Jovinianum edidit, non cum matribus solum, verum cum avis quoque ac filiabus concumbere scribit. *Theatr.* Zuing fol. 2306.

Arabibus alterius sanguinis congressus pro adulterio olim fuit. Sic humani Juris obliti, præter incestum, omnem Venerem pro flagitio repudiarunt. *Sabell.* lib. 6. cap. 1.

Assaon cum filiam Nioben stuprare vellet, illa filios eius in convivium adductos exussit: mox sese ex alta rupe præcipitavit, Assaon sua manu concidit. *Parthen.* in *Eroticis* cap. 33.

INCONSTANTIA.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Maximum indicium malæ mentis est fluctuatio, & inter simulationem virtutum, & amorem vitiorum assidua iactatio. *Seneca in Prov.*

Diversitas est vitium & signum vacillantis animi, ac nondum habentis vigorem suum. Nemo proponit sibi, quod velit: nec si proposuit, perseverat in eo, sed transilit: nec tantum mutat, sed redit: & in ea, quæ deseruit ac damnavit, revolvitur. Quid est sapientia? semper idem velle atque idem nolle. non potest idem semper placere, nisi rectum. Variatur quotidie iudicium & in contrarium vertitur: ac plerisque agitur vita per usum. *Idem in epist.*

Nec peregrinatione longa, nec locorum varietatibus tristitiam mentis gravitatemque discuties, animum debes mutare, non coelum: licet factum trajeceris mare: sequuntur enim te, quocunque perveneris, vitia. Quid miraris tibi peregrinationes non prodesse, cum te circumferas? premit te eadem causa, quæ expulit. Quid terrarum juvare novitas potest? quid cognitio urbium aut locorum? in irritum cedit ista iactantia. Onus animi deponendum est: non antè tibi ullus placebit locus. Vadis huc & illuc, ut excurias incidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius fit: sicut in navi onera immota minus urgent: inæqualiter convoluta citius eam partem, in quam incumbunt, demergunt. Quicquid facis, contrà te facis, & motu ipso noces tibi: ægrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci jucunda fiet: in ultimas expellaris terras licet, in quolibet Barbariæ angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscunque sedes erit. Magis quis veneris, quam quò, interest. Bene vivere omni loco positum est. *Idem in epist.*

Mutare loca, & in alium de alio transire nolo. Frequens migratio, instabilis est animi. Ut animum possis continere, primum corporis fugam siste: deinde plurimum remedia continuata proficiunt: sine desistere oculos tuos: sine aures assuescere sævioribus verbis: quoties processeris aliquid, quæ remanent, cupiditates occurrent. *Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Cleanthes cuidam reprehendenti Arcesilaum, quòd officia vitæ tolleret: desine, inquit, hominem vituperare. nam ille, licet dictis tollat officia: tamen factis commendat. Id audiens Arcesilaus: nò moveor, inquit, adulatione. Hinc Cleanthes:

scilicet,

scilicet, inquit, adulator tibi, dicens te aliud loqui, aliud facere. Cleanthes mitigavit dictum obrectatoris: sed ita, ut à crimine inconstantia non liberaret Arcefilaum. *Laert. lib. 7. cap. 2.*

Leotychidas à quodam, quasi minus constans esset, notatus: mutor, inquit, sed pro temporum ratione: non ut vos. *Plutar. in Lacon.*

Cicero. Metellus Diodoro, quo Rhetorices magistro fuerat usus, defuncto, sepulchro ejus corvum lapideum imposuit: justum, inquit *Cicero*, præmium retulit. nam volare ipsum docuit, non dicere: notans Metelli levitatem & inconstantiam. *Plut. in Rom. apoph.*

Scipio Major cum trajecisset in Africam, ac terrâ potitus hostium castra concremasset, Carthaginienses missis legatis foedus cum Scipione pepigere, pollicentes se elephantos, camelosq; & naves ac pecunias duros. Cæterum postquam Annibal abnavigasset ex Italia Carthaginem, cepit illos conventorum pœnitere, eò quòd jam animum recepissent. Id audiens Scipio negavit se, etiam si ipsi vellent, pacta servaturum, nisi prius imperatis adderent talentorum quinq; millia, hoc nomine, quòd Annibalem accessissent. *Plutarch. in Rom. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT amphoræ facile circumaguntur auribus: ita quidam quo vis sermone huc aut illuc impelluntur.

Ut conchylia crescente luna auferunt, decresciente marcescunt: ita stultus à fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus: nunc elatus, nunc supplex: utrunque Rhamnusia mutavit sese. *Plin. lib. 2. cap. 102.*

Ut æstum maris aut decrementa lunæ magis sentiant imbecilliora corpora: ita rebus contrariis vehementius commoveatur animus minus sibi constans & affectibus vitiatus. *Erasm.*

Hyæna sicut & Ichneumon, nunc mas est, nunc fœmina: ita quidam sui dissimiles, nunc fortia loquuntur, nunc mollia: nunc philosophi sunt, nunc nepotes: nunc amici, nunc inimici. *Plin. lib. 8. cap. 3. & cap. 23.*

Apud Troglodytas lacus est, qui ter in die fit amarus & salus, ac rursum dulcis, totiesq; etiam nocte, undè & insanus dictus: sic quidam inæquales, nunc asperi, nunc sive blandi aliquando profusi, mox sordidi: jam vehementer amant, jam supra modum oderunt. *Plin. lib. 31. cap. 2. & lib. 2. cap. 6. Herodot. lib. 4.*

Ut Euripus in Eubæo, septies in die defluit ac toties refluit mira celeritate: ac idem tribus diebus uno quoque mense statim motus, septima, octava, nonaque Luna: ita quidam inæqua-

IN INCONSTANTIA.

les sibi, aut nimium præcipites sunt, aut nimium lenti, in utraque partem plus satis vehementes. *Erasmus.*

Mulus ex equo & asina conflatus, nec equus est, nec asinus: ita quidam dum & aulici esse volunt & Ecclesiastici neutrum sunt. *Mela lib. 2. Plin. lib. 8. cap. 44.*

Amphisbena serpens utrinque caput habet, & utralibet corporis parte & cauda utitur: ita quidam ancipites, nunc hæc, nunc diversa ratione se tuentur: & cum est commodum, ad Ecclesiasticam libertatem confugiunt: cum visum est, Principum prætextu rem gerunt, canonum obliiri. *Erasmus.*

§ EXEMPLA SACRA.

Inconstantia exempla: Laban, *Genes. 31. v. 2. Populus Israëliticus, Exod. 5. v. 21. & 14. v. 11. 31. & 15. 14. & 16. v. 1. & 19. 8. & 24. v. 3. & 32. v. 1. 8. Numer. 11. 1. & 13. 32. & 14. 4. 40. Core Dathan & Abiron, Numer. 16. 1. Israelitæ, v. 41. & 17. v. 12. & 25. 2. Iudic. 2. 17. & 4. 1. & 8. 22. 1. Sam. 8. v. 5. 2. Sam. 15. 13. 1. Reg. 12. 16. Moses & Aaron, Num. 20. 12. Sichimitæ, Iudic. 9. 23. Viri Davidis, 2. Sam. 20. 2. Joab & Abjathar, 1. Reg. 1. 7. Principes Juda, 2. Paralip. 24. v. 21. Iudæi, Ierem. 26. v. 8. 16. & 42. v. 5. Azarias cum reliquis superbis viris, 43. v. 2. multitudo, Ioan. 6. v. 15. 30. & 12. v. 17. Pharisei & Herodiani, Matth. 23. v. 15. 16. Nazareni, Luc. 4. v. 22. 28. 29. Iudæi, Actor. 2. v. 6. 7. 12. 13. & 6. v. 12. & 13. 7. 43. 44. 45. 50. Iudæi, 1. 4. v. 18. 19. Vulgus & Magistratus Philippis, 16. v. 22. 39. Demetrius, 19. v. 24. 32. Populus Ephesinus, v. 34. 35. cives Ierosolymitani, 21. v. 30. Pharisei & Sadducei, 23. v. 7. Milites barbari, 28. v. 4. 6. Galatæ, Galat. 3. v. 1. 2. 3. & 4. v. 14. 15.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Lucius Lucullus de Mithridate actio triumpho, deseruit abdicationem propugnaculum se habiturum superasset. *Plut. in Lucull.*

Horatius expostulat cum lecio familiari suo, qui omisso philosophiæ studio, prædæ & pecuniæ inhians, militiæ se addixerit, præter omnium opinionem: quippè qui pulchrè jam instructus esset ad Stoicam disciplinam. *Ode 29. lib. 1. Vide Theatr. Zwinger. fol. 3870.*

Leharis Imp. Ludovici Pij F. eam vitæ varietatem attulit: ut meliorne an deterior fuerit, dijudicari non possit. Contrà patrem optimum factiosus, tandem monachum in Prumiensi cænobio induit. *Sigon. lib. 5. regni Ital.*

Eruditionem in Baldo. J. C. nobilissimo nemo, constantiam multi desiderant: quod sibi ipsi multis in locis pugnantia scribat, ju-

bar. Juris tam civilis, quam canonici peritissimus fuit. *Theatr. Zuing. fol. 3871.*

Idem voto concepto, ut præcipitaret se ab Leucate: postquam descendit, inspecta altitudine, recepit se. Quod cum ei improperaretur: non arbitrabar, inquit votum illud voto indiguisse alio majore. *Idem.*

Nulli arbitror plures staturas dicatas, quam Phalereo Demetrio Athenis, quibus per decem annos præfuit. Si quidem 360. statuere: quas mox laceraverunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente. *Plin. lib. 34. cap. 6. Plut. in Politicis.*

Objicit *Æschines Demostheni*, quod subinde commutata factone, Euripum ipsum inconstantia sua vicisset. Unde Græci Euripisten, hominem incerta fide vocant. *Theat. Zuing. fol. 3872.*

§ HIEROGLYPHICA.

SCIRE admodum Joannes ille cognomento Scholasticus, *scalarum anacephalesis*, hominem qui modò risu indulgeat, modò luctui, modò austeritati atque temperantiæ se reddat, modò deliciis diffuat, & voluptibus implicetur, Cancro æquiparavit, nunc ante, nunc retrò, nunc in transversum gradienti; miraq; vitam suam inconstantia traducendi: virq; is sapientissimus, de ingenii ejusmodi profectu nihil sibi quicquam pollicetur, quod ad ullam sit unquam frugem perventurum. *Pier. Valer. lib. 28. pag. 261. C.*

Aliqui Mathematici *bicipitium Inconstantia* hieroglyphicum posuere. Nam tertio supra vigesimum Leonis gradu bicipitis hominis simulachrum oriri confinxere, quod eo ascendente gradu natum, inconstantis ac leviter mutabilis voluntatis atq; sententiæ fore præfagiunt. *Pier. Valer. lib. 32. pag. 297. B.*

Vide Constantia, Ingenium, Natura.

INCREDULITAS.

§ EXEMPLA SACRA.

INCREDULITATIS exempla: Hebræa gens, *Deut. 1. v. 32.* Dux quidam, *2. Reg. 7. v. 2.* Israëlita, *Exod. 6. v. 9. Num. 14. v. 11. 12. & 20. 10. Deut. 1. v. 32. & 9. v. 23. 24. Psalm. 106. v. 24.* Holofernes, *Judith, 13. 27.* Judæi, *Esai. 65. v. 2. Rom. 10. 21. Jerem. 5. v. 23. Ezech. 2. 6.* Nazarenæ, *Matth. 13. 57. Marc. 6. v. 6.* Petrus, *Matth. 14. v. 31.* Discipuli Christi, *17. v. 17. Marc. 9. 19. Luc. 9. 40.* Discipuli quidam, *Matth. 23. v. 17. Marc. 16. v. 11. 14.* Zacharias, *Luc. 1. v. 20.* Apostoli, *24. v. 11. Cleophas cum socio, v. 25. Nathanaël, Joan. 1. v. 46. 47. Fra-*

tres

IN INDIGNATIO. INDULGENTIA.

tres Christi, *Ioan. 7. v. 5. Judæi, 10. v. 25. 26. Actor. 13. v. 45. & 25. v. 24. 1. Theff. 2. v. 15. Turba, Ioan. 12. v. 37. Thomas, 20. v. 33. quidam Ephesii, Actor. 19. v. 9. Paulus antè conversionem, 1. Timoth. 1. v. 13. Hebræa gens, Hebr. 2. v. 18. 19. Incredulitatis poena, in Mose & Aarone, Numer. 20. v. 12. 24. 25.*

Vide Credulitas.

INDIGNATIO.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Indignationis Sanctæ exempla: Jacob, *Genes. 30. v. 2. filii Israël, 34. v. 7. 29. Josue & Caleb, Num. 14. v. 6. 7. CHRISTUS: Matth. 16. v. 23. & 17. v. 17.*

Vide Ira.

INDULGENTIA.

§ SIMILITUDINES.

Simia catulos ferè complexu necat: ita nonnulli parentes immodico ergà liberos affectu & indulgentia corrumpunt illos. *Plin. lib. 9. cap. 54.*

Coccycis pullus, ubi adoleverit, cum sit nothus: tamen legitimos devorat, unaquè matrem ipsam: ita quidam magna indulgentia, stultoq; amore quorundam educati, subvertunt eos. *Plin. lib. 10. cap. 9.*

Fœnum Græcum quò tractatur pejus, hòc provenit melius: ita liberi quidam, quantò habueris indulgentius, tantò minus valent: neglecti verò & vexati evadunt in viros. *Erasmus.*

Auriga non semper adducit habenas: sed aliquando remittit: ita pueris nonnihil indulgendum. *Plut.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Nerva princeps alioqui optimus, populo in Domitiani ministris & amicis puniendis plus satis indulfit: ut non immeritò Fronto consul ad populum dixerit: malū esse sub principe vivere, qui nihil: peius sub eo, qui omnia permetteret, nil prohiberet. *S. Aurel. Vict.*

Pisistratus, cum dissidium inter ipsum & filios extitisset, eoq; lætari advertisset inimicos: advocata concione, cupisse ait filios se in suam adducere sententiam: cæterum, quia contumaces sint, illis velle obsecundare, & obtemperare. *Plutar. libr. 1. Quest. conviv. Quest. 1.*

Antigonus

Antigonus rex Asiæ, *Demetrii Poliorcetis* F. delicias, luxum, potationes non molestè ferebat. *Plut. in Demetrio.*

Phineas rex *Thracia*, *Idez* uxori nimium contrà privignos indulfit. Hæc enim calumniis suis, cum se à privignis violatam esse diceret, effecerat: ut hos pater verberibus cæcos, in terram vivos defodi imperaverit: qui tamen ab *Argonautis* à tam crudeli morte liberati fuère. *P. Æroditus ex Diod. lib. 4.*

Alexander, delato ad eum, aliquid sorori cum formoso juvene intercessisse, non excanduit, sed ait: permittendum illi quod non nihil frui regno. *Plut. in polit.*

Dionysius major atrociter in alios fontes animadvertens: furibus vestium parcebat: ut desinerent *Syracusani* unà cœnare & conversari. *Plutar. in reg. apoph.*

Vide Educatio.

INDURATIO.

§ EXEMPLA SACRA.

Indurationis exempla in Pharaone, *Exod. 7. vers. 22. 23. & 8. vers. 15.* Pharaone & servis ejus, *2. v. 34. & 14. v. 5.* Schon rege, *Deut. 2. v. 30.* *Hivæis*, *Iosue. 11. v. 19. 20.* *Israëlitis*, *Deut. 10. v. 16. 2. Reg. 17. v. 14. 15. 16. 2. Paralip. 30. v. 7. 8.* Filii *Heli*, *1. Samuel. 2. v. 25.* *Sedechia* & universis Principibus Sacerdotum, &c. *2. Paralip. 36. v. 12. 13.* *Judæis*, *Nehem. 9. v. 16. 17. 29. 30.* *Ierem. 5. v. 3. & 7. v. 25. & 16. v. 12. & 17. v. 23. & 19. v. 15.* *Ezechiel. 12. v. 2.* *Actor. 13. v. 46.* in quibusdam *Ephesissis*, *Actor. 19. v. 8.* Indurat Deus quem vult, *Rom. 9. v. 18.* ne induremus cervices nostras, *Deut. 10. v. 16.* corda nostra, *Psalms. 95. v. 8. Hebr. 3. v. 15.*

INDUSTRIA.

§ SIMILITUDO.

Ursus informes gignit catulos, eos lambendo format: ita rudem ingenio factum diutina cura expoliri convenit. *Plin. lib. 8. cap. 36.*

Cætera, & plures Similitudines, vide in titul. Diligentia, Labor.

INFA-

INFAMIA.

§ SENTENTIAE POETICAE.

Plautus in Persa.

*Pater, hominum immortales est infamia.**Etiam tunc vivit, cum esse credas mortuam.*

Ibidem.

*Quamquam res nostra sunt pater paupercola,
Modica, & mod. sta: melius est tamen ita vivere.
Nam ubi ad paupertatem accessit infamia,
Gravior paupertas fit, fides sublestior.*

Horat. Satyr. 4. lib. 1.

*Avidos vicinum fumos ut agros**Exanimat. mortisq; metu sibi parcere cogit:**Sic teneros animos aliena opprobria saepe**Absterrent vitis.*

§ APOPHTHEGMATA.

Pericles Atriphroni volenti publico praeconio quæri Alcibiadem, qui adolescens clam domo egressus ad amicum Democratem se contulerat: obstitit dicens: si forte nobis inscius perii, praeconio nihil aliud agetur, quam ut uno tantum die citius manifestum fiat illum interiisse: sin salvus: ne per omnem quidem vitam salvus esse poterit. *Plutarchus.*

§ SIMILITUDO.

ADyantion herbam etiam si perfundas aqua, aut emergas: tamen sicca similis est: ita in virum bonum non hæret contumelia aut infamia sparsa, etiam si quis infamare conetur. *Erasmus.*

Vide titul. de Memoria & Calumnia, Injuria, Ignominia, Detractione.

INFELICITAS.

§ APOPHTHEGMATA.

Diogenes. Alexander Macedo ad Antipatrum literas Athenas deferendas Athliæ cuidam tabellario dederat. Diogenes autem cum adesset, ad vocabulum alludens (Athlios enim infelix dicitur) Athlius, inquit ad Athlium, per Athlium. Intellexit autem, omnia in hac legatione esse infelicia. *Bruson. lib. 6.*

§ EXEM.

F Uic T
prim

pari eve

mi du Ch

llensib

impedit

En. S.

periere.

Zenon

divexat

abierin

calamit

contra

Glauc

gno cr

Glaucu

peccasse

luerit.

Deian

conjug

vio exp

indè H

pugnâ

Ioann

do II.

libro 14

Xerx

Græco

Satyra

M E
lu

rem in

quomo

hæ: illa

illa stil

tentios

Gen. lib

§ EXEMPLA PROFANA.

Fuit Trojæ Equus semper exitialis. Ob Laomedontis equos primū urbs est capta ab Hercule & excisa: dein lignea effigie, pari eventu, venit in hostium potestatem: postremo Charidem ductu, cum equus ferro confossus concidisset, fuit jacens Iliensibus, quò minus fores irruentibus objicerent hostibus, impedimento. *Sabellius lib. 9. cap. 4. ex Plutarch. Sertorio.*

Cn. Seius, Dolabella, Cassius & M. Antonius, omnes infelicitate perièrunt, cum equum Sejanum possiderent. Gellius lib. 3. cap. 9.

Zenodotus Aristotelem auctorem citat, Cythnios usque ad eò divexatos afflictosque fuisse ab Amphitrione: ut in proverbii abierint, κυθηαίους συμφοράν, pro maximis cladibus & immensis calamitatibus. Est autem Cythnus ex Insulis Cycladibus una, contra Dryopidem sita, teste Stephano. Erasim. in Adagiis.

Glauco Hephæstionis medicus, eo mortuo, ab Alexandro magno cruci affixus est. Plutarchus in Alexandro. Sed ut infelix Glauco, ita crudelis Alexander, qui quòd per inobedientiam peccasset Hephæstion, Glaucom ignorantia nomine luere voluerit. Idem.

Deianira apud Sophoclem Trachiniis suam infelicitatem conjugalem deplorat: quæ à monstroso primum Acheloo fluvio expetita, multo carmine ab Hercule liberata fuerit, Subindè Hercules uxor, propter assiduas illius peregrinationes atq; pugnas, novos semper timores concipiat. Sophist.

Ioannes Baliolus Scotorum Rex infelix, regno exutus, ab Eduardo II. Anglo, in Gallia senex atq; cæcus obiit. Hector Boethius libro 1. 4.

Xerxis felicissimi Persarum regis infelix expeditio contra Græcos, historiarum monumentis contestata. De ea Iuvenalis Satyra 10.

INFERNUS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. Illum quippè divitem in ardore pœnarum & illum pauperem in refrigerio gaudiorum esse intelligendos non dubito. Sed quomodo intelligenda sit illa flamma inferni, ille sinus Abraham: illa divitis lingua, ille digitus pauperis: illa sitis tormenti, illa stilla refrigerii? vix fortasè à mansuetè querentibus: contentiosè autem certantibus, nunquam invenitur. *Augustin. de Gen. lib. 8.*

Neque

Ayuntamiento de Madrid

Neque enim fatigare nos debet incerta eorum pulcritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. *Idem August.*

In inferno etsi erit stimulus pœnitendinis: nulla tamen ibi erit correctio voluntatis, à quibus ita culpabitur iniquitas sua: ut nullatenus ab eis possit diligi vel desiderari iustitia. *Idem de fide ad Petrum.*

Ira diviti illi, qui apud inferos torquebatur, fuit cura de vivis, quamvis, quid agerent, omninò nesciret: quemadmodum est nobis cura de mortuis: quamvis, quid agant, utique nesciamus. *Idem de cura pro mortuis.*

Apud inferos nulla nec veritas, nec ratiocinatio est. *Idem de vera religione cap. 51.*

Illà ultrix flamma vitiorum concremationem & lumen non habet: quia quò illos gehennæ flamma devorat, à visione veri luminis cæcat: ut foras eos dolor combustionis cruciet, & intus, pœna cæcitatatis obscuret: quatenus qui auctori suo corpore & corde deliquerunt, simul corde & corpore puniantur: & utrobique pœnas sentiant, qui dum hîc viverent, pravis suis delectationibus ex utroq; serviebant. *Gregor. lib. 9. moral.*

Unus gehennæ ignis credendus est, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscuiusque enim quantum illi sentiet pœnam. *Idem lib. 4. Dial.*

Gehennæ ignis cum sit corporeus, ut in se missos reprobos corporaliter exurat: nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis, & successione non indiget, & ardore non caret. *Idem lib. 20. moral.*

Quisquis ad toleranda inferni mala descendit, nequaquam ulterius ad lucem redibit: quia nequaquam ultra misericordiam parentis liberat, quos semel in locis pœnalibus iustitia iudicantis damnat. *Idem lib. 9. moral.*

Tunc edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polluit: tunc infinitum patens inferni barathrum devorat, quos inanis elatio nunc exaltat: atque qui olim ex vicio voluntatem hîc callidi persuasoris expleverunt, tunc cum duce suo reprobi ad tormenta perveniunt. *Ibidem.*

Juxta modum culpæ pœna distinguitur: & secundum modum criminis, unusquisque damnatus in inferni igne cruciabitur. *Idem lib. 20. moral.*

Sicut in hoc mundo multi sub uno Sole consistunt: nec tamen eiusdem Solis æquanimiter ardorem sentiunt: quia alius plus æstuat, alius autem minus: ira illi in uno igne non unus est modus incendii, quia quod hîc diversitas corporum, hoc illi agit

illuc agit
beant, &
Dial.

Ejicier
qui hîc de
folet exc
licet nim

In infe
mis imm
la cæden
desperati
te, defe
cere nesc

Ibi cla
dæmone
he, citò p
bus. Bern

Prius b
caminun
videntes,
derantes,

Ibi cri
non extu
fetus ex

M

Vr

Si

Ea

En

Ra

In

tu

Hi

Na

M

Ca

At

Ex

illuc agit diversitas peccatorum: ut & ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat. *Idem. lib. 4. Dial.*

Ejicientur in tenebras exteriores, ut illic dentes strideant, qui hinc de edacitate gaudebant. Nam fletus de ardore, stridor solet excitari de frigore: ibi duplex ostenditur esse gehenna: scilicet nimii frigoris, & intolerabilis fervoris. *Idem sup. Matth. 8.*

In inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, verms immortalis, foetor intolerabilis, tenebrae palpabiles, flagella caedentium, horrida visio daemnonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum. Erit enim miseris mors sine morte, defectus sine defectu: quia mors ibi semper incipit, & deficere nescit. *Ibidem.*

Ibi clamabit pilosus ad pilosum, unus ad alium, daemnon ad daemnonem: percutite, dilacera, interfice, velociter spolia, detrahe, citò praedare, infer prunas, & ebullientibus impone lebetibus. *Bernh. in ferm.*

Prius benedicti vocabantur in regnum, quam maledicti in caminum ignis deiciantur aeterni: quò videlicet acrius doleant videntes, quid amiserint: & justi videbunt & lætabuntur, considerantes, quid evaserint. *Idem ibid.*

Ibi erit fletus & stridor dentium: fletus quidem ob ignem, qui non extinguitur: stridor ob vermem, qui non moritur: plane fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. *Idem ibid.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 4. Metamorph.

*Mille capax aditus, & apertas undiq; portas
Vrbs habet: utq; fretum de tota flumina terra:
Sic omnes animas locus accipit ille, nec ulli
Exiguus populo est, turbamve accedere sentit:
Errant exangues sine corpore & osibris umbrae.*

Silius Italicus lib. 13. Bell. Pun.

*Regna hinc tenebras agitant, volitantq; per umbras,
Innumeri quondam populi, domus omnibus una:
In medio vastum late se tendit inane.
Hinc quicquid terræ, quicquid freta, & igneas aether
Nutrivit primo mundi genialis ab ævo
Mors communis agit, descendunt cuncta capitq;
Campus inters quantum interit, restatq; futurum.*

Vergil. lib. 6. Æncid.

*At leva malorum
Exercet penas, & ad impia tartara mittit.*

IN INGENIUM, INDOLES.

Bion. In fabulis est Danaidas puellas apud inferos huic additas esse supplicio: ut pertulis vasis deferant aquam in dolium pertusum: Bion dicebat, gravius fore supplicium, si integris vasis, ac non pertulis idem facerent, tum enim irent onustiores. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

INGENIUM, INDOLES.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nihil per aliquod ingenium ita adstruitur, quin ita acre ingenium è contrà inveniat. *August. in serm.*

Ingenii acumen vel tarditas, præmium, vel pœnam in futuro collocat. *Hieron. in epist.*

Abfcondere talentum in terra, est acceptum ingenium in terrenis aëribus implicare, & non lucrum spirituale acquirere. *Chrysof. sup. Matth. 25.*

Dum ingeniosi per negligentiam in malis remanent simplices, quos ingenii penna non adjuvat, ad obtinenda regni æterni mœnia, virtus operationis levat. *Gregor. sup. Proverb. 30.*

Semper in robusto ac vegeto corpore animus mollior jacet, atque tepidum cor: & rursus in corpore debili & infirmo fortior viget, & promptior spiritus. *Bernhard. in apolog.*

Sicut qui tardus est ad capiendum, pro intentione tamen boni studii præmium percipit: ita qui præstitum ex Deo sibi ingenium negligit, condemnationis reus existit: quia donum, quod acceperat, despicit, & per desidiam relinquit. *Isid. lib. 3. de sum. bin.*

Quidam Dei iudicio donum scientiæ quod negligunt accipiunt, ut durius de rebus creditis puniantur: tardiores autem, idè quòd scire cupiunt, difficulter inveniunt: ut pro maximo exercitio laboris, maximum præmium habeant retributionis. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 3. Eleg.

*Ingenium quondam fuerat preciosissimum duro:
At nunc barbaries grandes, habere nihil.*

Ovid. de Sapho.

*Simili difficilis formam natura negavit,
Ingenio formam damna rependo mee.*

Propert. Eleg. 2. lib. 3.

*Nam neq; Pyramidum sumptibus ad sidera ducti:
Nec totius Elysæ cælum imitata domus:
Nec Mausolæ dives fortuna sepulchri:
Mortis ab extrema conditione vocat.*

*Aut illis flamma, aut imber subducit honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quaesitum nomen ab æro
Excidet, ingenio stat sine morte decus.*

Ovid. lib. 5. de Trist.

*Adde quod ingenium longa rubigine lesum
Torpet, & est multo quàm fuit antiè minus.
Fertilis assiduo si non reno vetur at atro,
Nil nisi cum spiritus gramen habebit ager.*

Martial. lib. 8. Epigram.

*Aurum, & opes, & rura frequens dona vit amicus,
Qui velit ingenio cedere raris erit.*

Plautus in Trinummo.

Non ætate, verùm ingenio adipiscitur sapientia.

Horat. Satyr. 8. lib. 2.

Ingenium res

Adverse nudare solent; celare secunde.

Plautus in Captivis.

Sæpè summa ingenia in occulto latent.

Martial. lib. 1. Epigram.

O quantum est subitis casibus ingenium.

Ovid. 1. Art.

*Ingenium mala sæpè movent, quis crederet unquam
Aereas hominem carpere posse vias?*

Vergil. Eclog. 2.

— *Trahit sua quemque voluptas.*

Terent. Phorm.

Quot homines, tot sententiæ: suis cuiq; mos.

Ovid. 1. Art.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ:

Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.

Horat. 2. Epist. 2.

Demq; non omneis eadem mirantur, amant que:

Carmine tu gaudes: hic delectatur jambis:

Ille Bionis sermonibus, & sale nigro:

Tres mihi convida propè dissentire videntur,

Poscentes vario multum diversa palato.

Horat. 2. Scrm. 2.

Castor gaudet equis, oro prognatus eodem,

Pugnis quot capitum virunt, totidem studiorum

Milia.

Perſius ꝛ.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus:
 Velle ſuum cuiq; eſt, nec roto vivitur uno,
 Merc. beſſ hinc Italis mutat ſub Sole recenti
 Rugoſum piper, & pallentis grana cumiſi.
 Hic ſatur irrguo maſvult turgere ſomno:
 Hic campo indulget, hunc alea decoquit; ille
 In Venerem putris. —

Propert. 37.

Hic ſatus ad pacem, hic caſtrensibus utilis armis,
 Nature ſequitur ſemina quiſque ſua.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Poteſt ingenium fortiſſimum ac beatiſſimum ſub qualibet
 cure latere: poteſt ex deformi humiliq; corpufculo formo-
 ſus animus ac magnus exire. Non enim deformitate corporis
 fœdatur animus: ſed pulchritudine animi corpus ornatur. *Se-
 neca Epift. 77.*

Nullum ingenium poteſt eſſe magnum antè, quàm habeat
 aliquid admittum furoris. *Idem de tranquill. anime.*

Non ſemper ingenii vena reſpondet ad votum, & quandoq;
 dicta laudabiliora caſu aliter ſcribenti ſe offerunt, quæ per ſtu-
 dii vehementiam, & indaginem laborioſæ meditationis inve-
 niri non poſſunt. *Petr. Rav. in quadam epift.*

§ APOPHTHEGMATA.

Alexander puer etiam num, cùm vidiffet quàm feliciter pa-
 rens bella gereret, nequaquam gaudebat, ſed ad pueros æ-
 quales dicebat: pater nihil mihi relicturus eſt: illis contrà dicen-
 tibus, imò ea omnia quæ bello jam ſubegit. Qui profuerit, in-
 quit Alexander, ſi multa hæreditario jure poſſideo: ego autem
 nihil habem quod agam: & militem patri ſimilem me eſſe o-
 ſtendam? Vide: indolem in puero ad imperium planè pronam.
Plut. in apoph.

Scipio ſuper cœnam interrogatus, quem egregium impera-
 torem habitura eſſet Reſpub. ſi quid ipſi humanitus accidiſſet?
 vel hunc, inquit, Marium intuens: jam tùm in illo proſpiciens
 ingenium maximis rebus natum. *Euroſ. lib. 5. Plut. in Mario.*

Caiſius etiamnum puer, Fauſtum Syllæ filium inter æquales
 de patris monarchia gloriantem non tulit: ſed ei colaphos im-
 pegit. cuius rei cognitionem cùm Pompejus ad ſe recepiſſet, ac-
 citis ambobus pueris, Caiſius auſus eſt dicere: eja Fauſte, aude
 tuſus coràm hoc ea verba proferre, quibus irritatus in te fui-
 ut rur

ut rursus percellam os. Inerat Cassio nativum quoddam odium tyrannidis: ut jam tùm appareret, illi non defuturum animum ad interficiendum Cæsarem. *Plutarch.*

Tiberius pers. cæto Caligulæ ingenio, fero ac malefico, subindè prædicabat, se natricem Reipub. & Phaethontem orbi, terrarum educare. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Xenocrates ad quendam nec Geometriæ, nec Musices, nec Astrologiæ peritū, ad scholam ipsius comitantem: Abi, inquit, ansam philosphiæ non habes: hoc est, non es ad philosophiam docilis, nullis instructus disciplinis. Alii ferunt illum ita loquutum: *πίρ ἐμοὶ νόσθ' ὄν ἀνάπιστα,* id est, apud me vellus nō maceratur. Lana rudis non statim traditur vestiario, sed fulloni. *Laert. lib. 4. cap. 2.*

Adolescens quidā cū se in numerum discipulorū ab Antisthene recipi cuperet, patri quærenti quibus rebus esset opus? Libro inquit Antisthenes, novo stylo, novaq; tabella. Significans, animum ab omnibus vitiis vacuum, studiū vigil. memoriā fidelem esse debere, ut doceri probè posset discipulus. *Laert. lib. 6. c. 1.*

¶ SIMILITUDINES.

UT Dii immortales nullam didicere virtutem, cū omni editi, & pars naturæ eorum est, esse bonos: ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent perveniunt sine longo magisterio, & honesta complectuntur, cum primū audierunt. *Senec. epist. 96.*

Ut multa agrestia subnascantia in agro, mala quidem ipsa sunt, sed tamen signa felicitis atq; uberis soli. si quis excolat: sic animi affectus per se mali, arguunt ingenium non malum, si accedat recta institutio. *Plutarch.*

Ut multò majora sunt opera animi, quàm corporis: sic hæ res, quas persequimur ingenio, gratiores sunt, quàm illæ quas viribus. *Cic. lib. 2. Offic.*

Minor vis inest in radicibus herbarū salubrium, cū semen maturefcit: ita deterior sic ingenii naturæq; vis, quoties liberis gignendis datur opera. *Erasmus.*

Adamas una remollefcit ad ictus ferri, aliàs indomitus: ita nullum est ingenium tam ferum, quod non aliqua ratione queat expugnari. *Idem.*

Ut arbores quædam bellè florent, verū nullū adferunt fructum: ita quorundam puerorum indoles magnam vitæ frugem pollicetur, qui simul atq; adoleverint, ad ineptissimas merli voluptates fallunt expectationem omniū. *Plin. lib. 16. c. 26. & 27.*

Ignis qui clarior fuit, citius extinguitur. Vivacior est, qui

IN INGENIUM, INDOLES.

cum lenta difficultiq; materia commissus, fumoq; demersus ex sordido lucet, eadem enim detinet causa, quæ malignè alit: sic ingenia quæ illustriora sunt, breviora sunt: nam ubi incremento locus non est, vicinus occasus est. *Senec.*

Ex arboribus, quæ vehementer fœcundæ sunt, eò celerius senescunt: ita raro sunt vivaces egregio præditi ingenio, & optima quæq; mortalium sup̄cissima sunt. *Erasm.*

Oliva serò provenit, sed fructum habet egregium: salix statim adolescit, sed sterilis est: ita præcox ingenium. *Plin. libr. 16. cap. 26. in fine, & lib. eod. cap. 27.*

Terra quæ gignit salem, nihil aliud gignit: sic ingenia fœcunda in literis, in cæteris ferè rebus non perindè valent. *Erasm.*

Sicuti vina languidiora vapescunt ætate: ita desipiunt ingenia vulgaria: eximia etiam ad extremam durant ætatem. *Erasm.*

Ut quædam terræ mergam (ea est candida medulla) in se continent, qua stercorentur ac pinguescant: ita ingenium probum secum habet, undè fiat melius. *Erasm.*

Ut qui spinas habet in pedibus, ubiq; spinas calcet: ita sterili ingenio materia sterilis est. *Senec.*

Ut horologii umbram progressam sentis: & fruticem aut herbam crevisse apparet, non apparet crescere: ita & ingeniorum profectus, quoniam minutis constat auctibus, & ex intervallo sentitur. *Erasm.*

Ut terra quò melior est natura, hoc magis corrumpitur, si negligatur: ita ingenia, nisi rectè excolantur, quò sunt felicio-
ra, hoc pluribus vitiis obducuntur. *Plutarch.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

A *Pud Indos Cathzos & Brachmanes editum infantem post duos menses in publico concilio spectandum exhibebant. Si eius indoles probaretur, bonis ille formabatur disciplinis: si improbaretur, vel exponebatur in sylvas, vel statim in conspectu hominum occidebatur. Sabellicus lib. 9. Ennead. 4.*

Spartanos pueros ludentes spectabant majores natu: plerunq; contentiones inter eos & certamina ferentes, non defunctoriè, quæ cujusq; ad audendum, & non cedendum in pugnis esset indoles, advertebant. Plutarch. in Lycurgo.

Themistocles indolem præceptor eius planè perspectam habuit, cum diceret: tu nihil, fili, mediocre eris: sed omninò vel magnum patriæ lumen, vel magna pestis. Plut. in eius vita.

Aristotelem Stagiritam, in disciplinarum proœmiis difficultati & obscuritati rerum simul ac verborum studuisse constat: ut hac ratione ingenuorum animos acrioribus stimulis excitaret: ignavos

ignavos verò ad pulcherrimarum rerum cognitione deterretet.
Idem.

Origenes puer. parentem suū Leonidem (qui Episcopus fuit) sæpè de abditis scripturæ sensibus interrogabat, ita ut pater ab eiusmodi præcoci sapientia retrahere illum cogeretur: sedulo monens, ne suprâ ætatem saperet. Verùm noctu accedens, & pectus intuens, quasi sancti Spiritus templum deosculabatur, seq̃; tali filio beatum judicabat. *Euseb. lib. 6. cap. 3. & Suid.*

P. Vergilius Maro, qui primum in lucem editus vagitum nulum emisit, pœticam puer exercere cœpit, & in Balistam ludimagistrum, ob infamiam latrociniorum lapidibus coopertum, distinctionem fecit:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus

Noctè dieq̃; tuum carpe viator iter.

Donatus in eius vita.

D. Augustinus semetipsum in secunda pueritia (anno scilicet ætatis duodecimo) legisse & intellexisse Logicos & Rhetoricos Aristotelis libros testatur. *lib. 4. confessionum.*

Herodes Antipatri F. Galileæ præfectus, annum quintum decimum vix excedens, latronum ducem Ezechiam Judæum occidit, qui magna manu Syriam infestabat: omniumq̃; animis conciliatis, viam sibi ad regnum Judæorum patefecit. *Iosephus lib. 14. Antiq. hist.*

Commodus, M. Antonini Philosophi Imper. & Faustine F. statim à pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus, scurram se & gladiatorem magis, quàm Imperatorem ostendit, crudelitatisq̃; exempla multa præbuit. *Cuspin. ex Herodiano.*

Otho Magnus Imp. Henrici Aucupis F. tam lætæ fuit indolis: ut ab omnibus Amor mundi diceretur, & re ipsa postea se verum amorem mundi esse, in imperio evidenter demonstravit. *Hedio in Chron. Germ.*

Nero tener adhuc; Circensibus ludis Trojam constantissimè favorabiliterq̃; lusit. *Sueson.*

¶ HIEROGLYPHICA.

P Indarus cum aliis plerisq̃; locis, tum præcipuè Nemeis ingenii promptitudinem & velocitatem per *Aquilam* ostendit, sumptâ ab eo comparatione, quòd prædam etiam valde procul distantem mira pernicitate nanciscatur: visusq̃; ita polleat, ut profundissima quæq̃; prospectet: quæ omnia ingeniorum acumini sunt accommodata. *Pier. Valer. lib. 19. pag. 181.*

Sphinx hastæ Palladiæ cuspidi subiecta, ut in ea Minervæ statua, quàm Athenis olim fuisse erectam ait Plinius, ostendit ni-

hil tam abditum & reconditum esse, quod ingenii acumine ex-
eri & palam proferri non possit. *Idem lib. 6. pag. 57. A.*

INGRATITUDO.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo
eius. *Proverb. 27.*

Ingrati enim spes, tanquam hybernalis glacies tabescet, &
disperiet tanquam aqua supervacua. *Sapient. 16.*

Nunquid reddetur pro bono malum, quia foderunt foveam
animæ meæ? *Ierem. 18.*

Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non ha-
bet, & quod habet, auferetur ab eo. *Matth. 13.*

Omai habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui nō habet,
& non videtur habere, auferetur ab eo. *Ibid. 25.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est: & qui se negat
scire quod scit, ingratus est. *August. in serm. de dase.*

Sicut boni per contumelias meliores existunt: ita semper re-
probi de beneficio peiores fiunt. *Gregor. in moral.*

Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, vir-
tutum dispersio, beneficiorum perditio, ventus urens, siccans
fontem pietatis, torrens misericordiæ, fluentia gratiæ. *Bernhar-
dus super Cant.*

Gratiarum cessat decursus, ubi recursus non fuerit: nec mo-
dò nihil agetur ingrato, sed quod accepit, vertitur ei in perdi-
ciem: fidelis autem in modico censetur dignus munere amplio-
ri. *Idem serm. 35.*

Perverti cordis est, occasiones ingratitude in investigare. ne-
mo id facit, nisi qui etiam gratis est ingratus. Peremptoria res
est ingratitude, hostis gratiæ, inimica salutis: quoniam nihil
ita displicet Deo: præsertim in filiis gratiæ: quemadmodum in-
gratitude. *Idem serm. 52.*

Est superbia & delictum maximum, uti datis tanquam inna-
tis, & in acceptis beneficiis gloriam usurpare beneficii. *Idem de
dilig. Deo.*

Nihil est quod adeò indignationem provocet Altissimi, sicut
ingratitude: ipsa est malorum provocatio, beneficiorum exinani-
tio, meritorum exterminatio. *Petr. Rav. in quadam epist.*

§ SENTEN-

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ausonius in Epigram.

Ingrato homine terra pejus nil creat.

Juvenal Satyr. 7.

Scire volunt omnes: mercedem solvere nemo.

Plautus in Perfa.

Etenim nihil amas, cum ingratum amas.

Plautus in Cistella.

Hercule miserum est ingratum esse hominem.

Ovid. Epist. 12. Heroid.

*Est aliqua ingrata meritum exprobrare voluptas;**Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.*

Juvenal. Satyr. 11.

Ingratos antè omnia pone sodales.

Ex Græcis Comicis.

*Μετὰ τῶν δόσιν παρέσται γρηγορεῖ χάρις.**Post munerationem confensit gratia.**Ἐπιλασθῆναι πάντες οἱ παρόντες εὔ.**Beneficii memor esse non quisquam solet.**Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δούς ἐπιλάθου.**Accepta memineras, data obliviscere.**Καλὸν δὲ θησαυρισμὸς καὶ μὴ ἡ χάρις.**Thesaurus est pulcher, locata gratia.**Χάριτες δίκαιες καὶ δίδου λαμβάνε.**Iusta beneficia confer, et iusta accipe.**Χάριν λαβὼν ἔνκαιρον, ἐν καιρῷ δίδου.**Dato tempore et loco, ut datum tibi fuit.**Ἄχάριτος ὅστις εὐπαθῶν ἀμνησεν.**Ingratus ille, qui beneficii immemor.**Ἄ μὲ ἠλέηται καὶ τέθεικεν ἡ χάρις.**Simul et miserum est, interitque gratia.**Ἄ εἰ δ' ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάριτος φύσει.**Servatus usque, ingratus est et immemor.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nemo gratiarum immemor, est gratus inventus. Cic. post reditum ad Senat.*In ingratitude, nihil mali non est. Ad Attic. 8.*

Nihil

Nihil est tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare. *Pro Planco.*

Non solum gratus debet esse, qui accepit beneficium, verum etiam is cui potestas accipiendi fuit. *De Provinc. Consul.*

Cum gratia referri non potest, quanta debetur; habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt. *Cicer. Philop. 3.*

Est enim benignissimi, ut arbitror, pleni ingenii pudoris, fateri per quos profeceris: obnoxii profectò animi, & infelicis ingenii, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, cum praesertim fiat ex usura fors. *Plin. in prolog. de naturali. hist.*

Gratiatum actio est, pro gratia suscepti muneris nociva munerantis laudatio. *Tull. de Offic.*

Ingratus est adversus unum beneficium, adversus alterum non erit, duorum oblitus est, tertium in memoriam eorù, quæ exciderunt, reducet. *Senec. 1. de Beneficiis.*

Quidam quo plus debent, magis oderunt: leve æs alienum debitorem facit gravem inimicum. *Idem epist. 48.*

Quæris incidisse in hominem ingratum: si hoc periculum vitare volueris, non dabis beneficia: ita ne apud alium pereant, & apud te peribunt. *Idem ibid.*

Ingrati esse vitemus, non aliena causa, sed nostra. Venenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent: non ita vitium ingrattitudinis continetur, torquet se ingratus & macerat: oditq; accepta, quia redditurus est, & exornat: injurias verò dilatat atque auget. *Idem ibidem.*

Quid autem est miserius, cui beneficia excidunt, hærent injuriæ? *Idem ibid.*

Quæris quid sit, quòd oblivionem nobis acceptorum faciat? cupiditas accipiendorum. cogitamus, non quid impetratum, sed quid petendum sit: nescimus æstimare res, de quibus non cù fama: sed cum rerum natura deliberandum est. *Idem ibid.*

Eò productus est furor, ut periculosissima res sit, beneficia in aliquem magna conferre, nam quia putat turpe non reddere, non vult esse, cui reddat. habe quod accepisti, non repeto, non exigo: profuisse tutum est.

§ APOPHTHEGMATA.

Anthistenes audiens Platonem de ipso malè loqui: Regiù est, inquit, cum benefeceris, audire malè. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Diogenes quærenti quid apud homines celerius senesceret? Beneficiump, inquit. *Stobæum.*

Themisto-

Themistocles Atheniensibus ipsum contumelia afficientibus: quid tumultuamini, inquit, adversus eos à quibus sæpenumero fuistis affecti commodis? Ajebar autem se similem plaranis, sub quarum umbra accurrunt homines afflicti tempestate, & eisdem simul ut rediit serenitas vellunt, conviciisque perunt. *Plutarch. apoph.*

Domitius Afer quum haberet ingratiū litigatorem, ipsius conspectum vitantem, ne cogeretur agnoscere patroni beneficiū, in foro per nomenclatorem illi dixit: amas ne me, quod te non vidi? rectè exprobrans ingratitude. *Erasm. lib. 7. apoph.*

Alphonſus cum objurgaretur, quod in Alvarum Lunam, hominem sibi planè ingratiū, tanta contulisset beneficia, quorum ne memor quidem jam esset. an ignoratis, inquit Rex ingenti beneficio, non nisi ingenti ingratitude satis semper fieri? *Panormit. lib. de reb. gest. Alphonſi.*

Aristoteles cuidam interroganti, cur reliquisset Athenas? respondit: quoniã noluisse committere, ut Athenienses bis peccarent in Philosophiam. Notavit autem magnam Atheniensium ingratitude, qui philosophos, de patriæ salute primum sollicitos, ac de Atheniensium Republica bene meritos, non acceſarunt tantum: sed damnarunt etiam. *Ælian. lib. 6. de varia historia.*

Idem à quodam interrogatus, quid omnium velocissimè senesceret? Gratia, inquit. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Hippocratidas acceptis literis à Carizæ satrapa, in quibus continebatur, Lacedæmonium quendam quum fuisset conscius insidiarum, quas quidam ipsi struxerant, non indicasse rem, sed silentio texisse: simulq; rogabat, quid de illo facturus esset? respondit hunc in modum: si quo magno beneficio illum afficisti, interfice: sin minus, ejice è regione, ut ad virtutem formidolosum. Ingratitude erga benemeritum censuit morte plectendam. *Plutarch. in Lacom.*

§ SIMILITUDINES.

UT aves, quæ laceratione corporū aluntur, lapsa morbo corpora & casura è proximo speculantur: ita ingratus imminet morti, & circà cadavera volat. *Senec. lib. 4. de benefi.*

Quomodo malè filizæ consulit, qui illam contumelioso & sæpè repudiato collocavit: quomodo malus paterfamiliàs habebitur, qui negotiorū gestorū damnato patrimonii sui curā mandavit. quomodo dementissimè restabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorū spoliatorē: sic pessimè beneficia dare dicitur, quicunq; ingratos eligit, in quos peritura conferat. *Idem eod. lib.*

Quo-

Quomodo fœnerator quosdam debitores non appellat, quos scit decoxisse, & in quorum pudore nihil superest, nisi quod peccat: sic ego quosdam ingratos palàm ac pertinaciter præteribo, nec ab ullo beneficium repetam, nisi à quo non ablaturus ero, sed recepturus. *Idem lib. 5. de benefic.*

Uthædera adhærens arborum ramis, ope aliena in altum erigitur: sic obscuro consuetudine potentium crescunt, deinde præfocant eos, à quibus sunt eveciti in altum. *Plutarch.*

Siphnius lapis oleo excalesfactus durefcit, alioqui mollissimus: ita quosdam benefactis reddas deteriores. *Plin.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Ingratitudinis exempla: Laban, *Genes. 31. v. 1.* Præfectus pincerarum, *40. v. 23.* Pharao novus, *Exod. 1. v. 8. Actor. 7. v. 18.* Israëlita, *Exod. 17. v. 3. & 32. v. 1. Num. 11. v. 1. 4. Iudic. 2. v. 2. & 8. v. 35. 1. Sam. 30. v. 6. Ierem. 2. v. 5. & 18. v. 20. Ezec. h. 16. v. 22. & 20. v. 8. Osæ 2. v. 8. & 8. v. 14. & 11. v. 3. & 13. v. 6.* Ammonitæ & Moabitæ, *Deuter. 23. v. 4. Saul, 1. Sam. 18. v. 8. & 19. v. 10.* Viri Ceilæ, *23. v. 11.* Nabal, *25. v. 10.* Hanon, *2. Samuel. 10. v. 4.* David, *11. v. 5.* Absalom, *14. v. 30. & 15. v. 13.* Jeroboam, *1. Reg. 12. v. 28.* Rex Israël, *2. Reg. 6. v. 13. 31.* Ammonita, Moabitæ & Idumæi, *2. Paralip. 20. v. 10.* Joas Rex Juda, *24. v. 21. 22.* Amasias Rex Syriæ, *25. vers. 14.* Ozias, *26. vers. 16.* Ezechias, *32. v. 35.* Israël, *Nehem. 9. v. 17.* Inimici Davidis, *Psalms. 35. v. 12. & 109. v. 4.* Hebræa gens, *38. v. 21. & 78. v. 11. & 106. v. 7.* Judæi, *Esaie 1. v. 2. 3. & 5. v. 4. Ioan. 1. v. 11. & 5. v. 43.* Tyrii, *Amos 1. vers. 5.* Corazim & Bethsaida, *Matth. 11. v. 21. Luc. 10. v. 13.* Capernaum, *v. 15.* Invitati ad nuptias, *Matth. 22. v. 3.* Nazareni, *Luc. 4. v. 29.* Samaritani, *9. v. 53.* novem Leprosi, *Luc. 17. v. 18.* Cultores vineæ, *20. v. 11. 14.* Domini Pythonissæ, *Actor. 16. v. 19. 20.* Milites, *27. v. 42.* Patres in deserto, *Hebr. 3. v. 10.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Ingratæ in Socratem Athenæ, virum Apollinis iudicio omnium sapientissimum iudicatum, cui pro Attica juventute sanctè & sapienter instituta, venenum rependerunt. *Sabell. lib. 7. cap. 2.*

Apollonius Rhodius, poëta clarissimus, ergà Callimachū præceptorem suum ingratus, cum contumelia quadam cum affectisset, occasionem dedit Callimacho: ut contra eum ibidem carmen virulentissimum componeret. Quòd postea contra uxoris sollicitatorem imitatus est exul Ovidius. *Gyraldus Dialogo 3. hist. poëtica.*

Alexan.

Alexander Magnus immemor primæ nutritionis & lactis, quod ab Hellanice nutrice infans biberat, eius filium Clitum interfecit. *Theatr. Zwing.*

Antoninus Caracalla Romanorum Imp. factus, multos viros innocentissimè vexari atq; occidi iussit: & inter alios Cilonem etiam, qui ipsum educaverat, à quo multa acceperat beneficia, quiq; Præfectus urbis patris temporibus fuerat, quem sæpe- numerò Patrem appellaverat. *Dion. Nice.*

Ptolomæus Ceraunus Syriæ regem Seleucum manu sua occidit, cum ipse à patre pulsus (minorem enim natu filium, ut magis gubernando idoneum, in regno suffecerat) in Syria à Seleuco exceptus, diu non sine magna impensa, magno in honore habitus. *Fulgos. lib. 5. cap. 3.*

L. Cornelius Sylla fugiens Sulpitium Tribunum, in Marii domum præter omnem expectationem se coniecit. A quo per posticum emissus dicitur, ut incolumis evaserit. Verum non patrem gratiam Mario retribuit. Nam occupata urbe, in Marii caput pecuniam pronunciavit. *Plutarch. in Mario & Sylla.*

L. Cinna, licet ab Octavio ex inimico amicus factus, & usque ad iudicium dignitatem evehctus esset: nihilominus tanti beneficii immemor, adversus Octavium insidias molitus est. Octavius verò re cognita, cum eum separatim in cubiculum vocasset, ingratitude exprobravit. *Seneca de Clementia.*

Cervus ramo uno cornuum zonæ *Basilii Macedonis* Imper. infixo, eum cornibus suspensum sublimem ferebat. Ibi quidam accurrens, ense dissecta zona Imper. eripuit: cui mercedem salutis suæ præclarâ reddidit ille, capitis truncationem: speciosa causa quaesita: quod ensẽ contrà Imper. strinxisset. *Zonaras & Cedrenus.*

Vide supra Gratia & Gratitude.

INHUMANITAS.

§ SIMILITUDINES.

UT impendio malignus sit, qui fontem scatentem obtegat: aut Solem obradiantem prohibeat: aut lumen recuset de suo lumine accendere, aut viam monstrare gravetur: ita vehementer sic inhumanus, qui prodesse nolit citrà ullum suum incommodum. *Erasmus.*

Angues in Syria ergà indigenas venenum non habent, nec eos petunt, exteros cum cruciatu exanimant: ita insulares in suos satis humani, in alienigenas immicissimi. *Idem.*

§ EXEM-

IN INHUMANITAS. INIMICUS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Inhumanitatis exempla: Cives Gabaa, *Iudic. 19. vers. 15.* Saul, *1. Samuel. 19. v. 15.* Edom, *Amos 1. v. 11.* Principes Sion, *6. v. 6.* Samaritani, *Luc. 9. v. 53.* Sacerdos quidam, *10. v. 37.* Levita quidam, *vers. 32.* Filius senior, *15. v. 25.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Andronicus Ducas, homo sordidus & perfrictæ frontis, si Andronicus Comnenus Imperator aliquem excæcare vellet, etiam manus ei amputandas, aut in crucem agendum esse decernebat: objurgato Andronico, quòd in suppliciis sumendis infra delictorum atrocitatem subsisteret: tandem & ipse crudeliter necatus est. *Nicetas lib. 1. de Imperio Andronici.*

In Hybernia, quæ in penitissimo Oceano extrâ terras insula sita est, cultu indomito & fero, pueri ita aliter educariq; sunt: ut inter arma & cædes assiduè versentur: matresq; natura inimices, ingenio barbaro, primos cibos edito infanti gladio admove ferantur. *Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 25.*

Dioni Syracusani datum fuit vitio, etiam ab amicis cordatis, quòd morosius & difficiliter, quàm pro civili usu ageret cum aduentibus. Itaq; Plato ad eum scripsit, uti pervinciam tanquam solitudinis comitem declinaret. *Plutarch. in Dione.*

Procopius Imp. per morum tristium latebras, ac similem habitum Crassi illius, quem in vita semel visisse affirmat Lucillius, vixit, humum semper intuendo. *Caesars lib. 3. cap. 28. A. L.*

M. Cato in Ptolomæo Ægypti rege domi suæ excipiendo inhumanus fuit, dum in alvo levanda occupatus, neque regem adierit, neq; ad se venienti ipse vel obviam processerit, vel alluxerit. *Plutarch. in Catone.*

Nero Caesar, tam difficilis atq; morosus erat: ut neq; cum servis, neq; cum liberis sermones conferrer: sed omnia quæ vellet, mandarètve, in libellis scribere consueverat. *Xiphil. in Nerone.*

C. Marius, ut moribus fuit asper, ita quoq; truci aspectu. Cujus rei testimonium fert statua marmorea Ravennæ illi posita. *Plut. in Mario.*

Vide Hospitalitas, Misericordia, Humanitas.

INIMICUS, INIMICITIA.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitie sunt in corde illius. *Proverb. 26.*

Ab int-

Ab inimicis tuis separa te. *Ecclesiast. 6.*

Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim æramen-
tum æruginat nequitia illius. Etsi humiliatus vadat curvus,
adice animum tuum, & custodi te ab illo. Non statuas illum
penes te, nec sedeat ad dexteram tuam. *Ibid. 12.*

In labiis tuis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut
subvertat te in foveam. *Ibid.*

In oculis suis lachrymatur inimicus, & si invenerit tempus,
non satiabitur sanguine: & si incurrerint tibi mali, invenies
eum illic priorem, & quasi adjuvans suffodiet plantas tuas. Cap-
ut suum movebit, & plaudet manu, & multa susurrans com-
mutabit vultum suum. *Ibid.*

Dimitte, & dimittetur vobis. *Luc. 6.*

Donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet que-
relam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. *Coloss. 3.*

Verbum dulce multiplicat animos, & mitigat inimicos. *Ec-
clesiast. 6.*

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia
frater tuus habet aliquid adversus te relinque ibi munus tuum,
& vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres mu-
nus tuum. *Matth. 5.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

EA eleemosyna nihil est majus, quàm quòd ex corde dimit-
timus, quod in nos quisque peccavit. Minus igitur bonum
est ergà eum esse benevolum, qui tibi nihil mali fecit, illud
multo grandius & manifestissimæ bonitatis est, ut tuum quoq;
inimicum diligas, & qui tibi malum vult, & si potest facit, tu
semper ei bonum velis, faciasque quod possis. *Augustinus in
Enchirid.*

Si is, qui non relinquit parentes propter nomen Dei, non est
Deo dignus: quantò magis qui diligit eius inimicos, acceptus
Deo esse poterit? Ipsi enim graviores inimici facti sunt. *Ambr.
in Psalm. 118.*

Virtus est coràm hominibus tolerare inimicos, sed virtus
coràm Deo diligere: quia hoc solum Deus sacrificium accipit,
quod antè oculos eius in altari boni operis claritatis flamma
incendit. *Gregor. in pastoralis.*

Inimicos enim Dei perfecto odio odisse est: & quod facti
sunt diligere, & quod faciunt increpare, mores pravorum pre-
mere, vitæ prodesse. *Idem ibid.*

Humana mens omnem inimicum tolerat, etiam iniquum
& implum putat. *Idem in moral.*

R r

IN INIMICUS, INIMICITIA.

Frustrâ exteriores inimicos vincimus, interioribus parcimus. *Idem ibid.*

Ubi amicitia permanet, nihil facillè creditur, nihil facillè recipitur, quo dissidium possit operari. Si verò inimicitia semel occupaverint animos, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, ita accipiuntur & intelliguntur: ut ad majores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico, non creditur: si quid autem mali, hoc solum creditur & confirmatur. *Idem lib. 30. moral.*

Gravissimum inimicitia genus, esse corde adversarios, & lingua simulare devotos. *Cassiodorus in Psalm. 54.*

§ SENTENTIAE POETICAE.

Plautus Mil.

Opes nunc tuto loco:

Vnde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis:

Vnde inimicus ne quis nostra spolia capiat auribus.

Nam bene consultum, inconsultum est, si inimicus sit.

Ibidem.

Cum jam repetas inimicum, amicum beneficio invenis tuo.

Horat. Epist. 8.

Oderunt hilarem tristes, tristemq; jocosus:

Sedatum celeres; agilem, gnavumq; remissi.

Ovid. 2. Pont. 5.

Scilicet ingenis aliqua est concordia junctis:

Et servat studii fœdera quisque sui.

Rusticos agricolam, miles fera bella gerentem,

Rectorem dubie navita puppis amat.

Ovid. 1. Pont. 6.

Scilicet est cupidus studiorum quisq; suorum:

Tempus & assueta ponere in arte juvat.

Juvenal. Satyr. 2.

Magna inter molles concordia.

Horat. 1. serm. 3.

At pater ut gnati, sic nos debemus amici;

Si quod sit vitium, non fastidire: strabonem

Appellat patrum pater: & pullum, malè parvum

Si cui filius est: ut abortivus fuit olim

Sisyphus. hunc varum, destortis cruribus: illum

Balbutit scaurum, pravus fultum malè talis.

Ayuntamiento de Madrid

Q U
ca
moribus
Cun
xeris n
re, gra
cum u
humil
incites
beban
Nu
lation

Parci

*Parcius hic vivit: fugi dicatur, ineptus,
Et jactantior hic paullo est: cincinnus amicus!
Postulat ut videatur, at est truculentior, atque
Plus equo liber: simplex fortisq; habeatur.
Caldior est: acres inter numeretur, opinor,
Hæc res & jungit, junctos & servat amicos.*

Ovid. in Ibin.

*Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit:
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.*

Ennius lib. 8. Annalium.

*Pellitur è medio sapientia, vi geritur res.
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, nec maledictis
Miscent inter sese inimicitias agentes.
Non ex jure manu consertum: sed magis ferro
Rem repetunt, regnumq; petunt, vadunt solida vi.*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Sed licet arma feras, & vulnera se va mineris:
Non tamen efficies, ut timere mihi.*

Ex Græcis Comicis.

*Λόγον περὶ ἐχθροῦ μὴ ποθ' ἠγήσῃ φίλον.
Nulla ab inimico verba crede benevola.
Ἐχθροῖς ἀπίστων ἔπειτ' ἀν' παῖδοις ἐλάββω.
Damno carebis, hostibus nō fideris.
Ἐχθροῦς ἀραῦνθ μὴ πὶ τῇ σὺν ἔλαββῃ.
Vlsciscere hostes, sed tuo damno sine.*

SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Quid est homini inimicissimum? alter homo. Inimicitias
tardè suscipe: amicitias moderatè exerce, *Seneca libr. 1. de
moribus.*

Cum inimico nemo in gratiam citò redit. de inimico ne di-
xeris malè, sed cogites: gravior est inimicus, qui latet in pectore,
grandius malum est omne, quod sub aspectu latet. Inimicum
ulcisci, vitam est accipere alteram: Inimicum quamvis
humilem, docti est meruere: Inimicum cum retineas exire
incites. Quidam occiderunt quosdam inimicos, non quia ha-
bebant, sed quia meruebant *idem in Proo.*

Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm hæc, quæ latent in simu-
latione officii, aut in aliquo celsitudinis nomine. Nam cum, qui

IN INIMICUS, INIMICITIA.

Palàm est adversarius, facilè cavendo vitare possis, & Trojanus equus idcirco fefellit, quia formam misericordiz mentitus est. *Idem ibid.*

Sumere vindictam ex inimico, si te inimicum senserit: perdidisti gravius adversarium securitate deceptum, nocere nescis, qui se velle nocere prodiderit. *Idem ibid.*

§ SIMILITUDINES.

UT priscis satis erat, si à feris non læderentur: posteriores etiam in suum commodum vertere cœperunt, pellibus vestiri, carnibus vesci, velle mederi: sic nobis agendum est, ut ab inimicis non solum non lædamur, verum etiam adjuvemur. *Plutarchus.*

Ut Onomademus noluit omnibus tolli, qui diversarum faissent partium: ne sublatis inimicis omnibus, cum amicis inquit, incipiamus digladiari: ita consumptis in hostes hujusmodi affectibus, magis comes sumus ergà amicos. *Plut.*

Ut agricolæ juxtà allia & cæpas, ferunt rosas, quòd quicquid est in illis molesti odoris, in hæc transeat: sic inimicus, si quid est in nobis mali animi, id totum in se recipiens ac consumens, reddit nos amicis jucundiores. *Plut.*

Ut vultures ad extincta corpora odore feruntur, sana non sentiunt: sic inimicus, si quid deliqueris, statim olfacit, atque eò confestim accurrit, ad rectè facta stupidus. *Plin. lib. 10. cap. 7. & Plutarchus.*

Ut hostis semper imminens muris in causa est, ut vigilet, & sobria sit civitas: sic inimicus observans quid agas facit, ut nihil agas, dicásve temerè: *Plut.*

Dionysiaci sæpè negligenter inter se canunt in theatris: verùm cum certatur, tum multò diligentius agunt omnia: sic accuratius gerit rem, qui se vitam suam adversario observari. *Plutarch.*

Ut lapis è Scyro fluctuat integer, sidit comminutus: sic res discordiâ pessum eunt, & concordia sustentantur. *Plinius lib. 36. cap. 17.*

Lynceus per quercum videt, inimicus etiam per famulum, per amicum perspicit quid agas. *Plutarch.*

Apes facis ad opus & færum calore confovendum utuntur, ubi cœperint mella maturescere, tum expellunt ac trucidant: ita ab inimicis quoq; sumendum, si quo pacto per occasionem prodesse possint. *Erasm.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Iisdem tutoribus usi sunt *Thenistocles* & *Aristoteles*, *Lyfimachi* filius. Quare simul etiam sunt educati & ab eodem Præceptore instituti. Atque cum adhuc essent pueri, frequentibus dissidiis inter se concertarunt: quæ controversia à primis annis usque ad extremam senectutem inter illos perseveravit. *Alian. de varia hist. lib. 13.*

Thessali æterni *Phocensium* hostes, quos ut sacro bello gravissimè afflixerunt: ita ab iisdem multò antè magnis affecti sunt sæpè cladibus. *Pausanias in Phocicis.*

Exercuit idem malum rem *Thebanam* aliquamdiù, *Pelopida* hinc *Rempub.* illinc *Epaminonda* ab initio trahentibus. Tulit eos patria dissentientes, quæ mox *Rempub.* concordî animo administrantes ferre non potuit. *Sabell. lib. 7. cap. 3.*

Nec *Periclis* & *Cimonis* æmulatio *Atticæ* profuit civitati: hinc favientis populi fœdæ illæ tempestates, *Pericli* viro summo, medio belli ardore alienis stimulis concitæ: ut vel quæ utiliter fierent, essent ipsi *Duci* invidiæ. *Sabell. lib. 3. cap. 3.*

Vide *Amicitia, Concordia: & sequentem locum de Injuria.*

INJURIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Contumelia est, dictis vel factis turpia inferre. *Augustin.*

Qui non repellit à socio, si potest injuriam, tam est in vitio, quàm ille, qui infert. *Ambros. de Offic.*

In Dei injuria benigni sumus, & in nostris contumeliis exercemus odia. *Hieron. lib. 3. sup. Matth.*

Meam injuriam patienter sustinui: impietate contra Deum ferre non potui. *Hieron. in epist.*

Gloriosius est injuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare: & si servus convitium dicat justus taceat: & si infirmus injuriam faciat, justus sufferat: & si pauper criminetur, justus non respondeat. *Gregor. lib. 30. moral.*

Patienter quippè illatam injuriam tolerat, qui piè meminit, quòd fortasè adhuc ex se habeat, in quo ipse debeat, tolerari, & quasi aqua ignis extinguitur, quùm surgente furore animi, & quasi aqua ignis extinguitur, quùm surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa revocatur: quia erubescit peccatis non parcere, qui Deo, vel proximo sæpè recolit parcenda peccasse. *Gregor. in moral.*

In propriis injuriis patientem esse laudabile est: injurias autem Dei dissimulare, impium est. *Chrysof. sup. Matth.*

Si vindicare vis, sile, & funestam inimico dedisti plagam. *Idem ibid.*

Injuria est, verbo vel facto cum aliquo injustè agere: exprobrare est in faciem maledicere. *Isidor. in syn.*

Gravissimum genus injuria est, usq; ad pedem contumeliæ pervenire. *Chrysof.*

Ultra felicitatem constar esse victoriæ, inimicum salvum fecisse, nec injuriam vindicasse. *Valer. Episc.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 3. de Arte amandi.

Qualibet extinctos injuria suscitât ignes.

Terent. in Eunuch.

Sed quod cavere possis stultum admittere est:

Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci accepta injuria.

Terent. in Hecyr.

Offerre injuriam me tibi immerenti iniquum est.

Plautus in Gurgul.

Malè mereri de immerente inscitia est.

Ex Græcis Comicis.

*Οὐ τις κροφίσις ἐς ἀνὴρ ὦ Γοργία,
Ὅστις ἀδικεῖ δ' αὖ πλεῖς ἐπίστωται ἕροπῶν.*

*Existimandus ille præstantissimus,
Injurias qui ferre novit plurimas.*

*Οὐδὲν πῖπονθες θεινὸν, ἀν μὴ παρσσοεῖν.
Nil grave accidit, nisi tibi vendicas.*

*Δύσμοιρος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακηθρῶ.
Si calamitosus, esse maledicuss cave.*

*Ζίφος πτεώσκει (ῶμα, τὸ δ' εἴν λόγῳ.
Ut corpus ensis, verba mentem sauciant.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Memoria beneficiorum fragilis, injuriarum tenax. *Seneca in Pro.*

Injuria, injustè irrogata, ejus infamia est, qui fecit. *Idem ibid.*

Viri boni est scire pati, nec facere injuriam. *Idem ibid.*

Difficile est injuriam convenire cum patientia. *Idem ibid.*

Duplicat

Duplicabile quod
tium enim
ab eo, à c
ctor, qu
leris vi
Injur
dens à m
aurium
Cont
crimen
serum e
remedi
Multis

Arist

dè ?
Theop
ri posse
ribus in
Lacon.

Mar
nullan
vulner

M. C
versis

Solo
juriar
eti nos
cap. 3.

QU

ft
& inju

Uc
tur: ic

cit, fr
Uc
tela d

re, & i
Qu
petero

Duplicat dolorem sustinentis, indignitas inferentis: intolerabileque sit malum, cujus autorem turpe sit confiteri. Solutum enim mali est dignitas adversantis: duplicatur dolor, quàm ab eo, à quo non merueris, venit. Tantò magis injuria est affectior, quantò proximus est, qui facit. Si aliena temerè protuleris vitia, tua intempestivè audies crimina. *Idem ibid.*

Injuriam irrogatam ait eius esse insaniam qui fecit, discedens à maledicente sibi ait: ut tu linguæ tuæ, sic ego mearum aurium suum dominus. *Idem ibid.*

Contumeliam nec fortis potest, nec ingenuus pati. Grave crimen etiam leviter quàm est dictum nocet. Heu quàm miserum est, ab illo lædi, de quo non possum credi! Injuriarum remedium est, oblivio. In calamitoso risus etiam injuria est. Multis minatur, qui uni facit injuriam. *Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Aristoteles interrogatus, quid citò scencesceret, quid item tardè? respondit Gratia & Injuria. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Theopompus cuidam sciscitanti, qua vi quis regnum tutò tueri posset? Si (inquit) amicis tribuat justam libertatem: pro viribus interim vigilans, ne subditi afficiantur injuria. *Plutar. in Lacon.*

Marcus Cæs. quàm Marcianus dixisset Marco, Cæsar, vim nullam feci, respondit: Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? *Callistratus lib. 4. digestorum.*

M. Cato injuriam, etiam si faciens nihil adferat periculi, universis tamen periculosam esse dicebat. *Plut. in apoph.*

Solon interrogatus, quàm fieri posset, ut quàm minimum injuriarum existeret inter homines? Si inquit, qui injuria affecti non sunt, æquè doleant, atq; hi qui affecti sunt. *Laert. lib. 1. cap. 3.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum domini crudeles tota civitate commostrantur, invisiq; & detestabiles sunt: ita regnum infamia & injuria latius patet, atq; odium seculis traditur. *Seneca.*

Ut tela à duro resiliunt, cum dolore cedentis solida feriuntur: ita nullum magnum animum injuria ad sensum sui adducit, fragilior eo, quod perit. *Idem.*

Ut intentam manum dejicere aliquis casus potest, & emissa tela declinare: ita injurias qualescunq; potest aliqua res depellere, & in medio intercipere. *Idem.*

Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo: ut satius sit optere mortè, quàm his aucupari salutem: velut fugere sanguinem

IN INJURIA. INJUSTITIA.

nem è vulnere recenti gladiatorum morientium: ita quandoq̃s fatius ferre injuriam, quam majore incommodo ulcisci: ferre pacem etiamsi parum commodam aut æquam, quam bellum cum immensis malis suspicere. *Erasmus.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Injurie illatz & passæ exempla: Joseph à fratribus, *Genes. 50. v. 15.* duo Hebræi, *Exod. 2. v. 11.* David ab Ammonitis, Syris, & Semei, 2. *Samuel. 10. v. 6. & 19. v. 19. 1. Paralip. 19. v. 6.* Hebræus ab Ægyptio, *Actor. 7. v. 24.* à Corinthiis fratribus quibusdam, *1. Corinth. 6. v. 8. 2. Corinth. 7. v. 12.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Corinthiis non stulti solum, sed dementes etiam habendi, qui non suam, non Romani populi virtutem metientes: sed præsentem animi affectum, Romanorum legatos stercoreis injectu, pro concione violarunt. Peperit itaq̃; injuria illa Corinthiis excidium: iis verò, in quos immissa est, laudis incrementum, & imperii propagationem. *Sabell. lib. 4. cap. 9.*

Agamemnon Rex, à Nestore in convivio objurgatus, quòd Achilli Briseida eripuisset, eaque injuria à Græcis Heroem abalienasset: suum fateatur peccatum:

Ἀσπί μῆν, ἔδ' αὐτῆς ἀνάνομοι.

Sed & satisfactionem pollicetur:

Ἄλλ' ἵπτι ἀσπί μῆν, φρεσὶ λευκαλέησι πιθισες.

Ἄφ' ἐθέλω ἀρίστου, δοιδμαὶ τ' ἀπερείσι κποινα.

Stagiritarum lex est eiusmodi: ut Græcam agnoscere possis: quod non deposuisti, inquit, ne tollas. *Ælian. lib. 3.*

INJUSTITIA.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Dominus averfatur omnem injustitiam. *Deuter. 25.*

Si non permanserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam absq̃; macula, & cris stabilis, & non timebis. *Job 11.*

Non permanebunt injusti antè oculos tuos. *Psal. 5.*

Dixit injustus, ut delinquat in semetipso. *Ibid. 35.*

Injusti autem disperibunt: simul reliquæ impiorum interibunt. *Ibid. 36.*

Usquequò loquentur omnes, qui operantur injustitiam. *Ibidem 93.*

Non proponebam antè oculos meos rem injustam, facientes pravicationes odii. *Ibid. 100.*

Propter

Propter injustitias enim suas humiliati sunt. *Ibid.*

Creatura tibi factori deserviens excandescit in tormentum adversus injustos, & levior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. *Sapient. 16.*

Non tibi placeat injuria injustorum. *Eccles. 9.*

Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias, & contumelias, & diversos dolos. *Ibid. 10.*

Revertere ad Dominum, & avertere ab injustitia tua. *Ibid. 17.*

Erubescite à socio & amico de injustitia. *Ibid. 41.*

In corruptione sua percipientes mercedem injustitiæ. *2. Petr. 2.*

¶ APOPHTHEGMATA.

T *Hemistocles* postulanti à se *Simonidi*, ut sententiã quandam injustam ferret: neque tu, inquit, Poëta bonus esses, si præter numerum caneres: neque ego princeps probus, si contrã leges judicarem. *Plutarch.*

Lysander culpantibus ipsum, quòd multa per dolum agendo indignum *Hercule* se gereret, dixit: ubi *Leonina* pellis non sufficit, et adsuenda est vulpina. *Plutar. in Lysandro.*

Idem de agro controverso, cùm viderentur *Argivi* justiora quàm *Spartani* afferre argumenta, stringens gladium, hunc (ait) qui tenet, is optimè de agrorum finibus disponat. *Plutar. in apoph.*

Demaratus. Defecrat quidam *Persa* à rege suo, eique *Damartius* persuaserat, ut ad regem rediret, quem cùm deinde rex necare intenderet: *Demaratus*, turpe, inquit, est, ò rex, à quo cùm inimicus esses, pœnas sumere defectionis nò potuisti, eum nunc amicum factum abs te occidi. *Plutar.*

Ludovicus XII. Gallorum Rex: cùm sæpè repereret dictis suis bellum *Julius Pontifex*, *Ecclesiæ* servandæ gratia *Ludovico* indictum: dixit, at verissimum esse comperio illud sapientis dictum: capitalem esse injustitiam eorum, qui cùm maximè fallunt, id agunt, ut boni videantur. *Annal. Franciæ.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

A *Theniensibus*, inito cum *Eumolpo* bello, cùm angusta annona esset, *Pyander* frumenti publici dispensator de medio detraxit, restrictè præbendo: cum populus ut proditorem suspectum saxi obruit. *Callisthenes lib. 3. Thraciæ historiæ apud Plut. in Paral.*

Romanis bello Gallico difficultate laborantibus, *Cinna* congiarium publicum subtraxit: quem populus, ut regni affectantem lapidibus cooperuit. *Aristoteles lib. 3.*

IN INJUSTITIA. INNOCENTIA.

Homeri versiculum olim in Demosthenem vulgò jactatum fuisse, multorum auctoritatem testimoniis constat:

Δεινός αὐτῆς ταῦτοι κεν ἴδ' ἀνείπειν αὐτοῦτο.

Id est.

Forfan & innocuum culpet vir servus & acer.

Propterea quòd accepta pecunia nonnunquam & malos defenderet, & oppugnaret bonos. Eundem ad Varronem torfit. *M. Tullius lib. epist. ad Attic. 13.*

Nicephorus Imp. fœdere cum Saracenis soluto, multa imperio suo incommoda intulit. Sigebertus in Chron.

Celebratur *Asonis*, qui apud Thessalos dominatus est. sententia, quam usurpabat semper, cum aliquos læderet vel præmeret: necesse esse in parvis ut delinquerent, qui in magnis recte agere vellent. *Plutarch.*

Vide cetera loco de Iustitia.

INNOCENTIA.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo: hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiã à Deo salutari suo. *Psalm. 32.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Illa est vera innocentia, quæ nec inimico nocet. *August. super Psalm.*

Innocentia vera est, ubi integritas sine peccato: venditio est sine debito: flagellum sine merito. *Idem ibid.*

Quis est innocens? qui cum aliis non nocet, nec sibi nocet. Qui enim & sibi nocet, non est innocens. *Idem ibid.*

Innocentia & integritas levi sorde violatur aspersa, & gratiæ suæ munus amittit. *Ambros. in hex.*

Innocens inter ipsa tormenta fruitur conscientiæ bono: & inter malignitates quum de pœna metuit, de innocentia gloriatur. *Hieron. ad Demet.*

Qui mala pro bonis rependit, ex ejus domo non ejiuntur mala. *Nilvus apud Anton. & Max. serm. de Innocentia.*

Immediocris est titulus virtutis, inter pravos videre benè, & inter malignantes innocentia retinere candorem & morum lenitatem. *Bernh. super Cant.*

Gaude de innocentia, & exulta: gaude inquam: quia ubique illæsa est, ubique segura. Si tentaris, proficis, si humiliaris, erigeris!

geris: si pugnas, vincis: si occideris, coronaris. Tu in servitute libera es, in periculo tuta, in custodia læta: tibi omnis reatus sibiicitur: tibi univèrsa malitia subjugatur: te potentes honorant: suscipiunt principes: magnates exquirunt: & illi nonnunquam te desiderant, qui impugnant. Tibi boni parent: mali vident: zelant æmuli: inimici succumbunt, nec unquam poteris victrix non esse, etiam si inter homines iudex iustus defuerit. *Chrysest. in homil.*

Puritas Innocentiæ conservata, fons est & origo omnis scientiæ & virtutis. *Hugo.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 12. lib. 1.

*Integer vita, scelerisq; purus
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis grævida sagittis
Fusce phœetra.*

*Sive per Syrtis iter astuosas,
Sive facturos per inhospitalem
Caucasum, vel que loca scabulosius
Lambit Hydaspes.*

Ovid. lib. 5. Tristib.

*Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
Conscius in culpa non scelus esse sua.*

Ovid. lib. 4. Fast.

*Conscia mens recti fama mendacia ridet:
Sed nos in vitium credula turba sumus.*

Ovid. eleg. de Nuce.

*Sic res ille ferè est, de quo victoria lucro
Esse potest, inopis vindice facta carent.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Triumphus innocentie est, non peccare, ubi liceat: in quem plus potes peccare, desine. *Senec. in Proverb.*

Nemo invenitur qui se possit absolvere, & innocentem quisque se dicit, respiciens testem, non conscientiam. *Idem libr. 1. de ira.*

In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet. *Idem ibidem.*

Innocentia per gradus certos ab homine discedit, & ne in maxima trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. *Quintilian. Declam.*

¶ APOPH-

¶ APOPHTHEGMATA.

BIon olim cum scelerosis navigans, incidit in prædones: illis dicentibus: Actum est de nobis, si agnoscamus: & de me, inquit, nisi agnoscamur, bonis innotuisse, salus est. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Phocion. Ex his, qui cum Phocione erant morituri, quidam indignabundus deplorabat sortem suam: quem ita consolatus est Phocion; non tibi, inquit, *Euippe, satis est cum Phocione mori?* *Plutarch. in apoph.*

Titus Vespasianus audiens, suos antecessores in imperio multis injuriis à subditis affectos: nemo, inquit, me injuria afficere, aut contumelia potest: quia nihil ago, quod alios lædere possit. *Xiphil. in vita Vespasiani.*

Titus Vespasianus, quum febre correptus, lectica à loco in quo tum erat transferretur, dimotis plagulis cœlum suspexit, questusq; est, sibi immerenti vitam eripi, quum nullum per omnem vitam extaret factum, cuius poeniteret, uno duntaxat excepto: id cuiusmodi fuerit, nec ipse prodidit, nec quisquam conjectare potuit. *Sueton.*

Antoninus Pius reprehendenti cuiuspiam eum, quod in hostes mitis esset, atque in conjuratos quos vicerat, ac dicenti: quid si hostes vicissent? graviter respondit: nos non sic Deos colimus, nec sic vivimus, ut illi nos vincant. *Bruson. lib. 5. cap. 26.*

Alphonsus percontatus à suis, cur sine satellitibus sæpe numero incederet? Se innocentia comitatum incedere, respondit. *Panorm. de Alphonse reb. gest.*

Socrates jam ad mortem damnatus, Apollodoro comploranti, dicentique, innocens morieris? quid, inquit, num me nocentem mori mallet? *Xen. in apoph. pro Socrate.*

Idem. cum iudices inter se disceptarent, qua poena dignus esset *Socrates*: ego, inquit, ob ea quæ feci, dignum me censeo, qui publicitus alar in Prytæneo. *Laert.*

Plato. quum quidam Platoni narraret, nonnullos esse, qui ipsum maledictis insectarentur: at ego, inquit, sic vivam, ut illis non habeatur fides. *Anton. part. 2. Meliss. serm. 69.*

Tectamenos innocenter ab Ephoris damnatus abiit ridens. Rogantibus autem iis qui aderant, an contemnerent Lacedæmoniorum leges? nequaquam, inquit: quin gaudeo potius, quod hæc mihi multa solvenda est, cum eam nec indixerim cuiuspiam nec à quopiam mutuo acceperim. *Plutar. in Lacon. apoph.*

Anaxandridas Leontis F. cuidam acerbè ferenti: quod cogere-
tur urbe exulare: ne, inquit, vir optimè exhorrescas exulare
civitate,

civitate, sed à justitia exulare horrendum est. *Plutarch. in Lacon. apophtheg.*

¶ SIMILITUDINES.

UT ignis in aquam conjectus continuò restinguitur & refrigeratur: sic falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum. statim concidit & extinguitur. *Cic. pro Roscio.*

Ut nepenthes herba, ab Homero prædicata, addita poculis omnem convivii tristitiam discutit: ita bona mens insita nobis, omnem vitæ sollicitudinem aboler. *Erasm.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Antè alia tam *Ovis* quam *Agnus* hieroglyphicum est *Innocentia*. Hinc illud apud Cyprianum sapientissimè scriptū libro de Livore. Meminisse debemus, quo vocabulo *CHRISTUS* plebem suam appellet, quo titulo gregem suam nuncupet? Oves nominat, ut innocencia Christiana ovibus æquetur: Agnos vocat, ut Agnorum naturam simplicem, simplicitas mentis imitetur. *Pier. Valer. lib. 10. pag. 92. D.*

Neque desunt qui *Pisces* hieroglyphicum *Innocentia* esse contendunt: cum omnino sint innocui, neque elementum suum ad insidias aliis inferendas transgrediantur, eoquè spectare dicunt Pythagoræ præceptū, qui abstinendū esse piscibus edicto caverit, ne persequerentur insontes. *Pier. Valer. lib. 31. pag. 289. C.*

Abluendarum manuum gestus signum quoq; hieroglyphicū est. *Innocentia*, quasi illas non contaminatas habere profiteamur. Unde antiqui contestari volentes, se alicuius sceleris innoxios esse, nec assensum præbuisse, in conspectu multitudinis manus abluabant. *Pier. Valer. lib. 35. pag. 329. A.*

INOBEDIENTIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

EN propono in conspectu vestro hodie maledictionem, si non audieritis mandata Domini. *Deuter. 51.*

Qui superbie rit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille. *17.*

Si genuerit homo filium contumacem, qui non audiat patris ac matris imperium & coercitus obedire contempserit, lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur. *Ibid. 21.*

Qui contradixerit orituo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis, quos præceperis ei, moriatur. *Ios. 1.*

Non

Non te abjecerunt: sed me, ne regnem super eos. 1. Reg. 8.

Quali peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. *Ibid.* 15.

Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. *Iob* 11.

Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico? *Luc.* 6.

Per inobedientiã unius hominis, peccatores constituti sunt multi. *Rom.* 5.

Qui resistit Potestati, Dei ordinationi resistit. *Ibid.* 12.

In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiã, cùm impleta fuerit vestra obedientia. 2. *Corinth.* 10.

Fratres, si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & ne commisceamini cù illo, ut confundatur. 2. *Thess.* 3.

Omnis prævaricatio & inobedientiã accipit justam retributionem mercedis. *Hebr.* 2.

Væ illis! qui in contradictiones Core abierunt. *Epist. Iuda.*

EXEMPLA SACRA.

Inobedientiæ & eius pœnæ exempla: Adam & Eva, *Genes.* 3. v. 6. 16. 17. *Rom.* 5. v. 19. Pharao, *Exod.* 7. v. 14. & 8. v. 32. & 9. v. 33. & 10. v. 20. & 14. v. 27. 28. Israelitæ, 17. v. 4. *Num.* 14. v. 41. 44. *Deut.* 9. v. 23. 24. 1. *Reg.* 20. v. 36. 2. *Reg.* 17. v. 14. Achan, *Ios.* 7. v. 5. Saul, 1. *Sam.* 13. v. 13. & 15. v. 19. Vir Dei, 1. *Reg.* 13. v. 21. 26. Rex Israël, 20. v. 42. Naaman, 2. *Reg.* 5. v. 13. Joas Rex, 13. v. 19. Josias, 2. *Paralip.* 35. v. 22. Jonas, *Ione* 1. v. 3. & 2. v. 1. Cæci illuminati, *Matth.* 9. v. 31. quidam Judæi, *Tit.* 2. v. 10. Inobedientiã erga parentes damnatur, 2. *Timoth.* 3. v. 2.

EXEMPLA PROFANA.

Lacedæmonii Iliadam puerum adhuc, quem lex nondum ad pueritiam vocabat, quoniam exiliens Gymnasio strenuum se præstiterat, corona donaverunt. Quoniam verò nondum ætate postulante, & insolitis etiam armis in hostes irruerat, pœna affecerunt. *Ælian.* lib. 1.

Athenienses olim damnabant reos, non quidem si totam tantum legem, sed si unicum syllabam transgressi fuissent. *Alexand.* lib. 3. cap. 5.

P. Crassus Mutianus architectum ob imperium licet cum ratione spretum, virgis cædit. *Theatr. Zuing.* fol. 3616.

Apud *Thurios* lex erat militaris, ut contumax miles, desertor vel transfuga, muliebri veste amictus, ob ignominiam vinculus teneretur. *Alexand.* lib. 2. cap. 23.

Apud *Macedones* injussu ducis vel imperatoris arma capere in ordinem

in ordinem
batur. *A.*

Philipp
persevera

Sub
à Pharna

niz cauf
servati o

Vid

D *Toger*
Qu
alienun
Plato
lentem

U *T P*
hor

stupidis
Ue T

dicunt
quod a

Uti
ipsum

eamen
rum, q

reddun
dunt in

Nul
afinus,

lios an

Fraz
matuc

unqua
tur ign

xinum
umbr

Plin. li

in ordines ire, aut hostes demum invadere, lege militari cavetur. *Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 20.*

Philippus rex Archidamum morte multavit, quod cum cum perseverare cum armis jussisset, ille deposuisset. Alian. lib. 14.

Sub Lyfandro classis Lacedæmoniorum præfecto, Bercyllides à Pharnabazo accusatus, quod ordines non servasset: ignominia causa stare jussus est, scutum præ se ferens: hæc enim non servati ordinis pœna est. Xenophon. lib. 3.

Vide Obedientia.

INSCITIA.

§ APOPTHEGMATA.

Diogenes percontanti quæ tellus graviolem gestaret molem?
Quæ hominem, ait, rudem, & à bonarum artium studio alienum. *Stob.*

Plato eò differre doctum ab indocto dicebat, quò benè valentem ab ægroto videmus. Fulgof. lib. 7. cap. 2.

§ SIMILITUDINES.

UT Panthera benè olet, sed non nisi bestiis, quas ad se trahit, hominibus non item: ita jocus bonis ingeniis gravis est, stupidis & bardis quovis aromate gratior. *Plin. lib. 8. cap. 17.*

Ut Tygrides, si quis tympanis circumsonet, in rabiem agi dicuntur, adeò ut seipsas deniq; discernant: ita quosdã offendit quod aliis reddit animum, puta Musica, Eloquentia, &c. *Plut.*

Uti falicis semen antè maturitatem abjectum, non solum ipsum nihil gignit: verùm etiam scœminis sterilitatis est medicamentum, hoc est, efficit, ut non concipiant: ita sermones istorum, qui prius docent, quàm verè sapiant, non solum ipsos non reddunt meliores: verùm etiam auditores suos inficiunt & reddunt indociles. *Plin. lib. 16. cap. 27.*

Nullum est animal, quòd impensius amet suos foetus, quàm asinus, & simia: ita indocti suas commentatiunculas præter alios amplectuntur. *Plin. lib. 18. cap. 43. & cap. 54. eodem libro.*

Fraxinum campestem in tantum horrent serpentes: ut nec matutinas, nec vespertinas illius umbras quamvis longissimas, unquam attingant: & si gyro frondibus hujus arboris claudatur ignis & serpens, citius in ignem fugiat serpens, quàm in fraxinum ita nihil convenit vitis & studio sapientiæ, sub cujus umbra quisquis se continuerit tutus erit ab hujus vitæ venenis. *Plin. lib. 16. cap. 14.*

Ut in

Ut in magicis artibus vulgus hoc magis admiratur, quo minus percipit rationem, cur illa aut illa tam absurda præscribantur: ita quidam magis admirantur stylum, aut carmen, quod non intelligunt. *Idem.*

Vide Ignorantia. Item Scientia, Doctrina, Eruditio.

INSIDIÆ.

¶ EXEMPLA SACRA.

Insidix: insidiarum structarum exempla Esau Jacob, *Genes. 27. v. 42.* Josua Hai, &c. *Iosue 8. v. 12.* Abimelech Sichimitis & Baalitis, *Judic. 9. v. 25. 34. 42. 43.* Dalila Samsoni, *16. v. 12.* Israëlita Benjamitis, *20. v. 29. 36. 37. 38. 39.* Saul Amalech, *1. Sam. 17. v. 6.* David, *18. v. 15. 16. 17. & 24. v. 12. 13.* Baasa Nadab, *1. Reg. 15. v. 27.* Jezabel Eliaz, *19. v. 14.* Benadad Regi Israël, *2. Reg. 6. v. 1. Ozias Phacee, 15. v. 30.* Servi Amon, *21. v. 22. 23.* Jeroboã Abias, *2. Paralip. 13. v. 13.* Ammonitix & Moabitix Josaphato, *20. v. 22.* Zadab Joas, *24. v. 26.* Jerusalem Amasix, *25. v. 27.* Bagathan & Thares Assuero, *Esth. 6. v. 2.* Impius pio, *Psalms. 10. v. 0. 9.* Judæi Christo, *Matth. 26. v. 4. Marc. 14. v. 1. Luc. 6. v. 7. & 11. v. 53. 54. & 19. v. 47.* Merodias Joanni, *Marc. 6. v. 19.* Judæi Paulo, *Actor. 9. v. 24. 25. 29. & 20. v. 3. 19. & 23. v. 15. & 25. v. 3. 2. Cor. 11. v. 26.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Cum Darius rex Oroetem præfectum Sardium ob tyrannicam crudelitatem clamã interficiendum curare vellet: triginta Persæ sese obtulerunt, singuli promittentes vel vivum vel mortuum Oroetem sese adducturos: sors tamen Bagæ Artontis F. obtigit, qui Sardis profectus, curavit à satellitibus Oroetem necandum. *Herod. lib. 3.*

Porfenna rege Hetruscorũ Romam obsidente C. Mutius Scævola, cum constituisset regem opprimere incautum, veste indutus Hetrusca, & assimili lingua utens, in castra penetravit. cum ambisset tribunal, ubi rex confidebat: ignoraret autem regem & timeret seiscitari, qui esset: quem maximè ex confessu arbitratus est regem esse, cum stricto gladio obruncavit. *Plutar. in Poplicola & in Paral. ex Aristidis Milesii lib. 3.*

Cum Diomedes & Ulysses communi opera sublato Palladio redirent noctu: Ulysses, quo facti gloriam in se unum transferret, destinabat occidere Diomedem præcedentem ac palladiũ secum portantem. Itaq; cum ensem in caput illius à tergo vibrasset: Dio-

ser: Diomedes traxit se pedere com Diomedes

Thoris cundo, c consilio tenebat, Paral. Hys

Hungar tiq; regia deret, oc accepto p manus i occidere conged quisq; ti

Sicuti cuncto Erasmos. Ut eq auctore saniam

Via

A D d quo tamen c Ego c iendo Ab o commu epist.

Natu nem pr

fer: Diomedes, animadversa ad lumen lunæ gladii umbra subtraxit se plagæ: correptumq; Ulyssem vincētis manibus præcedere compulit, gladio lato subindè cædens illius tergum. Hinc Diomedea necessitas. *Suidas. Zenodotus & Erasm. in Adagis.*

Thorsmundus Rex Visigothorum Tolosæ, anno regni sui secundo, cum de vena sanguinem minuisset, fuit à suo cliente, consilio fratrum interfectus: sed parvo cultello, quem manu tenebat, insidiantium aliquot interfecit. *Roderic. Toletanus lib. 2. Paral. Hispan. cap. 8.*

Hungari conspiraverant adversus Sigismundum Imp. armatiq; regiam intraverant, aut capturi regem, aut si id non succederet, occisuri: quos ut ad se irrumpentes Imperator cognovit, accepto pugione in medium progressus: *Ecquis inquit, vestrum manus in me injiciet, aut quid nam feci, quod me regem vestrū occidere vultis? prodeat è vobis, si quis audeat, & mecum solus congregiatur. Ea voce & audacia obstupère conjurati, & sibi quisq; timens abière. Aeneas Sylv. lib. 3.*

INSOLENTIA.

¶ SIMILITUDINES.

Sicuti vina, & poma subacerba, vetustate emitefcunt, dulcescuntq;: sic ætatis insolentia longo rerum usu mitigatur. *Erasmus.*

Ut equæ conspecta in aquis forma sua, aguntur in rabiem, auctore Columella: ita quidam nimium admirantes sua, ad insaniam usque redduntur insolentes.

Vide Arrogantia, Superbia.

INSTITUTIO.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

AD discendum quod opus est, nulla ætas fera videri potest: quod & si senes magis decet docere, quàm discere: magis tamen decet discere, quàm ignorare. *August. in epist. ad Hieron.*

Ego ex eorum numero me esse profiteor, qui scribunt proficiendo & scribendo proficiunt. *Idem epist. 7.*

Ab omnibus libenter discite quod nescis, quia humilitas tibi commune facere potest, quod natura facit commune. *Idem in epist.*

Naturæ ordo sic se habet: ut quum aliquid discimus, rationem præcedat autoritas. *Idem de morib. Eccles.*

Nihil prodest facienda didicisse, & non facere. Melius est nescire aliquid, quàm cum periculo discere. *Hieron. in epist.*

Vera hominis scientia est imperfectum se nosse. *Hieron. ad Luciferum.*

Optabile est & mihi præclarum, usq; ad ultimam discere senectutem: quoniam nulla ætas ad perdiscendum sufficere potest. Docere verò alios, affectare eum, qui non sufficienter instructus est: res mihi videtur antiqui proverbii: in dolio discere artem figuli: hoc est in periculo. *Greg. Nazian. in apolog.*

Sunt qui scire volunt, eò sine tantum, ut sciant, & turpis curiositas est: & sunt qui scire volunt, ut scientiam suam vendant, & turpis quæstus est: & sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Sed sunt quoque qui scire volunt, ut ædificent, & charitas est: & sunt qui scire volunt, ut ædificentur, & prudentia est. *Bernh. in cant. serm. 26.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Comicis Græcis.

Οὐλοπῶντι δὲ
 Παιδείῃον ὀρθῶν, ἀλλὰ καὶ πείθοντ' ἄπ.
*Verberibus haud solis puer,
 Verbis sed inducendus ad rectum bonis.*

Sic Terentianus Mitio.

*Pudore & liberalitate liberos
 Retinere satius esse credo, quàm metu.*

Et aliquantò post.

*Hoc patrium est, potius consuescere filium
 Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
 Hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit,
 Fateatur nescire imperare liberis.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Lectio certa prodest, delectat, qui quò destinavit pervenire vult, unam sequatur viam non per multas vagetur: non ire istud, sed errare est. *Senec. epist. 43.*

Mutuo ista fiunt: & homines dum docent, discunt: non est quod gloria publicandi in genii producat in medium: ut recitare istis velis, aut disputare. Si haberes isti populo idoneam mercedem, nemo est, qui intelligere te possit. cui ergò, inquis, ista didici? non est quod timeas, ne operam perdidideris, si tibi didicisti. *Senec. epist. 7.*

Quid est stultius, quàm quia diu non didiceris, non discere

omn

omnis ætatis homines schola admittit. Tandiu discendum est, quandiu nescias. Si proverbio credis: quandiu vivas, etiam seni discendum est. *Idem ep. st. 76.*

Mores primum, mox scientiam discite, quæ sine moribus male discitur. *Idem ibid.*

Debent homines viaticum senectutis literarum eruditione parare discendo, ne defecerint insipienti animo: literas tanquam baculum infimo corpori repertas esse: eundem finem esse discendi, qui & vivendi. *Idem in prov. philosoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT terra quod melior est natura, hoc magis corrumpitur, si negligatur: ita ingenia nisi recte excolantur, quod sunt feliciora, hoc pluribus vitiis obducuntur. *Plutarch.*

Est terra quædam asperior, duriorque, quæ tamen culta proptius ferax reddatur: sic ingenia duriora naturam, institutione mansuescunt. *Plut.*

Urcugum rotæ vi inflexæ, nunquam ad pristinam rectitudinem queunt revocari, itidem histrionum baculi: ita quædam ingenia sic consuetudine & institutione depravantur, ut corrigi non queant. *Plut.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Philosophiam Chaldæorum & Ægyptiorum pueri à Patribus discunt. *Diod. cap. 2. lib. 8. & lib. 1. cap. 6.*

Indi & Brachmanes edito infanti curatorem, & vitæ magistrum custodemque; adhibebant: ut sub legibus, & magistratibus bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiretur. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 25.*

Perse tria præcipue liberos suos docebat: equitare, jaculari, & vera dicere. Vicissim tria vehementer damnabant: mentiri, inter ærarios esse, & in annem rem immundam edere. *Ælgiol. lib. 2. cap. 1. ex Xenophonte & Plutarcho.*

Romani quotannis sex optimatum filios ad sex Hetruriz populos mittebant: ut auguralem scientiam discerent. *Alexand. lib. 5. cap. 19.*

Augustus Cesar rectorem solitus est apponere ætate parvis, ac mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent: ac plurimorum liberos, & educavit simul cum suis & instituit. *Sueton.*

Carolus Magnus Burchardo Herbipolensi episcopo duodecim adolescentes, ex illustribus parentibus Saxonum natos, quos obsides acceperat, servandos & erudiendos in doctrina pietatis commisit. *teste Balzo Centuria 13. cap. 57.*

IN INTEMPERANTIA. INVIDIA.

§ HIEROGLYPHICA.

Sunt qui *Calathum cum pullis hirundineis* in aliquot veterum monumentis observatum, hieroglyphicum *Institutionis* esse contendunt: argumentumque eiusmodi ad *Osiridis & Cereris* beneficia in mortales collata, referant, quod scilicet ab iis & vivendi leges, & agri colendi præcepta receperimus, & æquo cum reliquis iure vitam degere didicerimus. *Pier. Valer. libr. 22. pag. 208. E.*

Vide Discendi cupiditas, Disciplina, Doctrina, Educatio, Professor.

INTEMPERANTIA.

§ APOPTHEGMATA.

D*emetrius Phal.* conspicatus juvenem intemperantiæ deditum: ecce, inquit, quadratus *Mercurius*, habens *syрма*, ventrem, pudenda & barbam. *Laert. Lib. 5. cap. 5.*

§ SIMILITUDO.

Quemadmodum temperantia sedat omnes appetitiones, & efficit, ut hæ rationi rectæ pareant, conservatq; considerata iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. *Cicero lib. 4. Tusc. quest.*

Plura quere titul. de Temperantia, Libidine, Scortatione, Ebrietate, Luxuria, Gula, Voluptate.

INVIDIA.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Ne comedas cum homine invido, & ne desideres cibos eius: quoniam in similitudine arioli & conjectoris æstimat, quod ignorat. Comede, & bibe, dicit tibi, & mens eius non est tecum. *Proverb. 23.*

Alius alium per invidiam occidit. *Sapient. 14.*

In bonis viri inimici illius: in tristitia & malitia illius, amicus agnitus est. *Eccles. 12.*

An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? *Matth. cap. 20.*

Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? & secundum hominem ambulatis? *1. Corinth. 3.*

Quidam quidem & propter invidiam & contentionem Christum prædicant: quidam autem, & propter bonam voluntatem.

Philip. 3.

Vz illis, qui in viam Cain abierunt. *Epist. Iude.*

Neque cum invidia tabescente iter habebō: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. *Sapient. 6.*

Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. *Galat. 5.*

Ubi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prævium. *Iacob. 3.*

Deponentes igitur omnem malitiam, & invidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationibiles, & sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem. *1. Petr. 2.*

Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animadverti patere invidiæ proximi: & in hoc ergò vanitas, & cura superflua est. *Eccles. 4.*

Invidiâ autem diaboli, mors introivit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. *Sapient. 2.*

Parvulum, occidit invidia. *Iob 5.*

Vita carniū, sanitas cordis, putredo ossium, invidia. *Proverb. 14.*

Qui sibi invidet, nihil est illo nequius, & hæc reductio est malitiæ illius. *Eccles. 14.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Invide, quid suspiras? Proprium ne malum, an alienum bonum? *Basil. serm. de invidia, & alijs locis.*

Rubigo peculiare est vitium frumenti: & invidia morbus est amicitie. *Idem.*

Canes nutritione cicurantur, & cultu mansuescunt leones: invidi verò ad obsequium magis efferantur. *Idem.*

Invidia probum virum sequitur, cæstrum existens impuri spiritus: qui hunc suscepit ac velut pectore complexus est, nihil aliud habet, quàm quòd animam suam excet & dissecat, simulquè cum corpore absumit, mœrorem acerbissimum, ac solatii omnis expertem aliorum prosperitatem existimans. *Greg. Nazian. in Eccles. 2.*

Invidia, pestiferum malum, hominem in diaboli conditionem ac in dæmonum immitissimum convertit. Per eam mors venit in mundum: propter ipsam Abel est interemptus: David cædis periculum subiit: & Judæi Christum interfecerunt. Invidi adversa aliorum fortuna, ut Scarabæi, alieno stercore nutriuntur. *Chrysof. in homil.*

Fuge invidiam, quæ non solum alienos, verùm multò magis eam, quem possederit, lacerare consuevit. *Ambros. libr. de fuga seculi.*

Invidia est filia superbix: sed ista mater superbia nescit esse sterilis: ubi fuerit, continuò parit: suffoca matrem, & non erit filia. *Augustin. de verbo Domini.*

Invidia vitium diabolicum, quo solo diabolus reus est & inexpiabiliter reus. Non enim diabolo dicitur, ut damnetur, adulterium commisisti: furtum fecisti: villam alienam rapuisti: sed homini stanti invidisti. *Idem lib. 1. de doctrina Christiana.*

Tolle invidiam, & tuum est, quod habeo: tollam invidiam, & meum est, quod habes. *Idem in Ioan.*

Invidia est odium alienæ felicitatis, respectu superiorum, quia eis non æquatur: respectu inferiorum, ne sibi æquentur: respectu parium: quia sibi æquantur. *Idem ibid.*

Oro te, quid invido delectationis præstat invidia? quem secretis quibusdam conscientix unguis livor ipse discerpit: & alienam felicitatem tormentum facit? *Hier. in epist. ad Demet.*

Tantò quisquis plus invidet aliis bona præsentia, quantò minus ea ipse contempserit. *Greg. lib. 3. moral.*

Dum electi proficiunt, reprobi ad rabiè furoris excitantur, & bona nascentia, quæ nolunt imitari, persequuntur. *Ibidem.*

O invidia! quæ semper sibi est inimica: nam qui invidet, sibi quidem ignominiam facit, illi autem cui invidet, gloriam parit. *Chrysost. sup. Matth.*

Tantos invidus habet justæ pœnæ tortores, quantos invidiosus habuit laudatores. *Prosp. lib. 3. de vitiis & virtutibus.*

Invidia in suum autorem reciproca, est de bono alterius habescens animi cruciatus. *Ibidem.*

Invidia justius nihil est, quæ protinus ipsum autorem perimit excruciatque suum.

§ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Ex Græcis Comicis.

Ο φθονοςος ου τιδ πολέμιος ηχθιστωτα.

Αυθαρετοις γδ ζωεχεται λυπαις αει.

Sibi hostis ipse redditur Vir invidiosus?

Hunc nanque mæror quem sibi acerfit, premit.

Lucret.

Macerat invidia, antè oculos illum esse potentem,

illum aspectari, claro qui incedit honore:

Ipsi se in tenebris volvi cænoq; queruntur.

Martialis

Martialis 5.

*Hi sunt invidia nimirum Regule mores,
Præferat antiquos semper ut illa novis.*

Silius 16.

*O dirum exitium mortalibus ! ô nihil unquam
Crescere, nec magnas patiens exsurgere laudes
Invidia !*

Propert. 2. 25.

Invidiam quod habet, non solet esse diu.

Horat. 1. Epist. 2.

*Invidios alterius rebus macrescit opimis.
Invidia Siculi non invenire tyranni
Majus tormentum.*

Plaut. Truc.

*In videre alii bene esse tibi male esse, miseria est.
Qui invident, egent: illi quibus invidetur, rem habent.*

Publ. Syr.

Miserrima est fortuna, qua inimico caret.

Plaut. Capt.

Est miserorum, ut malevolentes sint atq; invideant bonum.

Idem Bacch.

Nullus est, qui non invideat rem secundam obtingere.

Terent. Andr. 4. 1.

*Hocine credibile est aut memorabile.
Tanta recordia innata cuiquam ut fiet:
Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua uti comparent commoda ?*

Senec. Med.

*Invidia fastum ac sermo popularis premet,
Ars prima regni est posse invidiam pati.*

Vergil. de Livore.

*Livor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quid quisque furit invidetq; sorti
Ut debet sibi pœna semper ipse est,
Testatur gemitu graves dolores.
Suspirat, gemit, incutit que dentes,*

*Sudat frigidus, intuens quod odit.
 Effundit mala lingua vires atrum.
 Pallor terribilis genas colorat.
 Infelix macies renudat ossa.
 Non lux, non cibis esse sua vis illi,
 Nec potus iuvat, aut sapor Lyei:
 Nec sic pocula Iupiter propinet,
 Atq; hæc porrigat & ministret Hebe.
 Aut tradat Ganymedes ipse nectar. &c.*

Ausonius in Pyttaci sententiis.

Demens superbis in videt fœlicibus.

Ovid. lib. 1. de arte Amandi.

*Fertilior seges est alienis semper in agris:
 Vicinumq; pecus grandis uber habet.*

Ovid. lib. 2. de Remed. amor.

*Ingenium magni livor detrectat Homeri:
 Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.*

Ovid. lib. 2. Metamorph.

*Hæc ubi per venit, bello metuenda virago,
 Constitit ante domum. Necq; enim succedere tectis
 Fas habet, & postes extrema cuspide pulsat.
 Concussa patuere fores: videt intus edentem
 Vipereas carnes vitiorum alimenta suorum
 Invidiam.*

*Pallor in ore sedet, macies in corpore toto:
 Nusquam recta acies, trivent rubigine dentes:
 Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.
 Risus abest, nisi quem visi movere dolores.
 Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis:
 Sed videt ingratos, intabescitq; videndo.
 Successus hominum, carpitq; & carpitur unâ
 Suppliciumq; suum est.*

Ovid. lib. 2. Metamorph.

*Protinus invidia nigra squalentia tabo
 Tecta petit, domos est imis in vallibus antri
 Abdita, sole carens, non ulli per via vento,
 Tristis & igna vi plenissima frigoris, & que
 Igne vacat semper, caligine semper abundet.*

Ovid.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

*Livor, iners vitium, mores non exit in altos
Vtq; latens ima ripera serpit humo.*

Silius Ital. lib. 11. bell. Pun.

*Dum males obtrebat facta immortalia livor:
Nec finit ad utas ductoris crescere laudes.*

Ovid. 1. de remed.

Summa petit livor, perstant altissima venti.

Silius Ital. lib. 13. bell. Pun.

Magnanima invidia vires caret.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

*Scripta placent à morte quidem: quia ledere vivos
Livor, & in viso carpere dente solet.*

Idem lib. 4. de Ponto.

Non solet ingentis summa nocere dies.

Idem lib. 1. Eleg.

*Pascitur in vivis livor, post fata quiescit:
Tunc sicut ex merito quemq; tuetur honos.*

Horat. Oda. 24. lib. 3.

*Claros post genitis, quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis querimus invidi.*

Idem lib. 2. Epist. ad Augustum.

*Vrit enim fulgore suo, qui pręgravat artes
Infra se positas, extinctos amabitur idem.*

Martial. lib. 1. Epigram.

*Qui ducis vultus, & non legis ista libenter.
Omnibus invidias livide, nemo tibi.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Invidentia, est ægritudo ex alterius rebus secundis. 3. *Tusc.*

Virtutis comes invidia plerunq; bonos insectatur. 4. *ad Herennium.*

Latè patet hoc vitium, & est in multis, invidere scilicet. Cicero *Appio Pulchro Famul.* 3.

Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. *De Clar. Orat.*

Pleriq; sunt invidi, maximeq; est hoc commune vitium & pervulgatum. invidetur autem præstanti, florentiq; fortunæ. 2. *Orat.*

Invident homines, maximè paribus aut inferioribus, cum

se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse: sed etiam superioribus invidetur sæpè vehementer, & eò magis, si intolerantius se jactant, & æquabilitatem communis juris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transcunt. 2. de Oratore.

In judiciis invidia imbecillis esse debet: nihilque homini est tam timendum, quàm invidia: nihil innocenti suscepta invidia tam optandum, quàm æquum judicium. Pro Cluent.

Invidia summus ordo caret. 3. de Legib.

Invidia virtute parta, gloria, non invidia putanda est. 3. Invect. in Catil.

Nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit: divites enim sunt alienis jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Unde quidam interrogatus, quomodo invidos non haberet? respondit: si nihil, inquit, ex magnis rebus habueris: aut nihil feliciter gesseris: nam sola miseria caret invidia. Valer. Max. lib. 4.

Invidiam effugies, si te non ingesseris oculis: si bona tua non jactaveris, si sciveris in sinu gaudere. Senec. epist. 17.

Etsi multos inimicos tibi faciat injuria: multos tamen faciet invidia. Idem de moribus.

Homo sum, quomodo devitabo secularium rerum invidiam? Facilius est pauperi contemptum effugere, quàm diviti invidiam. Idem ibid.

Utinam invidi oculos haberent in omnibus civitatibus, ut de omnium felicitatibus torquerentur: nam quanta felicitum sunt gaudia, tanti invidorum sunt gemitus. Idem ibid.

Venenū quod in alienam perniciem effundunt, sine sua continent: non ita vitium invidiæ continetur. nam invidum torquet & macerat, bona odit & extenuat: injurias verò dilatatque auget. Idem in epist.

Nunquam melius torquebis invidos, quàm virtuti & gloriæ serviendo. Idem ibid.

Invidia tacitè, sed inimicè irascitur. Invidiam ferre aut fortis, aut felix potest. Idem ibid.

Si non invideris, major eris: nam qui invidet, minor est. Scito quid est invidia? Dolor est animi ex alienis commodis. Scito etiam & illud, quod nulli invidet vir bonitate præditus. Idem in Proverb.

§ APOPTHEGMATA.

Leobulles interrogatus, quænam præcipuè cavenda sint? respondit: amicorum quidem invidiam, inimicorum autem insidias. Maxim. serm. 54.

Bion conspiciens quendam tristi vultu, qui habebatur invidus: nescio, inquit, utrum tibi aliquid acciderit mali, an alteri boni quippiam? *Laert. lib. 4. cap. 7. Stob. serm. 36.*

Agis quum quidam apud *Agidem* dicerent, esse nonnullos alienæ familiæ, qui ipsi inviderent: geminam igitur, inquit, habebunt molestiam, quos & sua ipsorum mala discruciabunt: atque insuper tum meis, tum amicorum meorum bonis torquebuntur. *Plutarch. in Lacon.*

Socrates interrogatus, quid bonis viris molestum esset? dixit, malorum felicitas, quid malis? bonorum prosperitas. *Antoniss in Melissa serm. 70. part. 1.*

Aristoteles ostendere volens quid esset invidia? *Antagonistâ* fortunatorum esse dixit. *Anton. in Meliss. part. 1. serm. 62.*

Epictetus rogatus, quomodo quis hosti dolorem excitare posset? Dixit si quis ita compareret seipsum, ut optima quæq; faciat. *Antoniss in Meliss. part. 1. serm. 72.*

Thales sciscitatus, quo pacto adversæ fortunæ ictus quispiam ferat facillimè? Si inimicos, ait, videat deterius affectos. *Bruso. lib. 3. cap. 7.*

Anacharsis percontatus, cur homines subindè tristentur respondit: quia nò solum propria mala eis molesta sunt, sed etiam aliena bona. *Anton. serm. 62. part. 1. Meliss. Maxim. serm. 54.*

§ SIMILITUDINES.

NON quævis arbor patitur complectentē se vitem, sed quædam præfocant eam, & extinguunt: ita ambitiosi quidam juvenes ob invidiam premunt, ne quando emergant. *Plut.*

Ut ii quos dolentes sopor occupavit: tristia somniant: ita qui invidia, superstitione, avaritia laborant. *Plutarch.*

Ut stultus, qui adversis ventis & undis navigat, orta tranquillitate portum petit: sic qui tum negotium relinquit, cum diu jam cum invidia luctatus, deinceps citrà invidiam vivere possit. *Plutarch.*

Qui diversam ingrediuntur viam, non possunt sibi mutuò prodesse: ac qui diversa vitæ ratione utuntur, adimunt invidiâ, ac magis sibi invicem sunt auxilio. *Plut.*

Subduc materiam, extinguitur ignis: subduc occasionem, quiescet odium, sive invidia. *Plutarch.*

Quemadmodum in OEconomicis inquit *Xenophon*, suum habent locum vasa sacris parata, suum quæ cœnis, alibi quæ agriculturæ, seorsum quæ bello: ita quisque inveniet in animo suo mala ab invidia profecta à zelotypia, ab ignavia, ab avaritia. *Plutarch.*

Canis

Canisignotos allatrat, ergà notos mitior, secundum Heraclitum: sic invidia novos homines, & nuper euectos potissimū infestat, in notos jam mitior. *Plutarch.*

Ut inveterata consuetudo, etiam si lædat: tamen haud facilè propellitur: ita similtas invidiam, zelotypia mali memoriam in animo relinquit. *Plut.*

Ut ferrum æruginè consumitur: sic invidi suopte ingenio. *Plutarch.*

Ut non est regio quæ careat venenis, veluti Creta: ita non est Respublica aut aula, quæ careat invidiâ. *Erasm.*

Ut feris bellum est cum iis, quæ iisdem aluntur, cum cæteris pacem agunt: sic invidia & æmulatio inter ejusdem artis professores. Nam pugili cum cursore convenit. *Plut.*

Uti Sol, si imminet hominis vertici, aut prorsum tollit umbram aut minimam reddit: sic ingens gloria extinguit invidiam. *Plutarch.*

Ubi nullum lumen, ubi nulla umbra: ita ubi nulla felicitas, ibi nulla invidia. *Plutarch.*

Flammam primùm emicantem multus comitatur fumus, qui quidem evanescit, jam invalescente & explicante se flamma: sic res egregias aggredientem initiò multa premit invidia, donec aucta gloria invidiæ fumum discutiat: nam fumus gloriæ est. *Plut.*

Ut qui cursu certant, non discruciantur, cùm vident coronas athletarum, sed suis oblectantur: ita te non oportet aliena felicitate discrucari: sed tua gaudere sorte. *Plut.*

Malus consiliarius omnia depravat assidens: sic invidia nulla magis damnat, quàm quæ sunt optimè dicta. *Plut.*

Ut non invidetur his, qui domū aut agrum magno emerunt: sed quibus gratis contigit: ita nemo his invidet, qui gloriam magno sibi pararunt, sed quibus fortunæ favore contigit. *Plutarchus.*

Quemadmodum iter facientes per Solem necessariò comitatur umbra: sic quoque incedentibus per gloriam comes est invidia. *Plut.*

Ut cantharides maximè læto tritico innascuntur, & rosæ florentibus: sic invidia maximè comitatur eos, qui virtute florent. *Plutarch. & Plin. lib. 11. cap. 35.*

Sunt qui aspectu effascinant hominem: ita invidus oculus perniciem adfert rebus lætis. Nec satis tutus regum oculus, si quid habeas egregiè pulchrum. *Plin. lib. 7. cap. 2.*

Herbam Canariam canis ita mandit, ut homo nō cernat: nisi depastam:

depastam: & percussus à serpente, aliam quandã petit, sed eam non decerpit inspectante homine: ita quidam disciplinas ce-
lant, ne profint & aliis. *Plin. lib. 25. cap. 8.*

Qui effasciant, in oculis geminam habere pupillam dicuntur: ita qui utuntur invidia alienæ felicitatis, non eam intuentur oculo simplici, sed quicquid vident, sinistrè interpretantur. *Erasmus.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Invidiæ exempla: Satan, *Genes 3. v. 1. Sapient. 2. v. 24.* Cain, *Genes 4. v. 4.* Palæstini, *26. v. 14.* Rachel, *30. v. 1.* Fratres Joseph, *37. v. 4. 8.* Actor. *7. v. 9.* Ægyptii, *Exod. 1. v. 13.* Josue, *Num. 11. v. 28. 29.* Aaron & Maria, *12. v. 1. 2.* Ephraimitæ, *Iudic. 8. v. 1. 2.* Eliab frater Davidis, *1. Samuel. 17. v. 28.* Saul, *18. v. 8.* Philisthæi, *29. v. 9.* Achitophel, *2. Samuel. 17. v. 23.* Sanaballat & Tobias, *Nehem. 2. v. 10.* Aman, *Esth. 5. v. 13.* Principes & Satrapæ Darii, *Daniel. 6. v. 4.* Pharisæi, *Matth. 9. v. 11. Ioan. 12. v. 19.* Discipuli Joannis, *9. v. 14. Ioan. 3. v. 26.* Principes Sacerdotum & Scribæ, *Matth. 21. v. 15.* Judæi, *27. v. 18. Actor. 13. v. 45. & 17. v. 5.* Frater prodigi Filius, *Luc. 15. v. 18.* quidam Pharisæi, *19. v. 39.* Pontifices & Pharisæi, *Ioan. 11. v. 47.* Sacerdotes, Magistratus templi & Sadducæi, *Actor. 4. v. 1. 2. & 5. v. 17.* Auditores Stephani, *v. 54.* Corinthii, *1. Corinth. 1. v. 11.* Pseudoapostoli, *Philip. 1. v. 15.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Alexander Macedonia Rex potentissimus Perdiccã oderat, eò quòd esset bellicosus: Lysimachum, quòd militandi peritus: Seleucum, quòd magni animi: Attalum, quòd imperatoria dignitate polleret: Ptolomæum, quòd ei prosperè omnia succederent. *Ælian. lib. 12. de var. histor.*

Viros bonos, qui per virtutem primum locum tenebant, invidi oppugnavêre: Periclem Simmias: Alcmaon Themistoclem: Pompejum Clodius: Epaminondam Meneclides Orator. *Plutarch. in præcept. politicis.*

Græcorum duces ad Salaminem re benè gesta, quamvis consilio Themistoclis omnia gesta essent: eius tamen gloriæ invidentes, ne secundas quidem rei benè gestæ partes tribuere voluerunt. *Herodotus.*

Caligula Cæsar pulcros & comatos, si quos obvios haberet, occipitio raso eos præ invidiã deturpabat. *Sueton.*

Agathocles Syracusiorum tyrannus, Gelonis regis sepulcrum, quòd ei ob res præclare gestas populus extruxerat, diruit. *Diodor. lib. 11.*

C. Caligula

IN INVIDIA. INVOCATIO DEI.

C. Caligula invidiâ motus, Torquato torquem, Cincinnato crinem, & Cn. Pompeio stirpis antiquæ Magni cognomentum abstulit. Esum quoq; Proculum, formosissimum adolescentem jugulari fecit. *Suetonius.*

Sempronius Gracchus & *Rutilus* tribuni plebis Marco Atilio Glabrio, diem dixere, nullam aliam ob causam, quam quod homo non ustam citò crevisset. *Livius de bello Macedonico, & Volat. lib. 13. cap. 3. Anthrop.*

§ HIEROGLYPHICA.

Nonnulli ex peritioribus *Invidiam* per *Hydra* speciem significari tradunt: ideoq; in nullo alio monstro dominando Herculem magis laborasse. *Pier. Valer. lib. 16. pag. 155. A.*

Per *Lolium* etiam cum pravi mores tum *Invidia* hieroglyphicè significatur. Quare *Antisthenes* non temerè dicere solebat. absurdum esse *triticum* à *lolio* non repurgare, qui sentiret ex hoc *Invidios* à Republica submovendos, ut *Plutarchus* interpretatur: tam enim inutiles invidi sunt civitati, quàm *Lolium* est *tritico*: qui verò invidus est, suam ipse sibi fovet infelicitatem. *Pier. Val. lib. 56. pag. 538.*

INVOCATIO DEI.

§ EXEMPLA SACRA.

Invocationis DEI exempla: *Seta*, *Genes. 4. vers. 26.* *Araham*, 12. v. 8. & 13. v. 4. & 21. v. 33. *Isaac*, 25. v. 21. & 26. v. 25. *Jacob*, 32. v. 9. *Moyles*, *Exod. 34. v. 9.* *Deuter. 32. v. 1.* *Samson*, *Judic. 15. v. 18.* *Samuel*, 1. *Samuel. 12. v. 17.* *Eccles. 40. v. 19.* *David*, 2. *Samuel. 22. v. 4. 7. 1.* *Paralip. 21. v. 26.* *Psalms. 17. v. 6. & 18. v. 4. & 31. v. 2. & 116. v. 13.* *Eccles. 47. v. 6.* *Elias*, 1. *Reg. 17. v. 36. 37.* *Esaias*, 2. *Reg. 20. v. 11.* *Ruben*, *Gad* & *dimidia Tribus Manasse*, 1. *Paralip. 5. v. 19. 20.* *Asa*, 2. *Paralip. 14. v. 11.* *Josua*, *Ecclesiast. 46.* *Ezechias*, 48. v. 20. 21. 22. *Syrach*, 51. v. 14. *Jeremias*, *Thren. 3. v. 55.* *Sacerdotes*, 2. *Macchab. 3. v. 15. & 14. v. 34. 35.* *Junior* ex septem fratribus, 7. v. 37. *Macchabæus* & reliqui *Judæi*, 8. v. 2. *Razias*, *vers. 46.* *Judas Macchabæus*, 15. v. 21. 26. *Stephanus*, *Actor. 7. v. 60.*

Vide Oratio.

IRA,

IRA, IRACUNDIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

NE irascemini in via. *Genes. 45.*

Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitatur rorem. *Proverb. 15.*

Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. *Ibid. 26.*

Deponite iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. *Coloss. 3.*

Virum stultum interficit iracundia. *Iob 5.*

Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat injuriam callidus est. *Proverb. 12.*

Vir iracundus provocat rixas, & qui ad indignationem facilis est, erit ad peccandum proclivior. *Ibid. 15. & 29.*

Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram: nolite dare locum diabolo. *Ephes. 4.*

Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? *Proverb. 27.*

Inter superbos semper jurgia sunt. *Ibid. 13.*

Semper præsumit sæva perturbata conscientia. *Sapient. 17.*

Iracundia animositatis illius subversio illius est. *Eccles. 1.*

Cum iracundo non facias rixas. *Ibid. 8.*

Non est caput nequius super caput colubri: & non est ira super iram mulieris. *Ibid. 25.*

Memorare timoris Domini, & non irascaris proximo. *Ibid. 28.*

Vir iracundus provocat rixas, & qui patiens est, mitigat fuscitatas. *Proverb. 15.*

Semper jurgia querit malus: Angelus autem crudelis mittetur contra eum. *Ibid. 17.*

Spiritus viti sustentat imbecillitatem suam: spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere? *Ibid. 18.*

Sicut fremitus leonis, ita & Regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus. *Ibid.*

Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitatur rixas. *Ibid. 26.*

Grave est saxum & onerosa arena: sed ira stulti utroque gravior. *Ibid. 27.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

IRa est, quum inest opinio turbulenti appetitus inferendi ea, quæ facilitatem actionis impediunt. idcirco plerunque non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eumque collidimus

collidimus atque frangimus: & aleatores tesseras, & pictores penicillo, & cuiuscunque instrumento quilibet ex quo difficultatem se pati arbitratur: ac etiam assiduitate irascendi fel crescere etiam medici affirmant, incremento autem fellis rursus & facile & propè nullis causis existentibus irascimur. *August. in epist. ad Ne.*

Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit: sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit. *Idem in epist.*

Furor est ira brevis, quæ nõ rãm ex malitiæ proposito, quàm eventu subito contingit. *Idem ibid.*

Ira fratris si fuerit inveterata, jam odium est. Ira turbat, odium extinguit: ira festuca, odium trabs est. *Idem in Psalm. 54.*

Iram fratris tunc portabis, quum tu adversus eum non irascaris: ut rursus eo tempore, quo te ira præoccupaverit, ille te lenitate & tranquillitate supportet. *Idem de verbis Apostoli.*

Resiste iræ si potes: cede, si non potes. Si prævenierit & præoccupaverit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinquant locum tuum, locus tuus patientia est. *Ambros. de Offic. lib. 1.*

Est ira, quæ justiciam Dei non operatur, & furori proxima, menti suæ vim eripit, in tantum ut labia tremant, dentes concrepent, vultus pallore mutetur. Rectè illud laudatur Architzæ Tarentini, qui cum villico suo iratus, jam te, inquit, cederem, nisi iratus essem. *Hieron. sup. Joel. Prophet.*

Quid iracundo furor suus confert: quem sævissimis exagitationibus stimulis conscientie ira ab omni consilio ac mente deturbat: ut dum irascitur, insanire credatur? *Idem ad Demeritadem.*

Per iram sapientia perditur: ut quid, quove ordine agendum sit, nesciatur. *Gregor. lib. 3. moral.*

Per iram justitia relinquatur: quia dum perturbata mens, iudicium sine ratione exasperat: omne quod furor suggerit, rectum putat. Per iram gratia vitæ socialis amittitur: quia qui se ex humana ratione non temperat, necesse est, ut bestialiter vivat. Per iram mansuetudo amittitur: per iram concordia rumpitur: per iram lux veritatis amittitur: quia quum menti iracundia confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cogitationis abscondit. *Idem ibid.*

Menti furore ebriæ, omne quod rectum dicitur, perversum videtur. *Idem super Ezech.*

Non irasci ubi irascendum est, & nolle emendare, peccatum est. Plus verò irasci, quàm irascendum est, peccatum peccato addere est. *Bernh. in epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comicis.

Ὁργὴ δὲ πολλὰ δρῶν ἀναγκάζει κακῶς.

Mala perpetrare cogit ira plurima.

Ζήσεις βίαν κροῦπτον ἀνθυμῶ κροῦπτός.

Vives beatè vacuus iracundia.

Θυμῶ κροῦπτοσσι καπιθυμίας καλόν.

Iram tenere splendidum ac cupidinem.

Ἀνθρώπος ὡν γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κροῦπτεῖν.

Quum sis homo, ira temperare poteris.

Νίκησον ὀργὴν τῷ λογιζοῦ καλῶς.

Adhibita ratio fac superet iram tuam.

Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βελεύεται.

Haud tuta in ira consilia capi queunt.

Οὐκ ἴσιν ὀργῆς (ὡς εἶοικε) φερεμῶν.

Ἄλλ' ἢ λέγω παρεδῶν ἀνθρώπος φίλων.

Ira medela est non (ut arbitror) alia,

Quam verba amici ex ore proficiscentia.

Ὁργὴν ἑταίρων καὶ φίλων πειρῶ φέρειν.

Iram sodalis atque amici fac feras.

Φύγειν αἰεὶ δεῖ δεσποτάς θυμῶν φίλων.

Accensus ira procul heres fugiendus est.

Μαινόμεθα πάντες ὁπότεν ὀργιζώμεθα.

Τὸ γὰρ κατὰ φύσιν ἴσιν τῆς ὀργῆς πόντος.

Omnes in ira corripit quidam furor:

Et continere magnus est iram labor.

Ovid. epist. 3. Heroid.

Vince animos, iramq; tuam qui cetera vincis.

Horat. lib. 1. Epist. ad Lol.

Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi pareat

Imperat: hunc frenis hunc tu compeisce catena.

Stattius lib. 8. Thebaid.

Ne frena animo permittite calenti,

Da spatium, tenuemq; moram: malè cuncta min strat

Impetras.

Ovid. lib. 1. Eleg. 8.

Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram:

Impes multates ira morata facit.

Claud. de Iracundo.

In jaculum quodcumque gerit dementia mutat,

Tt

*Omnibus armatur rabies pro cuspide ferri.
Cuncta volant dum dextra ferax in vulnere sedit,
Pro telo geritur quicquid suggererit ira.*

Ovid. epist. 6. Heroid.

Qualibet iratus ipse dat arma dolor.

Juvenal. Satyr. 13.

Vt sit magna, tamen certè lenta ira deorum est.

Ovid. lib. 3. de arte amandi.

*Ora tument irà, nigrescunt sanguine vena:
Lumina Gorgoneo serpens angue micant.*

Virgil. lib. 5. Æneid.

Vim suscitatur ira.

Ovid. lib. 2. Eleg.

Quaslibet infirmas adjuvat ira manus.

Seneca in Medea.

*Ira que tegitur nocet,
Professa perdunt odia vindictæ locum.*

Ovid. lib. 1. de arte amandi.

Vt fragilis glacies, interit ira, mora.

Horat. lib. 1. Epist. ad Quintium.

*Arcanum neque tu scrutaveris ullius unquam,
Commissum te teges, et vino tortus et ira.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

*Qui non moderabitur ira
Infectum voles esse, dolor quod suaserit et meus:
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.*

Ovid. Epist. 12. Heroid.

*Sed quid predicere pœnam.
Attinet, ingentes parturit ira minas.*

Seneca in Medea.

*Difficile quàm sit animum ab ira flectere.
Iam concitatum, quamq; regale hoc putet
Sceptra superbas quisquis admovit manus.
Qua cepit ire, regia didici mea.*

Perlius Satyr. 3.

*Nunc face supposita ferrescit sanguis et ira,
Scintillant oculi, dicuq; facuq; quod ipse
Non sani est hominis, non sanus juret Orestes.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

IRa, ut inquit Ennius, est initium insaniz. *4. Tusc.*
Prohibenda est maximè ira in puniendo. Nunquam enim
iratus

Iratus qui accedet ad pœnam mediocritatē illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. cavendum est igitur, ne major sit pœna, quàm culpa. *Eccl. 1. Offic.*

Omnis animadversio & castigatio, contumeliâ vacare debet. *1. Offic.*

Non sunt audiendi, qui graviter irascendū inimicis putāt. *ibid.*

Objurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ, in quibus utendū est fortalsè & vocis contentione majore, & verborum gravitate acriore, atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet objurgatio significandum est ipsius id causa qui objurgetur, susceptum esse. Id agendum etiam est, ut ne ea facere videamur irati: sed ut ad urendum & secandum: sic ad hoc genus castigandi rarò, invitiq; veniemus: nec unquam nisi necessariò, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil consideratè potest. *1. Offic.*

Semper ira procul absit, cum qua nihil rectè, nihil consideratè fieri potest. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constantè fieri possunt, neq; iis qui adsunt probari. *1. Offic.*

Proprium est irati, cupere à quo læsus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere. *1. Offic.*

Crudelitatis horridus habitus, truculenta species, violenti spiritus, vox terribilis, cui silentium dare, incrementum est adjicere. Etenim quem modum sibi ipsa statuet, si non suggillationis quidem frænis fuerit revocata. *Val. Max. lib. 8.*

Immodica iragignit insaniam: hæc ardescit, affectus ex amore potius, quàm ex odio nascitur. *Senec. lib. de ira.*

Nihil inter insanum & iratum est, non unus dies: alter semper insanit, alter semper irascitur. *ibid.*

Iracundia infœliciter geminatur. Iracundus quum irasci desierit, tunc irascitur sibi: respicere nihil consuevit iracundia. *Idem in proverb.*

Quo minus presseris iram, eò ab ira magis premeris: tunc enim incipimus aliis irasci, quum nobis desinimus. Finis namq; iræ, initium est pœnitentiæ. *Idem ibid.*

Ad bonum virum cito moritur iracundia, brevè amens & ipsa iracundiæ memoria. Fulmen est, ubi in potestate habitat iracundia, gravissima est probi hominis iracundia, gravis tamen pœna est quum post facti pœnitet. *Idem ibidem.*

In amore semper mendax iracundia est. Iratum breviter videt, inimicum diù. Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum: iratus etiam facinus consilium putat. si quis irascitur ab alio, pœnas à se exigit. *ibid.*

IR

IRA, IRACUNDIA.

Prohibenda est maximè ira in puniendo: nunquam enim qui iratus accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. cavendum est igitur ne major sit pœna, quàm culpa. *Cic. 1. offic.*

Semper ira procul ablit, cum qua nihil rectè, nihil consideratè fieri potest, quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec ab ijs qui adsunt, probari. *ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Plagier rogatus, quam obrem nõ delectaretur educandis pueris? quoniam, inquit, nec me ipso delector. *Philest. in sophist.*

Demonax à quodam, cui Imperator exercitum commiserat, interrogatus: quo pacto delegatam provinciam quàm optimè gerere posset? si, inquit, iracundia vacaris. *Eras. lib. 8. apoph.*

Macarius interrogatus, quid ita injuriarũ erga homines memoriã tenentes, vim animæ reminiscendi enecaremus: adversus demones autem, cum acceptorum ab eis malorum reminiscimur, detrimentum nullum sentiremus? respondit: propterea quod prior illa affectio præter naturam posterior autem secundam naturam esset. *Niceph. lib. 11. Eccles. hist. cap. 43. ex Evagr. 10.*

Aegyptius quidam monachus interrogatus, cur adeo se omnibus corporis voluptatibus subtraheret? respondit: ut hac ratione omnem iræ causam & occasionem præcidam. *Nicephor. Call. lib. 11. Eccles. hist. cap. 43. ex Evagr. 10.*

Democritus ad quendam flagris sævientem in servum, Desine, inquit, te servo tuo similem ostendere. Servus enim est qui suis cupiditatibus imperare non potest. *Eras. lib. 8. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT fumus mordicans oculos, non videre permittit quæ pedibus adjacent: sic iracundia oboriens rationem obfuscat, & quod bonum habitura mens fuerat à ratione, eo non sinit ipsam iracundia sine labore potiri, ac molestia. *Aristot.*

Ignis faciliè accenditur in paleis & pilis leporinis: sed idem mox extinguitur, si nihil addas: sic iræ amantium aut nupt conjugatorum, si nemo se admiscuerit. *Plut.*

Quemadmodum qui expectant obsidionem, colligunt ac deponunt pecuniam, atque omnia parant sub hostium adventum: ita adversus assaultum iracundiæ, præceptis philosophiæ munitendus & instruendus est animus. *Plut.*

Ut in tumultu non audimus quid nobis dicatur: ita irati non admittimus alienum consilium, nisi ratio loquatur intus, quæ tumultum animi compestat. *Plut.*

Ut munica tyrannis ab alienis tolli non potest, à familiari-

bus

IR

bus pot

Plutarch

Ut fi

git: ur

vetur. l

Ut

nis, au

corrip

pescitu

vix ull

Uc n

ves: ita

dus est

Ut e

ita ira

Uc i

tuenda

compe

Am

aspera

Uc i

tur: si

Ma

citur,

fundit

dicunt

Uc

bonæ

In feb

sa: in

Uc

imbec

num.

Ba

sic qu

Uc

luit e

cessit

mule

xima

Ota le

Uc

bus potest: ita concitatus animus ex se præbet, quo solvatur ira.

Plutarch.

Ut ferrum tenue & infirmum si denudò fodiatur, facillè frangitur: sic animus sæpè commotus irâ, qualibet de causa commovetur. *Plut.*

Ut non magno negotio flamma extinguitur, in pilis leporinis, aut scyris, aut stipulis accendi cœpta: at non item si solida corripuerit: sic ira primum gliscens facillè vel joco vel risu compefcitur, cùm videmus fumantem adhuc: quòd si processerit, vix ullo negotio possit extinguì. *Idem.*

Ut nautæ præsentientes tempestatem, anchoris firmant naves: ita priusquàm ingruat tempesta iracundiæ, ratione firmandus est animus, & in diversum nitendum. *Idem.*

Ut exulcerata & ægra corpora ad tactus levissimos gemunt: ita ira muliebri maximè & puerile vitium est. *Idem eod. lib.*

Ut in corporum cura, alia de tuenda valetudine: alia de restituenda, præcepta sunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compefcere, ut vincamus. *Idem lib. 2. de ira.*

Amor levatur cantu, corollis, osculis: at ira, si indulgeas, exasperatur. *Plut.*

Ut prima tyrannidis solutio est, si reclametur, si non parcaur: sic iræ statim est reclamandum. *Plut.*

Mare commotum cùm algam & spumam ejectione purgari dicitur, etiam si litus contaminat: at qui commotus irâ, verba effundit amara, contumeliosa, primum inquinant ipsum à quo dicuntur, & famæ labem aspergunt. *Plutarch.*

Ut in febre: sic & in iralinguam habere levem ac teneram, bonæ spei signum est. *Idem.*

In febre linguæ scabrities ac sordes, signum est mali, non causa: in iralinguæ durities, malorum maximorum est causa. *Idem.*

Ut tumor potissimum accidit ex plaga carnis: sic molles, & imbecilles animi maximè intumescunt irâ, ut mulierem ac senum. *Plut.*

Barbari quidam ferrum inficiunt veneno, ut bis noxium sit: sic quidam dictis instigant commotos. *Plut.*

Ut adamas si frangi contingat malleis, in minutissimas dissiluit crustas, aded ut vix oculis cerni queant: ita arctissima necessitudo, si quando contingat dirimi, in summam vertitur similitudinem, & ex arctissimis foederibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia: aut suprâ modum incandescit semel vitata lenitas. *Plut.*

Ut primis nuncijs non statim creditur, quemadmodum Pho-

cion Atheniensis, nunciata Alexandri morte: si hodie, inquit, mortuus est, & cras & perendiæ mortuus erit: ita non statim iræ fidendum dicenti, ille mihi fecit injuriam: sed proferenda fides in dies aliquot. *Idem.*

§ EXEMPLA SACRA,

IRæ injustæ, seu vituperandæ exempla: Cain, *Genes. 4. 5.* Balaam, *Numer. 24. 10.* Eliab, *1. Sam. 17. 28.* Saul, *18. 8. & 20. 30.* Principes Philistinum, *29. 4.* Abner, *2. Sam. 3. 8.* Asa, *2. Paral. 16. 10.* Achab, *1. Reg. 21. 4.* Naaman, *2. Reg. 5. 11.* Exercitus Ephraim, *2. Paralip. 25. 10.* Ozias, *26. 19.* Sanaballat, &c. *Nehem. 4. 1.* Nabuchodonosor, *Dan. 2. 7. 12. & 3. 7. 13. 19.* Holofernes, *Judith. 5. 2.* Elihu, *Iob. 32. 3.* Aman, *Esth. 3. 5.* Principes Sedechiæ, *Ierem. 37. 1. 4.* Jonas, *Ion. 4. 7. 8. 9.* Antiochus, *1. Machab. 3. 27. & 6. 8. & 15. 36.* 2. *Machab. 7. 7. 3. 9.* Gentes, *1. Machab. 5. 1. Apocalip. 11. 18.* Herodes, *Matth. 2. 16.* Judæi, *Luc. 4. 28.* Frater prodigi Filii, *15. 7. 28.* Demetrius, *Actor. 19. 7. 28.*

§ EXEMPLA PROFANA.

AChillem facit nepotem Homerus ubiq; facit stomachabundum æminabundum: uelut in primo statim Iliados libro, ubi sic incandescit in Agamemnonem, ut manum admoveat capulo, à conuictis ad manus venturus, nisi Pallaseum capillis revocasset. *Quin & ipsum opus ab Achillis iræ habet exordium, Mûnir & d'rs Hæ. Erasim. in Adagiis,*

Malacho poète Syracusano immoderata bilis plerunq; usum rationis auferebat. Eratq; tum præstantior in absolvendo carmine, dum erat alienatus mente. Gyraldus.

Q. Cicero erat ingenio iracundus, commotus que animo linguæ non parcebat, sed passim maledicta convitiæque in omnes jaciebat, Eum ergo gravi epistola, quæ instar libri est, dehortatur Cicero. Victorius lib. 2. var. lect. cap. 22.

Horatius fatetur se naturâ iracundum fuisse, facile tamen placabilem, ait enim:

Irasci facilis, tamen ut placabilis essem.

D. Hieronymum acrius interdum excanduisse, contentiones illæ, quas cum Rufino exercuit, satis indicant: sed & hæ, quæ adhuc leguntur, inter illum & Augustinum epistolæ.

Fuit Ausonius poeta in iram propensus, quod suo ipse fatetur testimonio dicens:

Irasci promptus properavi condere motum;

Atq; mihi pœnas pro levitate dedi,

Deusom Tiberii filium adeo vincebat ira, ut scribit Dion: ut vel insigni

in signi equiti plagas impingeret: quo argumento Castor (inquit) est cognominatus. *Cæl. lib. 23. cap. 20. A. L.*

Plutarchus in commentario *κατὰ τῆς ἀοργησίας* cuiusdam meminit Celsiphontis Paneratiastæ, qui per iracundiam mulæ calcitranti recalcitravit. *Theat. Zuimg. fol. 21.*

¶ HIEROGLYPHICA.

E *Lephas iræ excitatæ*, est hieroglyphicum, quamvis enim hoc animal naturâ ita mansuetum sit, ut etiam crudelitatis alienæ ministerio defungi minimè cogi possit: in iras tamen acriter incitatur, perturbatumq; irritatione aliqua acerbior, immaniter efferafcit. *Pier. Valer. lib. 2. pag. 18. F. & 19. A.*

Neq; defuerunt, qui per *Vrse* simulacrum iram immanem intelligi voluerint, quod id animal immodicis soleat animis excitari & in omnem truculentiam efferi. *Idem lib. 12. pag. 106. F.*

Craticula subiecto igni, & corde super immodicis soleat animis indignationis apud sacerdotes *Ægyptios* indicium fuisse: ut ex eo scilicet cordis bile succensæ, excandescens ostenderent. *Idem lib. 34. pag. 319. A.*

Quercus arbor ea insignis asperitate, quæ omnibus conspicua est: non immeritò fertur usq; ad eò inimica oleæ: ut eam juxtà se positam extinguat. Olea verò cum sit pacis, mansuetudinis ac lenitatis indicium, excogitatum est *quercum* Olea complicare, cum iracundiam atque inexorabilem animi asperitatem sese ad lenitatem dedisse significandum fuerit. *Idem Pier. Val. lib. 51. p. 498. E.*

IRRISIO.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

A Bominatio Domini est omnis illusor. *Prover. 3.*
Ipse deludet illusores: & mansuetis dabit gratiam. *Ibidem.*

Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. *Sap. 5.*

Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione inspiratæ salutis, dicentes intrâ se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computari sunt inter filios Dei, & inter Sanctos fors illorum est? *Ibidem.*

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltet circumspector Deus. *Eccles. 7.*

Desiderat iusti simplicitas.

IRRISIO. JUDEX, JUDICIUM.

Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infamè graditur via. *Proverb. 4.*

Parata sunt derisoribus judicia: & mallei percutientes stultorum corporibus. *Proverb. 19.*

Eice derisorem, & exhibit ab eo jurgium, cessabuntq; causæ, & contumeliæ. *Ibid. 22.*

Illusio & improprium superborum, & vindicta, sicut leo insidiabitur. *Eccles. 27.*

Et qui spernens, nonne & ipse spernèris? cum consummaveris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus defueris contemnere, contemnèris. *Esa. 33.*

§ APOPTHEGMA TA.

Xenocrates à Dione dieterijs lacessitus, non sum, inquit, tibi responsurus: neq; enim tragœdia à comœdia taxata dignatur eam responso. *Laert. lib. 4. cap. 2.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Quærenti, quid fecisset Deus antequam creasset cœlum & terram? Quidam respondit, ea scrutantibus gehennas parabat. quam ipsam non responsionem, sed irrisionem. *D. Augustinus lib. 11. confess. reprehendit.*

Cassander Antipatri filius, Barbaros, contra morem Macedonum, regem Alexandrum adorantes irrisit: propterea Alexander caput eius parieti illisit. *Plut.*

Thales in foveam incidens à Thracense Serva derisus fuit: ea quæ in cœlo sunt, curiosè, contemplatus: eorum quæ in terra, negligens. *Plato in Thæeteto.*

M. Volacilius Pitholani, cum Caninius Revilii uno tantum die consuli fuisset, dixit: antè Flamines, nunc Consules *Diales* fiunt. *Macrob. lib. 2. cap. 2. Saturn.*

Democritus Philosophus omnes deridebat, & aiebat homines insanire. Unde etiam *Geasium*, id est, *Risorem*, eum cives sui appellarunt. *Ælian. lib. 4. de var. hist.*

Defuncto *Alexandro* *Demades* orator cernere ait se Macedonum exercitum ex licentia, occæcato Cyclopi similem. *Plutar. in Regum apophtheg.*

Vide Injuria, Contumelia, Derisio.

JUDEX, JUDICIUM.

§ SENTENTIA BIBLICÆ.

ET ei qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei pallium. *Matth. 5.*

Omn

Omni autem petenti te tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. *Luc. 6.*

Jam quidem omninò delictum est in vobis, quòd judicia habetis inter vos. Quare nò magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. *1. Cor. 6.*

Provide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas: & qui oderint avaritiam, qui judicent populum omni tempore. *Exod. 18.*

Judices & magistròs constitues in omnibus portis tuis, qui judicent populum justo judicio, nec in alteram partem declinent. *Deut. 16.*

Viri mali non cogitant judicium: qui autem inquirunt Dominum, advertunt omnia. *Proverb. 28.*

Juste judica proximo tuo. *Levit. 18.*

Justè quòd justum est, persequeris, ut vivas & possideas terram, quàm Dominus dederit tibi. *Deut. 16.*

Erudimini qui judicatis terram. *Psal. 2.*

Si verè utique justitiam loquimini, rectè judicate filij hominum. *Deut. 16. 57.*

Usque quò judicatis iniquitatem: & faciem peccatoris sumitis? Judicate egeno & pupulo, humilem & pauperem justificante. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. *Idem 81.*

Cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia disponis nos. *Sap. 12.*

Judicium determinat causas. *Prov. 26.*

Diligite justitiam, qui judicatis terram. *Sapient. 1.*

Noli quærare fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: nec fortè eximescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. *Eccles. 7.*

Non judices contrà judicem, quoniam secundum quòd justum est, judicat. *Ibidem 8.*

Judicate manè judicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis. *Ierem. 21.*

Judicium verum judicate. *Zach. 7.*

Veritatem & judicium pacis judicate in portis vestris. *Ibid. 8.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Nolite judicare. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo: nisi ut ea facta, quæ dubiù est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quòd enim scriptum est, A fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictù est, quæ non

JU JUDEX, JUDICIUM.

possunt bono modo fieri. Sunt quædam facta mediâ quæ ignoramus, quo animo fiant, quia in bono & malo fieri possunt, de quibus temerarium judicare, maximè ut condemnemus. *Aug. de serm. dom. in mon. Matth. 7.*

Duo sunt, in quibus temerarium est judicium: cavere debemus, quò incertum est, quo animo quid factum sit, vel incertum est, qualis futurus sit: qui nunc vel bonus vel malus apparet? *idem ibid.*

Ignorantia judicis, plerunq; est calamitas innocentis. *August. de civit. Dei, lib. 29.*

Tunc manifestus veniet inter justos judicaturus justè, qui occultè venerat judicandus ab injustis injustè. *idem de civit. Dei.*

Ille judex nec gratiâ prævenitur, nec misericordiâ jam spectatur, nec pecuniâ corrumpitur: nec satisfactione, nec pœnitentia mitigabitur. Hic dum tempus habet, agat anima pro se, quàm diu locus est misericordiæ, quia ibi locus justitiæ. *idem lib. 3. de symbolo.*

Hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt: qui autem spiritualibus donis ditati sunt, terrenis non debent negotiis implicari: ut dum non coguntur inferiora bona disponere, valeant bonis superioribus delevire. *idem in 1. ad Corinth. 6.*

Mitigat judicem pudor reorum: excitat autem pertinacia delegantium. *Ambros. de Cain & Abel.*

Alienum te à personis omnium redde in judicio, ac propter justiciam in judicio pauperem defendas: nec propter gratiam diviti indecenter adstas, aut, si non potes facere, cognitionem respice causarum. *Hieron. in epist. ad Dam.*

Debet quisquis proprias virtutes perpendere, & pro qualitate virium curam aliorum suscipere, ne dum delectatur, loco gloriæ, fiat subditis autor ruinæ: & qui gravatur pondere suarum, velit fieri judex alienarum culparum. Durum enim est, ut qui nescit tenere modicamina vitæ suæ, judex fiat alienæ. *Gregor. in Eccles. 7. in glo.*

Judicare dignè de subditis nequeunt, qui in subditorum causis vel odium vel gratiam sequuntur. *Gregor. in moral.*

Præsentis temporis ita agenda est lætitia: ut nunquam amaritudo sequentis judicii recedat à memoria. *idem lib. 32.*

Judex peccatis veniam dare non potest, quia voluntati servit alienæ: Deus autem potest, quia est suæ dispensator ac judex. *Lactant. de ira Dei.*

Quid faciet de injustis judiciis, qui ipsas quoque justitias judicabit,

judicabit, qui cuiq; merita recitabit? Veniet inquam, veniet Dominus iudicii, ubi plus valebunt pura corda, quam astuta verba: conscientia bona, quàm marsupia plena: ibi iudex non fallitur verbis, nec flectetur donis. *Bernh. in epist.*

Gravius lacerantur pauperes à pravis iudicibus, quàm à cruentissimis hostibus. Nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis. *Isidor. de summo bono lib. 3.*

Sæpe iudices pravi, cupiditatis causa, aut differunt, aut pervertunt iudicium: non finiunt cœpta partium negotia quousq; marsupia eorum, qui causantur, exhaustant. *Idem ibid.*

Quando enim iudicant, non causam, sed dicta considerant: & sicut negligentes sunt in discussione causarum: sic in eorum damno solliciti sunt.

Qui recte iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deo perpetrat: quia iusticiam, quàm gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. *Idem ibid.*

Quatuor modis iudicium humanū pervertitur: timore, cupiditate, odio, amore. A dextris erunt peccata occurrentia: à sinistris infinita dæmonia: subtus horrendū chaos inferni: de super iudex iratus. foris mundus ardens: intus conscientia urens, ibi vix iustus salvabitur. Heu miser peccator! sic deprehensus, quò fugies? latere erit impossibile, apparere intolerabile. *Ansel. de similitudinibus mundi.*

Tamdiu iudex dicitur, quandiu & iustus putatur: quia nomen, quod ab æquitate sumitur, per superbiam non tenetur. *Cassiodor. in epist.*

Quicumq; consanguinitate aut amicitia: vel è converso hostili odio vel inimicitia in iudicâdo ducitur, pervertit iudicium CHRISTI, qui est iustitia. *Hieron. sup. Amos.*

Multa nos facere cogit affectus: dum propinquitatem respicimus corporum, & corporis & animæ offendimus Creatore, *Hieron. in epist. ad Fabi.*

Nec bonis adversariorum, si honestum quid habuerint, detrahendum, nec amicorum laudanda sunt vitia & unum quodque non personarum, sed rerum pondere iudicandum est. *Hieron. ad Pammachium.*

Personam hominis accipere est hominem, non quia homo, sed propter aliquid quod circa ipsum est, honorare. *Gregor. in homl. & moral.*

Iudices iniqui errant à veritate sententiæ: dum intendunt qualitatem personæ, & exulcerant sæpe justos: dum improbè defendunt iniquos, *Isidor. lib. 3. de summo bono.*

Dives

JU

JUDER, JUDICIUM.

Dives citò muneribus corrumpit judicium: pauper autem
dùm non habet quid offerat, non solum audiri contemnitur,
sed etiam contrà veritatem opprimitur. *Isidor. ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Petronius arbiter. satyr.

*Ergò judicium nihil est, nisi publica merces:
Atq; eques in causâ, qui sedet, empta probat.*

Horat. satyr. 2. lib. 2.

*Dicam si potero, malè verùm examinat omnis
Corruptus iudex.*

Manilius lib. 5. Astronomic.

*Quæsitore scelerum veniet, vindexq; reorum,
Qui commissâ suis rimabitur argumentis
In lucemq; trahet, tacitaq; licentia fraude.
Hinc etiam immittis tortor, pœnaq; minister,
Et quisquis vero fœvit, culpam ve perodit,
Proditur, atq; alto qui jurgia pectore tollat.*

Ovid. lib. 5. Fastorum.

*Ipsa doce, quæ sis, hominum sententia fallax:
Optima tu proprii nominis autor es.*

Terentius in Heanton.

Tu es iudex, ne quid accusandus sis vide.

Seneca in Medea.

*Qui statuit aliquid parte inaudita altera.
Æquum licet statuerit, haud æquus est.*

Horat. Oda. 9. lib. 4.

*Vindex a vare fraudis, & abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
Consulq; non unius anni:
Sed quoties bonus atq; fidus
Iudex honestum prætulit utili, &
Rejecit alto dona nocentium
Vultu, & per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma.*

Ovid. lib. 1. de Trist.

*Judicis officium est, ut res. ita tempora rerum
Querere: quæsito tempore tuus erit.*

Ovid. lib. 1. eleg.

Non benè selecti iudicis arca patet.

Ovid.

Ovid. 1. Amor. 10.

*Turpe reos empta miseris defendere lingua:
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.*

Ovid. 6. Fast.

*Sic agitur censura, & sic exempla parantur:
Cum judex, alios quod monet, ipse facit.*

¶ SENTENTIA PHILOSOPHORUM.

Judex est is, quem nō minus benè de nobis existimare, quàm secundum nos judicare velimus. *Cic. pro Rosc. Com.*

Semper iniquus est judex, qui aut invidet, aut favet, debetq; in judicio imbecillis esse invidia. *Pro Planco.*

Abducuntur nonnunquam judices ab institutis suis magnitudine pecuniæ. *Cic. 6. Act. in Verr.*

Ingentes divitiæ judiciorum religionem, veritatemq; solent perfringere. 2. *Act. in Verr.*

Plura judicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua per motione mentis, quàm veritate aut præscripto, aut juris norma aliqua, aut judicii formula, aut legibus. *Cic. 2. de Orat.*

Est sapientis judicis, meminisse se hominē: cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit & creditum. Et non solum sibi soli potestatem esse datam, verum etiam fidem habitam esse meminisse: posse, quem oderit, absolvere, quem non oderit, condemnare: & semper non quæ velit ipse, sed quid lex & religio cogat, cogitare: Animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in questione versetur. Cum hæc sunt videnda: tum illud est hominis magni, judicisq; sapientis: habere in consilio legem, fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem & invidiam, merum, cupiditates omnes amovere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quam à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis divelli non potest, *Pro Cluent.*

Cum judici dicenda sententia est, meminerit se Deum habere testem, id est, mentem suā, qua nihil homini dedit ipse Deus divinius. 3. *Offic.*

Est sapientia judicis in hoc, ut non solum quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum sibi permissum, meminerit, sed etiam quatenus commissum. *Cicer. pro Rabir. Posthum.*

Magnopere laborare debent judices, non modò, quid dicant pro

pro testimonio, sed etiam quibus verbis utantur: ne quod minus moderatè positum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur. Vultu deniq; laborare, ne qua significari possit suspicio cupiditatis: ut & cum prodeunt, existimatio sit quædã tacita de illis pudoris ac religionis: & cum discedunt, ea diligenter conservata ac retenta videatur. *Cic. pro Font.*

Neq; contrà Rempublicam, neq; contà jusjurandum ac fidem amici causã vir bonus faciet: ne si iudex quidem erit de ipso amico: ponit enim personã amici, cum induit iudicis. Nam si omnia facienda sint, quæ amici velint: non amicitia tales, sed conjurationes putandæ sunt. *3. Offic.*

Judicis est semper in causis verum sequi. *2. Offic.*

Est boni iudicis, parvis ex rebus conjecturam facere uniuscujusque, & cupiditatis & incontinentiæ. *6. in Verr.*

Judex bonus nemo esse potest, qui suspicione certa non moveatur. *7. Act. Verr.*

Scriptum sequi, calumniatoris est: boni verò iudicis, voluntatè scriptoris, auctoritatemq; defendere. Quæ lex enim, quod Senatusconsultum, quod magistratus edictum, quod testamentum non infirmari aut convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus? consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem & auctoritatem relinquamus? Non enim ex verbis totum pendet jus, sed verba serviunt hominum consiliis, & auctoritatibus: nec verba veniunt in iudicium, sed ea res, cujus causã verba in leges conjuncta sunt. *Cic. pro Cecin.*

Dubium non est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum qui iudicant: quàm nemo nostrum possit ædes suas, nemo fundum, nemo bonam patriam obtinere, cum ad iudicandum detur iudex nequam & levis, qui de iis iudicet. *Cic. 5. Act. in Verr.*

Boni iudicis est dispensare, non tantum quis damnandus sit, sed quatenus. Ad poenitendum properat citò, qui iudicat. Fazeretur facinus is, qui iudicium fugit. Grave iudicium est ei, qui iudicium non habet. In iudicando criminosa est celeritas. Iudex damnatur, cum nocens absolvitur. *Sen. in Prov.*

Molestius est inter duos amicos, quàm inter duos inimicos iudicare. Iudex enim bonus erit nemo, nisi qui de se alterum iudicare cognoverit. *Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Ptolomæus rex cum alea luderet, assistens quidam, qui condemnatorum ipsi nomina recitabat, & crimina in eos collata referebat: ut ille, quinam mortis supplicium commeruisent, decerneret.

neret. Berenice verò uxor ejus accepto libello è pueri manibus, non permisit, ut ad finem usque legeretur, dicens: non sic obiter advertendum animum esse, cum de hominis salute deceptaretur: sed cogitandum, & reliquenda ludicra. Non enim similem esse casum talorum, & corporum. His auditis, delectatum Ptolomzum ferunt, neque postea unquam inter iudendum de capitalibus causis audivisse. *Ælian. lib. 14. de var. hist.*

Pythagoras qui de malis, inquit, pœnas non sumunt, bonos asfeci volunt injuriis. *Stob. serm. de magistrat.*

Philippus quendam ex Antipatri amicis in judicium numerum ascripserat. Verum post, ubi cognovit illum tingere barbaram & capillos, submovit eum, dicens: qui in capillis fidus non esset, eum in rebus gerendis non videri dignum, cui fideretur. *Plut. in apophtheg.*

Themistocles oratus à Simonide Poëta, ut amicum non ad eò justam causam habentem, quam commendatissimum haberet, respondit: nec Simonidem fore bonum poetam, nisi mensuram modumque in canendis carminibus, quæ scribebat, curaret: neque se bonum prætorem habitum iri, si legibus ac justitiæ, alicuius gratiam præposuisset. *Fulgos. lib. 6. cap. 4. & Plutarchus in apoph.*

Flavissus apud populum Rom. reus actus, accusante C. Valerio, quum quatuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamavit: se innocentem opprimi. cui Valerius æquè clara voce respondit: nihil sua referre, nocens, an innocens periret. Ea vox tam violenta, reliquas tribus reo conciliavit: itaque reus, quem prostratum credebat, absolutus est. *Erast. lib. 6. apoph.*

Cum *Antus* quædam præsidente Philippo causam diceret, ipsumque ad ea, quæ proponenda erant, somnulosum videret: rogabat ut sibi liceret provocare: & cum ille quæreret, ad quemnam? Ad Philippum, respondit, vigilantem. *Stob. serm. 23.*

Lysias interrogatur, cur munera à Massenis oblata non accepisset? Quoniam in Leges justitiæ graviter peccassem, inquit. *Plutarchus.*

Scipio minor C. Livium prætereuntem cum vidisset: hunc, inquit, virum scio peierasse: verum quoniam nullus illum defert, non possum simul & accusator esse, & judex. *Plut. in apoph.*

Alexander orante accusatore, altera manu aurem solebat occludere. Interrogatus, cur id faceret? respondit: defensori etiã dandus est audiendi locus. *Antonius in Meliss. part. 1. serm. 53.*

Antigonus. Frater *Antigoni* *Marsyas* litẽ habebat: sed à rege postulabat, ut causa domi cognosceretur. cui *Antigonus*, si nihil, inquit,

JU

JUDEX, JUDICIUM.

quit, præter jus agimus, melius fiet in foro, cunctisq̄e audientibus. *Plutarch in apophthg.*

Boso rex Arelatenfis quum ob alapam Episcopo suo inter sacrificandum illatâ, accusatus apud Othonem primum Romanorum Imperatorem, capitis damnaretur: Archiepiscopus intercederent, ut hoc sanguinis iudicium suspenderetur. Rex hoc audiens: non æquum est, inquit, ut rectum imperatoris iudicium executioni non mandetur, cum non conveniat vel ullum verbum e principis ore frustra egredi. *Munsterus recitat lib. 2. Cosmograph. ubi de Arelato.*

SIMILITUDINES.

UT pictores & ii qui signa fabricant, veri etiam poëtæ, sum quisque opus à vulgo considerari volunt: ut si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur. hiq̄e secum, & cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio multa nobis & facienda, & mutanda, & corrigenda sunt. *Cicer. libr. 1. Officiorum.*

Ut Hierophantæ, quatenus licet, aperiunt mysteria: sic de rebus arduis cautim, & cum respectu iudicandum. *Plut.*

In aquam demissa quedam, cum sint rectissima speciem curvi præfractiq̄ visentibus reddunt: ita si de rebus perperam iudicamus, nostrum est vitium, non rerum. *Seneca.*

Ut Timanthes qui Iphigeniam pinxit, cæterorum affectus expressit: Agamemnonis autem vultum velo obtexit: ita quedam melius relinquuntur suo cuiq̄e iudicio æstimanda, quam verbis explicantur. *Eras.*

Ut diameter sive dimeriens, sic ab angulo ad angulum mediam figuram dividit: ut utrinque spatium relinquat æquale: ita iudex in neutram partem debet esse propensior. *Erasm.*

Ut qui acrius cupiunt perspicere, alterum ocludunt oculum: ita iudex rectius intelligit iustum, si nullius personæ respectu avocetur. *Idem.*

Ut sol non alius est pauperi alius diviti, sed omnibus communis: ita iudex personam spectare non debet, sed rem. *Idem.*

EXEMPLA BIBLICA.

Judicium bonorum exempla: Moyses, *Exod. 18. vers. 13.* Othontel, *Judic. 3. v. 9. 10.* Thola, *10. vers. 1.* Jephthe, *12. vers. 7.* Samuel, *2. Sam. 12. vers. 3. 45.* Salomon, *1. Reg. 5. vers. 28.* Judicium iniquorum exempla: Pilatus, *Matth. 27. vers. 26.* Marc. 15. v. 15. Luc. 23. v. 24. *1. Cor. 19. vers. 16.* Ananias Pontifex, *Actor. 23. vers. 2.* Judicium rapacitas damnatur, *Amos 2. vers. 6.* Judices pro gubernat.

bernatoribus, *Judic. 2. v. 16. 18. 19.* Judices rexerunt, & gubernarunt Israël circiter annos trecentos quinquaginta, *Actor. 13. v. 29.* Judicii emerarii exempla: Heli, *1. Samuel. 1. v. 13.* Rex Israël, *2. Reg. 5. v. 7.* quidam ex Judæis, *Matth. 27. v. 47. Ioan. 11. v. 37.* Pharisei, *9. v. 16.* Petrus, *Actor. 10. v. 15. 16.* Barbari, *28. v. 4.* Judicium perversum, *Eccles. 11. v. 9. Matth. 7. v. 1. & 12. v. 7. Luc. 6. v. 37. & 7. v. 33. Ioan. 7. v. 24. & 9. v. 16. Actor. 28. v. 4. Rom. 2. v. 1. & 14. v. 4. 13. 1. Corinth. 4. v. 5. 1. Timoth. 5. v. 21. Iacob. 4. v. 11.* Judicium extremum, *Matth. 25. v. 30. 31. Luc. 21. v. 27. 28. 1. Thessal. 4. v. 15. 16. Hebr. 9. v. 28.*

§ EXEMPLA PROFANA.

A Crionum publicarum & privatarum species apud Athenienses. *Sigonius lib. 3. de Repub. Athen. commemorat.*

Εφ' ἑται xxxc. iudices capitalium caussarum Athenis, quinquagenariis majores, & singulari opinione probitatis: dicti Ephetai, quod ab eis non esset provocatio. Dicebant autem jus vel in Palladio, vel in Prytaneo, vel in Delphino, vel in Phreato. *Suidas.*

Athenis magistratus fuit, cui Zeteta nomen: apud quem si quis integrum æs debitum non solvisset, conveniri lege poterat. *Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 7.*

Centum viri apud Roman. de hæreditariis, testamentis, usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluvionibus, nexis, mancipiis & stillicidiis quã maximè jus dicebant. *Theatr. Zuing. fol. 4308.*

Cajus Imp. servis, si quid quererentur de dominis, passim accusandi, & contra eos lege agendi facultatem dedit. *Alexand. lib. 3. cap. 20.*

Regnantes Danorum Rex statuit, ut omnis controversiarum lis, femoris actionis instrumentis, nec accusantis impetitione, nec rei defensione admittitur, duodecim patrum approbatorum iudicio mandaretur. *Saxo. lib. 9.*

Apud *Ægyptios* Judices quondam fuerant, qui & sacerdotes. *Ælian. lib. 4.*

Regii iudices Persarum ex toto populo deliguntur: suntque perpetui, nisi delicti alicui rei fuerint. Hi jus dicunt, & legum sunt interpretes. *Herodot. lib. 3.*

Apud *Athenienses* novem principes erant, quibus Respublica concredita erat: qui cum eligerentur, religiosè jurabant, se justè iudicaturos esse, neque munera accepturos, aut auream statuam erecturos publice. *Heraclides de Polit.*

Uu

JU JUDEX, JUDICIUM. JUMENTUM.

Domitianus Imp. jus diligenter dixit. ac æquissimè tantamquæ curam coercendis magistratibus adhibuit. ut neq; modestiores unquam, neq; justiores extiterint. *Cuspin.*

Nicodorus Mantineensium legislator justissimus ex pugile in extrema ætate factus est. *Ælian. lib. 2. var. hist.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Sed & *abscisse manus* ipsæ hieroglyphicâ suam habuere, quòd minimè fuit prætereundum. Spectari enim solitas Thebis *Judicum* statuas absq; manibus, *Plutarchus* ait: & eam, quæ principem referret, averlis esse oculis, ut *Justitiam*, & à donis alienâ esse debere, & nullâ mulceri faciendâ oportere significarent. *Pier. Valer. lib. 35. pag. 334. E.*

Lyra quoque hieroglyphicum quiddam habet atq; illud in ea præcipuum est, quòd *hominem compositi judicii*, quique aures erudititas haberet, significabat. Ea siquidem diversas componit voces, & concordat omnes tono temperat, quòd munus in diversæ rationis affectibus componendis videtur homo præstare. *Pier. Valer. lib. 47. pag. 458.*

JUMENTUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Non ligabis os bovis triturantis fruges tuas in area. *Deuter. cap. 25.*

Novit justus jumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia. *Proverb. 12.*

Pecora tibi sunt, attende illis: & si sunt utilia, perseverent apud te. *Eccles. 7.*

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Non enim habebis jugiter potestatem. *Proverb. 17.*

Agni sunt ad vestimentum tuum, & hœdi ad agri præcium. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tua, & ad victum ancillis tuis. *Idem.*

Vide Animalia.

JURAMENTUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insonem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. *Exod. 20.*

Et per

Et per nomen externorum Deorum non jurabis. *Ibid.* 23.

Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, ego Dominus. *Levit.* 19.

Jurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa.

Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo. *Eccles.* 13.

Non usurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit. *Deuter.* 5.

Juramentum mendax ne diligaris. *Zach.* 8.

Iterum audistis, quia dictum est antiquis, non perjurabis: reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus Dei est: neq; per terram, quia scabellum est pedum eius. Sit autem sermo vester, est, est, non, non: quòd autem his abundantius est à malo est. *Matth.* 5.

Autè omnia autem fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumq; juramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non: ut non sub judicio decidatis. *Iacob.* 5.

Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies, ac per nomen illius jurabis. *Deuter.* 6.

Audite hæc domus Jacob, qui juratis in nomine Domini, & Dei Israël recordamini non in veritate, neque in justitia. *Esaie.* 48.

Et qui jurat in terra, jurabit in Deo, amen. *Ibid.* 65.

Et jurabis, vivit Dominus, in veritate, & in judicio, & in justitia. *Ierem.* 4.

Abrahæ namq; promittens Deus, quoniã neminem habuit, per quem jurare maiorem, juravit per semetipsum. *Hebr.* 6.

Homines enim per majorem sui jurant: & omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem, est juramentum. *Ibid.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Ille qui exigit juramentum, multum interest si nescit illum falsum juraturum, an scit. Si enim nescit, & idèd dicit, jura mihi, ut fides ei fiat: non audeo dicere non esse peccatum: tamen hamana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, novit fecisse, vidit fecisse: & cogit jurare, homicida est. *Augustin. de verb. Apost. in glo. ad Roman.*

Ecce dico charitati vestræ, & qui per lapidem jurat, periturus est. *Idem ibid.*

Juravit David temerè, sed non implevit jurationem majore pietate. *Augustin. in serm. de collat.*

Homines falsum jurant, vel quùm fallunt. Aut putat ho-

JU

JURAMENTUM.

mo falsum esse, quod verum est, & tamen erè jurat, aut scit vel putat verum esse & tamen pro falso jurat, & nihilominus cum scelerè jurat. *Idem de verbis Apostoli.*

Dico vobis, non jurate omninò, ne scilicet jurando ad facilitatem jurandi veniatur: de facilitate ad consuetudinem, de consuetudine in perjurium decidatur. *Idem in libro contra mendacium.*

Non penitùs jurare prohibuit, sed occasionem perjurii, quòd perfectius evitare, docuit. *Greg. in Matth. 3.*

Quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientie testis est: ita hoc accipit, sicut ille cui juratur, intelligit. *Isidor. de summo bon. lib. 1.*

Æstimo quoniam non oportet, ut vir, qui secundum Evangelium vult vivere, adjuret alterum. Si enim jurare non licet, secundum Evangelicum Christi mandatum, notum est, quòd nec adjurare alterum licet. *Orig. in Matth.*

Nemo est, qui frequenter jurat, quin aliquando non perjuret: sicut qui consuevit multa loqui, aliquando loquitur importuna. *Chrysest. in Matth. 5.*

Juramentum est oratio confirmans per se veritatem. *Gregor. Nyssen.*

Jusjurandum est restificatio Dei de re controversa. Ita fugito jusjurandum, ut ne sanctè quidem jures: ex frequenti jurjurando perjurium nascitur, Ajunt quidam jusjurandum verum non esse rejiciendum: sed qui jam juravit, ejus fides in suspicionem venit. Testificatio Dei est de rebus ambiguis jusjurandum: testem autem adhibere in mendacio Deum, impium est. Frustrà jurantem ob rem iniquam, Deus natura placidus, nunquam culpa liberabit, utpote in purum & sceleratum, etiam si hominum supplicia evaserit. *Philip.*

Multi solent movere alios, ut sanctè jurent: ego verò omninò ne ab initio quidem facilè jurare licitum esse censeo. Morum probitatem jurejurando firmiorem habere oportet. *Euseb.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comicis.

Ὅρκον δὲ Φεῦζε, καὶ δικαίως ἀμνήσης.

Jurare fugias, falsa non jures licet.

Θεὸν ἐπιρκῶν μὴ δέχαι λεληθέναι.

Deum latere ne putes quod pejeras.

Ἀνδρῶν ἢ Φωίων ὄρκον εἰς ὕδαρ ρεῖ Φε.

Scrībantur in aqua, si qua jurat improbi.

§ ΑΡΟΡΗ-

§ APOPHTHEGMATA.

Tales adultero sciscitanti, an abjuraturus esset adulterium?
Non, inquit, est perjurium adulterio pejus. *Laertius libro 1. cap. 1.*

Pericles amico roganti, ut pro se falsum diceret testimonium, cui adjunctum erat jusjurandum, hoc est perjurium, respondit: se quidem amicum esse, sed usque ad aram. *Plutarchus in apophtheg.*

Alexander statuerat *Lampsacum* diruere, ad id tendendi cum *Anaximenes* veniret obviam extra muros, deprecaturus suæ civitatis perniciem, *Alexander* suspicans quid esset petiturus: juro, inquit, me non facturum, quod petet *Anaximenes*. Tum *Anaximenes*: peto, inquit, ut *Lampsacum* diruas. Captus erat *Alexander*, & jurejurando compulsus est, servare quos demoliri statuerat. *Erasm. lib. 6. apophtheg.*

Populus Rom. Carbone pollicente quippiam, & addente jusjurandum cum execratione: *populus* vicissim juravit, se illi non credere. *Erasmus lib. 6. apophtheg.*

§ EXEMPLA SACRA.

Juramenti tam boni quam mali, violati & inviolati exempla:
Abraham, *Genes. 14. v. 22. Abraham & Abimelech, 21. v. 23.*
Servus Abraham, 24. v. 9. Esau, 25. v. 33. Abimelech, Ochozath,
Phicol & Isaac, 26. v. 31. Jacob, 31. v. 53. Joseph, 42. v. 15. 16. &
47. v. 31. fratres Joseph, 43. v. 3. Deus, Numer. 14. v. 28. 29. 32.
Deuter. 1. v. 8. 35. & 26. v. 3. & 27. v. 3. & 29. v. 13. & 30. v. 20.
Exploratores Jerichuntis, Josu. 2. v. 12. Josua cum principibus
Israël, 9. v. 15. Moses, 14. v. 9. Israëlites, Judic. 21. v. 1. Am. 8. v. 14.
Soph. 1. v. 4. 5. Ruth, Ruth. 1. v. 17. Anna, 1. Samuel. 1. v. 26. Eli,
3. v. 17. David & Jonathas, 20. v. 3. 13. 17. Saul, 14. v. 39. & 19. v.
6. & 28. v. 10. Populus Israël, 14. v. 45. Abner, 17. v. 5. David, 24.
v. 23. & 25. v. 22. 34. & 30. v. 15. 2. Sam. 3. v. 35. & 4. v. 9. & 12.
v. 5. & 19. v. 13. 23. 1. Reg. 1. v. 17. 29. Achis, 29. v. 6. Joab, 2. Sam.
2. v. 27. & 19. v. 7. mulier Thecuitis, 14. v. 19. Viri Davidis, 21.
v. 17. Salomon, 1. Reg. 2. v. 23. 24. Elias, 17. v. 1. & 18. v. 15. Mu-
lier vidua, 17. v. 12. Abdias, 18. v. 10. Jezabel, 19. v. 7. Elisæus,
2. Reg. 2. v. 26. & 3. v. 14. & 5. v. 16. Vidua paupercula, 4. v. 3.
Giezi, 5. v. 20. Rex Syriæ, 6. v. 31. Godolias, 2. Reg. 25. v. 24. Jerem.
40. v. 9. Juda, 2. Paralip. 15. v. 14. Sacerdotes & omnis Israël,
1. Esdr. 10. v. 5. 3. Esdr. 8. v. 97. Nabuchodonosor, Iudic. 1. v. 12.
Deus omnipotens, *Esu. 14. v. 24. & 45. v. 23. & 54. v. 9. & 62. 8.*
& 48. 1. Jerem. 5. v. 14. Amos 6. v. 8. & 8. v. 7. Ezech. 16. v. 8. Act. 2.

Uu 3

v. 30. Judæi, *Ierem.* 5. v. 7. Sedechias, 8. v. 16. Vir indutus lineis, *Daniel.* 12. v. 7. Antiochus & Principes, 1. *Macchab.* 6. v. 51. & 7. v. 18. Nicanor Alcimus, v. 15. 35. Bacchides, 9. v. 71. Antiochus, 2. *Macchab.* 7. v. 24. Sacerdotes templi & Nicanor, 14. v. 31. 32. 33. Gentes, 15. v. 10. Herodes, *Matth.* 14. v. 7. *Marc.* 6. v. 23. Petrus, *Matth.* 26. v. 72. 74. *Marc.* 14. v. 71. Paulus, *Rom.* 1. v. 9. & 9. v. 1. 1. *Cor.* 15. v. 31. 2. *Cor.* 1. v. 23. & 11. v. 31. *Galat.* 1. v. 20. *Philip.* 1. v. 8. 2. *Theff.* 2. v. 5. 10. 2. *Theff.* 2. v. 1. Angelus, *Apocal.* 10. v. 6.

§ EXEMPLA PROFANA.

Veteres interdum, metu pejerandi, Deorum nomina omittebant, & formula tantum jusjurandi contenti erant, & *ἡστέ τι:* vel *ὄ τι:*. Interdum simpliciter per ipsa *ὄ τι:*, uti *Pindarus* *ἡστέ τι:* *ὄ τι:* *ὄ τι:*, *εἰσὶν;* Scholiastes, Brodeo recitante in 3. Epigram.

Apud Thebas Ægyptias (quæ urbs antiquissima est omnium) maximum habetur jusjurandum per Osiridem in Philis situm, omnibus Osiridis partibus, præter pudenda, ibi sepultis, *Diodor.* lib. 1. cap. 2.

Orpheus, si quis divinam justitiam attestari vellet, per numina octo jurare permisit, ignem, aquam, terram, cælum, lunam, solem, phanem & noctem. *Alex.* lib. 5. cap. 10.

Sunt apud *Haliartios* ad montem *Tilphusium* sub Divo Deorum ædes, quas vocant *Praxidica*, ac si vindices dicas: ad earum aram jusjurandum concipiunt, quod irritum neutiquam habent. *Pausanias* in *Boeoticis*.

Sophocles per *Laperfas*, hoc est, *Castorem* & *Pollucem*: *Perse* per *Mithram*, hoc est, solem: *Lacones* per *Spartanos* & *Argivos* Deos, *ὄ τι:* *ὄ τι:*, per *Geminos* jurare solebant. *Alexand.* libr. 5. cap. 3.

Numa maximum jusjurandum Romanis statuit *Fidem*. *Plutarchus* in *Numa*.

Vestales si quando apud Romanos sacramento adigebantur, non nisi per vestem jurabant. *Theat. Zuing.*

Romanis frequens fuit, jusjurandum per deos & deorum nomina, perq; terram, mare & sidera, firmare fidem. *Idem.*

Pænes domi forisve semper per patrios deos jurabant. *Alexand.* lib. 5. cap. 10.

Cappadoces per montem, quem pro Deo colunt. *Alexand.*

Greci per terram, per fontes, amnes fluentes sanctissimum jusjurandum sicut. *Alexand.*

Assygetæ per *Tanaim* & *Mæotidem* paludem. *Idem.*

JUSTI.

JUSTITIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

ET tenebit justus viam suam. *Iob. 17.*Justificationem meam quàm cœpi tenere, non deseram. *Ibid. 27.*Lex Dei eius in corde ipsius. *Psal. 36.*Simplicitas justorum diriget eos: perversitas prævaricatorum vastabit eos. *Proverb. 11.*Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit justus, & exaltabitur. *idem 18.*Justus quasi leo confidens, absque terrore erit. *Ibid. 28.*Sunt justii sapientes, & opera eorum in manu Dei. *Eccles. 9.*Et vir si fuerit justus, fecerit judicium & justitiam, in montibus non comederit, oculos suos non levaverit ad idola domus Israël, & uxorem proximi sui non violaverit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristaverit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, ad usuram non commodaverit, & amplius non acceperit, ab iniquitate averterit manum suam, & judicium verum fecerit inter virum, & in præceptis meis ambulaverit, & judicia mea custodierit, ut faciat veritatem: hic justus est, vita vivet, ait Dominus Deus. *Ezech. 18.*Si scitis quoniam justus est: scitote quoniam & omnis qui facit justitiam, ex ipso natus est. *1. Ioan. 2.*Os justii meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur judicium. *Psal. 38.*Vena vitæ, os justii: os autem impiorum tegit iniquitatem. *Proverb. 10.*Argentum electum lingua justii. Lingua justii considerat placita. Labia justii erudiunt plurimos. *Ibid.*Os justii parturit sapientiam. *Ibid.*Justus prior est accusator sui. *Ibid. 18.*Opus justii ad vitam: fructus autem impiii ad peccatum. *Prov. 10.*Cogitationes justorum judicia. *Ibid. 12.*Noli esse justus multum: neque plus sapias, quàm necesse est. *Eccles. 7.*Multæ tribulationes justorum: custodit Dominus omnia offensorum. *Ibid. 33.*Justus ut palma florebit: & sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Ibid. 21.*

JU

JUSTITIA.

Justorum semita quali lux splendens procedit, & crescit usq; ad perfectam diem. *1 ro verb. 4.*

Benedictio Domini super caput justi. *Ibid. 10.*

Desiderium suum justis dabitur. *Ibid.*

Justitia rectorum liberabit eos. *Ibid. 11.*

Justus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. *Ibidem 8.*

Fructus justii lignum vitæ. *Ibidem 30.*

Non contristabit justum, quicquid ei acciderit. *Ibid. 12.*

Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. *Sapient. 3.*

Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. *Ibid. 4.*

Stabunt justii in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. *Ibid. 5.*

Justii autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini, quoniam dextera sua teget eos. *Ibid.*

Pro justitia agonizare pro anima tua usq; ad mortem, certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos. *Eccles. 4.*

Qui operatur justitiam, ipse exaltabitur. *Ibid. 20.*

Dicite justo, quoniam bene: quoniam fructum adinventio- num suarum comedes. *Esa. 3.*

Justitia justii super eum erit: & impietas impii super eum erit. *Ezech. 18.*

Tunc justii fulgebunt sicut Sol in regno Patris eorum. *Matthæi 13.*

Justii autem (ibunt) in vitam æternam. *Ibid. 25.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

HÆc est perfecta justitia, qua potius potiora, & minus minor diligimus. *August. de vera religione.*

Nimia justitia incurrit peccatum: temperata justitia facit perfectos: falsitudinem correctionis amor Christi temperet, & dilectionem proximi sal justitiæ condiat. *Idem ibid.*

Amanda est justitia, & in hac amanda gradus proficientium primus est, ut amori justitiæ non præponamus omnia, quæ delectant. *Idem de verb. Apost.*

Hoc certe alienum non est, quod jure possideretur: hoc autem jure, quod justè: & hoc justè, quod bene. Omne igitur quod malè possideretur, alienum est: malè autem possidet, qui malè utitur. *Idem ad Maced.*

Malè

Malè se rectū putat, qui regulam summæ rectitudinis ignorat. *Ambros. de Offic.*

Justitia magis aliis, quàm sibi prodest, & utilitates suas negligit, communia emolumenta præponens. *Idem lib. de Par.*

Justitia est, quæ nil alienum vendicat, quæ cuilibet quod suū est, quæ negligit propriam utilitatem, ut seruet communem æquitatem: & secundum illud prima justitia est in Deum, secunda in patriam, tertia in parentes, quarta in omnes. *Idem lib. 1. de Offic.*

Regula justitiæ manifesta est, quòd à vero non deceat declinare bonum virum, nec damno afficere quenquam, nec aliquid dolo annectere rei suæ. *Idem ibid.*

Omnes virtutum species uno justitiæ nomine continentur. *Hieronym. ad Demetriad.*

Homo Deo suppositus, justitiam percipit: comparatus amittit. Quia quisquis se auctori bonorū comparat, bono se, quod acceperat, privat. *Idem ibid.*

Sæpè ipsa nostra justitia, ad examen divinæ justitiæ deducta, injustitia est: & sordet in distinctione judicis, quod in ætimate fulget operatis. *Gregor. lib. 5. moral.*

Humana justitia divinæ justitiæ comparata, injustitia est: quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radius posita tenebratur. *Idem ibid.*

Sancti viri, quando cum personis minoribus contentionum negotia subeunt, dum gravare vel in minimis timent: ipsi contra justitiam gravari nequaquam refugiunt. *Idem ibid.*

Sicut nonnunquam gravius est peccatū diligere, quàm perpetrare: ita nequius est odisse justitiam, quàm non fecisse. *Idem ibid.*

Justum est homines propter justitiam diligere, non autem justitiam propter homines postponere. *Idem in regist.*

Bona vinea justis, imò bona vinea justus: cujus virtus, vitis: cujus actio, palmes: cujus vinum, testimonium conscientiæ: cujus lingua, torcular expressionis, & lachrimæ piez contributorum uvæ sunt amantium. *Bernhard. in serm.*

Justitia est reddere unicuique quod suum est. Tribue ergò tribus, quæ sua sunt: superiori, æquali, inferiori. Redde reverentiam prælato & obedientiam, quorum altera cordis, altera corporis est: tribue æquali consilium, quòd ignorantia erudiat, & auxilium, quòd infirmitas juvetur: tribue subjecto custodiam, ut possit cavere peccatum, & disciplinam, ut quod minus cavet, minimè maneat impunitum. *Idem ibid.*

Justitia, est animi libertas tribuens unicuique suã propriam dignitatem, majori reverentiam, pari concordiam, minori disciplinam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno operosam misericordiam. *Anselm. in libro cur Deus homo.*

Justitia non novit patrem, non novit matrem: veritatem novit, personam non accepit, Deum imitatur. *Cassiod. in 1^a sal.*

Justitia regis, pax est populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies acris, serenitas matris, terræ fecunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi metipsum spes futuræ beatitudinis. *Cypr. in 12. abusioib.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud de conf. Manilii Theod.

*Tu prima hominem sylvestribus antris
Elicis, & sædo detergis secula victu.
Te propter colimur leges, animosq; ferarum.
Exumiss: nitidis quisquis te sensibiles hausit,
Irruet intrepidus flammis, hyberna secabit
Æquora, confertos hostes superabit inermis.
Ille vel Æthiopum pluvius solabitur aestus:
Illum trans Scythiam vernas comitabitur aër.*

Ovid. lib. 1. Metamorph.

*Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Vltima cælestium terras Æstrea reliquit.*

Juvenalis Satyr. 6.

*Paulatim deinde ad superos Æstrea recessit,
Hac comite atq; duæ pariter fugere sorores.*

Seneca in Octavia.

*Neglecta terras fugit, & mores feros,
Hominum cœventa cæde pollutas maniss.
Æstrea virgo, siderum magnum decess.
Cupido belli crevit, atq; auri fames,
Totum per orbem maximum exortum est malum.
Luxuria pestis blanda, cui vires dedit
Roburq; longum tempus, atq; error gravis,
Collectæ vitia per tot etates diu
In nos redundant, seculo premimur gravi:
Quod scelera regnant, sævit impietas furens:
Turpi libido Venere dominatur potens,*

Luxuria

*Luxuria victrix orbis immensas opes
Iam pridem avaris manibus, ut perdat, rapit:*
Ovid. lib. 3. Fastor.

*Exiit ut feritas, armisq; potentissæ æquum est:
Et cum cruce pudet concessisse manus.*

Claud. lib. 1. in Stiliconis laud.
*Iustitia utilibus rectum præponere suadet.
Communesq; sequi leges, injustaq; nunquam
Largiri sociis.*

Horat. Oda. 3. lib. 3.

*Iustum & tenacem proposuit virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: nequæ Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna manus Iovis,
Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinæ.*

Terent. in Heauton.

*Verum illud Chreme,
Dicunt: jus summum summa sæpè malitia est.*

Horat. Satyr. 3. lib. 1.

*Jura inventa metu injusti fœcè necesse est,
Tempora si fastosq; velis evolvere mundi.
Nec natura potest justo secernere iniquum:
Dividit ut bona divisis, fugienda petendis.*

Ovid. de Arte amandi.

*Iudice me, frans est concessa repellere fraudem:
Armaq; in armatos sumere jura sinunt.*

Ovid. lib. 5. de Trist.

*Non metuunt leges, sed cedit viribus æquum:
Victaq; pugnaci jura sub ense jacent.*

Seneca in Hercule furente.

Las est in armis, opprimit leges pudor.

Seneca in Agamemnone.

Perire mores, jus, decus, fides.

Lucanus lib. 1. bel. civil.

*Imminet armorum rabies, ferriq; potestas
Confundet jus omne manu, sceleri q; nefando
Nomen eris virtus, multosq; exibat in annos.*

Ex Comicis

Ex Comicis Græcis.

Ἄνδρὸς δικαίου καρπὸς ὅσον ἀπὸ πλῦται.
Hand fructus eius qui vir est justus, perit.

Δίκαιος ἴδι', ἴνα, καὶ δικαίων δὴ τύχης.
Sis equus, æqua consequaris ut itidem.

Βιάδιζε πλὴν εὐθείαν, ἢν δίκαιος ἦς.
Incede rectam, si vir es justus, viam.

Δίκαια δροῖσται, Συμμάχου πύξη Θεῶ.
Opem tibi Deus, justa si egeris, feret.

Κρίνειν δίκαιον, μὴ τὸ συμφέρον, ἴελε.
Specta quod æquum, non quod utile, judicans.

Βίη δίκαια γίγνεται τίλθ' καλόν.
Vite colentis æqua pulcher exitus.

Τρόπος δίκαιος, κτήματι πριωτόρον.
Pretiosa res possessio æquitatis est.

Τοῦ γὰρ δικαίου καὶν ἔροτοῖσι καὶ Θεοῖσι.
Ἄθανας αἰεὶ διόξα διατελεῖ μόνον.
Iusti viri namque inter homines & Deos
Solius immortale permanet decus.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Justitia virtus omnium est domina & regina virtutum. Cic. 3.
Offic.

Justitia omnium virtutum causa atq; sentina est. 1. de Leg.
 Excellentissima virtus, justitia. 1. de Natur. Deor.

Justitia si ne prudentia plurimum poterit: sine justitia nihil
 valebit prudentia. 2. *Offic.*

Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est justitia,
 sine qua nihil esse potest laudabile. 1. *Offic.*

Justitiæ inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri no-
 minantur: cujus primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi
 lacessitus injuria: deindè cum omnibus pro communibus utatur:
 privatis autem, ut suis. 1. *Offic.*

Justitia, ex qua una virtute viri boni appellantur: mirifica
 quædam res multitudini videtur, nec injuria, quis est enim, qui
 non admiretur splendorem pulchritudinemq; virtutis. Cicero. 2.
Offic.

Solitario hominì, atque in agro vitam degenti, opinio justiti-
 tiæ necessaria est. Atque iis etiam qui vendunt, emunt, con-
 ducunt, locant, contrahendisq; negotiis implicantur, justitia
 ad rem

ad rem gerendam necessaria est: cujus tanta vis est, ut nec illi quidem, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. 2. *Offic.*

Totius justitiæ nulla est capitalior pestis, quàm eorum qui tùm, dum maximè fallunt, id agunt, ut boni viri videantur. 1. *Offic.*

Omne officium quod ad conjunctionem hominum, & ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione & scientia continetur: officii quæ scientiæ antepo- nenda sunt officia justitiæ: consideratè enim agere pluris est, quàm cogitare prudenter. 1. *Offic.*

Nihil est æquitati tam contrarium atq; infestum, quàm convocati, armatiq; homines: nihil juri tam inimicum, quàm vis. *Pro Cecin.*

Nihil est exitiosius civitatibus, nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minus civile & humanum: quàm constituta & com- posita Republica, quidquam agi per vim. 3. *de Legib.*

Silent leges inter arma, nec se expectari jubent: cum ei qui expectare velit, antè injusta pœna luenda sit, quàm justè repe- tenda. *Pro Milone.*

Juris civilis summo semper in honore fuit cognitio atq; in- terpretatio. 2. *Offic.*

Nihil est in civitate tam diligenter, quàm jus civile retinen- dum. Etenim hoc sublato, nihil est: quare exploratum cuique possit esse, quid suum, aut quid alienum sit: nihil est quod æqua- bile inter omnes, atq; unum omnibus esse possit. *Pro Cecin.*

Jus civile eiusmodi esse debet, quod neq; inflecti gratia, ne- que perfringi potentia, neq; adulterari pecuniâ possit. Quod si non modò oppressum, sed etiam desertum, negligentius adser- vatum erit, nihil est quod quisquam se habere certum, aut à patre accepturum, aut relinquiturum liberis arbitretur. *Pro Cecin.*

Qui jus civile contemnendum putat is vincula revellit non modo judiciorum, sed etiam utilitatis, vitæq; communis. Qui autem interpretes juris vituperat, si imperitos juris esse dicit, de hominibus, non de jure civili detrahit. Sin peritis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed leges & jura labe- factat. *Pro Cecin.*

Veri juris germanæq; justitiæ solidam & expressam imagi- nem nullam tenemus: umbrâ & imaginibus utimur. 2. *Offic.*

Quisquis justitiam sectari desideras, prius Deum time & a- ma, ut ameris à Deo. Amabis enim Deum, si in hoc illum imi- taberis, ut velis omnibus prodesse, nulli nocere: & tunc te vi-

rum

rum justum appellabunt omnes, sequentur, venerabuntur & diligunt. Justus enim ut lis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis: nam nihil nocere non est justitia, sed abstinentia alicui. *Senec. 4. de virtutib.*

Ira justitiæ regula tenenda est, ut reverentia disciplinæ eius neq; nimia negligentia communitate despecta vilescat, neque severiori atrocitate durata, gratiam humanæ amabilitatis amittat. *Idem ibid.*

Ab alio expectes, quod alteri feceris: præstabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem, pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitis præstabis, amicis fidem, omnibus æquitatem. *Idem in Proverb.*

¶ APOPHTHEGMATA.

T Hales Milesius interrogatus, quo pacto quis optimè justissimeq; viveret? Si, inquit, quæ in aliis reprehendit, ea ne faciat ipse. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

Libertus Episcopus respondit Constantino Imperatori, suadenti, ut subscriberet in excommunicationem Athanasii: O Imperator, judicia ecclesiastica decet cum maxima proferri justitia *Triparti. hist. lib. 5. cap. 17.*

Ad Rudolphum Imperatorem cum quidam venisset, qui Othoccarum Bohemiarum regem, atrocem hostem, in venatione se occisurum promitteret, si factum præmium esset. *Rudolphus*, etsi hostis est Othoccarus, inquit: non tamen id efficiet, ut justitiæ & moderationis fines transeamus. *Aneas Sylvius lib. 3. Commentar. de reb. gest. Alphonsi.*

Agésilas sciscitatus utra virtus esset præstantior, fortitudo an justitia? graviter respondit: fortitudinis nullum esse usum, nisi adsit justitia. Quod si omnes essent justii, nihil opus fore fortitudine. *Plutarch. in Lacon. apoph. Stob. serm. 8.*

Xerxes Leonide scripserat: si desinas cum Diis bellare, & meitate copiis adjunxeris, potes fieri Græciæ monarcha. Huic ita respondit Leonides: si nosset quæ in vita mortalium essent justa & honesta, abstinuisset jamdiu à concupiscendis rebus alienis. Ego malim potius pro Græcia mori: quàm contrà justitiæ leges in populares meos tenere monarchiam. *Plutarch. in Lacon.*

Artaxerxes. Cum *Satibarzanes* Artaxerxis regis cubicularius quiddam minus justum à rege peteret, sentiretq; illum *Artaxerxes* hoc facere, sollicitatum triginta Daricorum millibus, quæstori æarii sui mandavit: ut Daricorū triginta millia ad se deferret, & allata ea dedit *Satibarzani*, dicens: accipe, nam hæc tibi cum dederō, non ero pauperior: injustior autem futurus, si illa

in illa quæ petebas, nunc ð disse. *Plutarchus in apophtheg.*

P. Rutilius amico cuidam rem injustam petenti, pernegabat, quumquæ is commotus, per summam indignationem diceret: quid ergo mihi opus est tua amicitia, si quæ abs te rogo, non facis? imò, inquit *Rutilius*, quid mihi opus est tua amicitia, si me urgere cupis, ut in leges Justitiæ tua causa peccem? *Erasmus Roter. lib. 8. apoph.*

Pompejus Phraati Parthorum regi per legatos postulanti, ut Euphratem, Romanæ ditionis terminum esse vellet: imò, inquit, illud magis postulandum est: ut Romanorum fines à Parthorum regno justitia dirimat. *Plutarch. in Rom. apoph.*

Phocion ab Antipatro rogatus, ut nescio quid injusti faceret? non potes, inquit, simul me amico & adulate uti. *Plutarchus in apoph.*

Leo Euricratidis F. cuidam percontanti, in qua demù civitate tuto vivere posset? in ea, ait, quàm qui incolunt, neq; plus possident, neq; minus: & ubi justitia viget. *Plutar. in Lacon.*

Aristides interrogatus, quid justum esset? aliena non concupiscere, respondit. *Stob. serm. 9. Phavorin. 14.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Justorum exempla: Noë, *Genes. 6. vers. 9. & 7. v. 1. Eccles. 44. v. 17. 2. Petr. 2. v. 5.* Thamar, *Genes. 38. v. 26.* Samuel, *1. Samuel. 12. v. 3. Eccles. 45. v. 16. 17. &c.* David, *1. Samuel. 24. v. 18. Abner & Amasa, 1. Reg. 2. v. 32. Tobias senior, Tob. 1. v. 3. Job, Job. 1. v. 1. Parentes Susannæ, Daniel. 13. v. 3. Joseph Mariæ vir, Matth. 1. v. 19. Abel & Zacharias, 23. v. 35. CHRISTUS, 26. v. 4. 19. Luc. 2. v. 25. & 23. v. 47. Actor. 3. v. 14. & 7. v. 52. Zacharias & Elizabeth, Luc. 1. v. 6. Simeon, 2. v. 25. Cornelius, Actor. 10. v. 1. 22. Loth, 2. Petr. 2. v. 7. Paulus, 1. Corinth. 4. v. 3. 4. Justitiæ & æquitatis exempla: Abraham, *Genes. 13. v. 9. Moyfes, Numer. 27. v. 5. 6. 7. Samuel, 1. Samuel. 15. v. 33. David, 26. v. 23. & 30. v. 24. 2. Samuel. 24. Harbona Eunuchus, Esth. 7. vers. 9. Deus, Ierem. 51. v. 49. Rex Darius, Daniel. 6. v. 24. quidam Rex, Matth. 18. v. 34. Vide Æquitatis & Justitiæ exempla. Justitiæ Pharisaicæ exempla: Legisperitus, Luc. 10. v. 29. Princeps quidam, 18. v. 22.**

¶ EXEMPLA PROFANA.

Æthiopes pietati & justitiæ student, ædes ipsorum januis carent: & cum in viis multa jaccant, nemo furatur. *Stobæus serm. 42.*

In legibus & contractibus Indorum maximam simplicitatē esse, vel ex eo argui potest, quòd non multum sunt litigiosi. Nam nec com-

nec commissi, nec depositi jura ulla habent, nec testibus indigent, nec sigillis: sed simpliciter credunt. *Strab. lib. 5.*

Indi ante Liberum patrem justitiam tanto observârunt cultus ut exteræ gentes nunquam appetiverint bello, ne quid parum justî interim admitteretur. *Cælius lib. 18. cap. 31. A. L.*

Ex Indis, qui Pedalii vocantur, nil ferè in sacrificiis aliud à Diis immortalibus exposcebant quàm justitiam: arbitrati omni planè compotes se futuros, si eam modò unam forent consequuti. *Ex Stobæo Cælius lib. 23. cap. 19. A. L.*

Chorus Argivarum supplicû Atheniensium urbem, studiosam justitiæ, & matrem exulum esse fateatur, apud Euripidem in supplicibus:

Σὺ τοι σέβεις δίκαν, τίδ' ἦσαν αἰ δίκαια.

Νέμεις αἰεὶ. τὸν δυσυχὴ πᾶντα βύη.

Tibareni Asiae populi, Chalybibus vicini, justissimi sunt. nec prius prælio congregiuntur, quam diem, locum & horam ex fide hosti denunciârint. *Strabo & Valer. Flaccus lib. 5. Argo.*

Plato filium Jovis fuisse ait Minoa & discipulum: quòd rem justam ullam rectè gerere, vel percipere rectè gerentem nemo valeat, qui eam artem non hauserit, & complexus sit. *Plutarch. de tarda Dei vindicta.*

§ HIEROGLYPHICA.

PER *Euphratem fluvium* fecunditatem & fructuum exuberantiam intelligi volunt, ac perindè *Justitiæ* symbolum esse. Ex nulla siquidem virtute opiniores lætioresque fructus colligi feruntur, quàm ex æquitate. Hinc *Ceres*, *Legifera* poëtis, eademq; *Astrea*. Hinc *Tellus* ipsa justissima, ac ipsius *Justitiæ* simulacrum perhibetur. *Pier. Valer. lib. 21. pag. 197. C.*

Apud *Ægyptios* Sacerdotes primùm omnium *Justitiæ* servatorem per *Oculi patentiis* hieroglyphicum significari compertum est, frequensq; dicitur. apud Græcos, *δικης ὀφθαλμὸς*. *Pier. Valer. lib. 33. pag. 305. A.*

Veteres quoque ternarium numerum dedicârunt *Justitiæ*: ut de Pythagoricis disciplinis *Plutarchus* ait. Injuria siquidem afficere, neque non affici, cum extrema sint, & idcirco viciosa, justum æqualiter utrinque reductum, in medio residet. *Pier. Val. lib. 383. C.*

Herodotus *Vulturem* ab *Hercule* pro *Justitiæ* symbolo habitam tradit, quòd ea justissima omnium avium, quæ volatilibus vescantur, judicetur, eaque de causa semper apud eum magnæ æstimationis fuisse, lætariq; solitum cum inter res agendas *Vulturem* aspexisset. *Vultur enim*, nihil quod vidit attingit, nec animacum

matum quicquam interficit, quòd accipiter & aquila faciunt.

Pier. Valer. lib. 17. pag. 169. B.

Vide etiam loc. de AEquitate & Injustitia.

LABOR.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus. *Proverb. 12.*
 Quodcumq; facere potest manus tua, instanter operare:
 quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud
 inferos, quòd tu properas. *Eccles. 9.*

Labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. *Genes. 9.*

Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium
 divitias parat. *Proverb. 10.*

Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem fertit
 æstare, filius est confussionis. *Ibidem.*

In omni opere bono erit abundantia: ubi autem verba sunt
 plurima, ibi frequenter egestas. *Ibid. 14.*

Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui
 gloriatur, & eget pane. *Eccles. 10.*

Vita sorte suâ contenta, operaquæ sua vivens, habet sua-
 vritatem, sed utraque majorem qui thesaurum nactus est.
Ibidem 4.

Dignus est enim operarius mercede sua. *Luc. 10.*

Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum
 laborem. *1. Corinth. 3.*

Homo nascitur ad laborem. *Iob. 5.*

Anima laborantis, laborat sibi: compulit enim eum os suû.
Proverb. 16.

Non oderis laboriosa opera, & justificationem creatam ab
 Altissimo. *Eccles. 7.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Diversis feminibus pectoris tui colles fere: nunc alimoniis
 mediocribus, nunc jejuniis parcioribus, lectione, opere,
 prece: ut mutatio laboris induciæ sint quietis. *Augustinus de*
virginitate.

Non desinat in labore persistere: quia sublevatio laboris,
 est vitium collaborantis. *Gregor. lib. 5. moral.*

Sancti viri, quor labores nunc veritati commendantes exhi-
 bent: tot jam remunerationis suæ pignora inter spei suæ cubi-
 culum clausa timent. *Gregor. in moral.*

Quibusdam pravis mentibus nihil est laboriosius. quàm si eis præcipiatur: ut in huius mundi actibus non laborent. *Idem super Ezech.*

Nullus labor durus, nullum tempus videri longum debet, quo gloria æternitatis acquiritur. *Hieron. in epist.*

Quantis sudoribus hæreditas cassa expetitur, & minore labore promissa margarita Christi emi poterat. *Idem ad Nepotia.*

Qui in labore hominum non sunt, in labore profecto Dæmonum erunt. *Bernh. sup. Cant.*

Causam laboris cogitet in labore: ut ipsa ei pœnam, quam patitur, repræsentet. *Idem in serm.*

Laborem & dolorem multi sustinent, quem tamen Deus nõ considerat. *Idem in serm. de pœni.*

Ad laborem quum veneris, si temperabis opus agendum: ut sollicitudo operis intentione animi tui ab iis, quæ Dei sunt, non averrat. *Idem in doctrin.*

Libentius suscipitur labor pro desiderio voluntatis. quàm pro amore virtutis. *Leo Papa de jejunio, &c.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de Arte amandi.

*Dum vires anniquæ sinunt, tolerate labores:
Iam veniet tacito curva senectæ pede.
Aut mare navigis, aut vomere scindite terram:
Aut fera belligeras addite in arma manus.*

Idem lib. 3. de Arte amandi.

*Ventura memores jam nunc estote senectæ:
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Dum licet, & veros etiam nunc editis annos
Discite: eunt anni more fluentis aquæ.*

Titus Calphurnius Ecloga 5.

*Iam certè potes insudare labori:
Iam pro me gnavam potes exercere iuventam.*

Tibullus Ecloga 8. lib. 1.

*At tu dum primum floret tibi temporis ætas
Vtere: nam tardo labitur illa pede.*

Claud. in Nupt. Honorii.

*Non quisquam fruitur veris odoribus,
Hybleos latebris nec spoliat favos,
Si fronti caveat, si timeat rubos.
Armat spina rosas, melle tegunt apes.*

Horat.

Horat. lib. Epod. ad Canidiam.

Nullum à labore me reclinat otium.
Urget diem nox, & dies noctem: neq; est
Levare tenta spiritu præcordia.

Ovid. lib. de Ponto.

Confiteor facere hoc annos: sed & altera causa est,
Anxietas animi, continuusq; labor.
Cernis ut in duris (& quid bove firmius?) arvis
Fortia taurorum corpora frangat opes.
Quæ nunquam vacuo solita est cessare norali,
Fructibus absiduis lassæ senescit humis.
Occidet, ad circi si quis certamina semper
Non intermissis cursibus ibit eques.
Firma sit illa licet, solvetur in aquore navis,
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.
Me quoque debilitat series immensa laborum:
Ante meum tempus cogit & esse senem.
Otia corpus alunt, animes quoq; pasfitur illis:
Immodicus contra carpit utrumq; labor.

Senec. in Herc. furente.

Post multa virtutes opera laxari solet.

Vergil. lib. 1. Georg.

Labor omnia vincit
Improbos, & duris urgens in rebus egestas.

Terent. in Heauton.

Nihil tam difficile est, quin inquirendo investigari possit.

Horat. Art.

Qui studet optatam cursu contingere metam:
Multa tulit, fecitque puer, sudavit & alsit,
Abstinnit Venere, & Baccho.

Horat. 1. serm. 9.

Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Ovid. 4. Fastor.

Non sentitur sedulitate labor.

Idem 2. Art.

Ardua moimur: sed nulla, nisi ardua vincunt
Difficilis nostra poscitur arte labor.

Martialis 1.

Pingue solum lassat: sed iuvat ipse labor.

Tibullus 1. 4.

*Nec te pœniteat duro subuisse labori:
Aut operi insuetas atteruisse manus.*

Plautus Pseud.

*Hoc evenit.**In labore, atque in dolore, ut mors obrepat interim.*

Senec. Herc. Fur.

*Quod fuit durum patis.**Meminisse dulce est.*

Plaut. Cure.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucem.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Generosos animos labor nutrit, laborem si recuses, partum esse potes. Non enim viri, timere sudorem. *Senec. 13. epist.*

Multum abhorret opus, cuius inchoatio invidia, continuatio est labor, finis est odium. *Idem in epist.*

Si qua per laborem rectè feceritis, labor citò recedet: beneficium dum vivitis, non abscedit. Si qua per voluptatem pravum nequiter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter factum apud vos semper manebit. *Seneca ibidem.*

§ APOPHTHEGMATA.

Vespasianus quum vehementer angeretur vitiatis intestinis nihilo secius Imperatoris muneribus fungebatur: adeò ut lecto decumbens, audiret legationes, & amicis hortantibus, ut sibi parceret, respondit: Imperatorem stantem mori oportere. *Sueton. 103.*

Pythagoras familiares suos hortabatur, ut optimum vivendi genus sibi deligerent, quamvis enim laboriosissimum esset: consuetudine tamen fore jucundum. *Stob. serm. 30.*

Cleanthes suam vitam divitum vitæ solebat hoc nomine præferre: dum illi, inquit, pila ludunt: ego fodiens duram humum exerceo. *Laert. lib. 7. cap. 11.*

Alphonsus cum reprehenderetur à Matthæo Siculo, eximie sanctitatis viro, quòd propriis manibus laborasset: subridens, nunquid, inquit, Deus & natura nequicquam regibus manus dederunt? *Panorm. lib. 1. de reb. gest. Alphonsi.*

Senex quidam multo vino repletus, cum suam apud *Alphonsum* ebri-

sum ebrietatem excusare conaretur dicendo: lac senum esse vinum: respondit, sed regum cibus est honos, quem Dii immortales non otio aut luxu, sed improbis laboribus, multisq; sudoribus hominibus vendunt. *Panormit. lib. de reb. gest. Alphonsi.*

Dorotheus Monachus quotidie lapides ad mare colligebat, annuatimque fabricabat hospitium pro ægrotis. Huic laboranti quidam dixit: cur ita conficis corpus tuum? cui ille: quia me, inquit, illud occidit. *Saxomenus in Tripartita hist. lib. 8. cap. 1.*

Democritus cum interrogaretur à quodam, quomodo laboriosi ac industrii differrent à desidiosis: quo, inquit, impii à piis: spe nimirum bona. *Maxim. serm. 32.*

Idem adulescentem conspicatus industrium, optimū, inquit, senectuti condis obsonium. *Maxim. serm. 32.*

Diogenes cuidam admonenti, ut jam senex quiesceret à laboribus: quid, inquit, si in stadio currerem, utrum oporteret jam metæ vicinum cursum remittere, an magis intendere? *Laert. lib. 6.*

¶ SIMILITUDINES.

Cum nauta videt imminere tempestatem, primum quidem Deos invocat: ut incolumi liceat in portum appellere: mox contrahit vela, atq; omnia nihilo secus parat, quibus est opus: ita nos debemus auxilio divino fidere: sed sic, ut nostram quoq; industriam adhibeamus. *Plutarch.*

Arator ab Hesiode jubetur Diis sacrificare, deinde aggredi: & miles primum invocat opem divinam, deinde armatur. *Plutarchus.*

Nautæ à navigandi labore turpiter conferunt se ad voluptates, rursus à voluptatibus ad navigationem redeunt, ita quidam à deliciis ad labores, à laboribus ad delicias summa vitæ inconstantia sese vertunt. *Plut.*

Athletæ abstinent à laboribus necessariis, ut in non necessariis valeant: nobis contra faciendum. *Plut.*

Ut ferrum crebris immersionibus consumitur: ita corpus crebris permutationibus viciatur, hoc est, si nunc immodicis laboribus intendatur, nunc voluptatibus liquefiat, ac molliatur. *Idem.*

Ut rosa, flos unus omnium longè gratissimus, de spinis nascitur: sic è tristibus & asperis laboribus fructus capitur jucundissimus. *Plutarch.*

Ut quosdam uxor magno ambitu ducta torquet: ita quidam magnis laboribus accerunt magno futura malo. *Senec.*

Ut herba moly difficile quidem effoditur, sed ad remedia

præter cæteras efficax est: ita quæ præclara sunt non contingunt, nisi magno negotio. *Plin.*

Ut quæ præclara sunt vix multo cultu proveniunt: contra cæpe, allium, & quædam huiusmodi vilia etiã reposita, aut suspensa proferunt sese: ita quæ sunt egregia, non nisi multo contingunt labore: quæ mala, passim obvia sunt. *Erasmus.*

Plantæ mediocri aqua aluntur, immodica suffocantur: sic animus moderatis laboribus adjuvatur, immoderatis obruitur. *Plutarch.*

Ut asparagus spinosus dulcissimum fert fructum: ita ex duris iniuriis magna voluptas nascitur. *Plut.*

Stulcè reges Ægyptiorum operam populi ac pecunias in construendis pyramidibus consumebant, quæ nihil habebant præter stulticiam & otiosam ostentationem: cum idem in rebus utilibus fieri poterit: ita quidam elaborant in difficillimis, cæterum infrugiferis, hoc ipsum præclarum existimantes, quòd in laborioso negotio versantur. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Lærtius Cleanthem Philosophum alterum Herculem vulgò dictum fuisse tradit: quòd esset omnium laborum patientissimus: adèd ut noctu hauriendo è puteo aquam, victum diurnum pararet: undè & *φειδύλλος* dictus pro Cleanthe.

Masinissa rex Numidarum erat corporis firmitate præstans, & duritici ac laboribus à puericia assuerus. Etenim stans investigiis totum diem manebat immotus, & sedens non surgebat usq; ad noctem: in equo continenter per diem & noctem sedens, & equitationibus utens, non defatigabatur. *Diod. Siculus lib. 32.*

Vespasianus Imp. valerudinem & abstinentia, & frictione tuebatur. militiæ acer agmen anteire, & locum castris capere, & noctu diuq; consilio, ac, si res posceret, manu hostibus obsistere solebat: cibo fortuito, veste habituq; vix à gregario milite discrepans. *Cuspin.*

Maximianus Imp. erat laborum patientissimus: adèd, ut in multram noctem crebrò scriberet, consuleret, res magnas ageret, sæpè etiã arma tractaret, hastis concurreret cum Principibus in ludis, & seriò cum hostibus: æstum ac frigus, inediam & commeatu penuriam juxtà ferret. *Cuspin.*

Carolus Magnus assiduè exercitabatur equitando ac venando: quod illi gentilitium erat. quia vix ulla in terris natio inventur, quæ in eo labore Francis possit æquiparari. *Cranzius lib. 2. Saxonie cap. 8.*

Ob laborum tolerantiam & industriam frugalitatemquè dicti

dicti sunt *Aginete Myrmidones*. quum enim haberent terram superne lapidosam, inferne frumentis idoneam; fodientes in cavernis habitare visi sunt formicarum more, & asportandis lapidibus, quodammodo eius animantis industriam representare. *Erasmus in Adagis.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Laboris indefessi perseverantiam ex *Formica picta* significabant. nam ea non interdum solum, verum etiam noctibus laborem exercet. Et nota est fabula de *Formica & Cicada*. *Pier. Valer. lib. 8. pag. 69. A.*

Receptum & illud est *servilem laborem per Asinū clitella instrumentum* significare. cuius rei causa magis vulgo nota est, quam verbis explicari necesse sit: quippe quod animal indefessi sit laboris, uniusq; & perpetuz onerum vexationibusque aliis damnatum esse videtur. *Pier. Valer. lib. 12. pag. 112. F.*

Apem quoq; laboris symbolum faciunt. Nam illud quod *Solomon* ait, *Vade ad Apem, & discite ab ea quum laboriosa sit operatrix*, unicuique manifestum est artificii sedulitatisq; illam esse hieroglyphicum. *Pier. Valer. lib. 26. pag. 244. F.*

LACRIMÆ.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 4. de Trist.

*Fletq; meos castos, est quædam flere voluptas;
Expletur lacrimis, egeriturq; dolor.*

Senec. in Troade.

Fletus arumnas levat.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

*Nec tua si fletu scindentur verba, nocebit;
Interdum lacrimæ pondera vocis habent.*

Ovid. lib. 1. de Arte amandi.

Et lacrimæ profunt: lacrimis adamantæ movebis.

Idem lib. 1. de Ponto.

*Quodq; facis lacrimis opus est, non sanguine dixit;
Sæpe per hæc flecti principis ira solet.*

Ovid. lib. 4. Metamorph. his verbis innuit.

Lumina, quot potuit, lacrimis implevit abortis.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Heraclitus philosophus ad omnem hominum occursum sic

LA LACRIMÆ. LAQUEUS. LARGITIO.

viffe dicitur. Dolebat enim nihil sani esse in vita: nihil in homine non caducum, fluxum & deceptibile. *Laert. lib. 5. cap. 2.*

D. Martinus lacrimis ita abundabat: ut pro detrectatorum quoque suorum peccatis flere soleret. *D. Bernh. in festo eius.*

Ptolomæus Philadelphus missos ad se LXXII interpretes cum sacris Bibliis honorificentissimè excepit, & lacrimis etiam obortis suum gaudium testatus est. *Ioséph. lib. 12. cap. 2.*

M. Minutio magistro equitum ex hostium vi erepto, opera. *Q. Fab. Max. Dictatoris*, in lætitiā tota castra effusa sunt; intantum, ut præ gaudio militibus omnibus lacrimæ manarent. *Plutarch. in Fabio.*

Bastianus Imp. apud *Ælium Spartianum* lacrimabatur, quoties aut mentio fieret, aut imagines videret *Getæ* fratris, quem ceciderat. *Erasm. in Adagiis.*

Pericles filio *Paralo* mortuo, coronam imponens, quòd in reliqua vita nunquam fecerat, erupit in ejulatum, & magnam vim profudit lacrimarum. *Plutar. in Pericle.*

M. Marcellus *Syraculis* captis, florentissimæ urbis commiseratione flevit. *August. lib. 3. de Civitate Dei. cap. 14.*

M. Cato victis ad *Dyrrachium Cæsarianis*, cadavera cæforum intuitus civium, temperare à lacrimis non potuit. *Plutarch. in eius vita.*

Vide Dolor, Tristitia.

LAQUEUS.

¶ EXEMPLA SACRA.

Laquei mortis, 2. *Sam. 22. vers. 6.* | Laqueo vitam finientium exempla; *Achitophel, 2. Sam. 17. v. 23.* *Aman, Esth. 7. v. 10.* *Judas proditor, Matth. 27. v. 5.* *Actor. 1. v. 18.*

Vide infra Mors.

LARGITIO.

¶ SIMILITUDO.

Qui plebem lautis epulis & largitionibus regunt, similes sunt illis, qui bruta animalia pascunt & venantur. *Plutarchus.*

Vide locum de Liberalitate.

L ASCI-

LASCIVIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

CAveamus ne dum laxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi conceptum quendam bonorum operum. Usus enim citò inflectit naturam. *Ambros. de Offic. lib. 7.*

Ubi saltatio, ibi diabolus: neque enim DEUS ad hæc nobis dedit pedes, ut cum Camelis saltemus: sed ut cum Angelis chororum faciamus. In saltibus lætantur dæmones, & exultant ministri dæmonum. *Chrysost. in Matth.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Sic te geras sapienter, ut nullus te habeat tanquam asperum, nec contemnat quasi vilem. Illi autem qui in ludo deficiunt, neque ipsi dicunt aliquod ridiculum, & dicentibus molesti sunt: quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt. *Seneca.*

Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede, à verbis quoque turpibus abstineto: quia licentia eorum impudentiam nutrit. Sermones utiles magis, quàm facetos & affabiles amas. Miscebis interdum seriis jocos: sed temperatos, & sine detrimento dignitatis & verecundiæ. Nam reprehensibilis ludus est: si immodicus, pueriliter effusus, si muliebriter factus. Odibilem quoque hominem facit risus, aut superbus, aut clarus, aut malignus, aut furtivus, aut alienis malis evocatus. *Seneca de virtutibus.*

Vide cætera in titul. Impudicitia, Impudentia, Luxuria, Scortatio, Adulterium, Ebrietas, Voluptas.

LATRO.

§ APOPHTHEGMATA.

Belas, famosissimus latro, qui sub Severo Imperatore per totam Italiam, comparata manu sexcentorum latronum, biennio maximas prædas fecit: postquàm Centurionem vitæ insidiatorem cepisset, raso capite ad Severum Imperatorem remisit, cumquæ interrogaretur, quid Imperatori veller nuntiari? nuntia, inquit, dominis tuis, ipsos servos suos alere, ne latrocinentur. *Xiphil. in vita Severi.*

LA LATRO. LAUS, LAUDATIO.

Idem cuiusdam mulieris, cum qua scortabatur, ope deprehensus, & à Papiniano præfecto prætorio interrogatus, cur latrocinium fecisset? respondit: & tu dic, cur præfectus sis? Erat nimirum Papinianus homo prædives, & magnæ apud Cæsarem existimationis, & propter opum suarum splendorem in aulam admissus. *Bulas* verò penuria rerumq; egestate vexatus, latrocinio victum quærere cogebatur. *Idem Xiphilinus.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

A Rabes æqua ex parte latrocinantur, aut mercaturam exercent. *Plut. lib. cap. 28.*

Garamantes in Lybia locorum natura freti, latrocinio victitant: in nautas, vi tempestatis in brevia syrtium delatos, vadatim grassantes. *Sabell. lib. 6. cap. 1.*

Lestrygonas & *Cyclopas* Ætne & Leontinis vicina loca incoherentes, immanes & efferos quosdam homines fuisse memorant, & maleficos & latrones. *Natalis Comes Myth. lib. 9. cap.*

Hepiacometæ in Ponto super arboribus ac turribus habitant. Ii ex ferina carne & arborum fructibus vivunt, atq; ex lignis desiliantes, peregrinos adoriuntur, iter agentes. *Strabo lib. 12.*

Vide Homicidium.

LAUS, LAUDATIO.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non laudes virum in specie sua: neque spernas homines in visu suo. *Ecclef. 11.*

Antè mortem ne laudes hominem quenquam: quoniam in filiis agnoscitur vir. *Ibidem.*

Antè sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum. *Ibidem.*

Laudemus viros præclaros, & quibus prognati sumus majores nostros. *Ibidem.*

Homines divites in virtute pulchritudinis studium habentes pacificantes in domibus suis. *Ibidem.*

Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Ecclesia. *Ibidem.*

Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. *Proverb. 27.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Laus humana non appeti à sapiente, sed subsequi debet sapientes, & rectè facientem: ut illi proficiant, qui etiam imitari possunt

ri possunt, quod laudant. *Augustinus de serm. Domini in monte.*

Securitas laudis in laude Dei est. Ubi laudator securus est? ubi non timet, ne de laudato erubescat. *Idem in Psalm.*

Bonum laudare, non laudato, sed laudantibus prodest. *Idem in Ioannem.*

Ibi est à vanitate remota laudatio, ubi etiam vituperatio ab offensione secura est. *Idem ad Dioscor.*

Nec valdè gaudere debemus, quando laudamur, nec contristari, quando vituperamur: quia, nec depravare injuria, nec coronare potest laus aliena. *August. sup. Matth. 6, epist. ad Volusi.*

Quid est quod dicis, ego dives, ille pauper. Sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas; taceas laudes tuas, qui miserationes tuas non consideras. *Idem de Doctrina Christi.*

Esse humilem est nolle laudari se. qui ergò in se laudari appetit, superbus esse convincitur. *Idem in Psalm. 5.*

Laudamus mendaciter, delectamur inaniter, & vani sunt qui laudantur, & mendaces, qui laudant. Alii laudantur, & ficti sunt: alii laudant, quod putant, & falsi sunt: alii utrorumq; præconis gloriantur, & vani sunt. *Idem in epist.*

Remotis obstaculis vanæ opinionis scelera nuda pensentur, nuda inspiciantur, fallacia & regmina, & vanæ laudes & gloriæ auferantur, & apparebunt miseræ peccatorum. *Augustin. libr. 3. de Civitate Dei.*

Ut sanus sim in his quæ ad Deum pertinent, vehementius verendum mihi est, & cavendum ab iis, qui nec temerè inflant: laudantes enim me flagellant. *Ignat. in epist.*

Præcipuum beneficium est in rebus honestis laudari. Laus enim parit æmulationem, æmulationem virtutem, virtus felicitatem, quæ finis est omnium quæ desiderantur, & quò omnis viri boni motus refertur. *Naxianzen.*

Multis sæpè hominibus obfuit laudatio. Laxat enim animi vigorem & cursum impedit. Et aliquis ipsum curriculi finem se consequutura existimans (hæc enim persuasio per laudem se insinuat) currere desinit, & victoriam perdit. *Theodoret.*

Plures in hoc ipso placere cupiunt, quòd placere contemnant: & mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur. *Hieron. in epist.*

Si verè laudabilis esse cupis, laudes hominum ne requiras: quia quamvis alicui sit facile laudem non curare, dum negatur: est tamen difficile, ea non delectari, quàm offertur. *Hieron. ad Celantiam.*

Laus in nobis referatur ad ipsum laudabilium universorum autorem

LA LAUS, LAUDATIO.

autorem & largitorem: non fictè, quemadmodum ab hypocri-
tis: non sola consuetudine, sicut à secularibus: non necessitate
quadam, ut jumenta ferendis oncribus applicantur: sed sicut de-
cet sanctos, synceritate fida, devotione sollicita, hilaritate gra-
ta, sed non dissoluta. Bernh. sup. Cant.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Propert. eleg. 1. lib. 1.

*Omnia post obitum fingit majora vetustas:
Majus ab exequiis nomen in ora venit.*

Perfius Satyr. 1.

*Non si quid turbida Roma
Eleuet accedas, examenq; improbum in illa
Castiges trutina: nec te quasi veris extrà.*

Idem Satyr. 4.

*Respue quod non es: tollat sua munera cerdo:
Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex.*

Senec. in Thyeste.

*At qui favoris gloriam veri petit,
Animo laudari magis, quàm voce volet.*

Idem in Thyeste.

Laus vera humili sæpè contingit viro.

Ovid. lib. 1. de Arte amandi.

*Laudatas ostendit avis lunonia pennas:
Sic tacitæ spectes, illa recondit opes.
Quadrupes inter rapidi certamina cursus,
Depexaq; jubæ, plausaq; colla juvant.*

Perfius Satyr. 1.

*Vsq; adeone
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
At pulchrum est digito monstrari, & dici, hic est.*

Idem ibid.

*Rides ait, & nimis unctis
Naribus indulges: an erit qui velle recuset
Opes populi meruisse & cedro digna locutus
Linquere?*

Idem ibidem.

*Non ego, quum scribo, si forte quid aptius exit,
Quando hæc rara avis est: si quid tamen aptius exit,*

Laudati

*Laudari metuum. neque enim mihi cornea fibra est:
Sed recti finemq; extremumq; esse recuso.*

Horat. lib. epist. 1. ad Lollium.

*Qualem commendes etiam atq; etiam affice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondam non dignum tradimur. Ergo
Quem sua culpa premit deceptus, omitte tueri.*

Idem ibidem.

Nec tua laudabilis studia, aut aliena reprehendes.

Juvenalis Satyr. 4.

*Nihil est quod credere de se
Non possit: cum laudatur dis equa potestas.*

Plaut. in Epidico.

*Nam strenuiori deterior si prædicat suas pugnas, de illius ore
fiunt sordida.*

Ovid. 4. Pont. 2.

*Excitat auditor studium, laudataq; virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Horat. lib. 1. Epist. 17.

Principibus placuisse viris, non ultima laus est.

Ex Græcis Comicis.

*Φίλων ἔπεινον μάλλον ἢ σευλὶς λέγει.
Dic laudem amici potius ipse quam tuam.*

*Υπὲρ σευτῶ μὴ φράσης ἐγκώμια.
Tuam ca veto prædices laudem ipsemet.*

*Τὸν αὐτὸν αἰεὶ ἐν τῷ ψέγειν, ἀνδρὸς κειμένου.
Laudare & infamare eundem, est improbi.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Sunt qui nihil laudant, nisi quod se imitari posse confidunt.

Cicer. 2. Tusc.

Nunc tantum quisque laudat, quantum se posse sperat imitari. Orat. ad Brut.

Est iniqua in omni re accusanda, prætermisiss bonis, malorum enumeratio, vitiisq; selectio. 3. de Legib.

Est liberum, alterum laudare, de quo quidquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut invidiæ assignetur. Cæcinnæ Cic. Fam. 6.

In homine quoque illud laudandum est, quod ipsius est: familliam formosam habet, & domū pulchram, multū serit, multum foenerat: nihil horum in ipso est, sed citrà ipsum: lauda
in illo,

Ayuntamiento de Madrid

in illo, quod nec eripi potest, nec dari quod proprium hominis est, quæris quid sit? animus & ratio in anima perfecta. Quid autem est ratio? hoc ab illo exigit rem facilissimam, secundum naturam suam vivere. *Seneca 41. epist.*

Quid stultius est, quàm in homine aliena laudare? quid eodem demeritis, qui ea miratur, quæ ad alium transferri protinus possunt? Nemo gloriari nisi de suo debet. *Idem ibid.*

Lauda parè, vituperera parcius: similiter enim reprehensibilis nimia laudatio, & immoderata vituperatio: illa siquidem adulatione, ista malignitate suspecta est: testimonium veritati, non amicitia reddas. *Idem in epist.*

Bonum est laudari, sed præstantius est esse laudabilem: neminem citò laudaveris: neminem citò accusaveris. Vitium est, omnia credere: vitium est, nihil credere. *Idem lib. de morib.*

Parva laude dignus est, qui tantum miseris aufertur. Lascivia & laus nunquam habent concordiam. Quàm magnum est nolle laudari, & esse laudabilem. *Idem in Proverb.*

¶ APOPTHEGMATA.

T *Hemistocles* sciscitatus, utrum Achilles esse mallet, an *Homerus*? Dic ipse prius, inquit, utrum malles esse victor in Olympiis, an præco, qui victores pronuntiat. *Plutarch. in Grec. apophthegm.*

Alexander Ilium profectus, & Achillis statuam coronavit: ô te felicem, inquit, Achilles, cui vivo talis amicus, mortuo talis contigerit præco. *Plut. in vita Alexandri, & Cic. pro Arch.*

Lysander. Cuidâ apud *Lysandrum* jactanti quod ipsum & laudibus vcheret, & adversus obtreptantes tueretur: duo, inquit, mihi sunt boves ruri: & tacentibus ambobus, tamen certò noviter sit ignavus, uter ad laborem strenuus? *Plutarch.*

Antisthenes audiens ab improbis quibusdam se laudatum esse: vercor, inquit, ne quid imprudens fecerim mali. *Laert. lib. 6. c. 1.*

Alphonsus audiens se à Nicolao Cardinali Capuensi, inimico capitali, plurimum laudari. si mei omnes, inquit, ita de me sentiant: ut inimicus hic & sentit & prædicat, bello certè me nequam lacefferent: sed, quo mihi nihil antiquius est, sinerent pace me atq; otio perfrui. *Panorm. lib. 2. de reb. gest. Alphonsi.*

Antalcidas cum sophista quispiam appareret recitare librum, & Antalcidæ percontanti quod esset argumentum, respondisset, Herculis encomium: quis inquit, illum vituperat? Supervacaneum existimans, in eo laudando sumere operam, quem uno ore prædicarent omnes. *Plut. in Lacon. apoph.*

Simonides quàm cæteros laudando venaretur, ut aliquid darent. interrogatus

interrogatus cur Theſſalos non captaret? Stupidiores ſunt, inquit, quàm ut à me falli poſſint. *Eraſm. Roter. lib. 6. apoph.*

Cato Uticensis fiducia ſui elatus, ut hoſtes Reipub. coërceret, aliquoties ſeipſum laudabat: invideri ſibi dicens, quòd ſuis neglectis, noctes partitæ cauſa vigilaret. *Plut.*

Lacon quidam cùm Charislaus rex laudaretur: quonam, inquit, modo bonus eſſe vir poteſt, qui ne in malos quidem accerbus eſt? *Plut. in apoph.*

Agſilares cuidam Perſarum regem magnum appellanti, dixit: ni juſtior, non major me eſt. *Plut. eod. lib.*

Hector à patre laudatus ob ſingulares animi virtutes: lætus ſum, inquit, laudari me abs te pater, laudato viro. à malis enim laudari, non laus, ſed dedecus eſſe putatur. *Cicer.*

Epaminondas à Sycophanta quodam traductus, quòd ſe ipſum impenſius laudaret: facio (inquit) hoc propter vos, Thebani, quarum opera, Lacedæmonium imperium unica die everti. *Plutarch.*

Dignus erat nominari, qui de quodam illaudato veluti laudans dixit: quid huic abeſt, niſi res & virtus? Similis jocus hodie apud Gallos vulgatiſſimus fertur, quàm ajunt: ſum torus tuus, excepto corpore & bonis. *Eraſmus lib. 6. apoph.*

Eudamidas interrogatus, quàm ob cauſam Lacedæmonii, priuſquam irent in præliũ, Muſis immolarent: cum Muſis niſi videretur cum Marte eſſe commercii? Ut rebus, inquit, fortiter geſtis, contingat honeſta commemoratio. *Plut. in Lacon.*

§ SIMILITUDINES.

UT qui malignè dant aliis, videntur ipſi parùm habere: ita qui parcè & malignè laudant alios, videntur adhuc ſuas eſurire ac ſtirere laudes. *Plutarch.*

Qui pecuniam dat, quantum impertit alii, tantũ ſibi detrahit: at non idem ſit in laude: & tamen hoc imaginantur maligni quidam, parcius impartientes laudem, quàm pecuniã. *Plut.*

Nutrices vagientibus pueris rurſum apponunt papillam: ſic diſcipulus offenſus correptione, rurſum eſt laude ſublevandus, ne deficiat. *Plutarch.*

Si ager laudando redderetur fertilior, non minus laudandus eſſet, quàm arandus, aut ſtercorandus: ſic amicus ſi redditur laude melior, expedit aliquando laudare: ſi minus, quorſum pertinet inutilis palpacio? *Plutarch.*

Ut qui venantur, facilius fallunt ſeras, ſi aliud agentes, hoc eſt iter facientes, aut agricolantes, id faciant: ita maximè laudat adulcor, cùm non appareat eum laudare. *Plut.*

Non

Non oportet titillare, qui natura proclives sunt ad risum: ita non oportet laudare, qui gloriæ suapte sponte sunt appetitiores. *Plutarch.*

Ut bonus medicus mavult morbo mederi somno ciboque, quam scammonio, aut castorio: sic amicus, pater, præceptor magis studet laude corrigere, quam objurgatione, si liceat. *Plut.*

Qui vincit in certaminibus, præconem adhibet, quo victor pronuntietur: multò magis vera virtus alieno debet ore laudari, non suo. *Plutarch.*

Ut non quævis corona quemvis decet victorem: ita non quævis laus aut quivis honos quemcunq; hominem. *Plut.*

Pavo non explicat pennas nisi laudatus: ita quidam putant se non habere quod habent, nisi sint qui mirentur. *Plin. lib. 10. cap. 20.*

Sicuti vehementius titillat tactus, & jucundius movet fructus alienus, quam noster: ita jucundius est laudari ab his, qui nobis nulla cogitatione, aut familiaritate conjuncti sunt. *Erast.*

Qui observant, ne molesti sint lippientibus, umbram aliquam admiscunt lumini: sic quidam laudibus suis aliquid errorum aut vituperationis aspergunt, ut invidiam effugiant. *Plutarchus.*

Quidam fame coacti, cum deest, quod edant, suis ipsorum artibus turpiter vescuntur: sic quidam siti gloriæ, cum deest qui laudet, ipsi laudant seipsum non sine dedecore. *Plut.*

Quemadmodum jubemur aut omninò cavere locum pestilentem, aut si in eo sis, circumspicere agere: sic aut omninò vitandum, ne laudes teipsum, aut id cautim & circumspicere agendum. *Plutarch.*

Gallus victor, illicò cantu superiorem sese testatur: ita quidam sua facinora jactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt tibicines. *Plin. lib. 8. cap. 33.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

A Gesilaum libenter, memorat Xenophon, solitum laudari ab illis, qui etiam vellent ipsum vituperare. *Plutarch.*

C. Marcus Rusticanus, quamvis in studiis literarum non esset versatus: literatos tamen homines dilexit: poetas præsertim à quibus res suas gestas immortalitate donandas esse sperabat. *Cic. pro Archia.*

Gregorius Magnus Pontifex, cuidam probato viro ipsum extolenti, respondisse fertur: Deum deprecare, frater, ut his, quæ de me prædicas, dignus efficiar: sicut & tu dignus es, cujus opinio improbari non debeat. Sed plerunq; evenit: ut ea, quæ de
iis,

iis, quos amamus, in medium proferimus, majora verò sint
Itaque quamvis ista commendatione tua longè inferiorem me
esse agnoscam: charitati tamen gratias ago, *Marullus lib. 1. cap. 4.*

Ferdinandus rex Siciliae & Neapolis, vehementer laudatus est,
quod populis quibusdam strenam remisisset, antiquis principi-
bus inveterato quodam jure quotannis vendi solitam. *Pontanus*
cap. 4.

LECTIO.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Post industriam sequetur sapientia. *Eccles. 10.*

Qui legit, intelligat. Omnis autem cui multum est da-
tum, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt mul-
tum, plus petent ab eo. *Matth. 24. Luc. 12.*

Attende lectioni & exhortationi & doctrinæ. Noli negligere
gratiam, quæ in te est. *1. Timoth. 4.*

Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum,
ad arguendum. *2. Timoth. 3.*

Verbum Christi habitet in vobis abundanter. *Colos. 3.*

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatū est illi.
Iacobi 4.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 1. Epist.

*Inter cuncta leges, & percunctabere doctos
Quæ ratione queas traducere leniter ærum?
Ne te semper inops agitet, rexetq; cupido:
Ne pavor & rerum mediocriter utilium spes.
Virtutem doctrina paret, natura ne donet?
Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum?
Quid purè tranquillet: honos, an dulce lucellum?
An secretum iter, & fallentis semita vite?*

Claud. de 4. Honor. Aug. Con.

*Intercæ Musis animas diem mollior instet,
Et quæ mox imitère legas, nec desinat unquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas.
Antiquos evolve duces, assuesce futura
Militiæ, latium retrò te confer in ærum.
Libertas quæsita placet: mirabere Brutum.
Perfidiam damnas: Metii satiabere potnis.
Triste rigor nimis: Torquati despice mores.*

Yy

*Mors impensa bonum: Decius venerare ruentes.
 Vel solius quid fortis agat, te ponte soluto
 Oppositos Cocles, Mutii te flamma docebit.
 Quid mora perfringat? Fabius, quid rebies in arctis
 Dux gerat? ostendet Gallorum strage Camillus.
 Discitur hinc, nullos meritis obsistere casus.
 Prorogat aeternam feritas tibi Punica famam
 Regule, successus superant adversa Catonis.
 Discitur hinc quantum paupertas sobria possit:
 Pauper erat Curius reges cum vinceret armis:
 Pauper Fabritius Pyrrhi cum sperneret aurum:
 Jordida Serranus flexit dictator aratra:
 Lustrata lectore case facesq; salignis
 Postibus affixit: collecta consule messes,
 Et sulcata diu trabeato rura colono.*

Ausonius in Protr.

*Perlege quodcumq; est memorabile, prima monebo,
 Perlege quodcumq; est memorabile. Et ut tibi prosit
 Conditor Iliados, & amabilis orsa Menandri
 Evolvenda tibi: tu flexu & acumine vocis
 Innumeros numeros doctis accentibus effer:
 Affectusq; impone legens, distinctio sensum
 Auget, & ignavis dant intervalla vigorem,
 Ecquando ista mea contingent dona senectae?
 Quando oblita mihi tot carmina, totq; per avum
 Connexa historiae soccos, aulaeq; regum,
 Et Melicos, lyricosq; modos praefando novabis?
 Obductosq; seni facies puerascere sensus?
 Te praeeunte nepos modulata poemata Flacci,
 Altisonumq; iterum fas est didicisse Maronem,
 Tu quoq; qui Latiam lecto sermone Terenti
 Comis & astricto percurris pulpita socco:
 Ad nova vix memorem di verbia coge senectae.*

Martialis lib. 10. Epigram.

*Qui legis Oedipodem, caligantemq; Thyestem,
 Colchidas, & Scyllas, quid nisi monstra legis?
 Quid te vana juvant misera ludibria chartae?
 Hoc lege, quod posui dicere jure, meum est.*

§ APOPHTHEGMATA.

Zeno Citticus dicitur consuluisse oraculum, quo pacto posset
 vitam optime instituire? respondit Deus: si condolor fiet
 mortuis

mortuis. Ille sentiens, se vocari ad lectionem veterum, sese ad philosophiam contulit. *Laert. lib. 7. cap. 7.*

Aristippus euidam iactanti se, quod esset *πολυμαθής*, hoc est, multiplicis eruditionis, quasi nihil non didicisset: quemadmodum, inquit, non hi qui plurimum edunt, excernuntq; , melius valent his qui sumunt quantum opus est: ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt, studiosi & eruditi sunt habendi. *Laertius lib. 2. cap. 8.*

Diogenes ab *Hegesia* rogatus, ut ipsi libros aliquot commo- dato daret: non sapis, inquit *Hegesia*, qui quum caricas non pictas, sed veras eligas: vera exercitatione neglecta, ad scriptam te conferas. Hoc dicto notavit eos, qui per omnem vitam nihil aliud quam legunt philosophorū libros, recte vivendi præcepta continentes: cum virtus magis usu discatur, quam lectio- ne. *Laert. lib. 6.*

Theocritus ad ludimagistrum quendam male pronuntiantem accedens, rogavit: qui sit, quod Geometriam nō doceas? is cum respondisset, quoniam ignoro. quid tum? dixit: nam legere quoq; nescis? *Stob. serm. 4.*

Plinius Major dicebat, nullum esse librum tam malum, qui non aliqua parte prodesset. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Alcibiades aliquando in ludum literarium ingressus, petiit à Ludimagistro Homeri *Iliadem*, cuius lectionem plurimum admirabatur. At Ludimoderator, cum se nihil Homeri operum habere affirmaret, inflixit ei pugnum satis durum, dicens: imperitus es præceptor, & tibi similes discipulos facies. *Ælian. lib. 13. de var. histor. & Plut. in apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT in obsoniis non solum sequimur voluptatem, sed etiā salubritatem. sic in audiendis & legendis authoribus. *Plut.*

Ager nimium stercoreatus aduritur, non stercoreatus alget: ita moderata lectione vegetandū erit ingenium. nam lectione sagineatur animus, non aliter quam arvū stercore. *Plin. lib. 18. c. 23.*

Sicuti utilius est crebrò stercoreari agrum, quam multum: ita plus habet fructus assidua lectio, quam avida. *Plin. ibid. in fine.*

Non aromatum, florum, similliumq; odor gratior sentitur è longinquo, quam ex proximis. Ita sunt, quæ si leniter attingas, placeant: sin excutias accuratius, & propius inspicias, gratiam amittunt: quod genus sunt poetarum fabulæ, aut gentilium historiarum. *Erasmus.*

Serius eduntur, quæ diutius victura sunt: ita diù premendum opus, quod semper legi velis. *idem.*

Quemadmodum Ulysses auribus cera obturatis Sirenium periculum præternavigavit: ita nos si quid incidit blandè fœdum in authoribus prætervehi oportebit. *Plut.*

Ut bonas cornua oneri sunt tantum, nulli autem usui, adeò sunt in se reflexa, ita sophistæ dialecticè habent, sed qua neminem retinere possint, adeò est inteçta. *Plin. lib. 8. cap. 15.*

Ut apes ex amarissimis floribus & asperrimis spinis, mel suavissimum ac lenissimum colligunt: sic ex turpibus ac sceleratis fabulis, utcunque decerpi potest aliquid utilitatis. *Plut.*

Quidam Amethystum adhibent in comorationibus adversus ebrietatem: multo magis in audiendis poetis præcepta sunt adhibenda, ne quid inficiat animum. *Plin. lib. 37. cap. 9.*

Ut apicula per omnia circumvolitans, id quod est utile, domum adducit: ita studiosus ex unoquoque, quod ad mores confert, excerpit. *Plin. lib. 21. cap. 21.*

Ut his gemmis summum est pretium, quæ non modò varietate colorum delectant oculos, & nares odore, verum etiam ad remedia sunt efficaces: sic his libris summum est pretium, qui non solum habent orationis illecebras: verum & salubribus præceptis nos liberant animi vitiis. *Idem.*

Medici verant ut halicacabo, quanquam dentibus firmantibus prodest, si eius succo colluantur: propter quod periculum est, ne si diutius id fiat, delirationem gignat, & plus afferat incommodi, quàm commodi: ita non est utendum his literis, quæ si linguam expoliunt: ut mores inficiant: aut convenit sequi, quæ sic augent rem, ut famam lædant. *Idem.*

A floribus marcidis apes abstinens: ita non attingendus liber qui putidas habet sententias: aut nihil attingendum, quod non sit elegans & succulentum. *Idem.*

Ut tutissimum est, in trifolio cubare, quod in hac herba neque serpentem aspici: ita in his versandum libris, in quibus nulla venena timentur. *Idem.*

Quemadmodum Medici pharmacum ad unicum morbum repertum ad omnes similes ac finitimos accommodant: ita convenit authorum dicta ad varios usus accommodare. *Plut.*

Non quemadmodum omnia religiosè metuemus, ac reverentur in sacris ita oportet in authoribus omnia venerari: sed audaciter adhibito iudicio probare quædam, quædam improbare. *Plut.*

Ut cum in sole ambulamus etiam si aliam ob causam ambulamus, sit natura tamen ut coloremur: sic cum doctorum libris studiosius legimus, sentimus orationem nostram illorum colorari quasi colorari. *Cic. lib. 2. de Orat.*

Ut iis, quæ cæcutientibus sunt oculis, quivis locus obscurus est, propterea quod caliginem secum in oculis circumferunt: ita parum eruditis omnis liber ac stylus difficilis est & obscurus. *Seneca.*

Vide Dæctrina, Doctõr, Disciplina, Ars.

LEGATIO, LEGATI.

§ APOPHTHEGMATA.

A *Gis Archidami F.* cum ad Philippum regem legatus mitteretur, solus regem sine comitatu accessit. Verum cum rex admiraretur: venit, inquit, unus ad unum. *Plutarchus in Lacom. apophtheg.*

Lacedæmones unum legatum ad Demetrium regem miserant. Stomachante autem tyranno, ac vociferante, unumne Lacedæmonii legatum ad me? Satis, inquit legatus, unus ad unum. *Plutarchus.*

Lacones olim quum ad Lygdamum tyrannum essent legati, atque ille congressus sapius differret, dicens se molliter habere: dic, inquit legati, per deos non venisse nos cum illo colloctaturos, sed collocuturos. *Plut.*

M. Cato quum tres essent designati, qui legati proficiscerentur in Bithyniam: quorum unus podagra teneretur, alter caput haberet vulneribus confossum, tertius væcordia laborare videretur: *Cato* ridens dixit, Pop. Rom. legationem nec pedes habere, nec caput, nec cor. *Plut.*

Popillius à Senatu literas Antiocho attulit, quæ cum jubebant exercitum ex Ægypto abducere, neque regnum pupillorum Ptolomæi, vita defuncti usurpare. Accedens, eminusq; ab Antiocho comiter salutatus, non reddita salute epistolam tradidit. qua lecta cum deliberatione habita, responsurum se rex diceret, bacillo *Popillius* orbem circa eum descripsit: inquit, hic ergo stans delibera & responde. Omnibus magnanimitate legati percussis, cum Antiochus se ex Romanorum sententia acturum profiteretur: ita demum regem salutavit, amplexusq; est, *Popillius.* *Plutar. in apoph.*

Hyperides legatus ab Atheniensibus ad Rhodios fuit. Eò cum adessent ab Antipatro legati, qui Antipatrum ut benignum celebrarent, occurrens eis: novi (inquit) benignum esse: verum nos ne benignum quidem quærimus dominum. *Plut.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Leprosorum exempla: Maria, *Num. 12. v. 10.* Naaman, *2. Reg. 5. v. 1.* Giezi, *v. 27.* quatuor leprosi, *7. v. 3.* Ozias, *2. Paral. 26. v. 19.* quidam leprosi, *Matt. 8. v. 2.* Marc. *1. v. 24.* Luc. *5. v. 12.* Simon leprosus, *Matt. 26. v. 6.* Leprosi sub Elifæo, *Luc. 4. v. 27.* decem lepro, *17. v. 12.* Leprosi mundantur. Leprosæ domus consideratio, *Levit. 14. v. 34.* Leprosorum segregatio, *13. v. 44. Num. 5. v. 2. 2. Reg. 15. v. 5.*

LEX.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quod lex minando imperat: hoc fides credendo impetrat
Augustin. in lib. de spiritu & litera.

Lex Dei charitas est, lex data est, ut gratia quæreretur: gratia data est, ut lex impleretur. *Idem ibid.*

Omniū legum est inanis censura, nisi divinæ Legis imaginem gerat. *Idem lib. 9. de Civit. Dei.*

Cum leges fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de his iudicare, sed secundum ipsas. *Idem de vera relig.*

Factæ sunt leges, ut earū metu humana coerceatur audacia: tutaq; sit inter improbos innocentia: & in ipsis improbis, formidato supplicio, refrænetur nocendi facultas. *Isidor. lib. etymol.*

Erit lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque: ne aliquid pro obscuritate in captionem contineat: nullo privato commodo, sed pro communitatium utilitate adscripta. *Idem ibid.*

Octogenera pœnarum in legibus contineri Tullius scripsit: id est, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, servitutem & mortem. *Idem ibid.*

In his rebus, in quibus nihil statuit certum Scriptura divina nobis populi Dei vel instituta majorum, pro lege tenenda sunt. *Leo Papa,*

Meditatio legis est, non solum in legendis scripturis: sed etiam in his quæ scripta sunt, faciendis. *Idem.*

Quid enim potest esse melius, quàm homines in bonis legibus confidere, & casus reliquos non timere? Jura publica certissima sunt humanæ vitæ solatio, infirmorum auxilia, & potentissimi frænæ: undè & securitas venit, & conscientia proficit. *Castell.*

§ SENTENTIA

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Aufonius in Pythaci sententiis.

Pareto legi quisquis legum sanxeris.

Ovid. lib. 3. Fastor.

*Inde date leges, ne fortior omnia possit:**Cæptaq; sunt purè tradita sacra coli.*

Horat. Oda 24. lib. 3.

*Quid leges sine moribus**Vane proficiunt? si neque fervidis**Parentis inclusa caloribus**Mundi, nec Boreæ finitimum latæ.**Durataq; solo nives.**Mercatorem abigant: horrida callidè**Vincunt aquora navite?*

Plautus in Epidico.

*Hic erit optimus,**Hic poterit cavere rectè, jura qui & leges tenet.*

Terent. in Phormione.

*Mihi non videtur, quod sit factum legibus,**Rescindi posse, & turpe inceptum est.*

Petronius Arbiter satyricus.

*Quid faciant leges, ubi solâ pecunia regnat?**Aut ubi paupertas vincere nulla potest?*

Plautus in Trinummio.

Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam.

Et sequitur.

*Eæ misere etiam**Ad parietem sunt fixæ clavîs ferreis, ubi malos mores**Adfigi nimio fuerat equis.*

Lucanus lib. 3. bel. civil.

*Pereunt discrimina nullo**Amisse leges: sed pars vilissima rerum**Certamen motivis opes.*

Ex Græcis Comicis.

*Ἰσχυρὸν τὸ νόμος ἐστίν, ὡς ἀρχὸν ἔχει.**Res valida lex est, quum magistratus habet.**Νόμος ἑπιτοῦν τοῖσιν ἐγκρατοῖς καλόν.**Quo deus in loco, illius morem cole.**Ῥήτωρ πατηρὸς τοῖς νόμοις λυμαίνετα.**Grata improbia licet est legibus.*

Βίαις παρὰ νόμου & δὲν ἰσχύει νόμος.

Contra vi agentes nulla lex quicquam potest.

SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Lex est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea quæ faci-
enda sunt: prohibetq; contraria. *Cic. 1. de Legib. vide 2. de Leg.*

Lex, nihil est aliud, nisi æcta, & à numine Deorum tracta
ratio, imperans honesta, prohibensq; contraria. *Philippica 11.*

Legibus proposita sunt supplicia vitiis, præmia virtutibus.
2. de Orat.

Vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatri-
cemq; virtutum: ab ea enim vivendi doctrina ducitur. *1. de
Legib.*

Docemur auctoritate nutuq; legum domitas habere libi-
dines: coercere omnes cupiditates: nostra tueri: ab alienis men-
tes, oculos, manus abstinere. *1. de Orat.*

Leges sunt inventæ, quæ cum omnibus una atque eadem vo-
ce loquerentur. *2. Offic.*

A majoribus nostris nulla alia de causa leges sunt inventæ:
nisi ut suos cives incolumes conservarent. *In Vatim.*

Ad salutem civium, civitatumq; incolumitatem, vitamq; ho-
minum & quietem & beatam, conditæ sunt leges. *1. de Leg.*

Ea virtute & sapientia majores nostri fuerunt: ut in legibus
scribendis, nihil nisi sibi salutem, atque utilitatem Reipublicæ
proponerent. Neque enim ipsi quod obesset, scribere volebant:
& si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legem
intelligebant. *2. de Invent.*

Nihil est tam aptum ad jus, conditionemq; naturæ, quàm
lex, sine qua nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec homi-
num universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse
mundus potest. *3. de Legib.*

Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens & animus, &
consilium, sententia civitatis, posita est in legibus. *Pro Cluent.*

Jus amitti non potest, sine magno incommodo civitatis. *Pro
Cecinna.*

Omnia sunt incerta, cum à jure discessum est. *Ad Papir. Pe-
tium lib. Famil. 9.*

Major hæreditas venit unicuique nostrum à jure, & legibus,
quàm ab iis, à quibus illa bona relicta sunt. Nam ut perveniat
ad nos fundus, testamento alicujus fieri potest: ut retineamus
quod nostrum factum est, sine jure civili non potest. *Pro Ce-
cinna.*

Hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civium con-
junctio-

junctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. 3. *Offic.*

Legis est persuadere, non omnia vi ac minis cogere. 2. *de Leg.*

Si esset ista cognitio juris magna ac difficilis: tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendū discendi laborem impellere. 1. *de Orat.*

Domus Jurisconsulti, est totius oraculum civitatis. Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum malefactorum causa reperta sunt. 1. *de Orat.*

§ APOPTHEGMATA.

Alcamenem Telecri filium quūdam interrogasset, cur seniores apud Lacedæmontos plures dies sumerent ad cognoscendum in causis capitalibus: & si quis fuerit absolutus, nihilominus sit legi obnoxius? Ideo, ait, tam diu de rebus iis consultant: ut si in capitis discrimine errassent, emendent, ne de legum autoritate quid decederet. *Plut. in Lacon.*

Idem. Eundem cum quidam interrogasset, quam ob rem munera à Messenis oblata ita recusasset: quoniam si recepissem, inquit, cum legibus pacem habere non poteram. *Plut.*

Acrotatus, cum parentes eum rogarent, ut in re parum honesta ipsis obtemperaret: respondit, donec essem apud vos, nullam omnino tenebam justitiæ & æquitatis scientiam: verum ubi me patriæ dedistis, legibusq; subiecitistis, conabor his magis obtemperare, quam vobis. *Plut. in Lacon. apoph.*

Demaratus quidam percontanti, cur exularet Spartâ, cum esset rex? quoniam, inquit, leges sunt in ea potentiores. *Idem.*

Pausanias Philistonaclis F. quidam roganti, quam ob rem apud Spartanos nefas esset, ullam prisearum novare legum? quoniam, inquit, legibus convenit autoritas in homines, non hominibus in leges. *Plut. in Lacon.*

Archidamus Zeuxidami F. roganti, quinam essent Spartanæ civitatis præfecti? Leges, inquit, ac legitimi magistratus. *Plut.*

Cyrus interrogatus, quosnam putaret esse injustos? Lege, inquit, non utentes. *Maxim. serm. 50.*

Solon interrogatus, quid esset lex? respondit, tela aranearum: inquam si muscæ leviores & culices incidant, retinentur: si vero vespæ aut apes, eâ disruptâ avolant. *Stob. serm. 431. Plutarch. in Solone.*

M. Cato ad tribunum plebis, qui venificii infamia laborabat, iniquè ferentem legem: adolescens, inquit Cato, nondum scio utrum haurire quod temperas, an non approbare quod scribis, deterius sit. *Erasm. lib. 5. apoph.*

Pittacus Cræso percontanti, quod esset maximū imperium? inquit, ποικιλῆ ξύλων, id est, varii ligni, leges innuens. Nam olim in tabulis ligneis leges inscribebantur. *Laert. lib. 1. cap. 5.*

Plato rogatus à Cyrenensibus, ut ipsis leges scriberet, ac Reipub. statum componeret, recusavit, dicens: perdifficile esse condere leges tam felicibus. *Laert. lib. 3.*

Socrates interrogatus, quæ civitas optimè administraretur? quæ, inquit, ex lege vivit, & injustos punit. *Maxim. serm. 68.*

§ SIMILITUDINES.

Regula primū recta sit oportet, deindè quæ applicentur, corrigat: ita princeps, primū ipse vitii careat necesse est, deindè aliis leges præscribat. *Plutarch.*

Ut ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis utilitatem spectat: quoniam eius causa est instituta: sic à legibus nihil convenit arbitrari, nisi quod Reipub. conducatur, proficisci: quoniã ejus causa sunt comparatæ. *Cic. lib. 1. de Invent.*

Ut corpora nostra sine mente: sic civitas sine lege, suis partibus & nervis, ac sanguine & membris uti non potest. *Cic. pro Clq.*

Ut in morbis non sunt tentanda remedia nova, si veteribus malo succurri possit: sic non sunt condendæ novæ leges, si veteres ministrent aliquid, quo malis Reipub. medeârur. *Erasm.*

Ut efficacissima remedia nata sunt ex morbis pessimis: ita bonæ leges ex malis prognatæ sunt moribus. *Erasmus.*

§ HIEROGLYPHICA.

Coronam dicimus *Legum* indicium esse, propterea quòd certis est vinculis complicata, quibus vita nostra veluti religata coercetur. *Pier. Valer. lib. 41. pag. 400. F.*

Jugum etiam pro *Legum* hieroglyphico rectè ponetur: siquidem appellatione jugi legum onus fuerit etiam à Davide nuncupatum. Omnino verò leges pro subjugatione & imperio vicissim à *Marone* dictum, *Legesq; viris & mœnia ponet.* *Idem lib. 48. pag. 475. A.*

Vulgus autem non ineptè per *Aranearum* telas acretia, apto admodum hieroglyphico *Legum* notat *inequalitatem*, propterea quòd veluti muscæ & volatilia alia minuta, si in eas inciderint, capiuntur & pereunt: fortiora verò animalia perrupto texro facile quoquòd libuerit elabuntur: ita leges imbecillam ac tenuem plebeculam cohibent atque castigant, potentioribus verò nihil adversantur, qui eas ex arbitrio tollunt, scindunt, abrogant, & refigunt. *Idem lib. 26. pag. 251. B.*

Vide Judicium, Justitia.

LIBERALITAS.

SENTENTIÆ PATRUM.

Liberalitas est motus quidam animi faciens & approbans liberas largitiones sine spe retributionis. *Augustinus. de definitione.*

Dandum est, quod nec tibi, nec alteri noceat: & quum negaveris quod petis, judicanda est justitia, ut non eum inanem dimittas: & aliquando melius aliquid dabis etiam quum injuste petentem correxeris. *Idem de sermone Dom. in monte.*

Modus liberalitatis tenendus, ut quod bene facis, quotidie facere possis. *Ambrosius.*

Uberior est numus ex parvo, quam thesaurus ex maximo: quia non tantum, quod detur, sed quantum desiderat, perpenditur. Nemo plus tribuit, quam qui sibi nil requirit. *Ambrosius lib. 1. de viduis.*

Non solum queritur quantum, sed de quanto, & quo animo detur. *Idem in epist. ad Cor.*

Dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari. *Idem lib. 1. de Offic.*

Non illa perfecta est liberalitas, si jactantia causa magis, quam misericordiae largiaris, affectus tuus nomen imponit operi tuo. *Idem ibidem.*

Non probatur liberalitas, vel largitas, si quod alter largitur, alteri quis extorqueat: si injuste querat, & injuste dispensandum putat. *Idem ibid.*

Perfecta est liberalitas, ubi silentio quis regit opus suum: & necessitatibus singulorum occulte subvenit, quem laudat os pauperis, & non labia sua. Denique perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur: ut principium operis circa domesticos fidei. *Idem ibid.*

Est alia probanda liberalitas: ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius enim est, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deponere: aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen ut illi ditiores fieri velint, quod tu possis conferre inopibus. *Idem ibid.*

Est duplex liberalitas: una quae subsidio rei adjuvat, id est, usu pecuniae, altera, quae operum collatione impenditur, quae multo frequenter splendidior est, multoque praeclarior. *Idem ibid.*

Quicquid ex affectu pio ac sincero promittitur, hoc est, decorum non superfluas aedificationes aggredi, non praetermittere necessarias. *Idem ibid.*

Considera

Considera Christi substantiam, ne imprudenter effundas: id est, ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus: ne secundum dictum prudentissimi viri, liberalitate liberalitas pereat. *Hier. ad Paulin.*

Liberalitas non cumulatione patrimonii: sed largitatis definitur affectu. *Hier. lib. de viduis.*

Nunquam est vacua manus à munere, si arca cordis repleta est bona voluntate. *Greg. lib. 19. Moral.*

Si nō est omnium æqualis facultas, debet esse par pietas: quoniam fidelium largitas, non de muneris pensatur pondere: sed de benevolentia quantitate. *Leo Papa in ap. do.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda 1. lib. 2.

*Vivet extento Proculejus ævo,
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna metuente solvi
Fama superstes.*

Idem Oda. 7. lib. 4.

*Cuncta manus avidas fugient hæredis amico
Quæ dederis animo.*

Marcial. lib. 5. Epigram.

*Extra fortunam est quicquid donatur amicis
Quas dederis, solas semper habebis opes.*

Idem lib. 8. Epigram.

*Qui donas, facis ipse Blesianum.
Hoc longum tibi vita diu manebit,
Hoc & post cineres erit tributum,*

Claud. in Panegyrico Probi.

*Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre
Sue verat innumeras hominum distare catervas,
Quippe velut densa currentia munera nimbo,
Cernere semper erat populis nudare penates,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præcepta illa manus stuvios superabat iberos.
Aurea dona romens.*

Idem lib. 1. in Eutrop.

Nil negat, & sese vel non poscentibus offert.

Plaut. Mil.

Nam in mala uxore, atq; inimico si quid sumas, sumtus est.

In bo-

*In bono hospite, atq; amico questus est quod sumitur.
Et quod in divinis rebus sumas, sapienti lucro est.*

Auson. Epigram. 84.

*Gratia que tarda est, ingrata est: gratia namq;
Cum fieri properat, gratia grata magis.*

Plautus Truc.

Tu bene si facias, non meminisse fas est.

Idem Trin.

Bene facta bene factis aliis pertegito, ne perpluant.

Idem Rud.

— Nullum beneficium

Esse duco id, quod quoi facias, non placet.

Idem Pœn.

Malo si benefacias, id beneficium interit:

Bono si quid malefacias, etatem expedit.

Ibidem.

Malo benefacere, tantundem est periculum,

Quantum bono malefacere. —

Plaut. Rud.

— *Bonis quod beneficit, haud perit. —*

Publ. Syr.

Ab alio expectes, alteri quod feceris

Bis est gratum, quod opes est, ultro si offeras,

Publ. Syrus.

Beneficium se dedisse qui dicit, petit.

Plaut. Capt.

Quod bonis beneficit beneficium, gratia ea gravis est bonis.

Publ. Syrus.

Beneficium dare qui nescit, injuste petit.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere.

Vergil. 4. Æneid.

Et bene apud memores veteris stat gratia facti.

Ovidius.

Dedecus est semper somere, nilq; dare.

Publ. Syrus.

Beneficium accipere, libertatem vendere est.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Beneficium saepe dare, docere est reddere.

Beneficium dignis ubi das, omnes obligas.

§ SENTEN-

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Liberalitate nihil est naturæ hominis accommodatius: sed habet multas cautiones. videndum est enim primum, ne oblit benignitas, & iis ipsis quibus benignè videbitur fieri, & cæteris. nam qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, non benefici, neq; liberales: sed perniciosi iudicandi sunt. Deindè ne major sit benignitas, quàm facultas: nam qui benigniores esse volunt, quàm res patitur, primum in eo peccant, quòd injuriosi sunt in proximos. Videre etiam licet plerosq; non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos: ut benefici videantur, facere multa, quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quàm à voluntate. Tum illud unum considerandum est, ut pro dignitate cuiq; tribuatur: in quo mores erunt spectandi eius, in quem beneficium conferetur. *Cic. 1. Offic.*

Danda est opera, ut eos beneficiis quàm plurimis afficiamus, quorum liberi, posterisq; prodatur memoria. *Cic. 2. Offic.*

Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, & ad quietè vivendum charitatem. *Cic. 1. de Finib.*

Beneficium & gratia, vincula sunt concordia. *2. de Finib.*

Ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est. *Cic. 4. Act. in Verr.*

Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, ut pateat omnibus. Sequuntur enim largitionem rapinae. Cùm enim dando egere cœperint homines, alienis bonis manum afferre conantur: nec tantæ studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. *Cic. 2. Offic.*

Sunt multi splendoris & gloriae cupidi, qui eripiunt aliis quod aliis largiantur: iisq; arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunq; ratione. Id autem tantum abest ab officio: ut nihil magis officio possit esse contrarium. *Cic. 1. Offic.*

Propensior benignitas esse debet in calamitosos, nisi fortè erunt digni calamitate. Nam præclare Ennius: benefacta, malè locata, malefacta arbitror. *Cic. 2. Offic.*

Melius apud bonos, quem apud fortunatos beneficium collocari puto. *Cic. 2. Offic.*

Liberalis est, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimit: aut æs alienum suscipit amicorum causa: aut in filiarum collocaione adjuvat: aut opitulatur, vel in re quærenda, vel augenda. *Cic. 2. Offic.*

Multò gratius venit quod facili, quàm quod ex plena manu venit.

venit, seu datur. exiguum est quod in me contulit, sed amplius non potuit ad hoc, quod dedit, magnum est. sed dubitavit, sed distulit, sed quum daret, genuit, sed superbè dedit. sed suum contulit: ambitioni dedit, non mihi. *Senec. de benefic.*

§ SIMILITUDO.

UT vasa paria, quorum alterum plenum sit. alterum inane, pulsata concentum faciunt *Διὰ πῦρρον*: ita benè convenit inter divitem benignum, & pauperem indignum. *Erasmus.*

§ EXEMPLA SACRA.

Liberalitatis exempla: Rex Sodomorum, *Genes. 14. vers. 21.* Rebecca, *24. vers. 18.* Jacob, *33. v. 10.* Moyses, *Exod. 2. v. 17.* Israëlitz, *36. vers. 5.* David, *1. Samuel. 30. v. 26. 2. Samuel. 9. v. 7.* Sobi & Naas, *17. v. 28.* Berzellai, *19. v. 32.* Regina Saba, *1. Reg. 10. v. 10.* quidam Principes ex tribu Ephraim, *2. Paralip. 28. v. 15.* Cyrus, *1. Esdr. 1. v. 7. 6. v. 3. 4. 5.* Principes Patrum, *2. v. 68.* Artaxerxes, *7. v. 11. 12.* Nehemias & divites Judæi, *Nehem. 2. v. 8. 5. v. 10.* Assuerus, *Esth. 2. v. 18. 6. v. 10. 7. v. 2.* Tobias senior, *Tob. 1. v. 19.* Raguel, *10. v. 10.* Tobias senior & junior, *13. v. 2.* Filii Job, *Job 1. v. 4. 29. v. 15. 16. 31. v. 17. 18.* Magister militiæ Regis Babylonis, *terem. 40. v. 4. 5.* Magi, *Matth. 2. v. 11.* Matthæus, *9. v. 10. Luc. 5. v. 29.* Dominus servi, *Matth. 18. v. 27.* CHRISTUS, *19. v. 28. 29. 24. v. 16. Ioan. 2. v. 8. 10. 11.* Pater prodigi, *Luc. 15. v. 22.* Zachæus, *19. v. 6. 8.* Vidua pauper-cula, *21. v. 3. 4.* Barsabas, *Actor. 4. v. 36. 37.* Antiochena Ecclesia, *11. v. 29.* Lydia, *16. v. 15.* Barbari, *28. v. 2.* Publius, *v. 7.* Paulus, *2. Corinth. 12. v. 15.* Philem, *v. 19.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Leo X. Pæp. nulla in re ardentius & effusius, quàm ad liberalitatis gloriam anhelavit, eos principe loco indignos existimans, qui nequaquam beneficia manu fortunæ muneribus uterentur. *Jovius in Leone X. lib. 4.*

Cyrus Persarum regno positus, nullum in suos liberalitatis genus prætermisit: non pecuniam, sed amicos, quibus ipse plurimum contulisset divitiarum, suos esse thesauros ducens. *Pontanus de principe, ex Xenophontis Pædia.*

Alexandrum Macedonem ingentis spiritus terrarum principem, inter alia quibus eum natura donatum cælo quodammodo inseruerat, magna sua gloria solitum prædicare legimus, à nemine se unquam benignitate fuisse superatum. *Cælius lib. 7. cap. 78.*

Ptolemæus Philadelphus rex Ægyptiorum maxima cum voluptate

LI LIBERALITAS. LIBERATIO.

prate amicos suos locupletes effecit. Dicebat enim melius est ditare, quàm ditescere. *Alianus.*

Cleomenes & Ptolomæus reges Ægyptiorum, adeò benefici ergà cunctos extiterunt, ut inde beneficiorum cognomina deportarint: Evergetæ dicti, *Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 11.*

C. Iulius Cæsar omnibus Rempub. tractantibus opulentiam propinavit Gallicam affatim hauriendam. Pompejus cum mitteret reperitum milites, quos ei ad bellum Gallicum commodaverat, eos Cæsar donatos millenis numis remisit. *Plut. in Cæsare.*

Augustus Cæsar liberalitatem omnibus ordinibus, per occasiones frequenter exhibuit. *Suetonius.*

Alexander Severus nullum diem prætermisit, quo non pium aliquid, liberale, humanumq; fecerit, publici tamen ærarii ratione habita: ut quamvis imperaret, sciret tamen moderatum se prudentemq; Reipub. dispensatorem esse debere. *Lamprid.*

Constantinus Magnus Imp. si quos privatus dilexit, opibus honestavit, non dignitate prætoria, aut consulari, ut principes priores fecerant. *Cassian.*

Vide Beneficentia.

LIBERATIO.

§ EXEMPLA SACRA.

Liberationis miraculosæ exempla: In Noë cum suis, *Genes. 7. v. 7.* Loth cum filiabus, *19. v. 29.* Josepho, *41. v. 9. 10. & Actor. 7. v. 6. 7.* Israëlitis, *Exod. 14. v. 27. 28. & 18. v. 7. 8. 9.* *Iudic. 2. v. 16. & 3. v. 9. & 6. v. 34. & 10. v. 1. 3. & 11. v. 23.* *1. Esdr. 8. v. 31.* *Esth. 10. v. 9.* Gedeone & populo Dei, *Iudic. 17. v. 7.* David, *1. Sam. 17. v. 37. 2. Sam. 22. v. 1. 2.* *Psalms. 18. v. 3. & 57. v. 4. & 91. v. 3. & 116. v. 5. 6.* in Samaria & Israëlitis, *2. Reg. 7. 1. 2.* Ezechia & populo Judaico, *19. v. 35.* Esdra & Israëlitis, *1. Esdr. 8. v. 31. & 9. v. 13.* Tobia, *Tob. 11. v. 12. 14. 15. 16.* Sidrach, Misach, Abdenagone, *Daniel. 3. v. 23. 24.* Daniele, *6. v. 20. 21. & 14. v. 39.* *1. Macchab. 2. v. 60.* Susanna, *13. v. 42. 43.* Populo Dei, *2. Macchab. 2. v. 17. 18.* Petro, *Actor. 12. v. 6. 7.* Paulo, & cum ipso navigantibus, ac naufragium facientibus, *Actor. 27. v. 22. 23.*

LIBERI.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comicis.

Φιλίας μέγιστος δεσμός αἰ τῶν τοῦ γοναίου
Sunt vinculum amoris liberi firmissimum.

Manilius

Μαχίριος ὅσις εὐτύχησεν εἰς τέκνον.
Felix boni cui contigerunt liberi.

Μαχίριον ἔστιν υἱὸν ἰουρακῶν πατέρα.
Moratus est cui filius, felix pater.

Vide Filus. Item Parentes.

LIBERTAS.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

V Irvanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. *Job 12.*

Vos non audistis me, ut prædicaretis libertatem unusquisque fratri suo, & unusquisque amico suo. Et ecce prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, ad famem. *Ierem. 34.*

Reversi sunt ut essent absq; iugo: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. *Osee 7.*

Siquidem ubi vehementer fastuosa vanitatis verba sonuerint: inescant homines per concupiscentias carnis voluptatibus, eos, qui ferè aufugerant, eos, qui in errore conversantur: dum illis libertatem pollicentur, cum ipsi servi sint corruptionis. *2, Petr. 2.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Quem delectat vera libertas, ab amore rerum mutabilium liber esse appetat: & quem regnare delectat: uni omnium regnatori Deo subiectus sit, plus eum diligendo, quam semetipsum. *August. de vera relig.*

Quidam religionem nostram, quàm manifestissimis & paucissimis celebrationum sacramentis, de misericordia volunt esse liberam, servilibus premunt oneribus. *Idem ad inquisitiones Ianuarii.*

Prima libertas voluntatis erat posse non peccare: novissima erit multò magis non posse peccare. Prima immortalitas erat, posse non mori: novissima erit multò magis non posse mori. Prima erat perseverantiæ potestas, bonum posse non deserere: novissima erit perseverantiæ felicitas, bonum non posse deserere. *Idem de correctione & gratia.*

Ille verò in quavis conditione servitii liber est, qui amore nõ capitur: avaritiæ vinculis non tenetur: metu criminis non alligatur: qui securus expectat præsentia: quem non terrent futura. *Ambros. de Ios.*

Cum nobis triplex posita sit libertas, à peccato, à miseria, à necessitate: hanc ultimo loco positam contulit nobis in conditione natura. In prima restauramur à gratia: media, per diligentiam gratiæ comitata, exercetur in via: tertia autem referatur nobis in patria. dicatur prima libertas naturæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Prima habet multum honoris: secunda plurimum virtutis: novissima cumulum jocunditatis. *Bernhardus de libro arbitrio.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. lib. 3. in Stilico. laudes.

*Fallitur egregio quisquis sub principe credit
Servitium, nunquam libertas gratior extat,
Quam sub rege pio.*

Statius lib. 5. Sylvarum.

*Quem non corrumpit pubes effrena, neq;
Libertas properata toge? ceu nescia falcis
Sylva comas tollit fructumq; expirat in umbras.*

Plautus in Captivis.

*Omnes profecto liberi libentiss
Sumus, quam servimus.*

Plautus in Captivis.

*Liber captivus avi ferè similis est.
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est: nunquam post illum possis prendere.*

Horat. Satyr. 7. lib. 2.

*Quisnam igitur liber? Sapiens, sibiq; imperiosus.
Quem neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent:
Responsare cupidinibus: contemnere honores:
Fortis: & in seipso totus teres atq; rotundus,
Externi nequid valeat perleve morari,
In quem manca ruit semper fortuna.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Libertas, est potestas vivendi, ut velis. Is vivit ut vult, qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via considerata atque provisã est, qui legibus quidem non propter metum pareat: sed eas sequitur atque colit, quia id salutare maximè esse judicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac liberè: cujus omnia consilia, resque omnes quæ gerit, ab ipso proficiuntur, eodemque feruntur: nec est ulla

res, quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas atq; iudicium. Cui quidem etiam fortuna ipsa cedit. *Paradoxo penult.*

Liber est is æstimandus, qui nulli turpitudini servit. *Cicero 4. ad Heren.*

Libertatis proprium est, sic vivere ut velis. *Cic. 1. Offic.*

Ille mihi non videtur liber, cui mulier imperat, cui leges imponit, præscribit, jubet, vetat quod videtur: qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet. Possit, dandum est: vocat, veniendum: eicit, abeundum: minatur, extimescendum. *Paradoxo. penult.*

Ita præclara est recuperatio libertatis: ut ne mors quidem sit in reperenda libertate fugienda. *Cic. Phil. p. 10.*

Bestiæ, quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur, quàm si essent liberæ, non faciliè tamen patiuntur scèe contineri. *Cic. 5. de Finib.*

Quid? eques, aut libertinus, aut servus, nomina ex ambitione aut injuria nota, suscipere in cælum ex angulo licet. *Senec. epist. 31.*

Quid sit libertas, quæris? nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in æquum reducere. *Idem epist. 47.*

Liber non est, quem superbus inflammat animus. *Idem in Proverb.*

§ APOPHTHEGMATA.

C Leomenes quùm è carcere elapsus ad occidendum Ptolemeum plebem sollicitasset, neminemq; inveniret non mirum est, ait: si talibus viris, qui libertatem negligunt, mulieres etiam dominantur. *Plutarch.*

Quùm *Philippus* in agros *Lacedæmoniorum* duxisset exercitum, resq; in eo esset itatu, ut probabile esset eos ad unum omnes interituros, Rex dixit cuidam *Spartiatæ*: quid nunc facietis *Lacedæmonii*? At ille, quid, inquit, aliud nisi quòd fortiter moriemur, quando nos soli *Græcorum* liberi esse, non aliis parere didicimus? nemo servire cogitur, qui mori paratus est. *Plutarch. in Lacon.*

Arenius à *Cyro* captus, quùm ab illo rogaretur, cur tributum non tulisset, urbemq; muro cinxisset? Libertatem, inquit, cupiebam. Pulchrum enim mihi videbatur, & me liberum esse, & liberis meis libertatem relinquere. *Xenophon.*

Diogenes interrogatus, quid esset in vita optimum? respondit, Libertas. hæc enim semel amissa, non faciliè recuperatur. *Laert. lib. 6.*

Aristippus cum *Xeniadæ* serviret, amici agebant de eo redi-

mendo. At ille: nequaquam, inquit, an nescitis leones non esse
servire, à quibus aluntur: sed altores potius servire leonibus?
Nam leo ubicunq; est, semper leo est. *Laert. lib. 7.*

Lacon quidam interrogatus, quid artis sciret? Liber, inquit,
esse. *Plut. in Lacon.*

Agessilaus cum quendam admirari videret, quòd rex cum cae-
teris Lacedæmoniis tam frugali cibo vestituq; uteretur: atqui,
ait, pro hac frugalitate optimam messem metimus, libertatem
videlicet. *Plut. in Lacon.*

Aristoteles Callisthenem discipulum liberius multa dicentem
apud Alexandrum, Homericò carmine admonuit:

Ὁ κύνες δὲ μοι τέρας ἵστέται, οἱ ἀγροῦντες.

Talia nate loquens, haud multo tempore vives.

Nec malè divinavit, nam libertas illi fuit exitio. *Laertius lib. 3.
capit. 1.*

Aristippus sciscitatus, quem fructum percepisset ex philoso-
phiæ studio? quod cum quibuslibet (inquit) liberè loqui pos-
sum. *Laert. ibidem.*

¶ SIMILITUDO.

Ignavi canes apud mensam audent: in venatu minimè: sic in
generosum est, cum sobrius liberè loqui non audeas, inter po-
cula id facere. *Plutarch.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Nero universæ Achajæ libertatem dedit, Græciamq; liberam
dimisit, & nationes Alpium maritimas in jus Latii trans-
tulit. *Alexand. lib. 4. capit. 10.*

T. Quintilius Flaminius superato pugna Philippo rege Mac-
donum, Isthmiis per præconem pronunciavit, jubere se Græ-
cos liberos esse, & immunes suis legibus. Quotquot cives Ro-
mani bello Punico capti in Græcia serviebant: hos in capita
drachmis quingentis redemptos ei dono dedere qui manumil-
lorum more pileati, currum secuti sunt triumphantis. *Plutar-
ch. in apophtheg.*

Demetrius Poliorcetes classe Ptolemæi regis superata, eorū qui
ceciderant corpora magnificè sepeliri: captivos autem omnes
liberos abire jussit. *Plutar. in eius vita.*

Tiberius Gracchus Tribun. pleb. L. Scipionem Asiaticum su-
perioris Africani fratrem, peculatus accusatum & damnatum,
à duro carceris supplicio liberavit: quamvis hætenus Corneli-
orum gentis acerrimus inimicus fuisset. *Plutar. in Tiberio.*

Cinna Consul civili bello, cum per præconem edixisset, ut ser-
vi ad se confugientes, velut ad asylum, liberi forent, illosque ad
pileum

pileum vocasset, magnas fervorum, & perditissimorum manus coegisse fertur. *Alexand. lib. 3. cap. 20.*

§ HIEROGLYPHICA.

Quemadmodum auctores nonnulli per *manus complexas* impedimentū significabant: sic per eas *explicatas*, Libertatem innuebant. *Pier. Valer. lib. 35. pag. 330. E.*

Oncirocritæ *frontem capillis glabram* imaginari, indicium esse autumant *liberationis* à molestiis & impedimentis. *Quin & Calvitium* ipsum, accersitis in iudicium, aut supplicium timentibus, effugium ostendit. *Idem Pier. lib. 32. pag. 300. E.*

Pileum etiam pro *Libertatis* hieroglyphico ponunt. Passim enim in numis videas *pileum* ipsum cum inscriptione *Libertatis*. vide *Pier. Valer. lib. 40. pag. 385. C.*

Libertos manu missione accepta, *albâ veste* decorari solitos, id ostendis, quod apud Tertullianum legitur de famulo libertate donato. Atqui & vestis *albæ nitore*, & *aurei annuli honore*, & *patroni nomine* ac tribu mensaque honoratur. *Idem lib. 40. pag. 389. C.*

LIBIDO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sine libidine non est parentum concubitus, ob hoc ex eorum carne nascentium, non potest sine peccato esse conceptus. *Augustin. de fide ad Petrum.*

Libido velut festuca est, citò accenditur, properè consumitur. *Ambros. in quad. epist.*

Sævus criminum stimulus libido est, quæ nunquam manere quietum patitur affectum, nocte fervet, die anhelat. *Idem lib. de Abele & Cain.*

Non usus rerum: sed libido utentis in culpa est. *Hieronim. in epist.*

Libidinosa mens ardentius honesta persequitur: & quod nō licet, dulcius suspiratur. *Idem ibid.*

In serico & in pannis eadem dominatur libido: nec regnum purpuram timet: nec mendicantium spernit squalorem: multoque melius est stomachum dolere quam mentem: imperare corpori, quàm servire: gressu vacillare, quàm pudicitia. Nisi statim non pœnitentiæ subsidia blandiantur, quæ sunt infelicitium remedia: cavendum est vulnus, quod dolore curatur. *Hierou. in epist. ad Salvi.*

Venter mero æstuans citò spumat in libidinē. Venter enim

& genitalia vicina sunt: & unum alteri subministrat. Ex vicinitate enim membrorum, sequitur confœderatio vitiorum.
Hieron. in epist.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Senec. in Hippolito.

Vincit sanctos dira libido.

Claud. lib. 2. in Eutrop.

*Sed quia cæcus inest vitis amor, omne futurum
Despicitur, suadentq; brevem presentia fructum:
Est ut in vitium damni secura libido.*

Terent. in Andria.

Ingenium est omnium hominũ ab labore proclive ad libidinem.

§ APOPTHEGMATA.

L *Vissus*, Mario ex sorore nepos, (quũ *Marius* iterum consul esset.) vim admovit militi cuidam adolescenti nomine *Trebonio*: et is *Lusium* interfecit. Id factum multis inculpantibus, non inficiatus est adolescens se ducem suum interfecisse: sed causam addidit ac probavit. *Marius* itaque quũ jussisset afferri coronam, pro facinore in bello præclare gesto dari solitam, *Trebonio* imposuit: gravi exemplo monens cæteros, ne simili modo tentarent adolescentum pudicitiam: quando non solum absolvit, verum etiam coronavit eum, qui & imperatoris cognatum & ducem suum ferro necasset. *Plut. in Rom. apoph.*

Stratoniceus quũ egrederetur *Heraclea* civitate, portas ac mœnia circumspiciebat. percontanti verò cuidam, quid circumspiceret? Pudet, inquit, si videar exire è lupanari, notans corruptos ejus civitatis mores. *Erasm. lib. 6. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT quidam morbo aliquo & sensus stupore suaviter cibum non sentiunt: sic libidinosi veræ voluptatis & laudis gustum non sentiunt. *Cic.*

Ut turpes sunt, qui se efferunt lætitiã tunc cùm fruuntur *Veneris* voluptatibus: sic flagitiosi qui eas inflammato animo concupiscunt. *Cic. lib. 4. quæst. Tuscul.*

Panthera sic avida est excrementorum hominis: ut si in vase suspendantur aliũs, quàm ut possit attingere, eadet sese defætigati porrectu corporis: ita nonnullis, quod est foedissimum, id dulcissimum est. *Plut. lib. 8. cap. 27. et cap. 17. eod. lib.*

Minor vis inest in radicibus herbarum salubrium, cùm semen maturescit: ita deterior fit ingenti naturæque vis, quoties liberis gignendis datur opera. *Erasm.*

§ EXEM

§ EXEMPLA PROFANA.

T *Hyracas* in Venerem fuisse proclives olim, historici tradidē-
re. *Calissus lib. 18. cap. 23. A. L.*

Balearium incolæ mulieres ad eò præ cæteris appetunt, ut mulierem à prædonibus captam, tribus aut quatuor redimant viris. *Diodorus lib. 5. cap. 6.*

Apud *Babylonios* liberos & conjuges cum hospitibus stupro coire (modo pretium flagitii daretur) permittebatur. *Curtius lib. 5. & Herodotus.*

Apud *Tyrrenos*, legem esse scribit *Theopompus lib. 43. hist.* qua mulieres communes esse jubentur: quæ corpora maximè curant, atque sæpius cum viris nudæ exercentur. *Athen. libr. 1. capit. 5.*

Apud *Caucios*, Cariz populos, juvenus frequenter amoris gratia ad comotationes convenit, tam viri quam mulieres & pueri. *Herod. lib. 1.*

Rome in Capitolio ficus enata est M. Messalæ C. Cassii Censorum lustro: à quo tempore pudicitiam apud Roman. subversam Piso gravis auctor prodidit. *Plin. lib. 17. cap. 25.*

Volsinensium servi rerum potiti lege sanxerunt, ut supra sua in viduis pariter atque nuptis impunita essent: ac ne qua virgo ingenuo nberet, cujus castitatem non antè ex numero ipsorum aliquis delibasset. *Varro lib. 9. cap. 1.*

Heruli apud *Histrum* flumen habitantes, impioscoitus cum viris & belluis habuerunt. *Procopius de bello Gothorum lib. 2.*

Vide Luxuria, Scortatio, Voluptas.

LIBRI.

§ APOPTHEGMATA.

Socrates interrogatus, quare non scriberet libros? quoniam, inquit, chartæ iis, qui scripturi sunt, pluris essent emendæ. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Antisthenes amico cuidam deploranti, quòd commentarios suos perdidisset: oportuit, inquit, ista animo potius quàm chartis inscribere. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Oenipedes cum videret adolescentem multos libros conquerere, dixit: non cistæ, sed pectori. *Anton. in Meliss part. 1. serm. 50.*

Vide Doctrina, Disciplina, Ars, Institutio, Philosophia, &c.

LICENTIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in Heauton.

*Nam deteriores omnes sumus licentiâ.
 Quodcunq; inciderit in mentem volet, neq; id
 Putavit prævum an rectum fiet quod petet.
 Tu rem perire, & ipsum non poteris pati,
 Dare denegaris, ibit ad illum illicò,
 Quò maxime apud te valere sentiet,
 Abiturum se abs te esse illicò minabitur.*

Idem in Adelphis.

*Verùm nimia illa licentia
 Profecto evadet in aliquod magnum malum.*

Juvenalis 14. Satyr.

*Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
 Permittas: adeò indulgent sibi latius ipsi.*

Claud. de 4. Honorii cons.

*Proclivior usus
 In peiora datur, suadetq; licentia luxum,
 Illecebrisq; effrena favet: tunc vivere castè
 Asperius, cum prompta Venus: tùm durius iræ
 Consulimus, cùm pœna patet.*

Ovid. 3. Amor. 4.

*Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas
 Semina nequitie languidiora facit.
 Desine, crede mihi, vitia irritare vetando;
 Obsequio vinces aptius ipse tuo.*

Seneca Troade.

Minimum decet libère, cui multum licet.

Publ. Syrus.

Cui plures licet quàm par est; plures vult quàm licet.

Cleob. in Auson.

Quantò plures liceat, tàm libeat minus.

Ovid. lib. 9. Metamorph.

*Quod liceat nascemur adhuc, & cuncta licere
 Credimus?*

§ APOPH.

¶ APOPHTHEGMATA.

A *Gesilas* notans præposteram licentiam eorum, qui Asiam incolebant, eius gentis corruptis moribus, dicere solebat: inter illos qui improbi essent, eos esse liberos: contra qui probi, eos esse servos: quòd ibi licerent omnia, virtus odio haberetur. *Plutarch. in Lacon.*

Lacon quidam cum venisset Athenas, vidissetque illic præcones qui muriam promitterent, qui obsonium, qui publicanos & lenones, aliasque parum honestas functiones profiterentur, neque quidquam sibi turpe ducerent: ubi reversus est in patriam, civibus percontantibus quomodo se res haberent Athenis? Omnia, inquit, honesta: per ironiam innuens, Athenis omnia haberi honesta, turpe nihil. Argutia dicti est in ambiguo sermonis. *Plut. in Lacon. apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

Qui dimissi à pædagogis, suo relinquuntur arbitrio non abjiciunt imperium, sed mutant principem: nam pro pædago jam rationi parent. *Plut.*

Ut qui è vinculis emittuntur, licentius vagantur, quàm ii, qui nunquam fuerunt in vinculis: sic pueritia cum à præceptoris gubernatione solvitur. *Plinius.*

Vide Libertas, & sequentem loc. de Licitis.

LICITA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. Eleg.

Quòd licet, ingratum est, quod non licet acris uris.

Idem lib. 3. Amor.

Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas

Remina nequitie languidiora facit.

Nitimus in vetitum, semper cupimusque negata:

Sic interdicitis imminet æger aquis.

Seneca in Octavia.

Id facere laus est, quod decet, non quod licet.

Claud. de 4. Honorii cons.

Sed comprime motus,

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit

Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

Vide Libertas & Licentia.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

IN multiloquio non deerit peccatum. *Proverb. 10.*

De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis. *Ibid. 12.*

Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus. *Proverb. 15.*

Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. *Ibid. 25.*

Tempus tacendi, & tempus loquendi. *Eccles. 3.*

Tempus & responsonem cor sapientis intelligit. *Ibid. 8.*

Priusquam audias, ne quid respondeas: nec verbo dicentem interpelles. *Eccles. 11.*

Beatus vir, qui lapsus ore suo non est. *Ibid. 14.*

Est tacens, sciens tempus apri temporis. Homo sapiens taciturnusque ad tempus. *Ibid. 20.*

Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adolefcens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit. Summatim verbis paucis multa complectere: fac intelligas, inter imq; taceas. *Ibid. 32.*

Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conservabit disciplinam, & tunc respondebit. *Ibid.*

Sit omnis homo tardus ad loquendū, tardus ad iram. *Iacob. 1.*

Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens. *Proverb. 17.*

Mors & vita in manibus linguæ, qui diligunt eam, comedent fructus ejus. *Ibid. 18.*

Qui custodit os suum & linguam suam: custodit ab angustiis animam suam, *Ibid. 21.*

Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ: quoniam os meretricis occidit, animam. *Sapient. 1.*

Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo. *Eccles. 14.*

Est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim, qui non deliquerit in lingua sua? *Ibid. 19.*

Est tacens, qui invenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. *Ibid. 20.*

Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculū certū: ut non cadā in ipsis, & lingua mea non perdat me? *Ibid. 22.*

Indiscipli-

Indisciplinatæ loquelæ non assuecat os tuum: est enim in illa verbum peccati. *Ibid.* 23.

Sedebit solitarius, & tacebit: quia levavit se super se. *Thren.* 3.

Dico enim vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. *Matth.* 12.

Bonus homo de bono thesauro cordis profert bonū. ex abundantia enim cordis os loquitur. *Luc.* 6.

Sic autem omnis homo velox ad audiendum. *Iacob.* 1.

In multis enim labimur omnes. Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est vir, qui possit freno moderari totum etiam corpus. *Ibid.* 3.

Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguā suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. *1. Petr.* 3.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. de arte poetica.

Pōst adfert animi motus interprete lingua.

Ovid. lib. 2. de Tristib.

Crede mihi distant mores à carmine nostro:

Vita verecunda est. Musa jocosa mea est.

Nec liber iudicium est animi: sed honesta voluntas

Plurima mulcendis auribus apta refert.

Martial. lib. 1. Epigram.

Innocuos censura potest permittere luxus:

Lasciva est nobis pagina, vita proba est.

Ovid. lib. 1. Eleg.

Turpe reos empti miseris defendere lingua:

Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Juvenalis Satyr. 9.

Vivendum est rectè cum propter plurima, tum his

Præcipue causis: ut linguas mancipiorum.

Contemnas. Nam lingua mali pars pessima servi.

§ SIMILITUDINES.

UT rupes objicitur flumini, ne se effundat: ita ratio linguæ obijcienda ne temerè diffuat. *Erasmus.*

Ut noctuæ aves inauspicatæ noctu gementes (nam hæc illis vox est) mortaliū invident quieti: ita virulentia linguæ semper aliquid spargit, quo concordia hominū disturbet. *Plin. li. 11. c. 25.*

Vide loquacitas.

LIS.

§ SIMILITUDO.

UT non solum stultum est, verum etiam periculosum evocare fulmina: ita dementia est regem ad se accersere, qui non nisi magno nostro malo provocatur. *Erasm.*

Vide Contentio, Ira.

LITERÆ.

§ SIMILITUDINES.

CUM ad omnia advolent apes, tamen nullis nocent floribus: ita virtus & literæ sic ab aliis sumuntur, ut nihilo deterior sitis: qui communicavit. *Erasmus.*

Crocodylus invictum alioqui & perniciosum animal: tamen Tentyritas adeo metuit: ut ad vocem etiam expavescat: ita tyranni cum omnes contemnant: tamen eruditorum literas timeant. *Plut. lib. 8. cap. 25.*

Ut elephantum cum nare non possint: tamen omnibus impensè delectantur, circaque illos vagari gaudent: ita quidam cum literas nesciant: tamen inter eruditos versari gaudent. *Plutar. lib. 8. cap. 5.*

Quemadmodum gemma Chalazias, etiam si in ignem conjiciatur: tamen nativum frigus suum retinet: ita quidam sic frigent ad literas ac virtutem, ut nullis exemplis aut hortatibus inflammari possint. *Erasmus.*

Vide Ars, Doctrina, Disciplina, Institutio, Philosophia, Lectio, Libri.

LIVOR.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. 2. Metamorph.

*Pallor in ore sedet: macies in corpore toto:
Nusquam recta acies: li vent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno:
Risus abest, nisi quem visio vere dolores:
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis?
Sed videt ingratos, intabescitque videndo,
Successus hominum carpit que, & carpitur una,
Suppliciumque suum est.*

Idem

Idem 1. Remed.

*Ingenium magni livor detrectat Horeris:
 Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.
 Summa petit livor, perflant altissima venti:
 Summa petunt dextra fulmina missa lovis.*

Idem 3. Pont.

*Livor, iners vitium, mores non exit in altos:
 Utque latens ima vipera serpit humo.*

Idem 3. Pont. 4.

*Scripta placent à morte ferè quia ledere vivos
 Livor, & in viso carpere dente solet.*

Idem 1. Amor. 15.

*Pascitur in vivis livor: post fata quiescit:
 Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.*

Sillius Ital. 11.

*Dum males obtrectat facta immortalia livor,
 Nec sinit adjutas ductoris crescere laudes.*

Consule locum de Invidia.

LOCUS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 12. lib. 4.

*Misce stultitiam consiliis bre rem:
 Dulce est despere in loco.*

Ovid. ad Pisonem.

*Temporibus servire decet: qui tempora certis
 Ponderibus pensavit, cum si bella vocabunt,
 Miles erit: si pax, positus toga gestiet armis.
 Hunc fora pacatum, bellantem castra docebunt.*

Idem lib. 1. de Arte amandi.

*Si rox est, canta: si mollia brachia, salta:
 Et quacunque potes dote placere, place.*

Ovid. lib. 1. de Tristib.

*Difficile est tamen hic remis utaris, an auras
 Dicere? consilium resq; locisq; dabunt.*

Horat. de arte poetica.

Singula quæq; locum teneant sortita decenter.

¶ SENTEN-

Ayuntamiento de Madrid

LO LOCUS. LONGANIMITAS.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Non tantum corpori, sed etiam moribus, saluber locus est eligendus. *Senec. epist. 28.*

Omni loco bene vivere positum est. *Ibid.*

Ad tranquillitatem multum locus confert. *Idem epist. 53.*

§ APOPTHEGMATA.

Tales interrogatus, quid esset in omni rerum natura maximum? respondit, locus: capit enim omnia. *Laert. lib. 1. c. 1.*

Diogenes objurgatus, quod intraret loco spurca, ac parum honesta: & *Sol.* inquit, subit latrinas, nec tamen inquinatur. *Laert. lib. 6.*

Damonidas quum à chori magistro postremum in choro locum accepisset: euge (inquit) chorage, reperisti quo pacto & hic locus, cum per se sit in honoratus, fiat honorificus? *Plutar. in Lacon.*

Agésilans. cum adhuc puer esset *Agésilans* rex, & ageretur ludus solennis, quo pueritia tum exercebatur: atque is qui negotio præfectus erat, statuisset illum in loco parum honorifico: paruit quidem, tametsi jam rex designatus, ac dixit: bene sane habet: ostendam enim, non locum viris, sed viros loco conciliare dignitatem. *Plut. in Lacon.*

Dionysius rex quum offensus esset ab *Aristippo* philosopho, hominem ad coenam vocavit, & iussit eum in convivio infimū omnium accumbere. *Aristippus* nihil offensus, hunc, inquit, locum ò Rex, illustrare vis, ac honorificum reddere. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

LONGANIMITAS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Longanimitatis exempla: *Abraham* diu expectavit prolem ex *Sara*, tandem centenarius suscepit, *Genes. 25. v. 5.* *Deus* *Exod. 34. v. 6. 1. Petr. 3. v. 25.* *Tobias*, *Tob. 2. v. 6.* *Job*, *Iob. 13. v. 15.* *Susanna*, *Daniel. 13. v. 35.* *Abacuc*, *Abac. 2. v. 3.* *Paulus*, *2. Cor. 6. v. 4. 5. 6.* *Simeon*, *Luc. 2. v. 25.*

Vide Patientia.

LONGÆVITAS.

§ EXEMPLA SACRA.

Longævitatatis exempla: *Adam* vixit annos 930. *Genes. 5. v. 4. 5.* *Seth*, annos 912. *Ibid. v. 6. 7.* *Enos*, 905. *v. 10. 11.* *Cainan*, 910.

v. 13. 14.

v. 13. 14. Mahaleel, 895. v. 16. 17. Jared, 962. v. 19. 20. Henoch, 365. v. 23. Mathusalam, 969. v. 26. 27. Lamech, 777. v. 30. 31. Noë, 950. *Genes. 9. v. 28. 29.* Sem, 600. *Genes. 11. v. 10. 11.* Arphaxad, 438. v. 12. 13. Sale, 433. v. 14. 15. Heber, 464. v. 16. 17. Phaleg, 139. v. 18. 19. Rehu, 209. v. 20. 21. Sarug, 230. v. 22. 23. Nachor, 148. v. 24. 25. Thare, 205. v. 31. 32. Sara, 127. *Genes. 23. v. 1.* Abraham, 175. *Genes. 25. v. 7.* Ismael, 137. v. 17. Isaac, 180. *Genes. 35. v. 28.* Jacob, 147. *Genes. 47. v. 28.* Joseph, 110. *Genes. 50. v. 26.* Levi, 137. *Exod. 4. v. 16.* Caath, 133. v. 18. Amram, 137. v. 20. Aaron, 137. *Num. 33. v. 38.* Moses, 120. *Deuter. 31. v. 2. & 34. v. 7.* Josue, 110. *Ios. 24. v. 29.* Iud. 2. v. 8. Eli, 98. 1. Samuel. 4. v. 15. 18. Jojada, 130. 2. *Paralip. 24. v. 15.* Tobias senior, 102. *Tob. 14. v. 1. 2.* Tobias junior, 99. vel ut alii, 127. v. 16. Judith, 105. *Iudith 16. v. 28.* Job, 140. *Iob 42. v. 16.* Marthathias, 146. 1. *Macchab. 2. v. 7.* Antiochus, 140. 2. *Macchab. 6. Eleazarus, 90. v. 24.*

§ EXEMPLA PROFANA.

M *Vsici* Indiæ populi, centum & triginta annorum ætatem agunt. *Sabell.*

Seres Indiã tam longæ dicuntur vitæ, ut ducentessimũ annum excedant. *Sirab. lib. 15.*

In *Tmoli* montis cacumine locus est *Tempis* dictus, in quo vulgo cl. annos vivunt. *Plin. lib. 7. cap. 48.*

Cynos Indorum genus *Isigonus* annis centenis quadragenis vivere tradit. *Æthiopia* item *Macrobios* & *Seras*, & qui *Athori* montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec vestibus eorum noxia corpori ineffe animalia. *Ctesias* tradit gentem ex his *Pandoræ* in convallibus sitam, annos ducentos vivere, in juvena candido capillo, qui in senectute nigrescant. *Plin. lib. 7. cap. 2. & Val. Max. lib. 8. c. 41.*

Septentrionales populi licet sub frigidissimo cœlo, vulgo centum sexaginta & amplius annos vivunt. *Oslæus lib. 4. cap. 4. Septen. regionum.*

Islandenses quamvis *Ichthyophagi*, sine medicina, etiam supra centum annos vivunt. *Oslæus. lib. 21. cap. 2.*

Ephorus *Arcadium* reges quosdam ccc annis vixisse testatur. *Plin. lib. 7. cap. 48.*

Cyniras Rex *Cypriorum* 160. annos vixit. teste *Anacreonte.*

Hiero *Siciliæ* Rex, amicus Roman. pop. ad nonagesimum pervenit annum. *Valer. Max. lib. 8. cap. 14.*

Attila *Hunorum* Rex, cxxiv. annos natus, in nuptiis perisse uti supputat. *Nicolas Olahus* in eius vita *Sabellicum* reprehendens, qui lvi. annos tantum ei tribuit.

Hippocrates

Hippocrates Cousmedicus, vixit apud Perdiccam Macedoniz regem, excessit annos natus c i v. *Larissæ. Volaterran. lib. 6. Vrb. comment.*

Vide Vita.

LOQUACITAS.

SENTENTIÆ PATRUM.

Absit ut multiloquium deputem, quando necessaria dicuntur, quantalibet sermonum multitudine aut prolixitate dicantur. *Augustinus.*

Periculum est dicere non solum falsa, sed etiam vera: si is ea, non quibus oportet, insinuet. quod vitium quadripartitum est: vel adulationis, vel avaritiæ, vel jactantiæ, vel loquacitatis incautæ. *Ambros. in Psalm. 118.*

Quamplures vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quentiam tacendo: ideoque tacere posse, quam loqui difficilius est. *Ambros. 1. de Offic.*

Ingreditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter: postremo, si ubi non oportet, loquaris. *Idem lib. de 1. virg.*

Tempus tacendi & tempus loquendi, discreta vicissitudine pensanda sunt tempora: ne aut quum restringi lingua debet per verba se inutiliter solvat: aut quum loqui utiliter potest, se metipsam pigre restringat. *Gregor. lib. 7. moral.*

Quot supervacuis verbis mens à silentii sui censura dissipatur, quasi tot ruinis extra se ducitur unde redire interius ad sui cognitionem non sufficit: quia per multiloquiū exercitus spatiosa vim intimæ considerationis amittit. *Idem lib. 5. moral.*

Pravi sicut in sensu leves sunt, ita in locutione præcipites: quia quod levis conscientia concipit, levior protinus lingua prodit. *Idem ibid.*

Tenerum membrum est lingua, & tamen vix teneri potest: substantia quidem infirmum atque exiguum: sed usu magnum & validum, in venis tenuis est & lata: ideo aptissimum est, & vacuandis sordibus instrumentum. *Bernh. in serm.*

Levis quidem sermo, quia leviter volat, sed graviter vulnerat: leviter transit, sed graviter urit: leviter penetrat animum, sed non leviter exit: leviter profert, sed non leviter revocatur: facile volat, ideo charitatem facile violat. *Idem ibid.*

Vanus sermo citò polluit mentem, & facile agitur, quod libenter auditur. *Isidor. in lib. Soliloquio.*

Sapient

Sapiens non solum quod loquitur, sed etiam opportunitatem loci, & temporis & personarum quum loquitur, diligenter inquirat. *Gregor. in Proverb. 15.*

Vanus sermo, vanæ conscientie est index. mores hominis lingua pandit; qualis sermo ostenditur, talis animus approbatur: quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Sermo vanus non erit absque iudicio, quia ab omni statu rectitudinis deviant, qui per vana verba dilabuntur. *Hug. lib. 2. de anima.*

Lingua dicitur, quia lingit adulando: mordet detrahendo: attrahit mentiendo: ligat & ligari non potest: labilis est & non teneri potest: sed labitur & fallitur. Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, movet rixas, seminar discordias, uno ictu multos percutit & interficit, blanda est & subdola: lata & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam: quoniam mors & vita in potestate lingue est. *ibidem.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in *Asinaria.*

Nam multum loquaces merito habemur omnes:

Nec mutam profecto repertam ullam esse

Hodie dicunt mulierem illo in seculo.

Ovid. lib. 1. de *Arte amandi.*

Eximia est virtus prestare silentia rebus:

At contra, gravis est culpa, tacenda loqui.

Horat. lib. 1. *Epist. ad Sævam.*

Sed tacitus pasci si posset corvæ, haberet

Plus dapis, & rixæ multò minus invidiæq.

Ovid. lib. 2. *Eleg.*

Querit aquas in aquis, & poma fugacia captat,

Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.

Ausonius ad *Paul.*

Vt diversa sibi, vicinaq; culpa est,

Multa loquens, & cuncta silens.

Horat. lib. 1. *Epist. ad Lollium.*

Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Sapiens sermones suos præcogitat, & examinat prius in pectore, quam proferat in ore. Qui enim sunt leves & faciles ac importuni locutores, nullo rerum pondere innixi, verbis

tumidis & laxantibus eam orationem bene existimant, & in ore nasci, non in pectore, linguam. *Aul. Gell. lib. 8.*

Nunquam tacet, quem morbus loquendi tenet. Hesiodus ait linguam non vulgandam esse: sed recondendam, & thesaurum ejus esse gratiam optimam, si modesta, pauca, & modulata sit. *Idem ibid.*

Non multis verbis opus est: sed efficacibus, quæ seminis modo spargenda sunt. *Senec. epist. 38.*

Quemadmodum sapienti viro incessus modestior convenit: ita oratio pressa, non audax. Summa ergo summarum hæc erit tibi, tardiloquentem te esse jubeo. *Idem epist. 40.*

Sermonem maximo temperamento cum loquente dispensa, in quo patitur aut extraneus verecundiam, aut familiaris calumniam, aut imperitus injuriam, aut crudelis invidiam, aut peritus infamiam. *Idem in quad. epist.*

Imago animi, sermo est, qualis vir, talis oratio. Magnum est vocis & silentii temperamentum. Garrulo non respondere convitium est. *Idem in Proverb.*

¶ APOPTHEGMATA.

C Hilon à quodam interrogatus, quidnam apud homines omnium esset difficilimum? Retinere, inquit, ea, quæ cupimus esse arcana. *Laert. lib. 1. cap. 4.*

Bias adolescente quodam intempestivas nugæ crebro jactante. adeo ut neque modum esset habiturus, neque finem: qui factum est, inquit, ut à quo scaterere verbis didicisti: silere non didiceris? *Stob.*

Bion cuidam, immodicè, loquaci, ut sibi subveniret oranti, respondit: abundè tibi morem geram: si advocatos miseris, non venias ipse. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Theocritus Chius cum veniret Byzantium, & verborum prodigos homines inveniret: rectè (inquit) de vobis dicitur, quod in ore omnis vobis suppellex est, & unicum domicilium. *Stob.*

Anacharsis interrogatus quid esset in homine pessimum, & quid optimum? respondit, Lingua. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

Heraclitus interrogatus aliquando, cur sileret: ut vos, inquit, loquamini. *Laert. lib. 9. cap. 1.*

Zeno adolescentulo plurima effluentem immoderatus, quam par erat: idcirco, inquit, aures habemus duas, & os unum: ut plura audiamus, loquamur perpauca. *Laert. lib. 7.*

Æsopos quid esset in hominibus bonum & malum rogatus? linguam esse dixit. *Anton. & Max. serm. de loquacit.*

Demosibe.

Mossbenes in convivio audiens hominem loquaculum, dixit: si multum scieris, non multa loquereris. *Stob.*

Idem interrogatus, quæ causa esset unius tantum linguæ, & geminarum aurium? quoniam, respondit, duplo magis audire homini expedit, quam loqui. *Idem.*

Demonax audiens quendam imprudenter de rebus loquentem: majore, inquit, studio auribus, quam lingua uteris. *Stob.*

Archelaus loquaci tonsori, dicenti, quomodo te tondebo? urbanè: silens, inquit. *Plut. lib. de curiositate.*

Charillus interroganti, quàm ob causam Lyncurgus tam paucas leges tulisset Lacedæmonis? quoniam, inquit, pauca loquentibus, paucis etiam legibus est opus. *Plut. in Lacon.*

¶ SIMILITUDINES.

Qui aliis interrogatis, ipsi præcipiunt responsionem, prindè faciunt, ac si quem ab alio volentem osculari, priores occupent. *Plutarchus.*

Ut ubi dolet, ibi manum habemus: ita si quid delectat, ibi linguam habemus, id est, libenter ejus rei facimus mentionem. *Plutarch.*

Vascula inania maximè tinniunt: ita quibus minimè inest mentis, hi sunt loquacissimi. *Plut.*

Ajunt semen, quod statim effunditur, inutile esse ad generationem: ita sermo garrulorum ad nihil conducit. *Plut.*

Non ut navem arreptam fluctibus anchora licet sistere: ita verbum è portu velut in altum emissum. *Plut.*

Erat porticus in Olympia, quam septivocam vocant, quod pro una voce multas redderet: ita locutuleij quidam, vel uno provocati verbo sermonem immensum referunt. *Plut. & Plin. lib. 36. cap. 15.*

Ut triticum inclusum in vase, mensura auctum invenitur, sed vitiatum: sic garrulus accepto sermone semper addit, & majorem eum reddit, sed fide jam carentem. *Plut.*

Ut pars corporis vitiatæ, attrahe etiam à vicinis vitiosos humores: sic garruli lingua semper ardens, & inflammata secretorum aliquid undique colligit ad sese. *Plut.*

Ut puer glaciem nec retinere potest, nec vult amittere: ita garrulus nec tacere potest, quod accepit, nec potest oblivisci. *Plutarchus.*

Jaculos & vipers proprii rumpunt fœtus: sic garrulus vel cum sua pernicio promit arcana. *Plut.*

Ut proclive non est avem è manu amissam recipere aut co-

hibere: ita ne dictum semel ab ore profectum, propter
ab aliis volat ad alios. *Plutarch.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Loquacitatis exempla: Eva, *Genes. 3. vers. 2.* Dalila Samsonis
uxor, *Judic. 14. v. 16. 17. & 16. v. 16. 17.* Cognati Tobiae, *Tob.
2. v. 15.* ancilla Saræ filia Raguclis, *Tob. 3. v. 7.* Uxor Job, *Iob. 2.
v. 9. 10.* Loqui in temporis prudentia est, *Proverb. 27. v. 11.* Lo-
quutionis Dei cū homine, & hominis cum Deo exempla: cum
Adam & Eva, *Genes. 3. v. 9. 10. 11.* Cain, *4. v. 6. 7.* Noë, *6. v. 13.
& 7. v. 1. & 8. v. 15. & 9. v. 1.* Abrahamo, *12. v. 1. & 13. v. 14. &
15. v. 1. & 17. v. 1. & 18. v. 13.* Abimelech, *20. v. 3.* Isaac, *26. v. 2. 14.
Jacob, 28. v. 13. & 32. v. 29. & 35. v. 1. & 46. v. 2.* Moſe, *Exod.
3. v. 4. & 4. v. 11. 12.* Moſe & Aaron, *6. v. 1.* Aarone & Maria,
Numer. 12. v. 4. Joſua, *loſ. 1. v. 1. & 4. v. 1. & 7. v. 10.* Gedcon,
Judic. 6. v. 39. & 7. v. 2. Iſraëlitis, *10. v. 11. & 20. v. 23.* Samuele,
1. Sam. 3. v. 10. 17. & 8. v. 7. & 15. v. 10. & 16. v. 1. Davide, *23. v. 4.
2. Sam. 2. v. 1.* Nathan, *7. v. 4.* Salomone, *1. Reg. 3. v. 5. & 9. v. 25.
& 11. v. 11.* Semeia, *12. v. 22.* Ahia, *14. v. 5.* Elia, *1. Reg. 14. v. 5.
& 17. v. 8. 9. & 18. v. 1. & 19. v. 9. & 21. v. 18.* Manasse, *2. Paral.
33. vers. 10.* Eſaia, *Eſa. 7. v. 3. & 38. v. 4.* Jeremia, *Ierem. 1. vers. 4.*
Ezechiele, *Ezech. 2. v. 1.*

Vide Lingua.

LUCRUM.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 12. lib. 4.

*Verum pone moras, & studium lucri
Nigrorumq; memor dum licet ignium.
Miſce ſtultitiam conſiliiſ breuem*

Tibullus Eleg 9. lib. 1.

*Lucra petens habiliſ ſuros adjungit atatro:
Et durum terraſ rufficies urget opus.
Lucra petiſ ſuros freta paſ q; patenſ
Ducunt inſtabilesſ; leraſ cerſ*

Plautus in Pfe

Si lucri quid detur, potius rem divinam deferam.

Terent. in Adelph.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt Incurum.

Ovid.

Ovid. lib. 2 de remed. amoris.

Munera, quæ dederas habeat sine lite iubeto:
Esse solent magno damna minora bono.

Plautus in Captivis.

Non ego omninò lucrum omne esse utile homini existimo.
Scio ego, multos jam lucrum luculentos homines reddidit.
Est etiam ubi profectò damnum præstat facere, quàm lucrum.
Odi ego aurum, multa multâ sapè suasit perperam.

Juvenalis Satyr. 13.

Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Vnguenta, & corium. Lucris bonus est odor ex re
Qualibet.

Publ. Syrus.

Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.

Ibidem.

Lucrum sine damno alterius esse non potest.

Plant. Aul.

Necesse est facere sumptum, qui querit lucrum.

Plaut. Truc.

Ad suum quemque æquum est questum esse callidum.

Ibidem.

Omnes homines ad suum questum callent & fastidiunt.

Ex Græcis Comicis.

Τὸ κέρδος ἢ γὰρ κέρδος ἂν δίκαιον ᾖ.

Lucra esse lucra credito si justa sint.

Τὰ δὲ αἰσχρὰ κέρδη συμφορᾶς ἐργάζονται.

At calamitates lucra turpia afferunt.

Κέρδη πονηρὰ Ζημίαν αἰεὶ φέρει.

Questus iniquos damna consequi solent.

Ἦτος πονηρὸν φεῦγε καὶ κέρδος κακόν.

Lucrum malum more sicque fugias improbos.

Τὰ μείζονα κέρδη μείζονας ἐλάβας φέρει.

Majora pravius damna junctæ sunt lucris.

Βουλομένη πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δύναμεθα.

Ditescere omnes volumus, at non possumus.

Βίον περιζῶν πάντοτε, πλὴν ἐκ κακῶν.

Omni arte vitam quare, modo non sis mala.

§ SIMILITUDINES.

Polyphus stupidum alioquin animal, in captandis conchis incredibili utitur solertia: ita quidam ad solum quantum suum sapiunt, alibi pecudes meræ. *Plin. lib. 9. cap. 29.*

Qui tigridis catulos rapuit, benè secum agi putat, si vel unum insequenti matri auferat impune: ita qui alienam in vasit possessionem, etiam si cogatur reddere: lucrum tamen facit, si vel portionem aliquam retineat. *Erasm.*

In Labirintho properantes ipsa implicat velocitas: sic qui vitæ commodis student, magis involvuntur incommodis. *Senec.*

Alutarium piscem semper sequitur piscis nomine sargus, qui illo cœnum fodiente, excitatum devorat pabulum: ita sunt, qui se misceant aliorum negotiis, ut eis laborantibus fructum ipsi præripiant. *Erasmus.*

§ HIEROGLYPHICA.

Est & lucri signum caput, verum id apud conjectores: illi enim capitis magnitudinem insolitam, per nocturnam imaginem oblatam divitiarum accessionem significare tradunt: propterea quòd vulgò numi, ut apud Artemidorum est, capita vocantur. *Pier. lib. 32. pag. 294. F.*

Per Mercurii imaginem, quæ marsupium manu teneret, galium ad ejus basin ponentes, *lucrum, mercaturam, mercatorem* ve significarunt, quod is mercium & lucri Deus haberetur. Eruditi cujusdam. *Hier. lib. 1. pag. 580. F.*

LUDUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 2. Epist. ad Mœcenatem.

*Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.*

Ovid. lib. 1. de arte Amandi.

*Sic ne perdidit, non cessat perdere lusor:
Et revocat cupidus alea sæpè manus.*

Ovid. lib. 3. de arte Amandi.

*Tunc sumus incauti, studioq; aperimur ab ipso,
Nudaq; per lusus pectora nostra patent.
Ira subit, deforme malum, lucrique cupido,
Iurgiaq; & rixæ, sollicitæque dolor.
Crimina dicuntur, resonat clamoribus æther:
Invocat iratos & sibi quisq; Deos.*

*Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur:
Et lacrimis vidi sæpè madere genas.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Homines, quamvis in rebus turbidis: tamen si modò homines sint, interdum animis relaxantur. *Cic. 2. Phil.*

Oci non minus, quàm negotii ratio extare debet. *Cicero pro Plancio.*

Cùm juvenes relaxare animos, & dare se jucunditati volent: caveant intemperantiam, meminerint verecundiæ. *Cic. 1. Offic.*

Ludendi est quidam modus retinendus: ut ne nimis omnia profundamus, elatiq̃ue voluptate, in aliquam turpitudinem delabamur. *Cic. 1. Offic.*

Ludo & joco uti illis quidem licet, sed sicut somno & quietibus cæteris, tum, quùm gravibus seriisq̃; rebus satisfecerimus. Ipsumq̃ue genus jocandi ingenuum ac facetum esse decet, non profusum, nec immodestum. Et semper in ipso joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. *Cic. 1. Offic.*

Pueris non omnem licentiam ludendi damus: sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena. *Cic. 1. Offic.*

Datur concessu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates: quæ si ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles & tolerabiles haberi solent. *Cic. pro M. Cælio.*

Detur aliquid ætati, sit adolescentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur: non semper superet vera illa & directa ratio: vincat aliquando cupiditas, voluptasq̃; rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioq̃; teneatur: parcat juvenus pudicitiz suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne scœnore trucidetur: ne incurrat in alterius domum atq̃; famam, ne probrum castis, labem integris, infamiã bonis inferat: ne quem interimat, ne intersit insidiis, scelere careat: postremò, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atq̃; ad inanes hæc adolescentiæ cupiditates: revocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, Repub. ut ea, quæ ratione antea non prospexerat, satietate abjecisse, experiendo contempnisse vidatur. *Pro M. Cælio.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Socrates cùm luderet supposita cruribus arundine, cum pueris, ab Alcibiade irrisus: noli, inquit Socrates, cuiquam dicere, quod modo à me videris, donec ipse tibi etiam liberos procreaveris. *Plutarchus.*

C. *Cæsar* pila ludens cum *Cæcilio*, acceptis ab eo quinquaginta sesteriis, cum collusoribus aliis centum dedisset, quid, inquit, num ego vana tantum non vni lusi? *Bruson. lib. 3. cap. 38.*

Caligula alea ludens, plus mendacio, atque etiam perjurio luterabatur: & quodam tempore proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus, cum prætereuntes duos equites Romanos locupletes, sine mora corripere confiscarique iussisset, exultabundus in domum rediit, glorians se nunquam prosperiore alea usum. *Erasm. lib. 6. apoph.*

LUXURIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Luxuria non est vitium corporum pulchrorum vel suavium: sed animæ perversæ amantis corporales voluptates: neglecta temperantia, qua aptamur spiritualibus. *Augustin. 12. de civitate Dei.*

Cur te non in voluptate tua modo aquæ luxuria dilatas, cum te quis sequatur ignoras? Acceptum tempus impuris desideris perdere non debes, quia quàm citius pertranscat nescis. *Idem de consuetu vitiorum.*

Commisio sororum & fratrum quantò sit antiquior compellente necessitate: tantò postea facta est damnabilior religione prohibente. *Idem lib. 15. de civitate Dei.*

Sicut iniquum est aviditate possidendi transgredi limitem agrorum: ita iniquum est libidine concubendi subvertere limitem morum. *Ibidem.*

Luxuria est inimica Deo, inimica virtutibus: perdit omnem substantiam, & ad præsens voluptatem delinens, futuram non finit cogitare paupertatem. *Idem de doctrina Christiana.*

Sævus criminum stimulus libido est, quæ nunquam manere quietum patitur affectum: nocte fervet, die anhelat. *Ambros. de Abele & Cain.*

Ex voluntate perversa facta est libido: & dum servitur libidini. facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. *Augustin. lib. confessionum.*

Qui luxuriatur, vivens mortuus est: & ferreas mentes libido domat, quæ majorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putant comne, quod nesciunt. *Hieron. metri & filia.*

O quàm acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio! *Idem in epist.*

Libido transacta semper sui relinquit pœnitentiam, & nunquam

quam satiatur, & extincta reaccenditur, usu crescit & deficit, nec rationi pareat, quæ impetu ducitur. *Idem ibid.*

O ignis infernalis luxuria, cujus materia gula, cujus flamma superbia cujus scintillæ prava colloquia, cujus fumus infamia, cujus cinis immunditia, cujus finis gehenna. *Idem ibid.*

Malum luxuriæ aut cogitatione perpetratur, aut opere: calidus enim adversarius noxiter, quàm ab effectu operis expellitur, secreta cogitatione polleere nititur. *Gregor. in moral.*

Ex quo luxuria semel mentem alicujus occupaverit, vix cum bona cogitare permittit. Sunt enim desideria viscosa, quia ex suggestionem oritur cogitatio, ex cogitatione affectus, ex affectu delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatio damnatio. *Idem ibid.*

Alia est carnis luxuria qua castitate corrumpimur: alia cordis, qua de castitate gloriamur. *Bernh. in serm.*

Luxuriæ currus quadriga volvitur victorum: ingluvie ventris, libidine coitus, mollitie vestium, orti soporisque resolutione: trahitur equis æquè duobus, prosperitate vitæ, & rerum abundantia: & qui his præsidet duo, ignaviæ torpor, & infidæ securitas. *Idem super Cant.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. lib. 2. in Stilic. laud.

*Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbutis, hebetat caligine sensus,
Membraque Circeis effæminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior ulla
Interius fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, torvos auro circumligat hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis.*

Juvenalis Satyr. 6.

*Nil non promittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extensis magnos committit elenchos.*

Silius Italicus lib. 15. bel. Pun.

*Quippè nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes:
Quantum sola nocet animis illapsa voluptas.*

Claudianus lib. 3. in Stiliconis laud.

*Nam cætera regna
Luxuries vitis, odisque superbia vertit.*

*Sic malè sublimes fregit Spartanes Athenas,
Atq; idem Thebis cecidit. Sic Medus ademit
Assyrio, Medoq; tulit moderamina Perses:
Subiecti Persen Macedo, cessuruses & ipse
Romano, hæc auguribus firmata Sibyllæ.*

Claud. lib. 3. de rapto Proserpæ.

Sed quod dissuasor honesti

*Luxus, & humanas oblimat copia mentes
Provocet ut seges animos.*

Ovid. lib. 1. de Ponto.

*Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas:
Non solet in mæstos illa venire thoros.*

Perſius Saryr. 5.

*Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
in Venerem putris, sed cùm lapidosa chiragra
Fregit articulos veteris ramalia fagi:
Tunc crassos transisse dies, lucemq; palustrem:
Et sibi jam feri vitam ingemuere relictam.*

Lucanus 3.

O prodiga rerum

*Luxuries! nunquam parvo contenta paratu,
Et quasitorum terra, pelagoq; ciborum
Ambitosa fames, & laute gloria mensæ:
Discite quàm parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Viros triumphales, victores gentium, luxuria vicit. *Macrob.
Satur. lib. 3.*

Blandum malum luvia, quod accusare aliquando facilius est, quàm vitare. Quæ in victu Annibalem armis illecebris suis complexa, vincendū Romano militi tradidit: illa ducem vigilantissimū, illa exercitum acerrimū dapibus largis, abundantino vino, unguentorū fragrantia, Veneris usu lasciviore, ad somnū & delicias evocavit. Quid his ergo vitiis fœdus? quid etiam damnosius? quibus virtus atteritur, victoriæ languent, sopita gloria in infamiam convertitur: animi & corporis vires expugnantur: adeo ut nescias an ab hostibus, an ab illis capi periculosius habendum sit? *Valer. Maxim. lib. 9.*

§ APOPTHEGMATA.

Agesilaus. sciscitante quodam ab Agesilao, quid Spartæ fructus attulissent Lycurgi leges? Voluptatum, inquit, contemptum,

remprium, videlicet indicans: non aliam magis ex re
corruptelam, quàm ex deliciis. *Plut. in apoph.*

Crates conspicatus adolescentulū, qui sine
exercitatione corpulentiorē fieri, & sine
versus remetipsum carcerem non ire. *Maxim. lib. 27.*

Antisthenes, quodam puerulo, qui delicias
illis contingat in deliciis, & unde veniret? A vi-
Diogenes percontabatur, & unde veniret? A vi-
ris, inquit, ad fœminas. nota luxum Atheniensium. *Laert. lib. 6.*

Idem quum videret mulierem in lectica, dixit: caveam non
convenire feræ. Significans tam effœrum ac noxium animal
ferrea cavea coercendum. *Laert. lib. 6.*

Idem videns delicatam quendam hominem à servo calcari:
nondum, inquit, sat beatus es, nisi te etiam abstergat. id autem
erit, si mancus fueris. *Laert. lib. 6.*

Plato generosum conspicatus adolescentulum, patrimonio
consumpro ad fores pandochii panem edentem, & aquam bi-
bentem: si, inquit, sic moderate prandisses, nunquam sic cœ-
nares. *Maxim. serm. 61.*

Lucullus quum *Oeconomus* cœnā modestam apparasset, ac-
ceritum objurgavit: illo dicente, non putabam sumptuoso ap-
parem opus esse, quum solus esses cœnaturus: quid ais, inquit
Lucullus? an ignorabas apud *Lucillum* hodie cœnaturū *Lu-
cillum*? *Plut. in apoph.*

Aristippus quum quidam illi probro darent, quod splendide
exquisiteq; viveret philosophus: id, inquit, si vitium esset, in ce-
lebritatibus Deorum nequaquam fieret. *Laert. ibid.*

Monachus quidam *Aegyptius* interrogatus, cur toties volupta-
tes sibi subtraheret? Ideo subtraho, respondit: ut iræ causam &
occasionem præcidam. *Nicephor. lib. 11. cap. 43. Eccles. historia ex
Evagrio.*

Menedemus *Antigono* consulenti, deberēne ad commestā-
tionem quandam adire? post silentium nihil aliud respondit,
quàm, Regis filius es. Subindicans, luxum indecorum esse re-
gno natis: nec potentibus licere, quod libet. *Laert. lib. 2. cap. 18.*

Aristip quum vidisset quidā emenrem perdicem quinquaginta
dracmas, & ob id, si luxum improbaret: Tu, respondeat
quingenta dracmas. *Laert. lib. 2. cap. 111.*

STUDINES.

U. cib. *causa*
 Quidam *causa* convivium accendunt, quasi vas
 addu. *causa*
 Ut po. *causa*
 quidam *causa* nisi ad esculenta: sic
 Ut se. *causa* nectuntur *Plut.*
 antur: ita quidam *causa* rursus imple-
 clysteribus: ut a. *causa* b. Pharmacis &

Qui à præscripta v. *causa* am quidem ad-
 discedere: ii ostrei, vel stiptis pe. *causa* am vivunt. *Plutarch.*

Nautæ à navigandi labore turpiter conferunt se ad volupta-
 res: rursus à voluptatibus ad navigationem redeunt: ita quidam
 à deliciis ad labores, à laboribus ad delicias summa vitæ incon-
 stantia sese vertunt. *Idem.*

Ut Mathematici centro ac spatio: ita quidam omnem volu-
 ptatem ventre circumscribunt. *Plutarch.*

Ut nautæ nimium onerantes navem, deinde in exhaurienda
 sentina laborant: ita qui corpus onerant cib. deinde clyste-
 ribus inantunt. *Plutarch.*

Ut qui sacram pecuniam vertunt in usum voluptatem
 transferunt ad necessitatem: ita qui ad usum edunt ac bibunt
Plutarch.

Ut axillarum titillatio risum gignit, sed insuavem & spasmo
 similem: ita voluptates injucundæ, quas corpus ab animo ex-
 simulatum non spontè capit. *Idem.*

Olim in Capitolio ubi certabant quadrigæ Latinis feriis, vi-
 stor absinthium bibebat: ita salubria magis quærenda sunt
 quàm jucunda. *Erasmus.*

Ut ager ferax, sed quem oporteat multò impendio colere,
 non multum juvat colonum: sic homo quæstuosus, sed idem
 sumptuosus, haud multum reponit hæredi profuturum. *Idem.*

EXEMPLA SACRA.

Luxuriæ exempla: Antiquior mundus, *Genes. 6. vers. 1. So-*
doma & alix civitates circum jacentes, 19. v. 24. Sichem, 34.
v. 25. Stupratores uxoris Levitæ peregrini, Judic. 19. v. 25. & 26.
v. 42. Abner, 2. Samuel. 3. v. 8. diad. 4. v. 1. v. 7.
Mar. 6. v. 22. Pre. 11.
Ar.

MA
 ficare.
 erecta.
 præeran
 xuriam,
 tionem
 runt. *Plu*
Vid
tas, Sc

P
 Eriev
 Pfall
 est enim
 sem.
 M
 si
 M
 ma
 me
 rub
 non
 tat.
 F
 pul
 M
 Nec p
 bili vir
 brorum
 temnen
 Idem epist
 Sunt p
 runt doc
 æstimant
 proleg. pas
 Meliu
 magistris
 quàm ex

ficare. Argumento est soluta. *Abro/Egypti*, in solim erecta, in qua plurimæ in Regem. *Abro/Egypti* rationes descri- præerant, qui primus omnium *Ægyptio* à parsimonia ad lu- xuriam, à modestia ad intemperantiam, à virtute ad effemina- tionem illexit, quapropter simulacrum ejus porcum esse volue- runt. *Pier. Valer. lib. 9. pag. 80. F.*

Vide Adulterium, Ebrietas, Libido, Prodigali- tas, Scortatio, Voluptas.

MAGISTER, MAGI- sterium.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Periculosum est magisterium: discipulatus securus est: & idè Psalm. Auditui meo dabis gaudium & lætitiã. Securius est enim verbi auditor, quàm verbi prolator. *August. in quodam serm.*

Mag. Prum vocant, ut quasi laudatus mysterium cordis sui, si- periat, & sicut veli habere discipulos. *Hieronym. in*

Mag. Prum us præceptore furio. *Mag. Prum* debet esse ma- unilis ad omnes, ex verso servo vultu, tre- me. rugata fronte, effrenatis convulsis, facie inter rub- illorem variata, clamore perstrepat, errantes non retrahit, quàm ad malum sua sævitia præcipi- tar. *Mag. Prum. ad Tit.*

Mag. Prum quid latentis energix viva vox, & in aures disci- puli ore transfusa, fortius sonat. *Idem in epist. 36.*

Mag. Prum robæ ætatis, & vitæ eruditionisq; diligendus est. Necp scit doctus vir illud facere in propinqua vel no- bili vir quod fecit Aristoteles in Philippi filio: ut ipsa li- brorum varietate initia monstraret literarum. Non sunt co- temnenda quasi parva, sine quibus constare magna nõ possu- *Idem epist. 89.*

Sunt plerique, qui dum metiri se nesciunt, quæ non did- runt docere concupiscunt: qui pondus magisterii levius æstimant, quantò vim magnitudinis illius igr. *Mag. Prum. in proleg. pastor.*

Melius est obedire DEO, quàm homin- ius magistris, quam discipulis. Porrò in mag- istris, quàm extraneis. Quibus autem meli- ip- sibus, adubio

MA

MAGISTRATUS.

procudubio non *...entabilius. Bernh. de præcept. & dispensat.*

Vide Doctrina, Professor, Præceptor.

MAGISTRATUS.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Magistratus, lex est loquens. *Cicero 3. de Legib.*
Magistratibus opus est, sine quorum prudentia ac diligentia civitas esse non potest. quorum descriptione omnis Respub. moderatio continetur: neq; in iis solum præscribendus est imperandi, sed etiam civibus obtemperandi modus. Nam & qui benè imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. *Idem ibid.*

Omninò qui Reipublicæ præsumt, duo Platonis præcepta tenent: unum, ut utilitatem civium sic tuantur: ut quidquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum. Alterum, ut totum corpus Reipublicæ curent: ne dum partem ab eam quæ tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio Reipub. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, est. *Cic. 1. Offic.*

Huc omnia sunt referenda ab iis, qui præsumt aliter: ut quæ eorum in imperio erant, sint quàm beatissimi: est quæ non modo ejus qui sociis & civibus, sed etiam ejus qui servis, qui muneribus præsit, eorum quibus præsit commodis, utilitatibusque servire. *Cic. ad Quint. Frat. epist. 1.*

Sudandum est iis, qui magistratum gerunt, pro communibus commodis: ad eundem inimicitiam, subeundam sæpe pro Reipub. tempestates: cum multis, audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum. *Cic. pro Sestio.*

Est boni magistratus, cum auxilia Reipublicæ efficiat: convelli quæ videat, ferre opem patriæ, succurrere salutem, fortibusque communibus, suam salutem posteriore salute communi ducere: intercludere omnes seditionum vias. *Cic. pro Cæsaribus.*

Si populo consulis, remove te à suspitione alicujus tui commoti: fidei te nihil nisi populi utilitatem & fructum querere. *Cic. de lege Agrar. ad popul.*

Nulla utilitas facilius benevolentiam multitudinis potest habere, quam publicæ præsumt, quàm abstinentia & continentia. *Cic. 2. Offic.*

Est boni magistratus, commoda civium defendere, non deponere. *Idem ibid.*

MA

vellere, Est pr
sonam c
vare leg
1. Offic.

Hi q
ut juris &
tenuore
cupletib
2. Offic.

In pri
suum qu
saria. Cic

Magis
culis, ver
ve prohi

Qui R
dum non

Munu
perditore

Est ei,
pientia, q

probos, c
pta laudi
hortari a

factaq; &
minia sen

nores ad
inermes:

O con
vinciaru!

ria vitupe
grata, ser
familiaris

ditæ aper
viunt, abe
Sunt q
non aude

Chilon
quum
Laert. in C

vellere, atque omnes æquitate eadem continere. 2. *Offic.*

Est proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personam civitatis, debereq; ejus dignitatem & decus sustinere, servare leges, jura describere, & ea fidei suæ commissa meminisse. 1. *Offic.*

Hi qui Rempublicam tuebuntur, imprimis operam dabunt: ut juris & judiciorum æquitate suam quisque teneat: ut neque tenulores propter imbecillitatem circumveniantur, neque locupletibus ad sua vel tuenda, vel recuperanda, obsit invidia. *Cic.* 2. *Offic.*

In primis videndum est ei, qui Rempub. administrabit: ne suum quisque teneat, & earum rerum sit copia, quæ sunt necessaria. *Cic.* 2. *Offic.*

Magistratus, nec obedientem, & noxium civem multa, vinculis, verberibusq; coerceat: ni par majorve potestas, populufve prohibessit. *Cic.* 3. *de Leg.*

Qui Rempublicæ præsumt, legum similes sint: qui ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. 1. *Offic.*

Munus eorum esse debet, resistere & levitati multitudinis, & perditorum temeritati. *Cic.* *pro Milone.*

Est ei, cui Respublica commissa est, necessaria oratio & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis & salutis aptè ad persuadendum edat suis civibus, qua hortari ad decus, revocare à flagitio, consolari possit afflictos, factaq; & consulta fortium & sapientum, cum improborum ignominia sempiternis monumentis proderet. Plerunq; tamè ad honores adipiscendos, & ad Rempub. gerendam nudi veniunt & inermes: nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. 1. *de Legib.*

O conditiones miseræ administrandarum civitatum & provinciarum! in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum: ubi severitas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciofa: frons omnium familiaris, multorum animis iratus: iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes prætores expectant, præsentibus inferviunt, abeuntes deserunt. *Pro Flacco.*

Sunt qui quod sentiunt, etiam si optimum est, invidiæ metu non audent dicere. *Cic.* 1. *Offic.*

§ APOPHTHEGMATA.

Chilon fratri querenti, quod Ephorus ipse non crearetur, quum ille esset: ego, inquit, injuriam ferre novi, tu non. *Laert.* in *Chilone.*

Agasicles

Agasicles interrogatus, quonam pacto magistratus, nullo stipendio satellitio, imperare suis posset? respondit: si ira imperare suis, ut pater filius. *Plutarch. in Lacon.*

Antisthenes rogatus, quomodo ad Rempublicam capefcendam sit eundum? velut, inquit, ad ignem: ne nimis admodum exuraris, procul amotus frigescas. *Stob. ferm. 47.*

Solon interrogatus quanam ratione ritè Respub. gubernari possit? respondit: si tam indignarentur illi, quibus non est facta injuria, quàm quibus facta est. *Stob. eod. ferm.*

Chrysippus rogatus cur non administraret Rempublicam? dixit, quia si quis malè crexerit, displicebit Diis, sin bonè, civibus. *Stob. ferm. 47.*

Agelaras rogatus à quodam cur Spartanorum Respub. præ cæteris secundis rebus fioreret? quoniam, inquit, plus cæteris in hoc sese exercent: ut pariter & imperare & parère sciant. *Plutarch. in Lacon. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT qui præterna vigatis Syrtibus juxtà portum frangit navem, nihil magni fecit: ita qui uno, atque altero magistratu rectè gesto, in summo naufragium facit. *Plut.*

Medici morbos, quos non possunt prorsus tollere ad summa corporis, in apertum evocant: sic magistratus, si clam civitatis vitis mederi nō potest, ut quàm minimè medicis ac phar-
macis, hoc est, supplicii egeat. *Plut.*

Histrionum affectus ac mores addet fabulæ de suo: ut præscriptum tamen & numeros non præcreat: ita qui magistratū gerit, sic administrat, & præscriptum regis non exeat. *Plut.*

Ut non queas cognoscere vas integrū sit, necne? nisi liquor in infuderis: sic nec hominem, nisi imperium commiseris. *Plutarch.*

Arbores invidiæ, vetulæque subnascentes arbusculas umbra sua premunt, nec sinunt efflorescere: non sic factendum sententiaribus magistratibus: sed invitandi potiùs, & adjuvandi juvenes. *Plut.*

Qui in eadem vehuntur navi, & in iisdem militant tenebris, sese mutuo ferant oportet: sic qui versantur in Republica. *Plutarchus.*

Alexander Bucephalo jam senè non utebatur, nisi cum hostem ventum esset, ut integer ad pugnam veniret: ita senes magistratum utendum opera: ut eis adimatur quantum præstet laboris, ac ad necessitatem usus illorum reservecur. *Plut.*

Ut q

Ut qu
obterun
qui rudis

Ut ma
res sanar
improb

Ut pu
rebus pe
respectu

Ut cib
ria, aut i
magistra
rum nov

M Agi
tur,

Ioan. 10. 1
quàm ne

v. 28. 2. 1
Magis
hospitum

rum in se
v. 18. 19. 1
David, 2.

1. Reg. 2. v.
2. 7. 25. Ez
v. 3. 4 5. J

Cyrus, 36
& ritus ho
Jehu, 2. R

Rex & D
curare ut
riq; cultu

erceanur
phat, 2. Pa
Darius, 6

IV. In p
Exemplar
chias, 2. R

V. Esse n
hospitium
Joseph, G

Ut qui primò muscen discunt, citharas aliquot perdunt & obtinent: ita magno Reipub. malo administrat magistratum, qui rudis accedit & imperitus. *Erasmus.*

Ut magis est probanda medicina, quæ vitiosas corporis partes sanat, quàm quæ exurit: ita melior est magistratus, qui cives improbos corrigit, quàm qui tollit è medio. *Idem.*

Ut pulegium ipso brumæ die floret, cum marcent omnia: ita rebus pessimè vexatis, regnant mali: quorum in pace nullus est respectus. *Plin. lib. 18. cap. 25. & lib. 2. cap. 24.*

Ut cibi, potus, cœliq; novitas offendit, etiam si mutes in patria, aut in aliquantò meliora: ita præstat ferre principem, aut magistratus pistrinos, quàm novos adlescere, quòd omnis rerum novatio non careat perturbatione. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Magistratus Dei minister est, *Rom. 13. vers. 4. 6.* Dii vocantur, *Psal. 82. v. 1.* Cur sic vocentur. Non sunt aspernandi, *Ioan. 10. v. 34. 35. 2. Petr. 2. v. 10. Iude vers. 8.* Magistratus boni quàm necessarij, *Judic. 2. v. 19. & 8. v. 33. 1. Sam. 7. v. 13. 1. Reg. 3. v. 28. 2. Paral. 29. v. 20. Proverb. 11. v. 14. Eccles. 10. v. 7.*

Magistratus Officia. I. Amplecti veram religionem, illi hospitium præbere, & Dei gloriam ac hominum salutem quantum in se est, procurare & promovere, exempla: Josua, *Num. 27. v. 18. 19. Ios. 3. v. 5. 6. 7. Saul, 1. Sam. 10. v. 10. Samuel, 12. v. 20. 21. David, 2. Sam. 6. v. 20. 21. Psal. 2. v. 10. 11. & 24. v. 6. 7. & 148. v. 11. 1. Reg. 2. v. 1. 2. 3. 1. Paral. 16. v. 11. 2. Salomon, 1. Reg. 8. v. 22. 23. 24. & 9. v. 25. Ezechias, 2. Reg. 18. v. 3. 4. 5. 2. Paral. 9. v. 25. 26. Josaphat, 17. v. 3. 4. 5. Josias, 2. Reg. 23. v. 2. 3. 4. 2. Paral. 34. v. 33. & 35. v. 2. &c.*

Cyrus, *36. v. 2. 1. Esai. 1. v. 2. 3.* II. Abolere idololatriam Gentilium, & ritus honestati adversantes. Exempla: Afa, *1. Reg. 15. v. 12. 13. Jehu, 2. Reg. 10. v. 25. 26. &c. Ezechias, 18. v. 4. 5. Josias, 23. v. 4. 5. 6. Rex & Daniel, Dan. 14. v. 21. 22.* III. Illis sublati & aboliti, curare ut pura & sincera doctrina tradatur, ac propageretur, veriq; cultus & ceremoniæ divinitus institutæ observentur & exerceantur. Exempla: Rex Assyriorum, *2. Reg. 17. v. 26. 27. Josaphat, 2. Paral. 17. v. 7. 8. Nabuchodonosor, Dan. 3. v. 97. 98. 99. Darius, 6. v. 25. 26. Josias, 2. Reg. 23. v. 21. Ezechias, 2. Paral. 30. v. 1.*

IV. In pietate vera & religione sana majorum exempla imitari. Exempla: Afa, *1. Reg. 15. v. 11. 12. Josaphat, 2. Paral. 17. v. 3. 4. Ezechias, 2. Reg. 18. v. 3. 4. &c. 2. Paral. 29. v. 2. Josias, 2. Reg. 22. v. 2.*

V. Esse nutritium Ecclesiarum & Scholarum. Exempla: Pharaö hospitium præbet, & alimentum subministrat patri & fratribus Joseph, *Genes. 47. v. 5. 6.* Duces populi Israëlitiçi, *Numer. 7. v. 1.*

2. *ſc.* Principes Iſraelitarum, *31. v. 40. 50.* David, *1. Paralip. 27. verſ. 2.* Principes familiarum, *v. 6. 7.* Hiram, *1. Reg. 5. v. 10.* Salomon, *8. v. 64.* Aſa, *15. v. 11. 15.* Ezechias & ſubditi ejus, *2. Paralipom. 31. v. 45.* Cyrus, *1. Eſdr. 1. v. 6. 7. Dan. 14. v. 1.* Darius, *6. v. 3. 4.* Abdias domus Regis Achab diſpenſator, *1. Reg. 18. v. 13.* Ademelech, *Ierem. 38. v. 7. 8. 9. 10.* Magi, *Matth. 2. v. 11.* juxta illud *Eſa. 49. v. 23.* VI. Exemplo pietatis, honeſtatis & juſtitie ſubditis præire, & iſdem de viſtu proſpicere, præſertim famis tempore. Exempla: Joſeph, *Genef. 47. v. 23. 24.* David non curavit irriſionem uxoris ſuz, ſed lætatur & ludic coram arca Domini. *2. Sam. 6. 14. 1. Paral. 18. v. 14.* Saul, *2. Sam. 1. 24.* Samuel, *1. Sam. 12. v. 2. 3.* Salomon, *1. Reg. 10. v. 6. 7. 8.* Joſaphat, *2. Paral. 19. v. 6. 7.* Rex Ninivitarum, *Ion. 3. v. 6. 7.* VII. Ceremonias divinitus inſtitutas unâ cum ſubditis ſanctè obſervare, & idoneos Eccleſiæ Paſtores legitime à Deo & Eccleſia electos ac vocatos præficere. Exempla: Salomon, *1. Reg. 2. v. 26. 27. 35.* Salomon & omnis Iſraël, *8. v. 62. 63. 64.* Rex Aſſyriorum, *2. Reg. 17. v. 27. 28.* Ezechias & populus Judaicus, *2. Paral. 30. v. 1. 2.* Ezechias, *31. v. 2.* VIII. De rebus agendis & adminiſtrandis Domini conſulere: hoc eſt, miniſterium verbi, eiſq; obtemperare. Exempla: Joſua conſuluit Eleazarum, *Num. 27. v. 20. 22.* Saul obtemperat Samueli, *1. Sam. 10. v. 8. 9.* David conſulit Dominum, *23. v. 19.* monitis Gad obtemperat, *24. v. 18.* Joſaphat & Achab conſulunt Michæam, *1. Reg. 22. v. 5. 7.* Rex Juda, Iſrahel & Edom Eliſæum, *2. Reg. 3. v. 11.* Ezechias Eſa'am, *19. v. 2.* Ezechias Jeremiam, *Ierem. 38. v. 14.* IX. In publicis calamitatibus ſubditos ad ſeriam pœnitentiâ & orationem edictis cohortari. Exempla: Joſaphat, *2. Paral. 20. 3. 4. 18. 19. 20.* Ezechias, *32. v. 6. 7.* Rex Ninivitarum, *Ion. 3. v. 6. 7.* X. Extruere & reſarcire ædificia, in quibus verus Dei cultus tractetur. Exempla: David inſtituit ædificare domū Domino, ſed prohibetur, *2. Sam. 7. v. 1. 2.* Salomon, *2. Reg. 5. v. 4. 5. 6. v. 2.* Joſias, *2. Reg. 22. v. 3. 4.* Cyrus, *2. Paral. 36. v. 22.* Darius, *1. Eſd. 6. v. 1. 2. 3.* XI. Virtuosos ac bonos ad gubernationem idoneos præfectos ordinare & conſtituere. Exemplâ: Moſes, *Exod. 18. v. 21. 22.* David, *2. Sam. 8. v. 14. 15. 16. 17. 18. 19. v. 23.* Salomon, *1. Reg. 2. v. 34. 35. 36. v. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. v. 28.* Joſaphat, *2. Paral. 19. 4. 5. 11.* David prolixè deſcribit quos & quales in aula ſua ferret, *Pſalm. 101. v. 4. 5. 6. 7.* XII. Prius cognoscere cauſam, quàm ſententiam ferre, & in rebus ambiguis propter aliquot probabiles cauſas decidere. Exemplâ: Iſrahelitarum, *Judic. 20. v. 3. 4.* Joſuah, *1oſ. 9. v. 19. 20.* Salomon, *1. Reg. 3. v. 23. 24.* XIII. Inire fœdus, & colere amicitiam, & pactum cum

cum vi
ham, G
cum H
Regibu
vel deſe
gnum a
Reges S
Deborâ
Joab, 2
Supplic
pla: Jo
Cinzo,
Mag
nandi,
Exemp
Adonia
Oſeæ, v
tuere, I
1. Reg. 1
Idololat
cucior
boam, v
Achab
v. 7. 10.
Princip
Nabuch
IV. M
Exempl
22. v. 33.
15. v. 9.
v. 10. Jo
naturæ
centes l
boam, r
Dan. 3. v
Magi
ſeptuag
Judices,
6. v. 14. 1
28. 4. 2.
Jehu, 2
v. 22. N.

cum vicinis gubernatoribus. Exempla: Abimelech cum Abraham, *Genes. 21. v. 27.* David cum Hanon, *1. Paral. 19. 2.* Salomon cum Hiram, *1. Reg. 5. v. 4. 5.* cum Pharaone, *3. v. 1. 2.* cum vicinis Regibus, *2. Paral. 9. v. 23. 24.* XIV. Dimicare pro libertate, vel defendendæ, vel recuperandæ, & tueri auctoritatem ac regnum ad versus seditiosos ac hostes publicos. Exempla: quinque Reges Sodomorum, *Genes. 14. 8.* Aod, *Judic. 3. 28.* Samgar, *v. 31.* Debora & Barach, *4. 14.* Gedeon, *7. v. 22. 23.* Jephthe, *11. v. 23. 33.* Joab, *2. Sam. 10. 12.* David, *20. 6.* Ezechias, *2. Reg. 18. v. 7. 8.* XV. Supplicia de hostibus sumere, & innocentibus parcere. Exempla: Josuah, *10f. 8. v. 26.* Samuel, *1. Sam. 15. v. 33. 34.* Saul parcit Cinæo, *v. 6.* Salomon, *1. Reg. 1. v. 52.*

Magistratus impii mala opera. I. Rapere sibi jus domi-
nandi, sine Dei, & eorum penes quos est potestas, voluntate.
Exempla: Abimelech, *Judic. 9. v. 5. 6.* Absolom, *2. Sam. 15. v. 10. 11.*
Adonias, *1. Reg. 1. v. 5. 6.* Zambri, *16. v. 9. 10.* Phacee, *2. Reg. 15. v. 25.*
Oseæ, *v. 30.* Vide *Eccles. v. 6. 7.* II. Idololatricæ cultus insti-
tuere, Idolis templa ædificare & sacrificare. Exempla: Salomon,
1. Reg. 11. 7. Jeroboam, *12. v. 26. 27.* Othonias, *1. Reg. 22. 54.* Vide
Idololatria. III. Ob veritatis confessionem, & poenitentia
concionem, odisse & persequi Dei Ministros. Exempla: Jero-
boam, virum Dei, *1. Reg. 13. v. 4.* Baasa Jehu Prophetam, *16. v. 7.*
Achab Eliam, *18. 10.* Michæam, *v. 27.* Afa videntem, *2. Paral. 16.*
v. 7. 10. Amasias Prophetam, *2. Paral. 25. v. 15. 16. 17.* Sedechias
Principes, & Phassur Jeremiam, *Ierem. 20. v. 2. & 37. 35. & 38. 6.*
Nabuchodonosor Sidrach, Misach, & Abdenagonæ, *Dan. 3. v. 8.*
IV. Malorum & antecessorum suorum idololatriam imitari.
Exempla: Nadab, *1. Reg. 15. v. 26.* Achab, *16. v. 25. 26.* Ochosias,
22. v. 53. 54. Joram, *2. Reg. 3. 2.* Joachaz, *13. 2. & 23. 23.* Zacharias,
15. v. 9. Manahen, *v. 18.* Achaz, *16. v. 2.* Manasses, *21. 2.* Amon,
v. 10. Joachim, *24. 9.* Sedechias, *v. 19.* V. Verbo Dei, & Legi
naturæ aliisq; scriptis Legibus contraria promulgare & inno-
centes interficere. Exempla: Pharao, *Exod. 1. v. 15. 16.* Jero-
boam, *1. Reg. 12. v. 27. 28.* Achab, *22. v. 26. 27.* Nabuchodonosor,
Dan. 3. v. 5. Darius, *6. v. 7. 8.* Antiochus, *1. Macchab. 2. v. 17. 18.*

Magistratum bonorum exempla: Joseph, *Genes. 50. v. 19. 20.*
septuaginta Seniores, *Num. 11. v. 16.* Josua, *27. v. 16. 17.* Deut. *17. 15.*
Judices, *Judic. 2. v. 16. 18.* Othoniel, *3. v. 9.* Aod, *v. 15.* Gedeon,
6. v. 14. 15. 34. Saul, *1. Sam. 9. v. 15. 16.* David, *2. Sam. 5. v. 12. 1. Paral.*
28. 7. 2. Paral. 18. v. 14. & 21. 17. &c. Salomon, *1. Reg. 3. 7. & 10. 9.*
Jehu, *2. Reg. 9. v. 1. 2. 3. &c.* Joachaz, *13. v. 4. 5.* Cyrus, *2. Paral. 36.*
v. 22. Nabuchodonosor, *Dan. 2. v. 37. 38.*

MA MAGISTRATUS. MAGNANIMITAS.

Magistratus boni præmia à Deo promissa & præstita. Exempla: Josuæ, *Ios. 3. v. 7.* Davidi, *1. Reg. 2. v. 44. 45.* Salomoni, *2. Paral. 1. v. 10. 11.* Jeroboamo, *vers. 30. 31. 38.* Ezechiz, *2. Reg. 18. v. 7.* Josaphato, *2. Paral. 17. v. 3. 5.*

Magistratus peccata puniuntur in subditis. Exempla: Sauli homicidiû, *2. Sam. 21. v. 1.* Davidis superbia, *12. v. 10. & 24. v. 19. 17.* Salomonis idololatria, *1. Reg. 11. v. 30. 31. 32. 33.* peccata Joram, *2. Paral. 21. v. 12. 13.* Impius Achas, *28. v. 19.* Achab, *1. Reg. 20. v. 41.*

Magistratus impii & iniqui exempla: Magistratus, *Act. 16. v. 22.* Gallion Tribunus, *18. v. 17.* Tribunus, *22. v. 24.* Magistratus potestas à Deo, *10an. 19. v. 11.* Magistratum timor à Deo, *Ios. 4. v. 14.* Magistratus malus malo populo justâ Dei irâ cedit, *1. Reg. 12. v. 24. Iob. 34. v. 30. Proverb. 28. v. 2. Esâ. 3. v. 3. & 29. v. 11. Ezech. 14. v. 9. Osee 13. v. 11. 2. Thessal. 2. v. 11.* Magistratus mali arguuntur, *Psalm. 82. v. 2. Esâ. 1. v. 23. Ierem. 5. v. 5. 28. Ezech. 22. v. 27. Mich. 3. v. 11. Soph. 3. v. 3.*

Exempla Profana bonorum & malorum Magistratum, quæ sub Tit. singularum virtutum & vitiorum. Vide Regnum, Rex.

MAGNANIMITAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sapienter non metu frangitur, non potestate mutatur, non extolitur prosperis, non trahitur infortunio. *Ambros. ad Simplicianum.* Magnanimus est, qui cuncta facili sustinet: nec parva ferre pectoris parvi est nimis. *Nazian. in Carm.*

Magnanimitas est perfecta animi virtus, ac velut ornamentum virtutum. Magnanimi autem viri præter alia, proprium hoc est, honorem cum qui à vulgaribus & abjectis viris, atque ob parvas res exhibetur, aspernari: atque item contemptum & ignominiam, ac propterea iis, à quibus offenditur, ignoscere. *Elias Nazian. interpres. comm. in 1. orat.*

Magnanimi viri præter alia quibus præditus & instructus est, proprium illud videtur: nihil serviliter, nihil rectè, atque occultè dicere, aut facere: sed omnia apertè & pro palam atque odium suum & benevolentiam præ se ferre. *Idem in orat. 3.*

Externi sapientes magnanimitatem definiunt, animæ virtutem per quam nonnulli ea, quæ accidunt, facile perferre possunt: nostri autem magistri liberalitatem & munificentiam animi magnitudinem persæpè nuncupant. *Idem in orat. 11.*

Parvulus

Parvulus est, qui terrena diligit: magnus, qui æterna concupiscit. *Gregor. lib. 5. moral.*

Qui magna agit, quamvis de se humilia sentiat: scit tamen magna esse, quæ agit. Nam si magna esse nescit, ea procul dubio minimè custodit. *Idem lib. 26.*

Postquam Deus omnipotens regnum vestrum fidei reſtitutione decoravit, & integritate Christianæ religionis inter gentes alias fecit esse conspicuum, magnam de vobis præsumendi materiam concepimus, quòd subiectos vestros ad eam converti fidem cupiatis, in qua eorum nempe reges estis & domini. *Idem in regist. lib. 5. epist. 15. ad Reges Franciæ.*

Non sine causa sapiens urbium expugnatori prætulit virum, qui animo dominatur. Tu ad hoc multum virtute opus habes, non quacunque, sed qua induaris ex alto. Ipsa enim si perfecta sit, facile sic animam victorem sui, & sic invictam reddit ad omnia. *Bernh. super Cant. serm. 85.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Simagnanimus fueris, nunquam judicabit tibi contumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit: & quum illum in potestate tua vindictam putabis, non vindicare potuisse. Scito enim magnum & honestum vindictæ esse genus, ignoscere. *Senec. de 4. virtutib.*

Magnanimitas autem si ultra modum suum extollat, faciet virum minacem, inflatum, turbidum & inquietum, & in quacunque excellentias dictorum atque factorum neglecta honestate festinum, qui momentis omnibus supercilia subrigens, ut bestiarum inquietat, excitat, alium ferit, alium fugat: sed talis aut miserum appetit finem, aut ærumnosam sui memoriam relinquit. Mensura ergò magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem. *Idem ibid.*

Eris magnanimus, pericula si non appetas, ut temerarius: nec formides, ut timidus. Nam timidum non facit animum, nisi repræhensibilis vitæ conscientia. *Idem ibid.*

Magnitudo animi, si à communitate humana sit remota, feritas quædam erit, & immanitas. *Idem ibid.*

Magnanimo nihil est magnum. Stilpo Philosophus capta patris, amissæ rerum, &c. ecce vir fortis & strenuus ipsam sui hostis victoriam vicit. Facilius est totam gentem, quàm magnanimum vincere. *Idem epist. 23.*

Magnanimi est magna contemnere, & mediocria malle, quàm nimia. *Idem epist. 37.*

Magnanimus stat rectus suo quolibet pondere, nulla illum

res minorem facit, nil illi eorum, quæ ferenda sunt, displicet: quidquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur, vires suas novit, vincit virtute fortunam. *Idem epist. 72.*

Nihil magnum est in rebus humanis: nisi animus magna despiciens. *Idem in epist.*

Proprium est magnanimitatis veræ: non sentire se percussum. In magnis enim fera magna ad latratum canum lentare respicit. *Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Democritus sciscitatus, quid esset magnanimitas? respondit, leviter ferre frustrationem. *Stob. serm. 106.*

Socrates quidam ei, cum alio quodam colloquente, filium ejus mortuum esse nuncupavit: ille verò colloquio absoluto, nunc, inquit, abeamus: Sophronisci funus curaturi. *Eod. serm.*

Diogenes adversis quibusdam casibus pressus, dixit: euge, ô fortuna, tu viriliter mihi præces. *Eod. serm.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Magnanimitas suadeturexemplis: Elisæi ad Regem Israël, *2. Reg. 3. v. 13. 14.* Azariæ Sacerdotis, & cum eo octoginta virorum fortissimorum ad Oziam Regem, *2. Paralip. 26. v. 18. Nehem. 2. v. 20. & 6. v. 11.* Esther, *Esth. 4. v. 16.* Joannis Baptistæ, *Matth. 3. v. 7. & 14. v. 4. Marc. 6. v. 18. Luc. 3. v. 7. Discipulorum Joannis, v. 19. Josephi Arimathæi, Marc. 15. v. 43. Luc. 23. v. 52. Cæciliati, Ioan. 9. v. 30. Petri & Joannis, Act. 5. v. 21. Stephani, 7. v. 51. Pauli, 13. v. 10. 46. & 21. v. 13.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Fuisse Cyrus Persarum rex ita comparatus à natura perhibetur ut & forma pulcherrimus, & animo humanissimus, & discendi adipiscendique honores cupidissimus esset: adeoque nullum non laborem perferret, nullum non periculum landis gratia sustineret. *Xenophon. de Instit. Cyri, lib. 1.*

Musarum nutricem fuisse Euphemen fingunt, quod plerique ex illis, qui cruditione sua clarum sunt consecuti nomen, gloriæ immortalis spe, ingenii sui monumenta ad posteros transmiserint. *Theatr. Zuing. fol. 2525.*

Alexander etiamnum puer agilis cum foret ac velox, atque à patre ad currendum ludis Olympiæ stadium excitaretur: sanè inquit, si reges habiturus sim adversarios. *Plutarchus in Regum apophtheg.*

MAGNIFICENTIA.

§ APOPHTHEGMATA.

Nicias cum inter Græcos præcipuus esset, qui magnificentia excelleret: idè à populo in iudicium vocatus, ait: sint mihi ipsi, non populo Atheniensi tanti sumptus facti, meumque operibus ipsis nomen inscribam. *Pontanus cap. 12. de Magnificentia ex Plutarch.*

Plato videns Agrigentinos magnis impensis multa ædificia extruentes, dixisse fertur: Agrigentini quasi semper victuri ædificant, & comedunt quasi semper morituri. *Ælian. l. 12. de var. hist.*

Aug. sicut Cesar cum urbem Romam multis modis & ornasset & communisset, atque etiam in posterum (quod quidem in ipso fuit) tutam reddidisset: non sine causa glorians dicere solebat: Romam lateritiam accepi, marmorcam relinquo. *Pont. cap. 32. de Magnificent.*

MALEDICENTIA.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Sicut avis ad alia transvolans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum, in quempiam superveniet. *Proverb. 26.*

Dùm maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. *Eccles. 21.*

Maledicent illi, & tu benedices. *Psal. 108.*

Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accomodes cor tuum, ne fortè audias servum maledicentem tibi: scit enim conscientia tua, quia & tu crebrò maledixisti aliis. *Eccles. 7.*

Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & induet maledictionem sicut vestimentum. *Psal. 108.*

Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acurus. *Psal. 56.*

Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. *Ibid. 114.*

Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. *Ibid. 139.*

Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbavit pacem habentes. *Eccles. 28.*

Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminet, ossa. *Ibid.*

Beati estis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omnne malum adversum vos, mentientes propter me. *Matth. 5.*

Malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. *Luce 6.*

Si invicem mordetis, & comeditis, videte ne ab invicem consumamini. *Galat. 5.*

Omnia facite sine murmuracionibus & hæsitationibus: ut sine querela sitis, & simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis prave & perversæ. *Philip. 2.*

Multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, ut cancer serpit. *2. Timoth. 2.*

Ecce quantus ignis, quàm magnam sylvam incendit, & lingua ignis est: universitas iniquitatis. *Jacob. 3.*

Lingua inquietum malum est, plena veneno mortifero. *Ibid.*

Fortis canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis, qui amat & facit mendacium. *Apocalypsis ultimo.*

Maledictus, qui clam percusserit proximum suum. *Deut. 27.*

Sepulchrum patens guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. *Psalm. 13.*

Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus justum. *Ibidem 30.*

¶ APOPTHEGMATA.

Pythagoras quodam dicente, nimium mihi maledicis ac plus satis derides: atqui, inquit, splenicis etiam acria & amara profunt, dulcia nocent. *Anton.*

Zoilus Amphipolitanus, Polycratis auditor, rogante quodam erudito viro, quamobrem omnibus malè diceret? quoniam, inquit, malè facere cum velim, non possum. *Ælian. lib. 11. de var. histor.*

Socrates cum ei nunciatum esset, à quopiam eum maledictis incessit: benè, ait, loqui non didicit. *Laert.*

Plato quodam narrante nonnullos esse, qui ipsum maledictis insectarentur: at ego, inquit, sic vivam, ut illis fides non habeatur. *Anton. part. 2. serm. 69. Melissæ.*

Aristoteles cum ab impudente quodam malè audiret: tu, inquit, & convicia facilè audis, & libenter dicis: mihi autem & dicere non est consuetum, & audire jucundum. *Anton. in Melissæ. part. 2. serm. 72.*

Pisistratus cum conviva benè potus ei maledixisset, irritantibus amicis ad pœnas de conviva sumendas, dixisse fertur: non aliter illi succenseo, quàm si quis obligatis oculis in me occurrisset. *Ælian.*

Idem dicenti cuidam, quòd à maledico laudaretur: miror, inquit

MA
quis, ni
posset l
Pyrrh
Ambr
quàm ap
Idem
torem a
quæ acc
eram, si
Aristo
tem: uti
dominu
Emped
gnanter
mhi juca
serm. 16. a
Diogen
quam, to
part. 2. ser
Demo
dem, inqu
pillos tuo
Stobæo.
Memno
pro Daric
cia petula
inquis,
maledicas
Timon A
sequeretur
malos non
Nicander
tur: num
malè? Plu
U
T am
eos dir
ledicentia
leoriam. P
Sicuti ca
aluntur ma
Scorpius

quit, nisi quis illi dixit me mortuum esse: nam viventem ille posset laudare neminem. *Stob.*

Pyrethrus à quibusdam rogatus, ut maledicum quendam ex Ambracia pelleret, respondit: potius apud paucos illic manens, quam apud multos, de nobis obloquatur. *Plut.*

Idem quum audivisset, sibi à quopiam maledictum, conviciatorem ad se duci jubet, ac interrogat: num dixisset ea propter quæ accusatus erat? respondit: dixi, ó rex, & dicturus plura eram, si plus vini appositum mihi fuisset. *Plut.*

Aristippus audiens quendam temerè hominibus maledicentem: utinam inquit, ut linguæ tuæ, sicut ego aurium mearum, dominus esses. *Laert.*

Empedocles interrogatus, cur cum mala audiret, tam indignanter ferret maledicta? quia: inquit, laudationes quidam mihi jucundæ forent, nisi maledicta mihi molesta essent. *Max. serm. 16. de admonitione.*

Diogenes cuidam conviciatori: at nec mihi, inquit, credit quæquam, te laudanti: nec tibi, me vituperanti. *Anton. in Meliss. part. 2. serm. 59.*

Demosthenes à calvo quodam maledictis aspersus: ego quidem, inquit, tibi nullam facio injuriam: quin potius laudo capillos tuos, qui malam calvariam effugerunt. *Erasm. 8. apoph. ex Stobæo.*

Memnon quo tempore bellum gerebat adversus Alexandrum pro Dario rege, militem quendam mercenarium, multa convicia petulanter jaçantem in Alexandrum, hasta percussit: ego, inquit, te alo, ut pugnes adversus Alexandrum, non ut illi maledicas. *Plut. in apoph.*

Timon Atheniensis interrogatus, cur omnes homines odio prosequeretur? malos, inquit, merito odi: cæteros ob id odi, quòd malos non oderint. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Nicaner cuidam dicenti, quod Argivi malè de ipso loquerentur: num igitur, inquit, dant pœnas, qui de bonis loquuntur malè? *Plut. in Lacon.*

§ SIMILITUDINES.

UT amici detestantur saxum aut canem incurrentem, qui eos dirimat: sic execrari deberent homines caninos, qui maledicentia suâ dirimunt necessitudinem, mutuaq; benevolentiam. *Plutarch.*

Sicuti capræ & coturnices venenis saginantur: ita quidam aluntur maledictis & obrectationibus. *Erasm.*

Scorpius venenum in cauda gerit, & obliquè ferit: ita qui-

MA

MALEDICENTIA.

dam in fine virus effundunt suum, & dissimulanter lædunt. *Plin. lib. 10. cap. 20.*

Hystrix non jaculatur spinas suas, nisi cum provocatur, aut urgetur: at scurra in quemvis sua dicta torquet. *Idem.*

Ut noctuæ aves inauspicatæ noctu gementes mortalium invident quieti: ita virulenta lingua semper aliquid spargit, quo concordiam hominum disturbet. *Plin. lib. 11. cap. 25.*

Ut muri quidam canes plus mordent, quam latrant (sunt enim & hujusmodi) ita quidam prius lædunt, quam exposcunt. *Eras.*

Bonafus animal, quoniam cornibus inutiliter implexis non potest lædere, fugiens simum reddit, cujus contactus insequentes, ut ignis aliquis comburit: ita nonnulli quoniam coram aliis audent congregari, à tergo sparsis probris contaminant hominum membra. *Plin. lib. 8. cap. 15.*

Uti culices ad dulcia non advolant, sed acria petunt: ita quidam maledictis, & infestivis sermonibus vehementius delectantur. *Plin. lib. 10. cap. 72. Aristot. lib. 9. cap. 35 de natura animal.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Maledictionis hominis in hominem, ex vocatione tametiam conceptæ exempla: Noë in Cham, *Genes. 9. vers. 25.* Isaac in Esau, *Genes. 27. 29.* Jacob Simconi & Levi, *49. 7.* Moses transgressoribus Legis, *Deuter. 27. 13.* & Josue in Jerichuanis inhaerentibus, *Ios. 6. 26.* Sichimitæ in Abimelech, *Judic. 9. 27.* Angelorum in habitatoribus Meroz, *5. 23.* David in Joab, *2. Sam. 3. 29.* Semer in Davidem, *16. 5. & 19. 21. 1. Reg. 2. 8.* David hostibus suis, *1. Sam. 26. 19.* Elisæus in pueros, *2. Reg. 2. 24.* Christus in ficum, *Matth. 21. 19.* in Judam, *26. 24.* in divites, *Luc. 6. 24.* in Chorazin & Bethsaida, *10. 13.* in Phariseos, *11. 42.* Pharisei in cæcum natum, *18. 9. 28.* Paulus in Pseudopphetas, *Galat. 5. 12.* Impii in Paulum, *1. Cor. 4. 12. 1. Tim. 4. 10.* Maledicenti non maledicendum, *1. Pet. 3. 9.* Paulus in maledicentibus non maledicendum, *1. Cor. 4. 12.* Maledictionis, qua Deus homini & rebus creatis maledicit, exempla: Serpenti, *Genes. 3. v. 14. terra, 7. Cain, 4. 11.* Populo suo, *Thren. 2. 7.* impiis & reprobis, *Matth. 23. 13.* Maledictiones in monte Hebal, *Deuter. 27. 13.* Maledictiones benedictiones, *Genes. 3. v. 14. 17. & 8. 21. & 9. 25. & 24. 41. 27. v. 28. & 48. v. 15. 20. & 49. 7. Num. 5. 21. Deut. 11. 26. & 27. Ios. 8. 34. Judic. 9. 20. 1. Sam. 17. 43. 2. Sam. 2. 5. & 16. 7. 2. Reg. 2. Nehem. 5. 13. Proverb. 26. 2. Ierem. 29. 2. & 49. 13. Zach. 8. 13.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Æ Zonenses aī Zareis, municipiū tribus Cecropiæ, cujus incolæ male audiebant: ut maledici undè aī Zareis, maledicentibus appellati.

MA

Plato: ni

deceset, A

Theoni

ptum à T

ssimæc

syllabo, p

appellat:

N

Erasmus i

Cratin

Athenien

scripseri

Mævis

mine lac

est. Gyr

Acron

mis dialo

phyrion

Adagus.

M Ale

signi

quæ qui

quascun

pag. 265.

Placia

ferram sig

dacitatem

meq; au

dit acerb

Valer. lib

Plato: nihil ad ista dicam, ne me, quamvis quod dicerem, non decesset. *Æxonensem putes. Susdas.*

Theonino dente rodi dicuntur, qui convitiis lacerantur, sumptum à Theone poeta quodam rabiosæ loquacitatis, petulantissimæq; maledicentiæ: unde & Aufonius in carmine hendecasyllabo, poetam quempiam indoctum & mordacem Theonem appellat:

Nec posthac metues, ubiq; dictum

Hic est ille Theon poeta falsus.

Erasmus in Adagis.

Cratinus Atheniensis comicus, audax ab Horatio dicitur, quod Athenienses mira dicendi acerbitate, dum Dionysia essent, proseripserit. *Gyraldus.*

Mevius Vergilii & Horatii emulus, cum Athenas petulanti carmine lacerasset, in carcerem coniectus, inedia perire coactus est. *Gyraldus Dialogo 4. hist. poet.*

Acrion admonet, Bionem philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis laceratit poetas: sic, ut nec Homero paceret. *Porphyron* autumat *Aristophanis* comiei patrem fuisse. *Erasmus in Adagis.*

§ HIEROGLYPHICA.

Maledicum hominem probos improbosq; æquè parentem significare qui volunt, *Purpuram*, exerta pingunt lingua: quæ quidem illi tam acuta & valida est, ut ea & conchulas & quascunque sui generis testas perforare possit. *Pier. Valer. lib. 28. pag. 265. C.*

Placiades maledicentiam, sive ut ipse scribit, *maliloquium*, per *ferram* significari observavit, sive id ob dentiû seriem, quæ mordacitatem innuere videatur: sive ob invisum stridorem, maximeq; auribus infensum, quem in nodos præsertim illapsa redit acerbo, ut inquit *Lucretius*, horrore concitato. *Idem Pier. Valer. lib. 42. pag. 417.*

MALITIA, MALUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Melius judicavit Deus de malis benefacere, quàm male nulla esse permittere. *Ambrosius in Ench.*

Malignitas, est mala voluntas hominis, cum ultrà non possit: vel beneficii grates non referre. *Idem.*

Malitiæ comes individua est *maseria*. *Idem in Psalm. 32.*

Malitia est, per quam moribus deceptoris, veritate palliata vel

vel odium alterius, vel proprium commodum attenditur. *Idem in quad. epist.*

Malitia, est mentis atque animi depravatio à tramite veritatis devia, quæ in curiosorum animos frequenter obrepit. *Ambrosius in hexaem.*

Mala non sunt, quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. *Idem ibid.*

Mors prava semper in laboribus est: quia aut molitur mala, quæ inferat, vel metuit ne sibi ab aliis inferantur: & quicquid contra proximos cogitat, hoc contra se cogitari à proximis formidat. *Gregorius lib. 11. moral.*

Habet malitia currum suum rotis quatuor consistentem: scilicet vitia, impudentia, audacia, impudentia. Valdè enim velox est currus iste ad effundendum sanguinem, qui nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frænatur, nec pudore inhibetur. Trahitur autem duobus perniciousis equis, & ad omnem perniciem paratissimis, terrenæ potentia, & seculi pompa. Porro præsentibus his duobus equis aurigæ duo: timor & livor. Timor quidem pompam, Livor potentiam agit. *Bernardus super Canticum.*

Nequitiam veteres definierunt, voluntariam esse malitiam, in quam non casu incidimus; sed spontanea voluntate versamur. nequam dictus est homo malus, quasi nequaquam, id est, nullo tempore aptus. *Cassiodorus super Psalm.*

Malitia est ex proposito & deliberatione, malo cognito, proprio animo consentire. *Richius in epist. ad Cor.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenal. Satyr. 1.

*Nil erit ulterius quod nostris moribus addat
Prosperitas, eadem capient facientq; minores:
Omne in præcipiti vitium stetit.*

Plautus in Bacchid.

Ædopol

*Ne tu illorum mores, per quàm meditatemur: sed etiam
Vnum hoc, ex ingenio malo malum invenunt suo:
Nulli amici sunt, inimicos ipsi in se omnes habent.
Atq; se cum frustrantur, frustrari alios stolidi existimant.*

Plautus in Trinummus.

*Novi hoc seculi moribus quibus sit, malis bonum malum
Esse vult, ut jocos similis: turbant, miscent mores mali: rapas,
Avarus, invidus, sacrum, prophanus: publicum privatum habet.*

Hilicid

*Hiulca gens. hæc ego doleo, hæc sunt, quæ excruciant.
Hæc dies noctesq; tibi canto: ut caveas, quod manu non queunt
Tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant.*

Juvenalis Satyr. 4.

*Quid refert igitur quantis jumenta fatiget.
Porticibus? quanta nemorum vectetur in umbra?
Iugera quod vicina foro? quas emerit ades?
Nemo malus felix.*

Horat. lib. 1. Epist. Mecœnat.

*Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator:
Nemo adeò ferus est, ut non mitescere possit:
Si modo cultura patientem commodet aurem.*

Juvenalis Satyr. 2.

*Nemo repentè fuit turpissimus: accipiente te
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuere monilia collo.*

Seneca in Medea.

Nullum ad nocendum tempus angustum est malis.

Juvenalis Satyr. 3.

*Quis nunc diligitur, nisi conscius? & cui fervens
Æstuat occultis animus semperq; tacendus?
Nil tibi se debere putat: nil conferet unquam
Participem, qui te secreti fecit honesti.
Carus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult,
Accusare potest.*

Plautus in Bacchid.

Mali sunt homines, qui bonis dicunt malè.

Juvenalis Satyr. 3.

*Ebrius ac petulans, qui nullum fortè cecidit,
Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum
Pelidæ, cubat in faciem, mox deinde supinus.
Ergò non aliter poterit dormire: quibusdam
Somnum rixa facit.*

Plautus in penulo.

*Malo benefacere tantundem
Est periculum, quantum bono malefacere,*

Juvenalis Satyr. 15.

Terra malos homines nunc educat.

Plaut.

Plautus in *Asinaria*.

Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.

Terent. in *Andria*.

More hominum evenit, ut quid sim nactus mali.

Præsumpseris tu, quàm ego illud, quod tibi evenit boni.

Seneca in *Medea*.

Magna non latitant mala.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Videntur omnia repentina graviora. Nam præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quæ venientia longè antè videris. *Cic. 3. Tuscul.*

Non est dubium, quin omnia, quæ mala putantur, sint impropria graviora. *3. Tuscul.*

Quoniam multū potest animi prævisio & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana medicata. *3. Tuscul.*

Quod possit accidere, diū cogitare oportet: hæc cogitatio una maximè omnes molestias extenuat & diluit. *3. Tuscul.*

Hostium repentinus adventus magis aliquantū conturbat quàm expectatus: & maris subita tempestas, quàm antè prævisata, terret navigantes vehementius. *Ibid.*

Sæpè utile est non scire quid futurum sit: miserum est enim nihil proficientem angere. *3. de Natur. Deor.*

At hoc ne homines quidem prohi faciunt: ut amicis impeditentes calamitates prædicant: quas illi nullo modo effugerent possint. *2. de Divin.*

§ APOPHTHEGMATA.

Tales quid nocentissimum esset interrogatus? malicia dixit. Nocet enim illa bonis etiam, si attigerit. *Stob.*

Vide Apoph. de Vitiis variis, veluti Ebrietate, Scortatione, Prodigalitate, Maledicentia, & similibus.

§ SIMILITUDINES.

UT optimum vinum, si in vas sordidum & impurum infusum sit, perdit gratiam: ita bona sententia, si à malo virò profisciscatur, aut si doctrina in malum virum inciderit. *Plut.*

Quemadmodum à feris exorssi, didicimus & homines jugulare: sic assueti inimicis malefacere (quod justum existimamus) nisi cavemus, discimus paulatim & ergà quosvis eadem facere. *Plutarchus.*

Ur qui egent, hoc magis ac molestius egent quò magis distul-

mular

mulant e

& arrogat

Ut qu

giunt esse

lus: sed

Plutarch.

Ut ser

ni prover

lophiæ

runt. Sen

Temp

tequam

ex homin

cedit. Ide

Illud v

in aliena

bibit ipsa

Serper

non quò

bisdam

neca.

Ut vin

simplex,

ratis sim

Idem.

Ut Pyr

enim dig

si cum ill

sentias ph

atrahent

L Idos in
Ægypt

A

T

L

T

Atheni

terra, & r

Plutarch. i

mulant egestatem: sic qui viciosi sunt, ac dissimulant ob fastum & arrogantiam, peiores sunt. *Plut.*

Ut qui laborant, non affectant haberi ulcerosi, sed magis fugiunt esse quàm videri: ita non est affectandum, ut videaris malus: sed magis abominandum, ne sis talis, quàm ne videaris. *Plutarch.*

Ut semina bona, si in solum bonum inciderint, similia originiproveniunt: eadem humus sterilis ac palustris necat: sic philosophiæ præcepta, si in bonum aut pravum animum incidunt. *Seneca.*

Tempestas minatur antequam surgat: crepant ædificia, antequam corruant: prænunciat fumus incendium: at subita est ex homine pernicies, & eò diligentius tegitur, quò propius accedit. *Idem.*

Illud venenum quod serpentes sine sua pernicie continent, in alienam effundunt: at malitia maximam sui veneni partem bibit ipsa. *Seneca.*

Serpens etiam pestifera dum frigore torpet, tutè tractantur, non quòd desit venenum, sed quòd non possit explicare: sic quibusdam ad eximiam malitiam vires desunt, non animus. *Seneca.*

Ut vinum dilutius magis provocat vomitum, quàm vel aqua simplex, vel vinum merum: ita intolerabilior est nequitia pietatis simulatione condita, quàm simplex & aperta malitia. *Idem.*

Ut Pyrites gemma non aperit vim igneam, nisi atteras: tum enim digitos adurit: ita quorundam malitiam non sentias, nisi cum illis consuetudinem aut commercium habueris: aut non sentias philosophiæ vim, nisi exercueris: ita summa attritu vim attrahendi & odorem produnt. *Idem.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Lydos improbitatis primas retulisse, adnotatum à Græcis est, Ægyptiis gradu secundo constitutis, Caribus autem tertiis:

Λύδοι πονηροί, δεύτεροι δ' αἰγύπτιοι.

Τρίτοι δ' πέντων κήρης ἐξωλέσθησι.

Lydi improbi, post hos secundi Ægyptii:

Tertiiq; Cares perditissimi omnium. Brasin.

Athenienses aut optimi evadunt, aut pessimi: sicuti eorundem terra, & mel saluberrimum, & cicutā producit exitiosissimam. *Plutarch. in Dione.*

Leriorum

MA MALITIA, MALUM. MANDATUM.

Leriorum populus ob insignem morum improbitatem in proverbium abiit, auctore. *Strabone lib. Geographiæ 10.*

Apud *Athenæum* Antiphanes, cum *ἰχθυοτροχάδας* fecisset omnium sceleratissimos: tamen excepit menfarios: his quoque nocentiores *Diogenianus*. *Erasm. in Adag.*

Plutarchus in vita Alcibiadis. Thucydides Peloponnesiaci belli lib. 8. Aristophanes in Equitibus ostendunt. Hyperbolum fuisse hominem modis omnibus improbissimum, nec ulla re clarum aut potentem, nisi vitio linguæ. *Idem.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Coturnix avis in solis, ubi libenter habitat, locis, si quem simpidulæ aquæ fontem adinvenit, simul ac biberit, aquam reliquam rostro pedibusque corrumpere, lutosamque reddere, pulvere etiam in eam ingesto, nititur: ne cuiquam alteri animali ad potum appetatur. Quæ quidem maligna, improba invidaque *Coturnicis* natura *Ægyptiis* argumentum dedit: ut malignum hominem per ejus hieroglyphicum notarent. *Pier. Valer. lib. 24. pag. 228. F.*

Vide Impietas, Improbitas. Item Multitudo malorum.

MANDATUM.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Si quid vel addas, vel detrahas, prævaricatio videtur esse quædam mandati. Simplex enim & pura mandati forma tenenda est, vel testimonii series imitanda. Nihil igitur quod bonum videtur, addendum est. *Augustin. in lib. de Parad.*

Si quis unum mandatum custodiet, & aliud prævaricatur, nihil ei prodest. *Idem ibid.*

Tu qui veram requiem, quæ post hanc vitam Christianis promittitur quæris, etiam hinc eam, inter amarissimas vite huius molestias suavem jucundamque gustabis: si ejus, qui eam promissit, præcepta dilexeris. *Ibid. August.*

Non est amicus recti, quando si fieri posset, mallet id, quod rectum est, non juberi. *Idem super Psalm. 66.*

Non ideo putes aliqua contemnenda esse mandata, quia leviora sunt: tam enim maxima illa, quam minima imperata sunt, & contemptus cujuscunque præcepti præcipientis injuria est. In quovis proposito, in quovis gradu, æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel jussa non facere. *Hieron. in epist. Just.*

MA

Jussa si
temnunt

Conte
vis, & co
gravior.

Sive I
tradiderit
deferend
Idem ibid.

Sunen
mis, ex le
infirmis
filiorum
tur sanis.

Prælat
sionis, ne
latus pro
mili. *Idem*

M And
Obf

17. Soci
1. Maccha
septem fr

Joannes,
impis &
lib. 1. Sam

donosor,
Vide

M And
Esth

1. 6. Zach
Vide

Sericoro

M An
anin

Justi

Jussa sine culpa non negliguntur, & sine crimine non contemnuntur. *Beroh. de præceptis disp.*

Contemptus in omni specie mandatorum pari pondere gravis, & communiter damnabilis est: neglectus autem in fixis gravior, tolerabilior in mobilibus mandatis. *Idem ibid.*

Sive Deus, sine homo vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura, pari reverentia deferendum: ubi tamen Deo contraria non præcepit homo. *Idem ibidem.*

Sunt mandata, quæ duris atque carnalibus imponuntur animis, ex lege vitæ & disciplinæ: & sunt olea dispensationis, quæ infirmis & pusillis corde misericordiæ apponuntur, & sunt consiliorum solida fortiaque, quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis. *Beroh. super Cant.*

Præiaci iustio vel prohibitio non prætereat terminos professionis, nec ultra extendi, nec contrahi citrà debet. Nil me prælarus prohibeat horum, quæ promissæ, nec plus exigat quàm promissæ. *Idem de præcepto & disp.*

§ EXEMPLA SACRA.

Mandatis impiis & inhonestis nõ esse parendum, Exempla: Obstetrices Ægyptiæ, *Exod. 1. v. 17.* Servi Saul, *1. Sam. 22. v. 17.* Socii Danielis, *Dan. 3. v. 18. Daniel 6. v. 10. 11.* multi Israëlitarum, *1. Macchab. 1. v. 65.* Machathias cum filiis, &c. *1. Macchab. 2. v. 9.* septem fratres, & mater eorum, *2. Macchab. 7. v. 2.* &c. Petrus & Joannes, *Actor. 4. v. 18. 19. 33.* Apostoli, *5. v. 28. 29. 40. 41.* Mandatis impiis & inhonestis parentum exempla: Satellites & nuncii Saulis, *1. Sam. 19. 11. 15. 16.* Doeg Idumæus, *22. v. 18.* Subditi Nabuchodonosor, *Dan. 3. v. 4.* quidam Judæi, *1. Macch. 1. v. 45. & 2. v. 16. 23.*

Vide Lex.

MANSUETUDO.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Mansuetudinis exempla: Moses, *Numer. 12. v. 13.* Assuerus, *Esth. 15. v. 11.* Christus, *Ierem. 11. v. 19. Matth. 11. v. 29. & 21. v. 6. Zach. 9. v. 9. Ioan. 12. v. 15. 1. Cor. 4. v. 21. 2. 2. Cor. 10. v. 1.*

Vide alia in loco de Clementia, Humanitate, Misericordia.

§ HIEROGLYPHICUM.

Mansuetudinis hieroglyphicum meritò est *Elephantus*, quod animal tanta est æquitate ac mansuetudine, ut crudelitatis

Ccc

MA MARITUS. MATHESIS.
alienæ ministerio fungi minimè cogi possit. *Pier. Valer. libr. 1.
pag. 19. F.*

MARITUS.

§ SIMILITUDINES.

Imperium viri in uxorem non erit, cujusmodi est domini rem possessam: sed cujusmodi est animi in corpus. *Plutarch.*

Ut qui non ferunt uxores secum edere, aut bibere, docent eas ingurgitare, maritis absentibus: ita qui non communicant lusus & jocos cum uxore, faciunt, ut alibi quærant, in scis viri. *Plutarch.*

Ut rex musicæ studiosus complures reddit musicos: literarum studiosus doctos: aleator aleatores: rapax rapaces: ita vir comptus similem efficit uxorem, voluptuarius incontinentem: castus & sobrius castam & sobriam. *Plut.*

Ut sinistrarum partium ictus redundant in dexteram: ita viri oportet uxoris incommodisq; commoveri, & contrà. *Plut.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Abraham Dominus vocatur à Sara uxore sua, *Genes. 18. v. 12.*
1. Petr. 3. v. 6. Isaac Rebecam unicè amat, *Genes. 24. v. 67.*
orat pro ea, *25. v. 20. 21.* Jacob amat Rachaelem, *29. v. 18.* David captivas duas uxores liberat, *1. Sam. 30. v. 17. 18.* Bethsabe consolatur, *2. Sam. 12. v. 24.* Tobias consolatur uxorem suam Annam, *Tob. 5. v. 26. 27.* Job errantem uxorem moderatè corrigi ac reprehendit, *Iob. 2. v. 10.* de maritorum in uxores dominatione Assueri edictum, *Esth. 1. v. 19.* eò pertinet, & *Genes. 3. v. 16.*

Vide Conjugium, Matrimonium, Vir, Uxor.

MATHESIS

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. *Fastor. 1.*

Felices anime, quibus hæc cognoscere primis,

Inq; domes superas scandere cura fuit.

Credibile est, illos pariter vitiisq; jocisq;

Altius humanis exeruisse caput.

Non venies & Vinum sublimia pectora fregit:

Officiisq; fori, militiæve labor.

Nec levis ambitio, profusaq; gloria suco:

Magnarumq; fames sollicitavit opum.

Admovere oculis distantia sidera nostris:

Ætheraq; ingenio supposuere suo.

Sic pte

*Sic petitur cælum, non ut ferat Ossan Olympæ,
Summaq; Pelicæus sidera tangat apex.*

¶ APOPHTHEGMATA.

A *Ristippus*, cum civibus suis navigans, naufragio ejectus, in littore maris vidit figuras Mathematicas in harena depictas: Salva, inquit, res est, hominum vestigia conspicio. *Erasm. lib. 3. apoph.*

Afcletario Mathematicus à Domitiano Imperatore interrogatus, quis exitus vitæ ipsum expectaret? affirmavit, fore, ut brevi laceraretur à canibus. Domitianus igitur è vestigio interfici illum imperat, atque accuratissimè sepeliri, ad artis derisionem. Sed repentina tempestate dejecto funere, semiustum cadaver canes discernerunt. *Bruson. lib. 2. cap. 38.*

¶ HEROGLYPHICA.

P *Er Orygem* animal pictum aut sculptum, Mathematicum hominem Ægyptii intelligebant: siquidem illi, cum Sothen astrum illud suum, quàm nos caniculam appellamus, magnoculcu prosequerentur, dequæ die, quo præcipuè oriretur, solliciti admodum essent, animadverterunt, *Orygem* sideris ejus ortum sentire, atque etiam clamore edito significare, quasi vel ortum nunciet, vel salvere jubeat. *Pier. Valer. lib. 10. pag. 90. F.*

Vide Astrologia.

MATRIMONIUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

E T creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum, Masculum & Fœminam creavit eos. *Genes. 1.*

Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. *Matth. 19.*

Domus & divitiæ dantur à parentibus: à Domino autem uxor prudens. *Proverb. 19.*

Trade filiam, & grande opus feceris: & homini sensato da illam. *Eccles. 7.*

Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem. Adjutorium secundum illum est, & columna, ut requies. *Ibid. 26.*

Ubi non est mulier, ingemiscit egens. Cui credit, qui non habet nidum? Et despectus ubique obscuraverit, quasi succinus latro exiliens de civitate in civitatem. *Ibidem.*

His autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio: non ego, sed Dominus: uxorem à viro non discedere. Quod si discesserit,

CCC 2

manere innuptam, aut viro suo reconciliari. & vir uxorem non dimittat. *1. Corinth. 7.*

Custodite ergo spiritum vestrum: & noli despiciere uxorem adolescentiæ tuæ. Cum odio habueris eam, dimitte, dicit Dominus Deus Israël: operiet autem iniquitas vestimentum eius. *Malach. 2.*

Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus fornicatores enim & adulteros judicabit Deus. *Heb. 13.*

Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unquam suum virum habeat, Uxori vir debitum reddat, similiter & uxor viro. Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu a tempore, ut vacetis orationi, & iterum revertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. *1. Corinth. 7.*

Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis diebus decedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, contrario notatam habentium conscientiam, prohibentium nubere. *1. Timoth. 4.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. epist. 2. Heroid.

*Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuveni:
Tàm premitur magno conjugè nupta minor.
Non honor est, sed onus species læsura ferentes:
Si qua voles aptè nubere, nube pari.*

Ovid. lib. 3. Fastor.

*Nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo
Differ, habent parvè commoda magna moræ.*

Seneca in Agamemnone.

Nec regna socium ferre, nec tede sciunt.

Horat. lib. 1. carm. Oda. 13.

*Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula. nec malis
Divulsus querimoniis,
Suprema citius solvet amor die.*

Propert. lib. 2. Eleg.

*Exemplo junctæ tibi sit in amore columbæ
Masculus, & totum fœmina conjugium.*

§ APO

T Hale
temp
Plutarch
Idem
ser? resp
eius tra
Lycury
privata e
Epam
nuptus?

IN Ma
tuum
exempla
rus ad B
filia vol
vasa auro
offert, &
trice, ser
introdu
Genes 24
29 vers
legat ad
biens nu
monium
Iudic. 14
Filiz, &
1. Sam. 1
pūas eiu
Tob. 7. v
contrah
Agar ex
ex conse
ex conse
Jacob cu
na, 34. v
dic. 14. v
1. Reg. 2
requirit
ca, Gene
Tobias,

§ APOPHTHEGMATA.

T Hales roganti matri, ut matrimonium iniret, nondum esse tempus, dixit deinde major natu, non amplius esse tempus. *Plutarch & Stob.*

Idem interrogatus, cur in vigore ætatis liberos non procreasset? respondit: quia nolui sponte negotium vitæ facessere, & eius tranquillitatem turbare. *Stob. serm. 66.*

Lycurgus dicebat, cum semel uxor benevolentia in maritum privata est, minimè vitalem ei reliquam vitam esse. *Stob. eod.*

Epaminondas interrogatus, quidnam utilitatis caperet vir in-nupius? respondit, pro patria mori non dubitare. *Ibid.*

§ EXEMPLA SACRA.

IN Matrimonio contrahendo externorum quorundam rituum in veteri Testamento annotatorum & observatorum exempla: In connubio Isaac & Rebeccæ servus Abrahamæ ablegatus ad Bathuelem, Rebeccam peti uxorem parentes explorata filæ voluntate consentiunt, servus loco arrhæ tradit Rebeccæ vasa aurea & argentea, & vestes, & fratribus eius ac matri dona offert, & celebratur convivium: Actandem Rebecca cum nutrice, servo Abrahamæ & comitibus eius ad Sponsum abit: qui eam introducit ad tabernaculum Saræ matris, & accipit uxorem, *Genes. 24. vers. 2. &c.* Jacob septem annis servit pro Rachel, &c. *29. vers. 18. &c.* Sicheu quum compressisset Dinam, Patrem ablegat ad Jacobum, ut petat nuptias, &c. *34. v. 4. &c.* Samson ambiens nuptias Dalilæ, re cum parentibus communicata, matrimonium, cum ea contrahit & convivium nuptiale agit, &c. *Judic. 14. v. 17.* Saul per consiliarios agit cum Davide de nuptiis Filiz, & dotis loco postulat centum præputia Philisthæorum, *1. Sam. 18. v. 25.* David ablegat nuncios ad Abigail peticum nuptias eius, *25. v. 39. 40. 41.* Tobias petit à Raguele Saram uxore, *Tob. 7. v. 11.* Matrimonium consensu parentum & cognatorum contrahendum est, *Matth. 22. v. 30. 1. Corinth. 7. v. 34.* Exempla: Agar ex consensu Saræ fit uxor Abrahamæ, *Genes. 16. v. 1. 2.* Ismaël ex consensu matris ducit uxorem, *21. v. 21.* Isaac cum Rebecca ex consensu parentum contrahit matrimonium, *24. v. 2. 3. 50. 51.* Jacob cum Rachel, *28. v. 1. 2. & 29. v. 18. 19. 20.* Sicheu cum Dinam, *34. v. 4.* Her cum Thamar, *38. v. 6.* Samson cum Dalila, *Judic. 14. v. 3.* David cum Michol, *1. Sam. 18. v. 20. 21. 27.* Adonias, *1. Reg. 2. v. 17. 20.* Tobias cum Sara, *Tob. 6. 11.* In Matrimonio requiritur consensus Sponsi & Sponsæ, Exempla: Isaac. Rebecca, *Genes. 24. v. 56. 57. 58. 67.* David & Abigail, *1. Sam. 25. v. 40. 41.* Tobias, Sara, *Tob. 7. v. 11. 14.*

MA MATRIMONIUM. MEDICINA.

¶ EXEMPLA PROFANA.

M. *Cato censorius uxorem nobiliorem quam opulentio-
rem duxit: existimans æquè utraq; esse elatas & superciliosas
verum turpitudinis rubore obsequentiores viris ad honesta ge-
nerosas. Plut. in Catone.*

Claudius Cæsar ad cõ liberarum Mulierum, quæ servis nubunt,
conjugium odio prosequutus fuit: ut præter legem ingenuita-
tis, præterquæ instituta majorum, filios inde genitos, non inge-
nuæ conditionis, sed libertinos esse, juraquæ libertinorum nati-
cisci, & ingenuitatem amittere, lege sanciverit. *Alexand. lib. 4.
cap. 22.*

Vespasianus Imper. auctor senatui fuit sancientiæ legis: ut mu-
lier quæ se alieno servo junxisset, ancilla haberetur. *Sabellianus
lib. 3. Enneadis 7.*

Apud Danos lege Frothonis III. regis libertas data mulieribus
amplissima nubendi. Sed si libera servum duxisset, mariti con-
ditionem sequi cogebatur. *Saxo. lib. 5.*

Apud Holfatos lex fuit, ut nobilis nobilem, liber liberam, ser-
vus servam duceret: & secum faciens vitam amitteret. *Joannes
Petersius in Chronico Holfatie.*

Indorum virgines, quum esse nobiles ceperint, in publicum
parentibus producuntur. Accurrente (ut assolet) multitudine
libera illis datur optio, è juvenum turba virum sibi seligendi
quem virtute aliqua insigniter præstantem putent. *Cælius lib. 1.
cap. 31. A. L.*

¶ HIEROGLYPHICUM.

EX Onirocritarum disciplina illud promptum est: ut si qua
nuptiarum tempore *Lyræ* per somnium videre imaginat
tus fuerit, concordiam id inter maritum & uxorem futuram
gnificare. *Piet. Valer. lib. 47. pag. 459.*

MEDICINA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Languor prolixior gravat medicum. Brevem languorem
præcidit medicus. *Eccles. 10.*

Honora medicum propter necessitatem: Dominus enim
ejus auctor est. Nam omnis medicina manat ab Altissimo. *Job
dem 38.*

Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu ma-
gistratorum collaudabitur. Altissimus de terra procreavit medi-
camentum

camenta, nec abhorrebit illa vir sapiens. Ad agnitionem hominum virtus illorum. In his curans mitigabit dolorem. *Ibidem* *ibidem*.

Altissimus creavit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Nonne à ligno dulcorata est aqua amara. *Ibid.*

Unguentarius faciet pigmenta suavitatis, & unctiones conficiet sanitatis. *Ibidem*.

Da locum medico, etenim illum Dominus creavit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manu illorum incurras. *Iidem*.

Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit eum, incidet in manus medici. *Ibid.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Contraria divinæ conditioni præcepta medicinæ sunt: à junio revocant: lucubrare non sinunt: ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit, seipsum sibi abnegat. *Ambros. super Psalm. 130.*

Omnis medicina habet ad tempus amaritudinem: sed postea fructus doloris sanitate monstrat. *Hieron. in Ierem. lib. 2.*

Medicina aliquando similia similibus, aliquando contraria contrariis curat. *Gregor. lib. 23. moral.*

Nomen medicinæ à modo ac temperamento impositum existimatur: ut non statim, sed paulatim adhibeatur. nam in multo contristatur natura: naturaliter autem gaudet. Unde & qui pigmenta & antidota assidue biberint, vexantur: immoderatio enim omnis non salutem, sed periculum affert. *Isid. lib. 4. Etymol.*

Frequenter si quid ex aptitudine medici gratiosa, & ex quadam confidentia, quam ægrotus inde concipit, natura jam deficiens convalescit. *Ibidem*.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid lib. 2. de remed. amoris.

Nam quoniam variant animi, variabimus artes:

Mille mali species, mille salutis erunt.

Ovid. lib. 2. de Remed. amor.

Temporibus medicina valet: data tempore profunt:

Et data non apto tempore vna nocent.

Propert. lib. 2. eleg.

Omnes humanos sanat medicina dolores:

Solus amor morbi non amat artificem.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

Firma valent per se, nullumq; Machaona querunt:

Ad medicam dubites confugit æger opem.

Ccc 4

Ovid. lib. 1. de Ponto.

*Non est in medico, semper rele vetur ut ager:**Interdum docta plus valet arte malum.**Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas;**Sanabit nulla vulnera cordis ope.**Tollere nodosam nescit medicina podagram:**Nec formidatis auxiliatur aquis**Cura quoq; interdum nulla est medicabilis arte:**Ei si sit, longa est extenuanda mora.*

Ex Græcis Comicis.

Τεκμήριον δὲ, τρεῖς ἰατρὸς εἰδὲ ἰσθῶ

Ἵπερ ἔγκραλείας τῆς νοσῆσιν εὐφρόδρου.

Πάντας λαλουῦσας. εἴτ' εἰν πλάσσει π,

Αὐτὸς πριουῦτος πάνθ' ὅσ' ἔσθ' εἰων τίτε

Ε' τέρες.

*Ipse medicorum mos apertè id arguit:**Hos prædicare plurimis verbis scio**Ægris quibus medentur, abstinentiam**Ipso met, at, si sua valetudo labet,**Audere facere quæ retabant ceteris.*

Οὔτε γὰρ ἰατρὸς εἰδὲ εἰς (ἀνὴρ κρηπῆς)

Τὸς αὐτὸς αὐτὸς ὄβλεθ' ὑγιαίνει φίλος,

Οὔτε πρῶτον τῆς πόλιν ὄρεῖν ἀνδρὸς κρηπῆ.

*Nullus etenim medicus (probe se inspexeris)**Valere amicos ne suos quidem cupit,**Nec miles urbem cernere expertem mali.*

Ἰατρὸς ἀδελφὸς νοσῶντι πάλιν νόσῳ.

Medicus loquax, secundus agro morbus est.

Ποδῶν ἰατρῶν εἰσθδὸς μὲ ἀπώλεσεν.

Turba medicorum me frequentans perdidit.

Ovid. 1. Metamorph. 13.

*Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus**Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.*

Idem 2. Trist.

*Eripit interdum, modò dat medicinæ salutem:**Quæq; juvet, monstrat, quæq; sit herba nocens.*

Horat. 2. Epist. 1.

Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Medicorum consilia devita, qui parum docti & satis sedulissimi officiosissime multos occidunt. Seneca in epist.

Nulla

Nulla ars inconstantior medicina: nec sæpius mutatur: quàm sit fructuosior nulla. *Plin. Sen. lib. 19.*

In hac artium sola evenit: ut unicuiq; medicum se professo factum credatur: quàm sit periculum in nullo mendacio majus. *idem ibid.*

¶ APOPHYHEGMATA.

A *Reasilas* dicere solitus est: quemadmodum ubi multæ leges, ibi plurimum vitiorum: ita quoque ubi multi sunt medici, ibi etiam sunt multi morbi. *Luert. lib. 4. cap. 6.*

Medicus quidam cum inviseret *Pausaniam*, dicebat: nihil habes mali; cui ille: Non enim, inquit, te medico utor. *Plut. in Lacon.*

Idem quàm ab amico argueretur, quòd de medico quodam malè loqueretur: à quo nec ulla re læsus esset, nec cujus fecisset periculum: si fecissem (inquit) periculum, nequaquã viverem. *Plutarch. in Lacon.*

Niocolis quãna malus quidam medicus diceret, se magnam habere potestatem: quidni inquit, ista dicere liceat? qui tam multos impunè sustuleris. *Maxim. serm. 50.*

Sapientis quidam, cum imperitus medicus ei dixisset, senex factus es? respondit. Bene quidem, & satis feliciter: medico enim non usus sum. *Anton. in Meliss. part. 1. serm. 56.*

Cum morbo teneretur *Aristoteles*, & medicus ei præceptũ quoddam injungeret: ne inquit, me cures, velut bubulcum, vel ut fossorem, sed prius causam edissere: sic enim facili persuasione me morigerum reddideris. *Alian. lib. 9. de var. histor.*

Trophilus interrogatus, quis perfectus medicus fieret? dixit: ille qui possibilis & impossibilis discernere potest. *Stob. serm. 100. Maxim. serm. 50.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

D *iod. lib. 4.* scribit *Cybelen* *Menois* vetustissimæ *Phrygiæ* regis *F.* artem veterinariam reperisse, & infantum morbis lenimenta. Quibus quòd multi curarentur pueri: scitricò eam magnam matrem nominatam esse. *Theat. Zuing.*

Medicinam, teste *Diodoro*, volunt *Mercurium* apud *Ægyptios* primum invenisse: at secundum veteres, *Apis* *Ægyptiorum* rex reperit, quod alii (auctore *Plin. lib. 7.*) *Araco* *Apollinis* & *Babylonis* filio tribuunt: alij ipsi *Apollini*, unde apud *Ovid. 1. Metamorph.* dicit:

Inventum medicina meum est, opiferq; per orbem

Dicor. —

Hercules Celticus pharmaca multa fertur adinvenisse adven-

Ccc 5

ME MEDICINA. MEDIOCRITAS.

sus venena, & serpentum morfus, & hinc αλιεπιμεδων nomen meruisse. *Gilb. Cogn. lib. 3. Narrat.*

Pæon medicæ artis peritissimus, à cuius nomine *Pæonia* herba nomen sumpsit. Post obitum in Deorum numerum relatus: & ne otiosus esset, Deorum medicus constituitur. *Theat. Zuing.*

Apud *Indos* post *Brachmanas* philosophos in maximo sunt honore Medici: ut qui circâ hominem philosophentur. frugales quidem, non tamen rusticantes oryza & ordeacis viventes, quæ nemo rogatus illis non irrogat, nemo hospitio non libenter suscipit. *Strab. lib. 15.*

Petrus Leo Spoletanus, ingeniosus & doctus Astrologus: sed infelix medicus. Ad *Laurentium Medicen* vocatus: cum parum prosperè medicamenta succederent, melancholia correptus, in puteum sese præcipitavit. *Ioannes in Elogiis.*

Hadrianus Imp. medicinæ studiosissimus fuit, & fortasè plus satis, Proindè sepulcro suo inscribi voluit. Turba medicorum perdidit *Cæsarem*. *Theat. Zuing. fol. 1239.*

Dionysius tyrannus Siculicus medicinæ navabat operam, & ipse curationes, sectiones, ustiones, & reliqua faciebat. *Ælian. lib. 11.*

Constantinus IV. Pogonatus, Imper. Constantinopolitanus, post devictos Saracenos & Arabes, philosophiæ & rethoriciæ studia renovavit: agriculturæ compendium collegit: & medicinam summo studio amplexus est. *Theat. Zuing.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Cum sacerdotes *Ægyptii* Medicinâ ab aliquo Deorum præmonstratâ, à morbo convaluisse ostendere voluissent, *Columbam*, vel ut alii scribunt, *Palumbem lauri ramusculum rostro gestantem* exprimebant. Ales enim ea quoties ægrotare cœperit, *lauri folio* decerpto, sibi ipsa medetur. *Pier. Val. lib. 22. pag. 205. B.*

Quod si etiam *Ciconiam* ore tenentem *Origani ramusculum* quis figuratis, hieroglyphico eo medicinam sibi comparatam indicabit: nam ejus herbæ pastione *Ciconiæ* stomachi fastidium levant. *Idem lib. 27. pag. 159. A.*

MEDIOCRITAS.

¶ APOPTHEGMATA.

Læurgus interrogatus, quàm ob rem statuisset, ut ad ædium culmen imponendum fabri securi uterentur, ad fores vero addendas sola ferra, nec ullo alio instrumento: Ut inquit, cives mediocritatem servent in omnibus, quæ apud alios sunt admirationi. *Plutarch. in Læon.*

¶ SIMILI:

§ SIMILITUDINES.

N Avis in fluvio magna: in mari parva est: sic mediocres alibi, alibi videntur insignes. *Senec.*

Sicut quasdam arbores fecunditas & luxuries enecat: ita quosdam perdit immodicus rerum successus. *Erasmus.*

Apodes aviculæ, aut pendent volatu, aut jacent, propterea quod pedibus careant: ita quidam in utramq; partem minus vehementes, aut nimium tumultuantur negotiis, aut toti torpent orio, nihil medium est. *Plin. lib. 10. cap. 39.*

Consule locum de Temperantia.

MENDACIUM.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Mendacium fugies. *Exod. 23.*
Non mentiamini: nec decipiet unusquisque proximum suum. *Levit. 19.*

Abcondunt odium labia mendacia. *Proverb. 10.*

Qui quod novit loquitur, iudex justitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus. *Ibid. 12.*

Profert mendacia verisipellis. *Ibid. 12.*

Profert mendacium dolosus testis. *Ibid. 14.*

Verba bilinguis quasi simplicia: & ipsa perveniunt usque ad interiora ventris. *Ibid. 18.*

Ut fauces ferinæ gustu deprehendunt: ita sagax animas verba mendacia. *Eccles. 30.*

Verbum mendax justus detestabitur. *Proverb. 13.*

Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. *Ibid. 17.*

Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio in conditionis tuæ confundere. *Eccles. 4.*

Noli amare mendacium adversus fratrem tuum, neq; in amicum tuum similiter facies. *Ibid. 7.*

Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aves volantes. *Proverb. 10.*

Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus. *Ibid. 17.*

Suavis est homini panis mendacii, & postea implebitur os ejus calcilo. *Ibid. 20.*

Lingua fallax non amat veritatem. *Ibid. 26.*

Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios. *Ibid. 29.*

Oppro-

Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. *Eccles. 20.*

Ab immundo qui mundabitur? & à mendace quid verum dicitur? *Ibid. 34.*

Sine mendacio consummabitur verbum legis. *Ibid. 34.*

Vos ex patre Diabolo estis. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur quia mendax est, & pater ejus. *Ioan. 8.*

Nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? *Iob 13.*

Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris; & unusquisque malum contra amicum suum ne cogitans in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus. *Zach. 8.*

Propter quod deponentes mendacium, loquitur veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. *Ephes. 4.*

Væ duplici corde & labiis scelestis! *Eccles. 2.*

Lapsus falsæ linguæ, quasi qui pavimento cadens: sic casus malorum festinanter veniet. *Ibid. 20.*

Potior est fur, quam assiduitas viri mendacis; perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. *Ibidem cap. 20.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Quomodo Deus Pater genuit Filium veritatem: sic diabolus lapsus genuit quasi Filium mendacium. *Augustinus in 8. Ioan.*

Quum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod evitaveras. *Ibidem de verb. ap.*

Quicquid figuratè fit, aut dicitur, non est mendacium. *Augustinus ad Cant.*

In quibus rebus nihil interest ad capescendum regnum Dei, utrum credatur an non? utrum vera petantur an falsa? in his errare, & aliud pro alio putare, non est arbitrandum esse peccatum, aut si est, minimum est atque levissimum. *Idem in Enchirid.*

Aliud est mentiri, aliud est verum occultare: sicut aliud est falsum dicere, aliud est verum tacere. *Idem super Psalm. 5.*

Mihi autem absurdum videtur omne mendacium esse peccatum. Sed multum interest, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiat. Non enim ita peccat, qui consolandi, sicut qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum ille nocet, qui viatoris

mentem.

mentem
mendacium

Nonnam loquor
pravitate

Con

suum var

Mendatur. sic a

thum 21
Qui v

teus est:
Anselm.

M

M

Q

S

M

I

Q

M

M

M

TOLL

Cic.
In vi

Idem ibi
Qui

perjurus
na à Di

mentiendo, in adversum iter mitit: quantum is, qui viam vitæ mendacio fallentem depraver. *Idem in Enchirid.*

Nonnunquam peius est mendacium medicari, quàm loqui. nam loqui plerunq; præcipationis est, meditari vero studiosè pravitate. *Gregor. lib. 1. moral.*

Concessum est diabolo interdum vera dicere: ut mendacium suum rara veritate commendet. *Chrysost super Matth.*

Mendaci si non habent, quem decipiant, ipsa sibi mentiuntur. sicut Psalmus, mentita est iniquitas sibi. *Idem super Matthæum 21.*

Qui veritatem occultat, & qui mendacium profert, uterque reus est: ille, quia prodessè non vult, iste, quia nocere desiderat. *Anselm. in Epist. ad Cor.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plaut. in Mercat.

Mihi scelus videtur, me parenti proloqui mendacium.

Plaut. in Persa.

Mendacium edepol dicis, atq; haud te decet.

Juvenal. Satyr. 3.

*Quid Romæ faciam? mentiri nescio: librum
S malus est, nequeo laudare, & poscere: motus
Astrorum ignoro: funis promittere patris
Nec volo, nec possum; ranarum viscera unquam
Inspexi, ferre ad nuptam quæ mittit adulter,
Quæ mandat, norint alii.*

Ex Græcis Comicis.

*Ψεῦδος μὲν οὐδεὶς λατάνει πολλῶν χρόνων.
Diu latere non queunt mendacia.*

*Ψεῦδος δὲ μισεῖ πάντες ἄφρονας καὶ ἀγνοήτους.
Mendacium odit, qui vir est frugi, & sapit.*

*Ψεῦδος κατὰ τὴν εἰσὶν λυκαίνετον.
Mendacii ortus hominibus vitæ lues.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium. *Cic. 3. Offic.*

In virum bonum non cadit mentiri, emolumenti sui causa. *Idem ibidem.*

Qui semel à veritate deflexit: hic non majore religione ad perjurium, quàm ad mendacium perducì consuevit. Et quæ pœna à Diis immortalibus perjurio, hæc eadem mendacii constituta est.

ta est. Non enim ex passione verborum, quibus iuramentum comprehenditur. sed ex perfidia ac malitia, per quam infideli tenduntur aliquid, Dii immortales hominibus irasci ac succensere consueverunt. *Pro Ros. Com.*

Ubi quis semel pejerarit, ei credi postea, etiam si per plures Deos juret, non convenit. *Pro C. Rab. Posthum.*

Auctoritatem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adungere. 2. de *Divin.*

§ APOPTHEGMATA.

T Hales à quodam rogatus, quantum à vero falsum abesse quantum, inquit, oculi distant ab auribus. *Maxim. serm. 31. Aristoteles* interrogatus quid lucri facerent mendaces? Uterque, inquit, loquentibus, non credatur. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Laconi cum quidam dixisset, mentiris: urbanè *Lacon*: quid (inquit) liberi sumus: sed alii, si quando vera non dixerint, fiunt. *Plutarch.*

Epanetus dicere solitus est, mendaces omnium scelerum & injuriarum auctores esse. *Plutarch. in Lacon.*

Æsopus sciscitatus, quid lucri accederet mendacibus? Ue inquit, etiam cum vera dicunt, fides non habeatur. *Maxim. 35.*

§ SIMILITUDO.

Q uemadmodum araneæ ex se tela texunt: ita quidam ex se ipsis comminiscuntur fabulas ac mendacia, cum nihil subsit veri. *Plut.*

§ EXEMPLA SACRA.

M endacii honesti, seu officiosi hæc dantur exempla: *Josephus* *Genes. 43. vers. 18. & 44. 1. 2. & 6.* *Obstetrices* *Exod. 1. v. 18. 19.* *Rahab, Ios. 2. v. 4. 5. 6.* *Michol, 1. Samuel. 19. v. 16. 17.* *David, 20. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 21. v. 9. 10. 11. 12.* *Chusai, 2. Sam. 16. v. 16. 17. 18.* *Elisæus, 2. Reg. 6. v. 18. 19. 20.* *Judith, Iudith 10. v. 11. 12. 13.* Mendacii, ut vocant, perniciosi & vitiosi exempla: *Serpens, Genes. 3. v. 4.* *Sara, 18. v. 15.* Huc referunt etiam *Abrahami* exemplum, *Genes. 12. v. 13. & 20. v. 2.* Ubi perit ab uxore sua *Sara*, ut se sororem ipsi esse fateatur: quum in illis locis non petat ab uxore *Abraham*, ut mentiatur, falsum ajens, aut negans verum: sed tantum ut veri partem reticens (avum enim communem habuerunt, *Genes. 20. v. 12.*) ipsum à periculo liberet: quod autem *Sara* filia patris *Abrahami* dicitur, *Genes. 20. v. 12.* ex *Hebræorum* idiotismo fit, qui nepotes & neptes, avorum filios & filias vocare solent, ut & *Exod. 2. v. 18. 20.* Idem & de *Isaaco, Genes. 26. v. 7.* dici potest *Jacob, 27. v. 19. 24.* *Rachel, 31. v. 35.* *Patriarchæ, 37. v. 31. 32.* uxor *Putipharis, 39. v. 14.* *Gabaonitæ, Ios. 9. v. 8. 9.* *Samson, Iud. 16. v. 13. 14. 15.* *Fama de Absalonn, 2. Sam. 13. v. 30.* *Mulier* quædam

quædam
stes, 21. v.
Hazaël,
populi à
Antioch
13. v. 19. 2
7. 70. 71.
12. 13. *Pa*
ra, Aflor.
Athenien
7. 28. *Ter*
apostoli,

D *Ionysi*
cupar
quæ appo
sio ductar
xandro
alexandro

Alexan
tam susce
ria cupid
bus resalu
tuum regr
pestis ever
Græci, gen
6. *Em. 4.*

Quamv
subigendo
bus oportet

Antonin
per contin
sentatorib

Ægyptiis
punitas era

E *St men*
anterio
cum scilicet
vel decipiar

Vide

quædam, 17. v. 20. altera Meretricum, 1. Reg. 3. v. 27. 23. falsi testes, 21. v. 13. Propheta quidam, 13. v. 18. Giezi, 2. Reg. 5. v. 22. Hazaël, 8. v. 14. 15. Aman, *Esth.* 3. v. 8. Principes & residua pars populi à captivitate, *Iere.* 42. v. 5. 21. duo Senes, *Dan.* 13. v. 36. *Ec.* Antiochus, 1. *Macchab.* 1. v. 31. 32. Demetrius, 11. v. 53. Triphon, 13. v. 19. 20. Judæi, Scribæ & Pharisei, *Matth.* 11. v. 19. Petrus, 26. v. 70. 71. Judæi seniores & milites custodes sepulchri, 28. v. 11. 12. 13. Parentes cæci nati, *Ioan.* 9. v. 20. 21. 22. Ananias & Saphira, *Actor.* 5. v. 2. 8. Falsi testes, 6. v. 14. Quæstuarii, 16. v. 19. 20. Athenienses, 17. v. 18. Demetrius, 19. v. 27. Judæi quædam, 21. v. 28. Tertullus Orator, 24. v. 5. Cretenses, *Tit.* 1. v. 12. Pseudoapostoli, *Apocal.* 2. v. 2. Pseudo Judæi, v. 9. & 3. v. 9.

§ EXEMPLA PROFANA.

Dionysius junior adulatoribus unice delectabatur. Ab eo nuncupari Dionysiocolaces, qui subblandiendi causa nil se eorū quæ apponerentur videre ita ementiebantur, ut ab ipso Dionysio ductari manu gestirent. Cæterum & id genus homines Alexandrocolaces mox nuncupati, à Magno (ut ferè creditur) Alexandro appellatione propagata. *Cælius lib. 22. cap. 17.*

Alexandrum Magnum post res in Asia gestas, cum jam Indicam suscepisset expeditionem, cepit in tanto rerū successu gloriæ cupiditas: ut jam non aliter quam prostratis humi corporibus resalutari pareretur: superabatq; abundè adulatio, perpetuum regnorū malum, quorū opes sæpius, quàm hostis dira hæc pestis evertit Macedones tamen minus facere immoderatus Græci, genus hominum in id vitium propensissimum. *Sabell. lib. 6. Enn. 4.*

Quamvis esset ad omnes homines, M. Crassus assentationibus subigendos peritissimus: idem erat tamen vicissim adulationibus oportunus omnium. *Plut. in Crasso.*

Antoninus Caracalla Imperator omnem illam pecuniã, quam per continuas exactiones extorsit, partim militibus, partim assentatoribus largitus est. *Dion. & Xiphilinses.*

Ægyptiis nullus mentiendi modus, summaq; mentiendi impunitas erat. *Alex. lib. 6. cap. 10.*

§ HIEROGLYPHICA.

Est mendacii & simulationis hieroglyphicum Pica, utpote quæ anteriore parte candida sit, posteriore autem nigricet: amicum scilicet purum atq; sincerum affatu primo simulet: mox vel decipiat, vel eludat. *Pier. Valer. lib. 24. pag. 215. A.*

Vide Veritas.

MENDI.

Ayuntamiento de Madrid

ME MENDICITAS, MERCATOR.

MENDICITAS, MERCATOR.

¶ APOPTHEGMATA.

Aristoteles objurgatus à quodam, quòd dedisset eleemosynam homini malo: non mores, inquit, sed hominis miseriam respexi. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Idem ab alio, eadem de re castigatus, non homini dedi, inquit, quicquam, sed humanæ fortis. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Stratonis cuidam laudanti ipsum, ut aliquid acciperet: ego inquit, major mendicus sum. *Athen.*

Lacedæmonis quidam videns quendam Diis corrogantem nihil, inquit, moror Deos, qui me sint pauperiores. *Plut. arch. in Lacon.*

Mendicis quidam petiit aliquid à *Lacone*, at ille: si quid, inquit, dedero, magis es futurus mendicus. Nam istius probi sæ vitæ tuæ fuit author, qui tibi primus dedit, teq; fecit inertem. *Idem Plutarch.*

Antigonis Thrasillo Cynico perenti drachmam: non est, inquit, munus regium. Cynico subjiciente, talentum igitur dicitur non est, inquit, Cynicum, tale munus accipere. *Plut. in Epist. et Imp. apophtheg.*

Cetera pete ex loco de Paupertate.

MERCATOR.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Desiderio tuo locum facias diabolo. Ecce enim diabolus proposuit lucrum & mutavit ad fraudem: lucrum habere non poteris, nisi fraudem feceris: sed lucrum esca est, fraus laqueus: sic attende escam, ut videas & laqueum; quia lucrum habere non poteris, nisi fraudem feceris: fraudem autem si feceris, perieris. *August. super Psalm.*

Omnes volunt viriliter emere, & carè vendere. *Idem de Constantate Dei lib. 13. cap. 2.*

Regula justitiæ manifesta est: quòd à verò non declinare: cum deceat bonum, nec damno justo afficere quemquam, nec liquid dolo annectere rei suæ. *Ambr. de Offic.*

In contractibus vitia eorum, quæ veniunt, prodi jubentur: at nisi intinaverit venditor, quamvis in jus emptoris transiit doli actione tenetur. *Idem ibid.*

Qualitas lucri negotiantem aut accusat aut arguit: quia est honor

ME
honestus q
dispendia p
ficile est in
nre peccat

Super o
rius, quia
fœneravit,
Chrysoft. sup.
Propem
ratos cum
tium posci
lib. 2.

Aurum
riculum: p
citum est.
justè acqui

Ex
Ω
Me
Qu

V Eteres
ret, g
mercatores
beretur. P
Vide
Emptio

ME

N On n
Qu
subtrahit
Ecce n
stram, qu
res Domi

honestus quæstus & turpis. Veruntamen pœnitenti utilius est dispendia pati, quàm periculis negotiationis adstringi: quia difficile est inter ementis & vendentis commercium non intervenire peccatum. *Leo Papa.*

Super omnes mercatores, plus maledictus est, scilicet usurarius, quia mercator dat, ut non jam repetat: iste autem postquã fœneravit, & suum iterum repetit, & alienum cum suo tollit. *Chrysof. super Matth.*

Propemodum donare videtur, qui vendit rogatus: ad saturatos cum mercibus ire, certamen est. suo autem arbitrio pretium poscit: qui victualia potest ferre jejunos. *Cassiodor. in epist. lib. 2.*

Aurum vel divitias per bella quærere nefas est: per maria periculum: per falsitates, opprobrium: per agriculturam verò licitum est. honestum verò est lucrum, per quòd nemo læditur, justè acquiritur, & nulli præjudicatur. *Cassiodor. in epist.*

§ SENTENTIÆ POÏTICÆ.

Ex Græcis Comicis.

Ἐπὶ χεῖμας ἰδὼ ἕρπετος φρονεῖ μέγα,
Ὡς ἐστὶ πάντων ἰσὶοτ' ἀνευξυ κέρει.

Mercator op. bis insolens tumet suis,
Quum dominus harum sapè sit ventus tamen,

§ HIEROGLYPHICA.

Veteres per Mercurii imaginem, quæ marsupium manu tenebat, gallum ad ejus basin ponentes, *Lucrum, mercaturam, mercatorem* ve significarunt: quod is mercium & lucri Deus haberetur. *Pier. Valer. lib. 1. Erud. cuiusdam hieroglyph. pag. 570. F.*

Vide *Divitia, Negotium, Pecunia. Item, Emptio.*

MERCENARIUS, MERCES.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

NON morabitur opus mercenarii apud te usq; mane. *Lev. 19.*
Quem quis victu privat, eum interficit: & qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem. *Eccles. 34.*

Ecce merces operariorum, qui messuerunt regionem vestram, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. *Jacob. 5.*

Ddd

ME MERCENARIUS, MERCES. MERETRIX.

Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui: clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. *Deuteron. 14.*

Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue: & merces mercenarii tui omninò apud te non remaneat. *Tob. 4.*

Dignus est enim operarius mercede sua. *Luc. 10.*

Ei autem qui operatur, merces imputatur non secundum gratiam, sed secundum debitum. *Rom. 4.*

§ APOPTHEGMATA.

Antisthenes interrogatus, cur tam paucos haberet discipulos inquit: quoniam depello illos virga argentea. *Erasm.*

Simonides rogante quodam ut sibi conscriberet encomium & gratiam se relaturum inquit, argentum autem non daret: duas (respondit) arcas domi habeo: unam quidem gratiarum, alteram argenti. Et cum necessitas exigit, gratiarum quidem arcam aperiens, semper vacuam invenio: alteram verò solum commodam mihi ad rem vitæ necessariam. *Stob. serm. Injustitia.*

Philosophus quidam dicebat, magistros à discipulis magnam mercedem exigere debere: ab ingeniosis quidem, quòd multa discant: ab hebetibus, quòd multum molestiæ exhibeant. *Max. serm. 17.*

Timotheus Musicus cum duplicem mercedem exigeret ab eo qui sub alio præceptore musicæ operam dedisset, interrogatus cur hoc faceret? quia, inquit, duplex etiam labor mihi subeundus est. Primò quidem dedocendi vetera: deindè docendi novum. *Bruson. lib. 2. cap. 23.*

MERETRIX.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Truculento.

*Meretrix meum herum
Miserum sua blanditiâ intulit in
Pauperiem privavit bonis, luce, honore atq; amicis.*

Idem in Truc.

*Meretricem ego item esse reor:
Mare ut est, quod des devorat, nunquam abundat.
Des quantum vis, nusquam
Apparet, neq; datori neq; acceptrici.*

Ovid.

Ovid. lib. 1. eleg. sive amor.

*Stat meretrice certò cui vis mercabilis are: id
Ermiseras jussu corpore querit opes.*

Ibidem.

*Sola viro mulier spoliis exultat ademptis:
Sola locat noctes, sola locanda venit.*

§ SIMILITUDO.

Quemadmodum Echeneis sive remora piscis perpusillus (est autem magnæ limaci similis) quamvis magnam navim velis ac remis incitatam subitò sistit: ita scortulum aliquoties adamatum, ingentes animi ad honesta imperus retinet alligatque. *Erasmus.*

Vide Adulterium, Fornicatio, Scortatio.

METUS.

§ SENTENTIAE POETICAE.

Seneca in Agamem.

Quod metuit ager, qui sceles obruit.

Idem in Thyeste.

Quos cogit metus

Laudare, eosdem reddit inimicos metus.

Ovid. lib. 2. eleg.

Quem metuit quisque perisse cupit.

Virg. lib. 8. Æncid.

Pedibus timor addidit alas.

Seneca Thyeste:

Leve est miserias ferre, per ferre grave.

Virgil. 4. Æncid.

Degeneres animos timor arguit.

Senec. Herc.

Prona est timori semper in pænis fides.

Petronius.

Quantum quisque timet, tantum fugit.

Ovid. lib. 6. Fastor.

Abstulerat vires corporis ipse timor.

ME

METUS.

Idem Oedip.

*Qui pavet vanos metus,
Veros fatetur.*

Horat. 1. Epist. 16.

*Nam qui cupiet, metuet quoque: portò
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.*

Claud. Bel. Ger.

*Sed malus interpres verum metus, omne trahebat
Augurium pejore via.*

Senec. Thyest.

*Quos cogit metus
Laudare, eosdem reddit inimicos metus.*

Idem Oedip.

Regna custodit metus.

Ovid. Epist. 14.

Vires subtrahit ipse timor.

Martialis 11. 59.

*Quid si me tonsor, cum stricta no vacula supra est,
Tunc libertatem, divitiasq; roget?
Promittam: nec enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat, res est imperiosa, timor.*

Publ. Syrus.

Stultum est timere, quod vitari non potest.

Senec. Herc. Fur.

Opprimit leges timor.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

PLUS in metuendo est mali, quàm in eo ipso quod timet
Cic. A. Torq. Famil. lib. 6.

Major est ea vis, quæ periculo mortis injecto, formidini-
nimum perterritum loco sæpè, & cerro de statu dimovet, quæ
quæ ad corpus nostrum vitamq; pervenit. Itaq; saucii sæpè
mines cum corpore debilitantur: animo tamen non cedunt
neque cum relinquunt locum, quem statuerunt defendere.
que alii pelluntur integri: ut non dubium sit: quin major
hibita vis ei sit, cujus animus sit perterritus, quàm illi, cu-
corpus vulneratum sit. *Pro Aulo Cecinna.*

Exercitus maximi sæpè pulsus ac fugati sunt terrore ipso
petuq; hostium, sine cujusquam non modò morte, verum
jam vulnerè. *Pro Cecin.*

ME

Magna e
vitare forta

Omnes,
cogitant, qu

quid debea

Nos on

gentes, reru

mus. 5. Tuf

Nulla vi

diuturna. 2

Quem m

rit. 2. Offic.

Timor t

Malus e

tia, fidelis

merus abfi

Mullies p

prafidio no

civium sepe

Magna est stultitia, id ipsum quod verearis, ita cavere: ut cum vitare fortasse potueris, ultrò accerfas & attrahas. *Cicero Bruto.*

Omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, cujus in ditione ac potestate sunt, quàm quid debeat facere? *Pro Lege Manil.*

Nos omnia tùm venientia metu, tùm mœrore præsentia au-
gentes, rerum naturam, quàm errorem nostrũ damnare malu-
mus. *5. Tusc.*

Nulla vis imperii tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna. *2. Offic.*

Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, periisse expe-
rit. *2. Offic.*

Timor non diuturni magister est officii. *Philip. 2.*

Malus est custos diuturnitatis, metus: contraq; benevolen-
tia, fidelis est vel ad perpetuitatem: id igitur amplectamur, ut
metus absit: charitas retineatur. *2. Offic.*

Mulies perire est melius, quàm in sua civitate sine armorum
præsidio non posse vivere: præsidium charitate & benevolentia
civium septum oportet esse, non armis. *Philip. 2.*

¶ APOPHTHEGMATA.

CLeantes cuidam illi probri causa obijcanti, quòd timidus:
ideo, inquit, minimum pecco. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Cleomenem cum quidam interrogasset, cur Spartiatæ nõ con-
secrarent Diis spolia ab hostibus detracta? quoniam, inquit, à
timidis venerunt. *Plut. in Lacon. apoph.*

Quidam Metapontinus Laconi obijcanti ignaviam: atqui, in-
quit, non parum alienæ regionis possidemus. Ergo, inquit,
Lacon non solum ignavi estis, verum etiam injusti. *Plutarch. in
Lacon.*

Vibius Crispus cuidam, qui in foro Romæ loricatus ambula-
bat prætextens id se metu facere, perquam scitè dixit, quis tibi
sic timere permisit? *Erasm. Roter. lib. 6. apoph.*

Themistocles quùm Græcos ad navalem pugnam hortaretur,
incitaretq;e, Adimantus abhorrens à pugna, ita ad Themisto-
dem ait: at qui in certaminibus ante alios profiliunt, flagris
cæduntur. Benè quidem, respondit ille: sed nec ii coronantur,
qui se, dùm pugnandum est, subducunt. *Plut. in apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

UT innocens non is dicitur, qui non nocet leviter, sed qui ni-
hil nocet: sic sine metu is habendus est, non qui prava me-
tuit, sed qui omninò metu vacat. *Cic. lib. 5. Tusc. quæst.*

Ddd 3

Omniū animos mala aliena ac repentina sollicitant, quæ admodum etiam inanis fundæ sonus territat: ita nos non a ietum tantum exagritamur, sed ad crepitum. *Senec. epist. 75.*

Ut corpus non est capax voluptatum, nisi benè temperatum ita animus non capit veram voluptatem, nisi liber metu, ac caeteris affectibus. *Plut.*

Ut flamma excitata vento, major est ac vehementior: sic parum durabilis ac constans: sic vehemens cupiditas ob metum adjunctum, incertam habet voluptatem. *Plut.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Metus & timoris Dei & hominum exempla: Adam, *Genesij* v. 10. Sara, *18. v. 15.* Loth, *19. v. 30.* Servi Abimelech, *27. 9.* Isaac, *27. v. 12.* Jacob, *31. v. 38. & 32. v. 7. 11.* Joseph, *2. 9. v. 11.* Fratres Joseph, *50. v. 15. 19.* Obstetrices, *Exod. 1. v. 17.* Moyses, *2. v. 14.* Israëlita, *1. 4. v. 10. 31. & 19. v. 16. 2. Reg. 10. v. 4. & 25. v. 2.* Reges Amorrhæorum & Chanaan, *Ios. 2. v. 24. & 5. v. 1.* Gabaonitæ, *9. v. 24.* Adonisedech, *10. v. 1. 2.* Philisthiim, *1. Sam. 4. v. 7. & 7. v. 7.* Filii Israël, *12. v. 18. & 17. v. 11.* Judith, *4. v. 2.* Sacerdotes, *1. Sam. 18. v. 12. 29. & 28. v. 5.* Reges, *10. v. 19.* Servi David, *2. Sam. 12. v. 18.* Adonias, *1. Reg. 1. v. 51.* Israël, *3. v. 28.* Abdias, *18. v. 3. 12.* Vir mulieris paupereulæ, *2. Reg. 4. v. 1.* Armiger Saulis, *1. Paralip. 10. v. 4.* David, *21. v. 30.* Josaphat, *2. Paralip. 20. v. 3.* Nehemias, *2. v. 2.* Hananias, *7. v. 2.* Tobias senior, *Tob. 2. v. 9.* Judith, *Iud. 8. v. 8.* Princeps Assyriorum, *1. 4. v. 17.* Assuerus, *Esth. 15. v. 1.* Job, *Iob. 1. v. 1.* Urias propheta, *Iere. 26. v. 21.* Eunuchorum Princeps, *Dan. 1. 10.* Susanna, *13. 2.* Jonas, *Ion. 1. 9.* Nautæ, *10. 16.* Geographi, *1. Macchab. 3. 25.* Judæi, *7. v. 18. & 9. v. 6.* adversarii Jonathæ, *12. 28.* Tryphon, *v. 42.* Joseph vir Mariæ, *Matth. 2. 22.* Turba, *1. 4. v. 26.* Discipuli, *1. 4. v. 26. Marc. 4. v. 40. 41. & 6. 50.* Pharisei, *Matth. 17. 6. & 21. 46. Luc. 20. 19.* Custodes sepulchri, *Matth. 28. 4.* Mulier sanguinis profusio laborans, *Marc. 5. 33.* Petrus Jacobus & Johannes, *9. 6.* Sacerdotes & Pharisei, *11. v. 18.* mulieres ad monumentum progressæ, *16. 8.* Zacharia: *Luc. 1. 12.* Maria virgo, *1. 26.* Pastores, *2. v. 9.* Simon Petrus, & c. *5. v. 9.* Pilatus, *Ioan. 19. 8.* Populus, *Actor. 2. 45.* Ecclesia, *5. v. 5.* Discipuli, *9. 26.* Cornelius, *10. 2.* Magistratus, *16. 38.* Judæi & Gentiles, *19.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Chabrius Atheniensi classe dimicaturus, excusso antè neminem ipsius fulmine, exterritis per tale prodigium militibus nunc (inquit) porissimum ineunda pugna est, cum deorum maximus Jupiter adesse numen suum classi nostræ ostendisset. *Plut. lib. 1. cap. 13.*

Pericles, c.
lites: advocatum colligens, si docuisset, *Plut. lib. 3.*
L. Sulp.
Pauli defecit milites, praenuntiis. *Front. lib. 1.*
Cyrus, Pe.
percussit trepidum quo conceperat. *Alexand. lib. 1.*
Marcellus.
tormentor penitentia factus est. *Ma.*

Militare carum ideo agere detur esse dilectantibus praedato gra. De cubi pus assuetu linco, gal capulus: *f. epist. ad Th.*

Nu.
Ver.

Juventu commi bus debet

Pericles

Pericles, cùm in castra ejus fulmen decidisset, terruissetq; milites: advocata concione, lapidibus duobus in conspectu omnium collisis, ignem excussit: sedavitque turbationem, cùm docuisset, similiter nubium attritu excuti fulmen. *Suidas. Podyanos lib. 3.*

L. Sulpitius Gallus bello Macedonico in castris *L. Æmili Pauli* defectum lunæ imminentem, ne pro ostentò exciperent milites, prædixit futurum, additis rationibus causisq; defectio- nis. *Front. lib. 1. cap. 12.*

Cyrus, Persarum rex, ne hostium efferis clamoribus milites percussi trepidarent, hymnum *Polluci & Castori* canere jussit: quo concentu effectus, ne improvisa formidine caperentur. *Alexand. lib. 4. cap. 7.*

Marcellinus Imp. *Diocletiono & Maximiano* persecutoribus, tormentorum immanitate perterritus, diis sacrificavit: at facti penitentia ductus, ultrò postea Romam ad martyrium profectus est. *Marrull. lib. 4. cap. 10. & Fulgos. lib. 1. cap. 1. & Platina.*

MILES, MILITIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Militare, non est delictum: sed propter prædam militare peccatum est. Nec Republicam gerere criminofum est: sed idè agere Republicam, ut rem familiarem potiùs augeas, videtur esse damnabile. propterea enim providentia quadam militancibus sunt stipendia constituta: ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. *August. de verb. Domin.*

De cubiculo ad aciem, de umbra egrediens ad Solem: corpus assuerum tunicæ, lorice onus non sustinet: caput opertum linco, galeam recusat: mollem otio manum durus exasperat capulus: fortior autem miles ex confragoso venit. *Hieronym. in epist. ad Theod. Monachum.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Lucan. lib. 10. bel. civil.

Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur.

Venalesq; manus: ibi fas, ubi maxima merces.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Juventus enim, cui defensio provinciarum, cui bellorum est committenda fortuna, & genere, si copia suppetat, & moribus debet excellere. Honestas enim idoneum militem reddit: vere-

cundia, dum prohibet fugere, efficit esse victorem. *Veget. de milit. lib. 1.*

Fabros ferrarios, carpentarios, macellarios, & cervorum aprorumq; venatores convenit sociare militiæ. *Ibid.*

Nihil magis in itinere, vel in acie custodiendum est, quam omnes milites incedendi ordinem servent: quod aliter non potest fieri, nisi ut exercitio deambulare celeriter & æqualiter discant. Periculum enim ab hostibus semper gravissimum sentietur divisus & inordinatus exercitus. *Ibid.*

Nihil neq; firmitus, neq; felicitus, neq; laudabilis est reprobica, in qua abundant milites eruditi. *Idem lib. 2.*

Plurimum enim terroris hostibus armorum splendor importat. Quis credat militem bellicosum, cuius dissimulatione situ ac rubigine arma foedantur? *Ibid.*

Nullum laborem recusant manus, quæ ab aratro ad arma transferuntur: quamlibet enim viam patiuntur jumenta quorum durata in aspero ungula est: in molli & palustri pascuo liginata citò subteruntur: fortior autem miles ex confragoso venit: sed ille unctus & nitidus, in primo pulvere deficit. *Seneca quadam epist.*

Aspero & abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget: quia vires armis constant, quæ ubi à recto itinere deflecterunt, oppressura sunt, nisi opprimantur. *Valer. Max. lib. 3.*

Ducis in consilio, posita est virtus militum. *Ibid. lib. 4.*

Non fuit Romanis rubor, eburneo scipione deposito, aggrestem aratri stivam repetere: sed Atilii manus rustico opere atritæ salutem publicam stabilierunt: ingentes hostium copias pessunderunt, & quæ prius arantium boû juga rexerant, postea triumphalis currus habenas retinuerunt. potest pauper consolari Atilius, sed multò magis docere locupletes, quòd non est necessaria magnæ laudis cupido, aut anxia opum comparatio, virtus enim nudo homine contenta est. *Idem.*

§ APOPHTHEGMATA.

S Cipio Major percontanti cuidam in Sicilia, qua re fretus claudem educere pararet in Africam? ostendit viros armatos trecentos, sese exercentes: præterea turrim excelsam mari imminentem, & ait: nullus horum est, qui non conscensa turri faceret in mare præcipitaturus sit, si jussero. *Plutarchus in Rom. apophtheg.*

Pescennius interrogatus, cur omnia vasa argentea à castris amovisset? quia inquit, potuisset fieri, ut sarcinæ militares in portatæ

testatem h
rosiores.

*Archidam
nenses pu
nuenda au*

*Agésilas
claudum
cessarium
pus esse m
aut morte
apophtheg.*

*Multis
perio exer
militibus
tos esse: r*

*C. Crassus
commilit
litem, cui*

*Pompeius
nim se se
nihil hic p
sarem inte
habeo. Pl*

Vide

D Ercyllus

qui ja
ut cognov
gem suum
dit: si De
sceleris in
bis præst

regis mi
Diogenes
put tibi p
faciam. *D*

Polydes
effunder
partem f

testatam hostiū venirent, fierentq; barbari argento nostro gloriosiores. *Bruson. lib. 2. cap. 32.*

Archidamus videns filium suum nimis temerè contrà Athenienses pugnantem: aut vires tibi sunt augendæ, dixit: aut minuenda audacia. *Plut.*

Agesilaus quidam conspiciens Lacedæmoniorum quendam claudum ad bellum exeuntem, quum ei equum veluti debili necessarium quæreret: non intelligis, inquit *Agesilaus*, in bello opus esse manentibus, quibus decretum est in prælio aut vincere, aut mortem oppetere, non autem fugientibus. *Plutar. in Lacon. apophtheg.*

Mulius Otihonem Imperatorem rogantibus, ne deposito imperio exercitum ad Rempulicam desereret: quidam è gregariis militibus sublato ense dixit, scito *Cesar*, sic pro te omnes animatos esse: moxq; seipsum jugulavit. *Sueton.*

C. Crassus militem videns sine gladio currentem: heus, inquit, commilito, pugno benè uteris: festiviter taxans inermem militem, cui pro gladio pugno sit utendum. *Erasm. in apoph.*

Pompeii ignaviam Cicero urbanissimè taxavit. Dicentibus enim se serò ad Pompeiū venisse, respondit, minimè serò: nam nihil hîc paratum video. Quem fugiam igitur, satis video (*Cæsarem* intelligens) sed quem sequar, fortiter pugnantem non habeo. *Plutar. in apoph.*

Vide Bellum.

MINÆ.

¶ APOPHTHEGMATA.

Dercyllidas Orator missus ad Pyrrhum Epirotarum Regem, qui jam exercitum in regionem Spartanorum induxerat: ut cognoscerent, quid sibi vellet? cum Pyrrhus diceret, ut regem suum Cleonymum reciperent, hunc in modum respondit: si Deus est Cleonymus, non timemus ipsum: nihil enim sceleris in eum commissimus: sin homo est, profectò nihilo nobis præstantior & bellicosior, quo dilemmate irrisit superbas regis minas. *Plut. in Laco.*

Diogenes dicente ei quodam valdè jactanter: uno ego ictu caput tibi perfringam: at ego, inquit, à sinistris astans te tremere faciam. *Laert.*

Polydorus Alcamenis F. cum audiret quendam in hostes minas effundentem: non intelligis, inquit, te maximam vindictæ partem frustra consumere? Qui enim statuit inimicū ulcisci,

Ddd 5

MI

MINISTERIUM.

minis nil aliud efficit: nisi ut præmonito inimico, sibi minuat
lædendi opportunitatem. *Plut. in Lacon.*

§ SIMILITUDO.

Sicut aliquando tonat sine fulgetris, idque tonitru terrorem
habet, periculo vacat: ita quorundam minæ terrent, non nocent. *Erasmus.*

MINISTERIUM.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

In omni virtute tua dilige eum, qui fecit te, & ministros ejus
non derelinquas. *Eccles. 7.*

Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic &
minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit
eum Pater meus. *Joan. 18.*

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores
ministeriorum Dei. *1. Cor. 4.*

Sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. *2. Cor. 6.*

Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. *Psalms
100.*

Acceptus est regi minister intelligens, iracundiam illius in-
utilis sustinebit. *Proverb. 14.*

Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum
suorum habebit amicum regem. *Ibid. 22.*

Secundum judicem populi: sic & ministri ejus. *Eccles. 10.*

§ EXEMPLA SACRA.

Ministerii opera in veteri & novo testamento. Primò, Do-
cere verbum Dei, & administrare Sacramenta. Exempla
Levitæ & Sacerdotes, *2. Para. 17. v. 9. Ezech. 44. v. 23.* Petrus &
Apostoli concionantur pœnitentiam & remissionem peccato-
rum. *Actor. 2. v. 38.* Baptizant credentes, *v. 41.* perseverant in
fractione panis, *v. 46.* Paulus summam sui officii recitat, *Actor.
22. v. 20. 21. & 26. v. 19. 20.* Secundò, Refutare impia Pseudoprophetarum
& falsorum Doctorum dogmata. Exempla: Elias
2. Reg. 18. v. 21. 22. Jeremias jussu Dei refutat Pseudopropheta-
rum vaticinia, qui asserbant Deum non puniturum gladio
& fame Jerosolymam, *Jerem. 14. v. 1. 2. &c.* Hananiam gravi-
ter refutat, *28. v. 15. 16.* Ezechiel similiter refutat Pseudoprophetas,
& Pseudoprophetissas, *Ezechiel. 13. vers. 3. 18.* Stephanus
Scholasticos Libertinorum, Cyrenensium, Cilicum, &c. refu-
tat, *Actor. 6. v. 9. &c.* Paulus confundit Judæos, & refutat Gri-

MI

cos, & d
cum Ba
quod ip
lo veh
quod J
Pseud
Joanne
Hortar
Jerem. 39
1. v. 13.
Vide Pœn
disting

M Ira
vii
Lingua
19. v. 24
ardens,
Mosis n
7. v. 10.
v. 21. V
25. Loc
17. v. 2.
lumnæ
22. 26. A
21. v. 31
mulgar
lia D E
tus tuba

D Ivi
que
conver
Sulpi
gros or
ep. 27.
D. E
Lantg
Aila

605 &

cos, & demonstrat Christum esse Filium Dei. *Act. 9. v. 22.* Idem cum Barnaba & aliis Antiochiæ refutat Pseudoapostolos, *15. v. 2.* quod ipsum in Epistolis etiam suis strenuè & serió agit, Apol- lo vehementer revincebat Judæos, ostendens per Scripturas, quod JESUS esset CHRISTUS, *Act. 18. v. 28.* Petrus refutat Pseudodoctores, *2. Petr. 2. v. 12. &c. & 3. v. 3. &c. & 4. v. 2. 3.* Joannes refutat Antichristi doctrinam, *2. Joan. v. 7.* Tertio, Hortari ad conversionem & pœnitentiam. Exempla: Prophetæ, *Jerem. 35. v. 15. Oseas, Oseas. v. 1. & 6. v. 1. & 14. v. 2.* Baruch, *Bar. 1. v. 13. 14. 15.* Joël, *Joel 2. v. 12.* Joannes Baptistæ, *Matth. 3. v. 1. 7.* Vide Pœnitentiæ. Ministerium Evangelicum à civili jurisdictione distinguitur, *Matth. 20. v. 25. 26.*

MIRACULUM.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Miraculorum Exempla: Creatio mundi, *Genes. 1. v. 1.* Dilu- vium, *7. vers. 1. 9. 21.* in diluvio servata familia Noë, *8. v. 18.* Linguarum confusio, *11. v. 7.* Sodomæ & Gomorrhæ excidium, *19. v. 24.* Uxoris Loth in falis statuam mutatio, *v. 26.* Rubus ardens, *Exod. 3. v. 2.* Virga Mosis in colubrum versa, *4. v. 3. 4.* Mosis manus leprosa, *v. 6. 7.* Virga Aaronis in colubrum versa, *7. v. 10.* Aquæ in sanguinem mutata, *v. 20.* Ranz, *8. v. 6.* Muscæ, *v. 21.* Vesicarum ulcera, *9. v. 10.* Fulgur, grando & ignis, *v. 23. 24.* Locustæ, *10. v. 13. 14.* Tenebræ, *v. 22. 23.* *Psal. 105. v. 28.* *Sapient. 17. v. 2. & 19. v. 16.* Primogenitorum clades, *Exod. 12. v. 21.* Col- umnæ ignis & nubis, *13. v. 2.* Mare rubrum divisum, *14. v. 21.* 22. 26. Aquæ dulcescentes, *15. v. 26.* Coturnices, *16. v. 13.* *Numer. 11. v. 31.* Man, *Exod. 16. v. 14.* Aqua è petra manans, *17. v. 6.* pro- mulgatio Legis, *19. & 20. cap.* in qua multa concurrunt mirabi- lia DEI opera: ut sunt, tonitrua, fulgura, nubes, ignis, insoli- tus tubarum clangor, vox DEI, montis tremor, &c.

§ EXEMPLA PROFANA.

DIVUS Gregorius Magnus Neocæsariensis Episcopus, ob fre- quentia miracula *ἁγίων* dictus est, quibus Gentiles convertebat. *Theatr. Zuing.*

Sulpitium Bituricensis Episcopus dæmones verbo fugasse, x- gros oratione curasse, mortuos excitasse *Vicent. refert. libr. 23. cap. 27. & 29.*

D. *Elizabethæ Andrea Hungariae* regis F. Ludovici Turingiæ Langravii uxoris miracula *pete ex Bonfinii lib. 7. Decad. 2.*

Hilarion habebat hoc donum, ut ex odore corporū vestium- que ca-

MI MIRACULUM. MISERIA.

que earum rerum, quas quis tetigerat, sciret cui dæmoni, vel cui vitio subjaceret, Hieronym. in vita Hilarionis.

Virginis *Amyliæ* Disciplinam extincto igne, tutam ab omni reprehensione. Veste numen præstitit: qua adorante, cum carbassum, quàm optimam habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit. *Valer. lib. 1. cap. 1.*

Claudia virgo Vestalis, ut auctor est Hieronymus, cum in stupri suspicionem venisset, & simulacrum Dæ matris M. ex Pessinunte adductum, in vado Tyberis hæreret: ad comprobendam suam pudicitiam, cingulo navem pertraxit. *Livius lib. 9. Dec. 3.*

Tullia virgo Vestalis, incesti criminis rea, spem salutis anticipi argumento petere ausa est. Arrepto enim cribro: Vesta (inquit) si sacris tuis castas semper admovi manus: effice, ut hoc hauriam ex Tyberi aquam, & in ædem tuam perferam. Audacter & temerè jactatis votis, sacerdoti rerum ipsa natura cessit. *Valer. Maxim. lib. 8. cap. 1.*

Theodosius Imperat. suspectum habens falsi criminis Joannem Damascenum monachū, quod Persis, apud quos captivus fuerat, proderet imperii arcana: abscissa manu cum mulctavit. At ea V. virginis ope palàm restituta est, ut antè erat: licet Ecclesia valvis affixa fuisset per multos dies. *Fulgos. lib. 1. cap. 6.*

Vide Ostentum.

MISERIA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Miseria, est copia tribulationis, & inopia consolationis: quando multifariè quis patitur, & à nemine relevatur. *Augustin. de definit.*

Qui nequiter vult vivere, nonne tantò miserior esse convictur, quantò faciliùs mala eius voluntas impletur? *Idem lib. de virgin.*

Magna hominis miseria, cum illo non esse, sine quo non potest esse. In quo enim est, proculdubio sine illo non est: & tamen si ejus non meminit, cumque non intelligit, neque diligit, cum illo non est. *Idem de Trinit.*

Considera quantum potes, quàm magnū bonum sis ipsum esse, quod & beati & miseri volunt, nam si hoc benè consideraveris: videbis in tantum esse te miserum, in quantum non appropinquas ei, quod summum est. *Idem lib. arbit.*

Apud

Apud Christianos non qui patitur, sed qui facit contumeliam, miser est. *Hieron. in epist.*

Peccantes quousque tunc consideremus amplius miseros: quando eos conspiciamus in culpa sua, sine flagello derelictos. *Gregor. super Ezech.*

Ille benè novit in exterioribus miseriis subsistere, qui scit de interna semper gaudere. *Idem ibid.*

Generalis est humano generi miseria triplex, si diligenter advertimus. nam & faciles sumus ad seducendum: & debiles ad operandum: & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum & malum, decipimur: si tentamus facere bonum, deficimus: si conamur resistere malo, dejicimur & superamur. *Bernh. serm. 8.*

Sicut pura veritas, non nisi pro corde videtur: sic miseria fratris, non nisi misero corde servatur. *Idem de 12. grad. humilitat.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 4. de Ponto.

Quàm miser est, qui fert asperiora fide.

Senec. in Thyeste.

Leve est miseria ferre: perferre est grave.

Tibullus lib. 2. Eleg. 1.

*Alii miseri, quos hinc graviter Deus urget: at ille
Felix, cui placidus leniter afflat amor.*

Plautus in Captivis.

Miser homo est, qui ipse sibi, quod edat, querit, & id agrè invenit:

Sed ille est miserior, qui & agrè querit, & nihil invenit:

Ille miserrimus est, qui quàm esse cupit, quod edat, non habet.

Seneca in Hercule Oeteo.

Nunquam est ille miser, cui facile est mori.

Idem in Agamem.

O quàm miserum est nescire mori.

Senec. in Troade.

Nemo se credit miserum, licet sit.

Tolle felices, removo teo multo

Divites auro, removo teo centum.

Rura qui scindat opulenta bobus,

Pauperi surgent animi jacentes,

Est miser nemo, nisi comparatus.

Senec.

Seneca in Hercule furente.

Quemcunq; miserum videris, hominem scias,

Senec. in Agamem.

Miseris colendos maxime superos reor.

Senec. in Hercule Octeo.

Misera mens incredula est.

Plautus in Captivis.

Est miserorum ut malevolentes sint, atq; in videant bonis.

Senec. in Oedipo.

Nullus est miseris pudor.

Statius lib 8. Theb.

Nec habent extrema pudorem.

Seneca in Hercule furente.

Quod nimis miseri volunt,

Hoc facile credunt:

Imò quod metuunt nimis

Nunquam amoveri posse, nec tolli putant.

Terentius in Adelph.

Omnes, quibus res sunt minus secunda, magis sunt nescio quomodo

Suspiciosi: ad contumeliam omnia capiunt magis:

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

Seneca in Thyeste.

Proprium hoc miseris sequitur vitium;

Nunquam rebus credere letis:

Rideat felix fortuna licet:

Tamen afflictos gaudere piget.

Seneca in Troade.

Dulce merenti populus dolentium.

Dulce lamentis resonare gentes,

Lentius luctus lacrymaeq; mordent,

Turba quas fletus simili frequentat.

Ferre, quam sortem patiuntur omnes,

Nemo recusat.

Ovid. lib. 14. Metamorph.

Sors autem ubi pessima rerum est.

Sub pedibus timor est, securaq; summa malorum.

Seneca in Oedipo.

Solent extrema securos facere mala.

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Nihil est tam miserabile, quam ex beato effici miserum. *Cicero*
part. Orat.

Hoc natura

Hoc

bus nos

Regu

miserico

in regno

tur. *Cicero*

Regn

sunt illi

1. *Offic.*

Nemo

furum, q

In vite

reio *Fami*

Quid

Major.

Nemo

Miseri

vitam, &

ros reput

epistola.

Calam

ser, qui so

que perm

statione

ibidem.

Miseri

si omnino

EN *ter*

parum

lliadis 6. p.

omnis vit

dicebat, se

victoriis *F*

tur. *Erasm*

Phaeton

perhibent

rias incide

Vide.

Hoc natura adfert, ut eis saveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. *Cic. pro Muræna.*

Regum afflictæ fortunæ facillè multorum opes alliciunt ad misericordiam, maximè eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno: ut regale iis nomen magnum & sanctum esse videatur. *Cic. pro Lege Manilia.*

Regna, imperia, honores, nobilitas, divitiæ, opes, eaq; quæ sunt iis contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. *Cicero 1. Offic.*

Nemo confidat, semper sibi illud stabile & firmum permanens, quòd fragile & caducum sit. *Cic. 2. Tusc.*

In vita nihil est nisi propagatio miserissimi temporis. *Cic. Lucio Famil. 5.*

Quid habet vita commodi, quid non potius laboris? *Cato Major.*

Nemo non miser. *Cic. 1. Tusc.*

Miserum te reputo, quia nunquam fuisti miser: transivisti vitam, & non invenisti adversarium: nimis miser fuisti: miseros reputo, quia nimia felicitate torpescunt. *Seneca in quadam epistola.*

Calamitosus est animus futuri anxius: antè miseriam miser, qui sollicitus est, ut ea quibus delectatur, ad extremum usque permaneant. nullo enim tempore conquiescet, & expectatione futuri, præsentia, quibus frui poterat, amittet. *Idem ibidem.*

Miserior es, quàm in omnem fraudem oculis raperis, quàm si omninò oculos non habueris. *Idem de remediis fortuitarum.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

EN *την τετρατην μηνου*, id est, quarta luna nasci dicuntur, qui parùm feliciter nati sunt, ut auctor est Eustathius, in libro Iliadis 6. propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cujus omnis vita laborum plena fuit. Pyrrhus apud Lucium Florum dicebat, se sibi videri Herculis sidere natum: quòd quò pluribus victoriis Romanos concideret, hòc acriores in ipsam coorirentur. *Erasm. in Chiliadibus.*

Phaetontem & Tantalum, quamvis scanderint in cælum, ut perhibent poëtæ: propter dementiam tamen in summas misérias inciderunt. *Plutarch. de Exilio.*

Vide Adversitas, Fortuna, Malum.

MISERI-

MISERICORDIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit. *Iob. 6.*

Diligite misericordiam & iudicium. *Psal. 32.*

Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem. *Ibid. 40.*

Quia misericordiam & veritatem diligit Dominus Deus. *Ibid. 83.*

Misericordia & veritas te non deserant. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus. *Proverb. 3.*

Qui credit in Domino, misericordiam diligit. *Ibid. 14.*

Facere misericordiam & iudiciũ, gratius est Domino, quam victimam. *Matth. 9. & 21.*

Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo. *Eccles. 10.*

Qui facit misericordiam, offert sacrificium. *Ibid. 35.*

Misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo seculum per. *Osee 12.*

Indicabo tibi ô homo quid bonum, & quid Dominus requirat à te! Utique facere iudicium, & diligere misericordiam, sollicitum ambulare cum Deo tuo. *Mich. 6.*

Jucundus homo, qui miseretur, & commodat. *Psal. 111.*

Qui misericordiam habet, docet & erudit, quasi pastor gregem suum. *Eccles. 18.*

Misericordiam, & miserationes facite, unusquisque cum fratre suo. *Zach. 7.*

Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. *Luc. cap. 6.*

Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. *Ephes. 4.*

Benefacit animæ suæ vir misericors. *Proverb. 11.*

Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur celsa mentia thronus eius. *Ibid. 20.*

Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, misericordiam & gloriam. *Ibid. 21.*

Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. *Eccles. 16.*

Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet. *Ibid. 40.*

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequuntur. *Matth. 5.*

Cleme

Miseric

Fratres

misericor

Miseric

Iudiciu

Iacob. 4.

M

Miseric

mem

de proprie

Nihil a

cogitatio.

Vide q

Data est v

data est ch

hæc dabit d

de miserie

merita De

Non est

super Psalm

Beati ill

per miserie

viderur iud

riorem, in

Non me

opera char

& impossib

ad nepot.

Natura h

caro sui qui

Miseric

rationi sub

tentum ne

misereri, &

timor plus

caroni facil

nutrit & ser

longanimi

Miseric

que intueu

Clementia præparat vitam. *Proverb. 11.*

Misericordia & veritas præparant bona. *Ibid.*

Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit. *Eccles. 40.*

Misericordiam volo, & non sacrificium. *Matth. 9.*

Judicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. *Iacob. 4.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Misericordia est animi condolentis affectus, cum additamento beneficii: ut compatiamur proximo, & largiamur de proprio. *Augustin. de defin.*

Nihil ad misericordiam sic inclinatur, arque proprii periculi cogitatio. *Idem ad Galat.*

Vide quid tibi debebatur, & quid dederit qui gratis dedit. Data est venia peccatori: datus est spiritus & spes justificationis: data est charitas & dilectio, in qua omnia bona facias: & super hæc dabit & vitam æternam & societatem Angelorum. Totum de misericordia. Merita tua nusquam jactes, quia & ipsa tua merita Dei dona sunt. *Idem in Psalm. 144.*

Non est quò fugias à Deo irato, nisi ad Deum placatum. *Idem super Psalm. 74.*

Beati illi qui subveniunt miseris: quoniam eis rependitur, ut per misericordiã Domini de miseria liberentur. nam id ipsum videtur justum, ut qui à potentiore adjuvari vult, adjuvet inferiorem, in quo est ipse potentior. *Idem de ferm. Dominica.*

Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri. *Hieron. in epist. ad Nepot.*

Natura hominum prona est ad clementiam, & in alieno peccato sui quisque miseretur. *Idem in epist.*

Misericordia affectio est, quæ nec voluntate coercetur, nec rationi subijcitur: sed ipsa piæ mentes ad compassionem dolorum necessario cogit affectu: ita etiam, ut si peccatum esset misereri, & si multum vellem, non possem non misereri. Est timor plus humilis fructuosus, qui cuilibet quantumlibet peccatori facile misericordiam promeretur. talis timor generat, nunt & servat humilitatem, mansuetudinem, patientiam, & longanimitatem. *Idem ibid.*

Misericordia a misero corde vocata est, eò quòd unusquisque incuetur quempiam miserum, & ei compatiens de dolore

Ecc

*Frigeris & flamma mediam, que maxima natus
Cælicollum. Nam primæ Chaos Clementia solvit.
Congeriem miserata rudem. vultuq; sereno
Discussis tenebris in lucem sæcula fudit.*

Terent. in Adolph.

Re ipsa reperi

Facilitate nihil esse homini melius, neq; clementia.

Seneca in Octavia.

Magnum timoris remedium clementia.

Claud. de 4. Honorii Consulatu.

*Sis pites inprimis. Nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos equat clementia nobis.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Misericordia est vicina miseræ: habet enim aliquid trahitq;
ex ea: imbecilles oculos esse scias, qui ad aliam lippitudi-
nem & ipsi suffunduntur. *Senec. lib. 2. de Clementia.*

Frustrâ rogatur, qui misereri non potest. gravis tamen pœ-
na est, quem post facti pœnitet. Mali causa est, qui requirit mi-
sericordiam. *Idem in Proverb.*

Petant etiam innocentes misericordiæ auxilium. *Quintil.
lib. 11.*

Nullum clementia ex omnibus magis, quàm regē aut prin-
cipem decet. *Senec. lib. 1. de Clementia.*

Clementia in quamcunque domum pervenerit, eam felicem
tranquillamq; præstabit. Sed in regia, quò rarior, eò mira-
bilior. *Idem ibidem.*

Magni animi est proprium, placidum esse tranquillumq;
& injurias atq; offensiones semper despiciere. *Ibidem.*

¶ APOPTHEGMATA.

Theodosius junior rogatus, cur neminem eorum à quibus læ-
debat, supplicio capitis afficeret? respondit utiam mihi
liceret & mortuos ad vitam revocare. *Panormitanus de reb. gest.
Alphonsi. Erasmi. lib. 8. apoph.*

Antigonis rex Macedonum amicis suadentibus, ut si Athenas
cuperet, validis illam præsiidiis communiret, ne quando refice-
rent: respondit, se semper in ea fuisse sententia, ut crederet, cle-
mentiam plus posse, quàm violentiam. *Plut. in apoph.*

Idem quum ab initio regni durior esset, senex jam factus, cle-
menter & placidè regnum administravit. Hanc morū mutatio-
nem quum mirarentur subditi: respondit, prius opuserat re-

Ecc 2

gno, nunc gloria & benevolentia, qua regnum recuperatum servatur. *Plut. in apoph.*

Quirinus Sophista ab Asianis castigatus, quòd in Accusando mitior ac lenior esset, quàm ipsi docerent, multò, ait, melius est: ut vos meam sentiatís lenitatem, quàm ego vestram crudelitatem. *Philostatus in Sophistis.*

Alexander Severus cum amici ejus improbantés humanitatem & clementiam: itemque Mammaea mater uxorque Memmia, sæpè dicerent: molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti: respondit, sed securiorem & diuturniorem. *Brasson. lib. 3. cap. 13.*

Idem interrogatus, cur ergà omnes etiàm malè meritos tam humanus ac mansuetus esset: respondit, se quidem iustitia bonis gratum esse, malis autem clementia. *Panormit. lib. 2. de regest. Alphonsi.*

Archidamidas cuidam Charilaum regem laudanti, quòd pariter ergà cunctos fuisset mitis ac mansuetus: & qua fronte laudatur aliquis, respondit, qui ergà sceleratos se mitem præbet. *Plutarch. in apoph.*

Cleomenes cum è civibus quispiam apud eum diceret, bonum regem omninò ergà omnes mitem & placidum esse oportere: sed hæcenus, inquit: ne sit contemptui. *Plutarch. in Lucian. apophtheg.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum adamas adversus omnia invictus, hircini sanguine eoque calido ac recenti maceratus, malleo frangitur: ita quædam ingenia nulla vi pervincas, blandicia emollienda sunt. *Erasmus.*

Sicut medicinæ apud ægros usus, etiam apud sanos horridus est: ita clementiam quamvis poena digni invocent, etiam in nocentes colunt. *Senec. lib. 1. de clementia, cap. 1.*

Quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberatus est: sed ille, qui quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem vocabo, non in alieno dolore facilem, sed eum qui cum stimulis exagitur, non profiliit: qui intelligit magni animi esse, injurias in summa potentia pati, nec quicquam gloriosius principe impunè læso. *Idem eod. lib. cap. 20.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Misericordiæ exempla DEI ergà Josephum, *Genes. 39. v. 21.* Israëlitas, *Exod. 15. v. 13.* ergà populum suum, *2. Reg. 13. v. 23.* Vide Dei misericordia. Filix Pharaonis ergà Moysen, *Exod. 2. vers. 6.* Rahab ergà exploratores, *Ios. 2. vers. 12.* Cineri ergà Israëlitas

Israëlitas, *v. 5.* David languidos *Marc. 1. v.*

Guelm. *Gratin* cum ad visum videretur prospicit, i felicitis patris audiret. *in ead. lib. 3. h.*

Duo co Caudinas f ante nocte lent: Cam menta & c Capuam in dit, multaq Sabell. lib. 5.

AGyptii profici bus quibus dam longiu Pier. Valer. L Genu misse fuetur: ut r pag. 332. B.

Cedrus si stantissimos uelissimasq glypticorum p

Vide C.

IN omnib aspectum,

Israëlitæ, 1. Sam. 15. v. 6. Gabaonitarum ergà Saulem, 2. Reg. 2. v. 5. Davidis ergà Miphiboset, 2. Sam. 9. v. 7. CHRISTI ergà languidos, Matth. 9. vers. 36. & 14. v. 14. & 15. v. 31. & 20. v. 34. Marc. 1. v. 41. Samaritani ergà saucium, Luc. 10. v. 33.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Guilielmus III. rex Siciliæ & Neapolis Panormi coniectus fuerat in vincula ob tyranidem, substituto Rogerio F. quem cum ad vindicandam patri factam injuriam populus propensum videret, in palatio obsidere cepit. Is dum per fenestram prospicit, in caput vulneratus, perit: populus misericordia infelicis patris, qui quem nuper regem creatum, nunc mortuum audiret, motus, eductum è carcere integrum restituit. *Collenucius lib. 3. histor. Neapol.*

Duo consulares exercitus Romanorum à Samnitibus ad Caudinas furcas circumventi, & subjugum missi fuerant. Hi ante noctem, quamvis potuissent, Capuam ingredi cum noluerat: Campani fascès, purpuram, listores consulibus: vestimenta & comæatum aliis ex commiseratione dedere: post Capuam ingredientibus Senatus & Populus obviæ sese effudit, multaque hortando monendoque consolati sunt dolentes. *Sabell. lib. 5. Enn. 4.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Agyptii sacerdotes misericordiam per vulturem femora sua rostro profcindentem exprimebant: illa enim centum & 20. diebus quibus in filiorum educatione detinetur, nunquam ad prædam longius provolat, uni illi curæ intenta, ne pullos deserat. *Pier. Valer. lib. 17. pag. 169. B.*

Genus misericordie sedem esse, antiqua omnis supersticio confitetur: ut memoriæ auris, irrisionis nasus habetur. *Idem lib. 35. pag. 339. B.*

Cedrus sive Citrus arbor fructus gignens odore sapore præstantissimos, misericordie pietatisq; symbolū est, propter magnas utilissimasq; mortalium generi vires. Erud. quidam lib. 1. hieroglyphicorum pag. 588. E.

Vide Commiseratio & Eleemosyna.

MODESTIA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

In omnibus moribus nostris nil fiat, quod cujusque offendat aspectum, sed quod nostram deceat sanctitatem. *Aug. in 1. c.*

Ecc 3

Ayuntamiento de Madrid

Sermones proferamus libra justitiæ examinatos: ut si gravitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus: temperantia cordis habeat munditiam, justitia misericordiam, prudentia pacem, fortitudo mansuetudinem. *Ambr. de Off. lib. 3.*

Et in ipso motu, gestu, incessa tenenda verecundia: habitus enim mentis in corporis statu cognoscitur: hinc homo cordis nostri absconditus, aut levior, aut jactantior, aut torpidior aut congruor, constantior, purior, & maturior æstimatur. Itaque vox, quidam est animi motus. *Idem de Off. lib. 1.*

In te consistito, non infra dejici, non supra atollis, non extendere in longius, non extendi in laus. Tene medium, si non perdere modum, locus medius tutus est: medium, sedes modestiæ & modus virtus. *Bernh. lib. 3. de consideratione.*

Novum est, sub amore principis custodire modestiam, quæ tam clara, quam rara est: quia gaudia semper animos inquietant. modus enim rarò lætis rebus intervenit. *Cassiodor. lib. 4. epistol.*

Modestia est cultum & motum, & omnem nostram occupationem ultra defectum, & citrà excessum sistere, de quo *Horatius:*

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines:
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.* Hugo.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

EX COMICIS GRÆCIS.

Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγας φρονεῖ,
Minus insolēte quo magis beatus es,

ἴσος μὲν ἴασι πάνσι, καὶν περὶ χεῖρας εἶμι,
Æquabilem geras te, ditior licet.

Τὸ γινῶθι σαυτὸν πανταχοῦ τι χεῖρισμον.
Cognosce te ipsum, monitum ubiq; commodum.

Βούλες δ' αἰετέσκεν πάνσι, μὴ σαυτῷ μένον.
Placere cunctis, non soli tibi, velis.

Ἀνθρώπων ὄντα σαυτὸν ἀνάμνησι μὲν σέ αἰεί.
Fac semper ut hominem esse te vivas memor.

Εἰ θνητὸς εἰ βέλπεις, θνητὸς γὰρ φρονεῖς.
Mortalis modò cogitas, ut mortalis es.

§ APOPHTHEGMATA.

Livia Augusti Cesaris uxor interrogata, quibus rationibus Augustum sibi subjecisset? respondit: multa modestia, quod

MO
quæ place
mularem,

M Odel
lymi
i. Corinth.
Philem. ver
Vide

EST
Quæ

Inf
Viv

In r
Nim

Et
Me

Mo

S Ocrates
Ur, inq
sinitillos
Vide

Ous
A

quæ placent Augusto, facere libenter: quodq; me scire dissimularem, quibus ille rebus domi fruereetur. *Dion in Tiberio.*

§ EXEMPLA SACRA.

Moderatæ exempla: Abraham, *Genes. 23. v. 9.* Fratres Jerosolymitani, *Actor. 11. vers. 18. & 15. vers. 12.* Paulus, *26. v. 25. 1. Corinth. 7. v. 35. 2. Corinth. 12. v. 2. 1. Thessal. 4. v. 1. Tit. 1. v. 5. Philem. vers. 14.*

Vide Temperantia, Pudor, Verecundia.

MODUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Satyr. 1. lib. 1.

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.*

Idem lib. 1. Epist. ad Numitium.

*Insani sapiens nomen feret, equis iniqui:
Ultra quam satis est virtutem si petit ipsam.*

Plautus in Pœnulo.

*Modus omnibus
In rebus est optimum habitus: nimia omnia
Nimum exhibent negotium hominibus ex se.*

Ausonius de septem Sap.

*Et Mitylenæ Nimum nil, Pittacis oris:
Mensuram optimum ait Cleobulus Lyndius in re.*

Seneca in Troade.

Moderata durans.

§ APOPHYHEGMATA.

Socrates percontatus quænam esset potissima juvenû virtus? Ut, inquit, ne quid nimium tenerent. Calor enim ætatis vix sinit illos servare modum. *Laert. in Socrate.*

Vide Mediocritas, Temperantia.

MOEROR.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comicis.

*Οὐκ ἔστι λύπη (ἀνπερ ὀργῆς τις σκοπή)
Ἄλγη μὲν ζῶν τῶν ἀνθρώπων φύσει.*

Ecc 4 .

Natura nullum grauius homini dat malum
Mœrore, (si quis ut decet) consideret.

Πολλῶν φέρεται τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις κακῶν
ὄντων, μὲν γὰρ εἰς ἡ λύπη κακῶν.
Obnoxii quàm plurimis simus malis.
Est majus alio quolibet mœror malum.

Λύπη γὰρ ἀνθρώποισι πικρὰ νοσοῦσιν.
Morbus hominibus invehere mœror solet.

Ἐργον γὰρ λύπησιν ἀκφυγεῖν ἢ δὴ ἡμέρα
Ἄει πικρὸν εἰς τὸ φροντίζειν φέρεται.
Difficile mœrorem effugere: dies enim
Subinde curas procreat nobis novas.

Βιωῦ ἀλύπως θνητὸν ὡς τ' ἐράδιον.
Mortalis nullus fix sit exors tristium.

Οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακῶν.
Mœrore grauius hominibus nullum malum.

Ἄει τὸ λυποῦν ἀδιδάσκει τοῦ βίου.
Semper fugato triste quicquid est procul.

Τοῖς τοῦ βίου εἶδος ἐστὶν ἀνθρώπων γυῖα
Εὐφραυνόμεθ' ἐλαττον ἢ λυπούμεθ' αἶ.
Hæc conditio hominibus suæ est vitæ omnibus.
Vt gaudia superentur à mœroribus.

Vide cætera in loc. de Lacrimis, Tristitia, Mœrore
seria.

MOLLITIES.

§ APOPHTHEGMATA.

Bios cuidam objicienti, quod adolescentem quendam ad
non pellexisset: Tenellus, inquit, caseus non attrahitur
mo. Laert. lib. 4. cap. 7.

Zeno cum mollis adolescens lutosam viam lentè segnitè
transcenderet: meritò, inquit, suspectum habet lucum: non
enim in illo, velati in speculo licet se intueri. Laert.

Plato discipulo nimium effœminato, molli. curanda quæ
deditissimo subridens, quousque, ait, tibi carcerem adificas
pergeris? Stob.

Diogenes videns adolescentem quempiã sese ornantem molli
liter

licet: si ad viros, inquit, frustra: si ad foeminas injustè. *Lacertius*
lib. 6.

*Reliqua vide in loco de Luxu & Luxuria. Item
de Temperantia & Sobrietate.*

MONITIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Ergò quod fuerat stimulis factura sine ullis,
Pleniss auctorem te quoq; nacta facit,
Acer & ad palmae per se cursuræ honores:
Sit tamen horteru, fortiss ibi equus.*

Idem lib. 5. de Tristib.

*Nec te credideris, quia non facis ista, moneri:
Vela damnis quamvis remige puppis eat.
Qui monet ut facias, quod jam facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.*

Idem lib. 2. de Remed. amor.

Non opus est celeri subdere calcæ equo.

Ovid. lib. 1. de Remed. amor.

*Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte
Respuet, atque odio verba momentis habet.*

Idem lib. 1. de Remed. amor.

*Quis matrem, nisi mentis inops in sinere natû
Flere vetat? non hoc ulla monenda loco est.*

Idem lib. 1. de Ponto.

*Vtq; Machaoniis Pauciss artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit openi:
Sic ergo mente jacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.
Et jam deficiens sic ad tua verba re vixi:
Ut solet infuso vena redire mero,*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Monitionis exempla: Saræ parentes, *Tob. 10. vers. 12.* Paulus,
Act. 20. v. 28. Petrus, *2. Petr. 1. v. 13. & 3. v. 1.* Judas Ja-
cobi fratri, *Iude v. 5.* Monitiones temperandæ, *1. Timoth. 5. v. 1. 2.*
Iacob. 3. v. 1.

Vide suprâ Admonitio.

Ecc 5

MORA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 11. Metamorph.

*Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit;
Dum superest aliquid cuncti coeamus ad arma.*

Lucan. lib. 2. bel. civil.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Silius Italicus lib. 4. bel. Pun.

Felle moras, brevis est magni fortuna favoris.

Manilius lib. 4. Astron.

Mora sepe malorum

Dat causas.

Ovid. lib. 1. de Remed. amor.

*Vidi ego, quod fuerat primò sanabile vulnus
Dilatum, longa damna tulisse moræ.*

Ovid. epist. 18. Heroid.

*Longa mora est nobis omnis que gaudia differit.
Da veniam fassa, non patienter amo.*

Ovid. lib. 1. de Remed. amor.

*Nam mora dat vires: teneras mora percoquit uvæ:
Et valida segetes, quod fuit herba facit
Que præbet lætas arbor spaciantibus umbras:
Quo posita est primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure revelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.*

Ibidem.

Verba dat omnis amans reperitq; alimenta morando.

Idem Heroid. Epist. 19.

Assumpsit vires, auctaq; flamma mora est.

Seneca in Agamemnone.

Quod ratio nequit, sepe sanavit mora.

Idem.

Omniq; nimium longa properanti mora est.

Ovid. lib. 4. Metamorph.

Ad opem brevis hora ferenda est.

Ovid. lib. 3. Fastorum.

Differ, habent parvæ commoda magna moræ.

¶ HIEROGLYPHICUM.

Sunt qui tradant credi solitum. Formicam eò nunquam exire
quò vesperilio vel semel accesserit: atque ideo Formicam sub
vesperilio

vesperilio
gnificatum

Vide

M

Na

Qu

M

Se

Ver

M

Su

N

N

Le

A

Q

P

C

A Mulo
oster
Justiti
commu

in spertitionis ala positam, & more & tarditatis aut impeditenti significatum habere. Pier. Valer. lib. 25. pag. 232. D.

Vide Cunctatio.

MORBUS. *Vide supra Ægrotatio.*

MORES.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Agamemnone.

Nam sera nunquam est ad bonos mores via.

Quem pœnitet peccasse penè est innocens.

Ovid. lib. 3. de arte Amandi.

Majores opes mores composuisse suos.

Terent. in Adelphi.

Sedulò moneo que possum, pro mea sapientia.

Verùm qui id facias? ut homo est, ita morem geras.

Plautus in Trinummo.

Mores mali quasi herba irrigua

Succreverunt uberrimè: neq; quicquam hic vile nunc est

Nisi mores mali: eorum licet jam messem metere maximam.

Ibidem.

Nunc mores nihil faciunt quod licet,

Nisi quod lubet: ambitio jam more sanctus, libra est à legibus.

Plautus in Trinummo.

Mores

Leges perduxerunt jam in potestatem suam:

Ea misera etiam

Ad parietem sunt fixæ clavis ferreis: ubi malos mores

Adfigi nimio fuerat æquiss

Terent. in Heauton.

Quàm multa injusta ac prava sunt moribus, scilicet pravis.

Ovid. de fac. medica.

Prima sit in vobis morum tutela, puellæ

Ingenio facile conciliante placent.

Certus amor morum, formam populabitur etas.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

A Multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quædam, atq; ostentatio esse dicitur. Cic. Phil. 13.

Justitia vacillat, vel jacet potius: omnesq; hæ virtutes, quæ in communitate cernuntur, & in societate generis humani. 3. Offic.

Jam

Jam pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus nihil est loci *Cic. Titio Fam. l. 5.*

Est hujus seculi labes quædam & macula, virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis effringere. *Pro Cor. Balb.*

Cujus est spectata multis, magnisque rebus singularis integritas, minus admirabilem facit honestissimi facti gloriam. *Philip. 3.*

Sapientia & magnitudo animi, qua omnes res humanæ geruntur, tenues, & pro nihilo putantur. *2. de Orat.*

§ SIMILITUDINES.

T tigrides circumstrepentibus tympanis aguntur in iram: ita quæ bonas mentes compescunt, feras & agrestes irritant & efferant. *Plin.*

Bion inquit, quemadmodum quicquid paxillo appenderis, id accipit sustinetque: ita quibusdam quicquid suaferis, admittunt, quicquid imposueris, ferunt. *Plin.*

Ut inter tot hominum millia nullæ facies sunt per omnia similes, nec ullæ voces: ita suum cuique ingenium est, suus cuique mos. *Erasmus.*

Ferula solis asinis gratissimum est pabulum, cæteris animalibus præsentancum venenum: ita sæpè quod alios offendit aliis voluptati est. *Plin. lib. 24. cap. 1.*

Sicuti lusciosi non cernunt nisi proximè admota, contrà feræ non nisi longiusculè distita: ita quidam diverso laborant morbo. *Erasmus.*

Apud Troglodytas lacus est, qui ter in die fit amarus aut salus, ac rursus dulcis, totiesque etiam nocte, unde & infans dictus: sic quidam inæquales. nunc asperi, nunc sunt blandi, aliquando profusi, mox sordidi jam vehementer amant, jam supra modum oderunt. *Erasmus.*

Non ut Cæneus subito è muliere factus est vir, oprando tantum: sic repente ex improbo viro, probus evadit quispiam: ut qui cubitum abiit stultus, surgat sapiens. *Plut.*

Ut aquæ salinæ, pluvia incidente, dulciores sunt cæteris aquis: ita meliores solent esse quos è diversa vita mutaverit divinæ gratiæ influxus, veluti Paulus. *Erasmus.*

Sicut Aminea vina senio fiunt meliora: ita quidam in juventa solutiores aut asperiores, ætate & usu rerum fiunt mitiores. *Idem.*

Ut succina paleas ad se trahunt, magnes ferrum, chrysolocola aurum: ita quisque, asciscit sibi suis aptum moribus. *Erasmus.*

Ut qui variis tempestatibus huc & illuc jactatus est, nec tam

men pervenit: sic qui diu vixit, diu fuit. *Seneca.*

Ut apicula murem adducit, fert, exceptit, &

Vide Ma

M Ori, inter

22. vers. 20.

Luc. 23. v. 30. rari, Coloss. 2. v.

Vide Mo

Fridericus intro mittere sum, neque sum cipes Fridericus ut omnes aulicus lib. 2. Com

Vide Stu

O mnes mo non rever Scio quia m viventi. *Iob. 30.*

Quis est ho Nolite zelatis perditione Deus mortem *Sapient. 1.*

men per-

men pervenit: non multum navigavit, sed multum jaestatus est: sic qui diu vixit, nec proficit ad bonos mores, non diu vixit, sed diu fuit. *Seneca.*

Ue apicula per omnia circumvolitans, id quod est utile, domum adducit: ita studiosus ex uno quoque, quod ad mores confert, exceptit. *Plutarch.*

Vide Malitia, Virtus.

MORI.

§ EXEMPLA SACRA.

MORI, interdum quàm vivere beatius. Exempla: Josias, *2. Reg. 22. vers. 20. 2. Paralip. 34. v. 28.* Israelitæ, *Osee 10. v. 8.* Judæi, *Luc. 23. v. 30.* mori Paulo lucrum, *Philip. 1. v. 21.* mori pro liberari, *Coloss. 2. v. 20.*

Vide Mors.

MORIO.

§ APOPHTHEGMATA.

Fridericus Imperator interrogatus an moriones in convivium intromittendi essent? Neque stultis, inquit, delectari possum, neque superbis esse amicus. Non intelligunt hodiè principes Friderici dictum, qui hac hominum face ita delectantur, ut omnes aula stultorum & morionum sint plenzæ. *Aeneas Sylvius lib. 2. Comment. de reb. gest. Alphonse.*

Vide Stultus.

MORS.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

OMnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. *2. Reg. 14.*

Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omnium viventium. *Iob. 30.*

Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem? *Psal. 88.*

Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione vivorum. *Sapient. 1.*

Justitia

Justitia enim perpetua est, & immortalis: injustitia autem mortis est acquisitio. *Ibidem.*

Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum. *Ibid. 2.*

A muliere initium factum est peccati: & per illam omnes morimur. *Eccles. 25.*

Omnia quæ de terra sunt: in terram convertentur. *Ibid. 40.*

Propterea sicut per unum hominem peccatū in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. *Rom. 5.*

Nunquid non paucitas dierum meorum finiatur? *Iob. 10.*

Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum convivii. *Eccles. 7.*

Nescit homo diem suum. *Ibid. 9.*

Memor esto quoniam mors non tardat. *Ibid. 14.*

Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit? *Matth. 24.*

Anima quæ peccaverit, ipsa morietur. *Ezech. 18.*

An nescitis, quoniam cui exhibetis vos ad obediendum, servistis? *Rom. 6.*

Peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. *Iacob. 1.*

Cum enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. *Eccles. 10.*

O mors! quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis: viro quieto, & cujus viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum? *Idem 41.*

Verum enim mors peccatorum pessima. *Psal. 33.*

Moritur doctus, similiter ut indoctus. *Eccles. 2.*

Unus ergò introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. *Sapient. 7.*

Melior est mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perseverans. *Eccles. 30.*

O mors! bonum est iudicium tuum, homini indigenti, & qui minoratur viribus defecto ætate. *Ibid. 41.*

Iustorum animæ in manu DEI sunt. *Sapient. 3.*

Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. *Ibid. 4.*

Malorum amatores digni sunt morte. *Sapient. 15.*

Homo per malitiam occidit animam suam. *Sapient. 16.*

Unusquisque

Unusquisque
Et infernus
secunda. Apoc.

Mortis die
aut penè
tem se beatus
& animæ dulce

Mala mors
enim facit ma
Idem de Carit. L

Prima mor
mors animam

Ita diviti fu
nescire: quen
quid agant ut

Quid est mo
modo alia fare
hennam. Qu

moritur, sed p
Ioan.

Vocantur
mali verò & i
Idem lib. de vita

Nescis qua l
do veniet, par
nescis quando

In quo que
comprehende

isto moritur, u
Latet ultim
tur remedia, q
Christiana.

Mortem, ut
immortale est

Janzen. Orat.
Nihil sic rev
tio. August. Lib

Non potest
tur, qui malè

Nudi omne
ter cadavera m

Unusquisque in iniquitate sua morietur. *Ierem. 32.*

Et infernus & mors missi sunt in stagnū ignis. Hæc est mors secunda. *Apocalip. 20.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Mortis diem omnes affuturum sciunt: cum tamen omnes, aut penè omnes differre conantur, etiam qui post mortem se beatus credunt esse victuros: tantam habet vim carnis & animæ dulce consortium. *August. de grat. novi test.*

Mala mors puranda non est, quàm bona vita præcessit. neque enim facit malam mortem, nisi quod sequitur ipsam mortem. *Idem de Civit. Dei.*

Prima mors animam pellit volentem à corpore: secunda mors animam nolentem tenet in corpore. *Idem ibid.*

Ita diviti fuit cura pro vivis, quamvis quid agerent omninò nesciret: quemadmodum nobis cura est pro mortuis, quamvis quid agant utriusque nesciamus. *Idem de cura pro mortuis.*

Quid est mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ gravis: modo alia sarcina non portetur, qua homo præcipitetur in gehennam. Qui cupit dissolvi & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter vivit, & delectabiliter moritur. *Idem in Ioan.*

Vocantur ante tempus boni, ne diutius vexentur à noxiis: mali verò & impii tolluntur: ne diutius bonos persequantur. *Idem lib. de vita Chrysest.*

Nescis qua hora veniet: semper vigila, ut quòd nescis quando veniet, paratum te inveniat, quum venerit: & ad hoc fortè nescis quando veniet, ut semper paratus sis. *August.*

In quo quemque invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies: quoniam qualis in die illo moritur, talis in die illo iudicabitur. *Idem ad Dioscoridem.*

Lacet ultimus dies, ut observentur omnes dies: serò parantur remedia, quum mortis imminet pericula. *Idem de disciplina Christiana.*

Mortem, ut peccati præcisionem homo elucrat: ne malū immortale esset. Ita pœna ipsi in misericordiam cessit. *Nazianzen. Orat. 38.*

Nihil sic revocat à peccato, quàm frequens mortis meditatio. *August. lib. exhort.*

Non potest malè mori, qui benè vixerit: & vix benè moritur, qui malè vixit. *Idem de Doctrina Christiana.*

Nudi omnes nascimur, nudi morimur: nulla distinctio inter cadavera mortuorū: nisi fortè quia gravius foetent divitum corpora,

corpora, luxuria distenta. *Ambrosius in hexamer.*

Platonis sententia est, omnem sapientum vitam meditationem esse mortis: debemus & nos igitur præmeditari, quod alio quando futuri sumus: & quod, velimus nolimus, abesse longius non potest. *Hier. in epist. ad Heliod.*

Nihil æquè tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio brevis ævi, & huius incerti. quicquid facies respice mortem. *Idem ad eundem.*

Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis liberè ter accipere. Unde & in persecutionibus non licet propria morte nu perire. *Hieron. super Ionam.*

Mors iustorum bonis est in adiutorium, malis in retrimonium: ut inde perversi sine excusatione pereant, undè electi exemplum capiunt, ut vivant. *Gregor. super Matth. 10.*

Horam ultimam idcirco Dominus noster nobis voluit esse incognitam, ut semper possit esse suspecta: ut dum illam prævidere non possumus, ad illam sine intermissione properemus. *Idem in homil.*

Sicut hi, qui adhuc viventes, animæ mortuorum quo loco habeantur, ignorant: ita mortui, vitam in carne viventium post eos qualiter disponantur, nesciunt. *Idem in moral.*

Lachrymarum causas quidam tripudiantes peragunt, & mortis suæ negotium ridentes exequuntur. *Idem ibid.*

In omnibus operibus tuis memorare tuæ mortis horrorem iudicii tremendi valde discrimen, ardentis gehennæ metum ab oculis tui cordis elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriam: recogita annos tuos in amaritudine animæ tuæ, & cogita vitæ humanæ pericula. *Bernh. in serm.*

Novissima sunt quatuor, mors, iudicium, gehenna, gloria. Quid horribilius morte? quid terribilius iudicio? quid intolerabilius gehenna? & quid jucundius gloria? *Idem ibid.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. i. Epist. ad Albium.

*Inter spem curamq; timores inter & iras:
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum:
Grata super veniet quæ non sperabitur hora.*

Persius Satyr. 5.

Vive memor lethi, fugit hora, hoc quod loquor inde est.

Ausonius in Chilonis sententiis.

*Vive memor mortis, memor ut sis vive salutis.
Tristitia cuncta exuperans.*

Martialis

Non es
Ser

Heu m
Elatos
Gens
Quæ m
Imbell

Ille rap
Non ob

Scilicet
Om

Fata m
Port
Tendit
Om

Pallida
Reg

Et c
Mista
Ser

Mors e
Nec pa
Popl

Neg
Aut ma

Mon
Quant

Sortile

Martial. lib. 1. Epigram.

Non est, crede mihi, sapientis dicere vivam:

Sera nimis vita est crastina, vive hodie.

Vergilius.

Heu mortem invisam! que sola ultricibus armis

Elatos frenas animos, communia toti

Genti sceptrum tenens, æternaq; fœdera servans.

Que magnos parvosq; teris, que fortibus æquas

Imbelles, populisq; duces, sensumq; juventa.

Vergil. Eleg. in Mæcœnatis obitu.

Ille rapit juvenes prima florente juventa

Non oblita rapit, sed tamen illa senes.

Ovid. lib. 3. Eleg.

Scilicet omne sacrum mors importuna profanat:

Omnibus obscuras injicit illa manus.

Idem ad Liviam de morte filii.

Fata manent omnes, omnes expectat avarus

Portitor, & turbe vix satis una ratis.

Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Horat. Oda 4. lib. 1.

Pallida mors equo pulsat pede pauperum tabernas:

Regumq; turres, ô beate Sexti.

Idem Oda 28. lib. 1.

Omnes una manet nox,

Et calcanda semel via lethi:

Mista senum ac juvenum densatur funera, nullum

Sera caput Proserpina fugit.

Idem Oda. 2. lib. 3.

Mors & fugacem persequitur virum:

Nec parvit imbellis juventa

Poplitibus, timidoq; tergo.

Idem Satyr. 6. lib. 2.

Neq; ulla est

Aut magno, aut parvo lethi fuga.

Juvenal. Satyr. 10.

Mors sola fatetur

Quantula sunt hominum corpuscula.

Lucanus lib. 9. bel. civil.

Sortilegis œgeans dubii, semperq; futuris

*Casibus ancipites: me non oracula certum,
Sed mors certa facit, pavidus fortisq; cadendum est.*

Martial. lib. 4. Epigram.

*Nullo fata loco possis excludere, cum mors
Venerit in medio Tibure Sardinia est.*

Propert. lib. 2. eleg. ad Jovem.

Longius aut propius mors sua quæque manet.

Idem eleg. 5. lib. 3.

*Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ad infernas stulte vehere rates:
Victor cum victis pariter miscbitur umbris.*

Lucret. lib. 3. de natura rerum.

*Certa quidem finis vitæ mortalibus adstat;
Nec de vitari lethum pote quin obeamus.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Quint.

Mors ultima linea rerum est.

Ex Græcis Comicis.

*Τί δ' ἐχὶ γενέσθαι μεθοφόρος, ὡ φιλιτέτε,
Ὅς ἐνεῖα τῆ ζῆν' ἔργατ' ἀποθανέμερος:*

Nōne ille mortis est stipendiarius,

Qui morte quaerit unde possit vivere?

Βροτῆς ἅπανσι κατ' γενεῖν ὀφείλεται.

Reddenda cunctis vita, tanquam debitum.

Τὸ δὲ πὸ γενεῖν, σὺν αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς γενεῖν.

Haud turpe mori equidem, mori sed turpiter.

Καλὸν τὸ θνήσκειν οἷς ὕβριν τὸ ζῆν' φέγει.

Mori est honestum injuriis obnoxio.

Θνητὸς πεφυκῶς, μὴ γέλα τεθνηκῶτα.

Mortalis irridere parce mortuum.

Ὅν γὰρ φιλεῖ θεός, ἀποθνήσκει νέος.

Si quem Deus amat, ille juvenis interit.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

MORS est decessus animæ à corpore. Cic. 1. Tuscul.

Morti nihil est tam simile, quàm somnus. Cato Major

Mors, quasi saxum Tantalos semper impendet. 1. de Finib.

Moriendum certè est, & id incertū an eo ipse die. Cato Major

Nemini exploratum potest esse, quomodo sese habiturus

sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum. 2. de Finib.

Quis est quamvis sit adolescens: cui sit exploratum, se ad

sperum esse victurum? Cato Major.

Mortem

Morien

r. Tuscul.

Comm

dit. Cato Major

Ex vita

ex domo. C

Si hoc te

est tibi mor

ronem Famil

Hoc meo

gamus: sine

potest. Cato

Quæ por

tandum sit,

Non dete

quotidiè im

potest abesse

Utrum v

minem qui

A malis

Ipsè anin

sine sensu, n

ve est quale

Tunc eri

imulatione

Peliantu

rum esse. Q

dit usuram

est igitur qu

tionè accept

mini longū

à tergo inse

ista perindè

brevia dicu

Mors ter

tur: non iis

Natura n

periculorum

vocata mor

Nemo se

formemus

Mort

Mortem omnibus natura posuit. *Philip. 4.*

Moriendum est omnibus: estquæ finis miseræ in morte. *Cic. 1. Tuscul.*

Commorandi nobis natura diverforium, non habitandi dedit. *Cato Major.*

Ex vita discedendum est, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. *Cato Major.*

Si hoc tempore diem tuum non obieris, paucis post diebus est tibi moriendum: quoniam homo natus es. *Sulpitius ad Ciceronem Famil. lib. 4.*

Hoc meditaturn ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus: sine qua meditatione, tranquillo esse animo quis non potest. *Cato Major.*

Quæ potest esse in vita jucunditas, cum dies & noctes cogitandum sit, jam jamquæ esse moriendum. *1. Tuscul.*

Non detereret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter brevitate[m] vitæ nunquam longè potest abesse. *1. Tuscul.*

Utrum vivere an mori sit melius, Dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem. *1. Tuscul.*

A malis mors abducit, non à bonis. *1. Tuscul.*

Ipsè animi discessus à corpore fit sine dolore, & fit plerunque sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate. Totum hoc leve est qualecunque sit: fit enim ad punctum temporis. *Ibidem.*

Tunc erimus beati, quum corporibus relictis cupiditatum & emulationum erimus expertes. *Ibidem.*

Pellantur istæ ineptiæ pæne aniles: antè tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? naturæ ne? At ea quidem dedit usuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur quod querare, si repetit, quum vult, ea enim conditione acceperas. Quæ vero ætas longa est? aut quid omnino homini longum? Nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus? Omnia ista perindè, ut cuiquæ data sunt, prorata parte, aut longa aut brevia dicuntur? *1. Tuscul.*

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur: non iis, quorum laus emori non potest. *Paradox. 2.*

Natura nihil hominibus brevitate vitæ præstitit melius: tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocata morte: ut nullum frequentius sit vorum. *Seneca.*

Nemo scit nostrum, quàm propè versetur Deus. Sic itaque formemus animam, tanquam ad extrema ventum sit. *Venien-*

tem nemo hilaris mortem recipit: nisi qui se ad illam diu
posuerit. *Idem epist. 12.*

Nihil æquè tibi proficiet ad temperantiam omnium re
quàm frequens cogitatio brevis ævi & hujus incerti. Quo
facies respice ad mortem. *Idem epist. 25.*

Non refert quot annos habeam, sed quod acceperim? Si
vivere non possum: hæc est mea senectus. Quicumque ad
mum sui fati venerit, hic moritur senex. *Idem in epist.*

Omnis dies velut ultimus ordinandus est, de felicitate
nis ultimus dies judicat. *Idem ibid.*

Ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit
sola consummat: tunc ad illam pervenimus, sed diu venit
Idem ibid.

Stultum est somno delectari, mortem horrere: cum som
assiduus sit mortis imitatio. *Idem in lib. de morib.*

Bis mori est, alterius arbitrio mori. Cujus mortem
expectant, vitam cives oderunt. Crimen relinquit vita.
mortem appetit. Dum est vita grata, mortis conditio est
ma. *Idem in proverb.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Aristippus interrogatus, quomodo Socrates obiisset die
ego, inquit, optarim. Significans, talem mortem qu
vita optabiliorem. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

Theophrastus jam moribundus interrogatus à discipulis
quidpiam mandare vellet? respondit, nihil quidem quod
raret se habere: nisi quæ multa dulcia, gloriæ obtentu
mentiat: nos verò quàm vivere incipimus, tùm mori,
hil inanius esse amore gloriæ. *Laert.*

Lochadus cuidam nuntianti, quòd è filiis ipsius alter int
fet: olim sciebam, inquit, illi moriendum esse. *Plut. in Laco.*

Secundus Philosophus ab Adriano imperatore interrogat
quid esset mors? respondit: æternus somnus, dissolutio co
rum, divitum pavor, pauperum desiderium, inevitabilis ca
tus, incerta peregrinatio, latro hominis, somni pater, fug
tæ, vivorum discessio, resolutio omnium. *Laert.*

Agis interrogatus, quo pacto quis libertatem suam tuere
sit? si mortem, inquit, contempserit. *Plutar. in Laco.*

Musonius interrogatus, quis optimè extremum diem el
re posset? qui semper respondit, postremum vitæ diem sic
stare proposuerit. *Maxim. serm. 35.*

Anaxagoras absens morti adductus est: id nuntianti, jam
in

MO
inquit, ista
Laert. lib. 2.
Socrates e
& illos, inq
M. Anton
tem contem
no potius de
illi vellent r
vobis dico.
commenda
mortalibus
Callistrati
fam mortem
rum natura
Nam natur
non contrin
Fubrius E
& mox ad n
necetur, ut
fortiter fer
Aristides
vivere? tan
quæ tot calam
Diogenes
et malum.
Anaxarcl
inquit, è vu
infra terrar
Socrates d
& quidam i
utroque m
bebo: sin v
var. histor.
Bis cuid
homo, inq
niet? Max
Idem per
inquit, legi
Anaxago
rum: scieba
Cic. lib. 3. T
Gorgias r

inquit, istam sententiam tulit natura æquè in illos, atque in me.
Laert. lib. 2.

Socrates cuidam dicenti, Athenienses te morti adjudicarunt:
illos, inquit, natura. *Erasm. lib. 3. apoph.*

M. Antoninus Philosophus moriens risit res humanas, & mor-
tem contemnens ad amicos conversus dixit: quid me fletis, &
non potius de pestilentia & communi morte cogitatis? Et quum
illi vellent recedere, ingemiscens ait: si jam me dimittitis, vale
vobis dico, vos præcedens. Et cum ab eo quaereretur, cui filium
commendaret, ille respondit: vobis si dignus fuerit, & Diis im-
mortalibus. *Iulius Capitolinus.*

Callistratus percontanti, quam ob causam fortes viri glorio-
sam mortem in gloria vitæ anteponant? quoniam, inquit, alte-
rum naturæ proprium, alterum peculiariter suum esse ducunt.
Nam naturæ beneficio vivunt & ignavissimi: at honestè mori,
non contingit, nisi virtute præditis. *Plutar. in Lacon.*

Rubrius Flavius cum à Nerone defecisset, captivus abductus,
& mox ad mortem damnatus est, verum cum à lictore admo-
neretur, ut fortiter cervicem prætenderet: utinam, ait, curam
fortiter ferias. *Senec.*

Aristides Philosophus interrogatus, quatenus deceat hominem
vivere? tantisper, ait, dum reprehendat emori prætare, quàm
inter calamitatibus vivere? *Stob.*

Diogenes rogatus num quid mali esset mors? quo, inquit, pa-
cto malum, cum præsentem non sentiamus. *Laert. lib. 6.*

Anaxarchus dicenti ei Alexandro: suspendam te, minare his,
inquit, è vulgò: mea autem nihil interest, super terram ne, aut
infra terram computrescam. *Stob. serm. 7.*

Socrates decrepitam agens vitam, in morbum cum incidisset,
& quidam interrogaret, quomodo se haberet? Rectè inquit,
utroque modo. Nam si fuero superstes, plures æmulatores ha-
bebo: sin vitam excessero, plures laudatores. *Ælian. lib. 2. de
var. histor.*

Bias cuidam mortem advocanti in liberorum amissione: cur
homo, inquit, ipsam vocas? non me etiam si non vocaveris, ve-
niet? *Max. serm. 36.*

Idem percontatus, quod genus mortis malum esset? quod
inquit, legibus constitutum est. *Stob.*

Anaxagoras cum in exilio agenti nuntiata esset mors filio-
rum: sciebam, inquit, me genuisse mortales. *Laert. lib. 2. cap. 3.
Cic. lib. 3. Tusc. quest. Ælian. lib. 3. de var. histor.*

Gorgias rogatus, an libenter obiret? Maximè, inquit: sed ex

hoc domicilio putrescente libenter abeo. *Bruson. Stob. serm. Julius Caesar* quum inter cœnandum ortus esset sermo, quægenus mortis esset optimum? incunctanter respondit: inoptimum & quod optimum judicavit, ipsi contigit. *Plut. in apoph.*

Diogenes lugente quodam, quod in peregrina terra mortuus esset: dixit, quid luges? ô stulte! Undecunque eadem est sepulchrum. *Anton. in Meliss. part. 1. serm. 58.*

Alphonseus interrogatus, quæ res reges ac privatos, divites pauperes, claros & obscuros, denique omnes profus exaceret: respondit, cinis. *Panormit. lib. 4. de reb. gest. Alphonse.*

§ SIMILITUDINES.

UT nemo miratur liquefactum, quod potuit liquefactum quod erat sectile: exustum quod exustibile: mirandum non est mortuum esse, qui erat mortalis. *Plut.*

Quemadmodum mutuata pecunia æquo animo reddenda est: sic vitæ munus, quod mutuo accipiemus à Diis citrà quæmoniam est reponendum. *Plut.*

Accensam lucernam nemo molestè fert, extinctam dum omnes: ita nasci jucundum, mori inamalile. *Plut.*

Quemadmodum clepsýdra non extremum stillicidium haurit, sed quicquid antè effluxit: sic ultima hora, qua effluimus, non sola morem facit, sed sola consummat. *Seneca.*

Ut qui se meminerunt inquilinos esse, & in conducto habitare, & modestiùs se gerunt, & minus gravatim exeunt: ita intelligunt domicilium corporis ad breve tempus à natura commodatum esse, & vivunt temperantius, & libentius moriuntur. *Seneca.*

Suprà modum deditus vino, facem quoque exorbet: sic modum vitæ avidus, qui ne extrema quidem semetæta vult mori. *Seneca.*

Ut felicior est, quem ventus acrior citò in portum pertulit, quàm quem venti segnes, & longa tranquillitas lentissimi portu delasârunt: ita fortunatior, quem festina mors statim à vita malis eximit. *Seneca.*

Ignis qui valentem materiam occupavit, aqua, & interitum ruina extinguendus est: ille qui alimentis deficitur, sua spe subsidit: sic facilis est mors senum. *Seneca.*

Gladiator rota pugna timidissimus, cum moriendum fortiter adversario jugulum præstat, & errantem gladium attemperat: sic mors admota etiam imperitis animum dedit præsentè fortiter ferant, qui cum procul abesset, formidabiles. *Seneca.*

Mortis
Abner

1. 4. 5. 2. Para
merforum o

3. 7. Luc. 17. 2
rectorum a

bediens, 1. F

2. Reg. 17. 2
7. 10. 1. Cor.

7. 9. Herod

ta duo puer

pla: Sichim

Amasia, 20.

3. 21. Esa. 3

dolias, Iere

igne consu

gab & Abih

hominum,

16. 18. quin

2. Paral. 28. 3

22. filii de S

tor, Levit. 2

tollens de a

gis, 1. Reg. 1

Divus Step

oppressoru

A mulie

Abimelech

zificii cau

listium, Iud

1. Reg. 20. 3

Peste extir

torum exe

lia viroru

exempla: V

meis filiu

pla: Pistor

Rex Hai,

Sam. 4. 12.

Principes

7. 5. Act. 1

§ EX

§ EXEMPLA SACRA.

Mortis vindictæ exempla: Mors Afael, 2. *Sam.* 3. v. 27. mors Abner, 1. *Reg.* 2. 34. mors Naboth, 22. 38. mors Joas, 2. *Reg.* 24. 5. 2. *Paral.* 25. 3. Mortis violentæ species diversæ. Aquis submerforum exempla: Antiquior mundus, *Genes.* 7. 21. *Matth.* 24. 37. *Luc.* 17. 27. 2. *Pet.* 3. 5. Pharao cum exercitu, *Exod.* 14. 28. Interfeutorum ab animantibus: Leonibus exempla, Propheta inobediens, 1. *Reg.* 13. 24. Socius Prophetæ, 20. 36. Viri de Babylone, 2. *Reg.* 17. 25. Serpentibus exempla: Israëlita, *Num.* 21. 6. *Sap.* 16. 7. 10. 1. *Cor.* 10. 9. Vermibus exempla: Antiochus, 2. *Macchab.* 9. v. 9. Herodes Agrippa, *Actor.* 12. 23. Urfis exempla: Quadringenta duo pueri, 2. *Reg.* 2. 24. Dolo ac prodicione occisorum exempla: Sichimitæ, *Genes.* 34. 25. Abner, 2. *Sam.* 3. 27. Isboeth, 4. 6. Amalia, 20. 10. Ela, 1. *Reg.* 16. 10. Sennacherib, 2. *Reg.* 19. 37. 2. *Paral.* 32. 21. *Esa.* 37. 38. Amon, 2. *Reg.* 21. 32. 2. *Paral.* 24. Joas, 24. 25. Goliath, *Ierem.* 41. 2. Interemptorum exempla: Azotii, 1. *Sam.* 5. 6. Igne consumptorum exempla: Sodomitæ, *Genes.* 19. v. 24. 25. Nadab & Abihu, *Levit.* 10. 2. murmurans populus, *Num.* 11. 1. mille hominum, *Iudic.* 9. 45. &c. mulier Samsonis, 15. 6. Zambri, 1. *Reg.* 16. 18. quinquagenarii duo, 2. *Reg.* 1. v. 10. 12. filius Achaz, 16. 3. 2. *Paral.* 28. 3. Filii Israël, 2. *Reg.* 17. 17. filius Manassis, 21. 6. *Iere.* 29. 22. filii de Sepharvaim, 17. 31. Lapidibus obrutorum: Blasphemator, *Levit.* 24. 23. Colligans ligna in Sabbatho, *Num.* 15. 35. Achan tollens de anathemate, *Ios.* 7. 25. Aduram erat super tributa Regis, 1. *Reg.* 12. 18. 2. *Paral.* 10. 18. Naboth, 1. *Reg.* 21. 13. 2. *Paral.* 24. 21. Divus Stephanus Protomartyr, *Actor.* 7. 58. Multitudine populû oppressorum exemplum: Dux incredulus, 2. *Reg.* 7. 17.

A mulieribus interfeutorum exempla: Sifara, *Iudic.* 4. v. 21. Abimelech, 9. 53. Holofernes, *Iudith.* 13. 8. Muri aut alicujus alius ædificii causa oppressorum exempla: Samson & Principes Philistinum, *Iudic.* 16. 30. Civium Aphecurbis viginti septem millia, 1. *Reg.* 20. 30. Filii Job, *Iob.* 1. 19. à turri Siloe interfecti, *Luc.* 13. 3. Peste extinctorum exempla: Israëlita, 2. *Sam.* 24. 15. Præcipitatorum exempla: Eli, 1. *Sam.* 4. 18. Jezabel, 2. *Reg.* 9. 33. decem millia virorum, 2. *Paralip.* 25. v. 12. Spinis & tribulis confectorum exempla: Viri Sochor, *Iudic.* 8. 16. Suffocatorum exempla: Mercenarius filius, 1. *Reg.* 3. 19. Benadad, 2. *Reg.* 8. 15. Suspensorum exempla: Pistor Pharaonis, *Genes.* 41. 13. Principes populi, *Num.* 25. 4. Rex Hai, *Ios.* 8. 29. quinque Reges, 10. 26. Baana & Rechab, 2. *Sam.* 4. 12. Achitophel, 17. 23. Aman, 7. 10. decem filii Aman, 9. 14. Principes, *Thren.* 5. 12. duo latrones, *Matth.* 27. 38. Judas proditor, 7. 5. *Act.* 1. 18. à terra absorptorum exempla: Core, Dathan, &c.

*Numer. 16. v. 32. 33. Deut. 11. v. 6. Psalm. 106. v. 8. Vim sibi infer-
 rium exempla: Abimelech, Iudic. 9. v. 54. Samson, 16. v. 29. 1. Sam. 31. v. 4. Achitophel, 2. Sam. 17. v. 23. Zambri, 1. Reg. 16.
 Prolemæus, 2. Macchab. 10. v. 13. Razias, 14. 41. Judas proditor
 Matth. 27. v. 5. Actor. 1. v. 18. Vi occulta divinitus extinctorum
 exempla: Her & Onan, Genes. 38. v. 7. 10. Ægyptii, Exod. 12. v. 30.
 Israëlitarum, Numer. 11. 33. Exploratores, qui terræ detraxerant.
 v. 37. Bethsamitæ, 1. Sam. 6. v. 19. Oza, 2. Sam. 6. v. 7. Ananias
 & Saphira, Actor. 5. v. 10. Violento partu examinerum exempla:
 Raquel, Genes. 35. v. 18. uxor Phinees, 1. Sam. 4. v. 19.*

*Mortis præciosæ justorum exempla: Abel, Genes. 4. v. 8. Henoch, Genes. 5. v. 24. Abraham, 25. v. 8. Isaac, 35. v. 10.
 Jacob, 49. v. 33. Joseph, 50. v. 26. Aaron, Numer. 20. v. 28. Moyses, Deuter. 34. v. 5. Samuel, 1. Samuel. 25. v. 1. David, 1. Reg. 2. v. 35.
 1. Paralip. 29. v. 28. Elias, 2. Reg. 2. v. 11. Zacharias, 2. Paralip. 24. v. 21. Matth. 23. v. 35. Tobias senior & junior, Tob. 14. v. 13. Job. 42. v. 17. Matthatias, 1. Macchab. 2. v. 70. Judas Machabæus, 9. v. 18. 2. Macch. 6. v. 31. septem Fratres & Mater, 7. v. 10. Joannes Baptista propter veritatem decollatus, Marc. 6. v. 27. Lazarus, Luc. 16. v. 22. Latro à dextris Christi pendens, 23. v. 43. Stephanus, Actor. 7. v. 60.*

Mortis horrendæ malorū exempla: Cain, vulgo à Lamech occisus, Genes. 4. v. 23. 24. quinque civitates, Sodoma, Gomorrah, &c. 19. v. 24. Sichem, 34. v. 25. Pharaon cum exercitu, Exod. 14. v. 28. Nadab, &c. Levit. 10. v. 2. Numer. 3. v. 4. 26. v. 10. 1. Paral. 24. v. 2. Blasphemus, Levit. 24. v. 23. Corc, Dathan, Abiram, cum suis complicibus, Num. 16. v. 32. Adonibosech, Iudic. 7. v. 6. Sisara, 4. v. 21. Eli, 1. Sam. 4. v. 18. Goliath, 17. v. 50. Samson, 16. v. 29. Achitophel, 17. v. 23. Absalom, 18. v. 14. Seba, 20. v. 22. Joab, 1. Reg. 2. v. 34. Achab, 22. v. 34. Dux incredulus, 7. v. 17. Beeladad, 8. v. 15. Athalia, 11. v. 16. Sedechias, 25. v. 6. Holofernes, Judith 12. v. 10. Balsarus Rex Chaldæus, Daniel. 5. v. 31. Danieles accusatores, 6. v. 24. Alchimus, 1. Macchab. 9. v. 55. Andronicus, 2. Macchab. 4. v. 38. Antiochus, 9. v. 9. Menclaus, 13. v. 4. Dives cujus agri exuberabant, Luc. 12. v. 20. Dives epulo, 16. v. 22.

§ HIEROGLYPHICA.

IN divinis literis framea, ut & alia telorum genera: mortis hieroglyphicum habetur. Ita Theologi & Psalmi loco: Erue framea Deus animam meam. Pier. Valer. lib. 42. pag. 411. B.

Apud Scythas (qui multa quoque Ægyptiorum more colunt) auxerunt, à quibus etiam instituti sunt: ut quibusdam veteribus placet

placet) *gladius* erat *mortis* symbolum. *Idem lib. 42. pag. 416. E.*

Colles quoque atque *pensa* tantum, staminibus abruptis *mortis* habere significationem tradunt, ex fabula *Parcarum*, quarum munus est, suum unicuique rei finem præscribere. *Idem Pier. lib. 48. pag. 471. B.*

Pinus arbor *mortis* quoque hieroglyphicum est, de qua observatum, arborem illam excisam semel, nuquam suppullulascere. *Idem lib. 52. pag. 504. F.*

Cupressus etiam arbor in ostentis *mortis* indicium fuit: undè & *mortis* esse hieroglyphicum nonnulli affirmant. *Vide Pier. Valer. lib. 52. pag. 504. D.*

MOTUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 15. *Metamorph.*

*Omnia mutantur, nil interit: errat, & illinc
Hinc venit, hinc illud.*

Ibidem.

*Cum sint hinc forsitan illa
Hec translata illuc. summa tamen omnia constant,
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim, sic ad ferrum venistis ab auro
Secula, sic toties versa est fortuna locorum.*

Lucret. lib. 1. de *Nat. rerum.*

Semper in assiduo motu res quoque geruntur.

Boëtius *Metro. 9. lib. 3.*

Qui tempus ab ævo

ire jubes, stabilisq; manens das cuncta moveri.

Manilius lib. 4. *Astronomic.*

*Est æquale nihil: terrenos aspice tractus,
Et maris, & nothris fugientia flumina ripis:
Crimen ubiq; frequens, & laudi noxia juncta est.
Sic sterilis terris letis inter venit annis:
Ac subito rumpit parvo discrimine factus.
Et modo portus erat pelagi, jam facta Charybdis:
Laudatq; cadit post paulum gratia Ponti:
Et nunc per scopulos, nunc campos labitur amnis,
Aut faciens iter, aut querens venit ve redit ve.*

Vide Natura.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier autem timens Deum, ipsa laudabitur. *Proverb. 31.*

Fundamenta æterna suprâ petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. *Eccles. 26.*

Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens. *Proverb. 18.*

Melius est sedere in pinna tecti, quàm cum muliere litigiosa, quæ partem ædium habet. *Ibid. 21.*

Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda. *Ibid.*

Tecta perstillantia indie frigoris, & litigiosa mulier comparantur. *Ibid. 27.*

Omnis plaga tristitia cordis est, & omnis malitiâ, nequitia mulieris. Et omnem plagam & non plagam videbit cordis, & omnem nequitiam & non nequitiam mulieris. *Eccles. 25.*

Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum suum tanquam ursus, & quasi sacco ostendet in medio proximorum. Ingemuit vir ejus, & audiens suspiravit modicum. *Idem Ibid.*

Brevis omnis malitia super malitiam mulieris, fors peccatorum cadet super illam. Sicut ascensus arenosus, in pedibus terani: sic mulier linguata homini quieto. *Idem Ibid.*

Mulieris ira irreverentia, & confusio magna. *Ibid.*

Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. Cor humile & facies tristis, & plaga mortis, mulier nequam. *Ibid.*

Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. *Ibid. 26.*

Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in Domino. *Col. 3.*

Quod monile aureû est in ritu porci, id est mulier pulchra & fatua. *Proverb. 11.*

Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, non in ortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. *2. Timoth. 2.*

Noli discedere à muliere sensata & bona, quàm sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum. *Eccles. 7.*

No

Non
doctrina

ingredia

Beatu

Multi

plicabi

illius in

timenci

Multi

Mulie

Gratia s

Colu

plantas

Ædifi

lierimm

Sapie

quoq; m

Nihil

lem

ctus, sin

Multi

dicare, c

Sams

suffocan

solvit ne

mulieris

lib. 1. de

Hosp

terant: c

ra, aut æ

prætere

sanctio

ad Nepo

Vix c

benter a

præcon

Nevi

libertin

paulati

re in lic

Matr

Non zeles mulierem suus tui ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. *Ibid. 9.*

Beatus qui habitat cum muliere sensata. *Ibidem.*

Mulieres bonæ beatus vir: nam numerus dierum ipsius multiplicabitur. Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum, dabitur viro pro factis suis. *Ibid.*

Mulier grata inueniet gloriam. *Proverb. 11.*

Mulier sensata & tacita non est immutari eruditæ animæ. Grata super gratiam mulier sancta & pudorata. *Eccles. 26.*

Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. *Ibidem.*

Ædificatio civitatis confirmabit nomen, & super hanc mulier immaculata computabitur. *Ibid. 40.*

Sapiens mulier ædificavit domū suam: insipiens extructam quoq; manibus destruet. *Proverb. 14.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Nihil esse sentio, quod magis ex arte deiciat animum virilem, quàm blandimenta fœminæ, cordiumq; ille contractus, sine quo uxor haberi non potest. *August. lib. 8. Soliloq.*

Mulier nec docere potest, nec testis esse, nec sic dicere nec iudicare, quantò magis nō potest imperare. *Id. in quest. ex utr. Test.*

Samson validus & fortis leonem suffocavit: sed amorem suū suffocare non potuit. Vincula solvit hostium, sed suarum non solvit nexus cupiditatum. Messes incendit alienas, sed unius ipse mulieris accensus igniculo, messem suæ virtutis amisit. *Ambros. lib. 1. de David.*

Hospitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant: omnes puellas, aut virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Vide ne sub eodem tecto manseris, nec præterea castitate confidas: nec Samsone fortior, nec Davide sanctior, nec Salomone poteris esse sapientior. *Hieron. in epist. ad Nepot.*

Vix est ita turpis, aut senio confecta, quæ non gaudeat, & libenter audiat, si dicatur esse pulchra. Delectant castas etiam præconia formæ. *Idem in epist. ad matrem.*

Nevi ego quasdam jam maturioris ætatis & plerasq; generis libertini adolescentibus delectari, & filios quærere spirituales, paulatim pudore superato, per ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem. *Idem ad Rust. mo.*

Matrem tuam ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum

rum vultus cordi tuo hzreant, & tacitum vivat sub pectore vulnus. Ancillulas quæ illi in obsequio sunt, tibi scias esse in infidiis: & quantò vilior est earum conditio, tantò facilior est ruina. *Idem ibid.*

Illa sit pulchra, illa sit amabilis, illa habenda inter socias, quæ nescit se pulchram esse, quæ negligit formæ bonum: & procedens ad publicum, non pectus & colla denudat, nec pallio nudato cervicem aperit: sed quæ celat faciem, & vix uno oculo, qui viæ nuntius est, parente ingreditur. *Idem in epist.*

Uxorem pauperem alere difficile est: divitem ferre tormentum est. Quid prodest diligens custodia, cum uxor servari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos castitatis est necessitas: & illa verè pudica dicenda est, cui licuit peccare, sed noluit. *Idem cont. lovin.*

Pulchra citò adamatur, fœda facilè concupiscit: difficile custoditur, quod plures amant. Molestum est possidere, quod nemo habere dignetur: minore tamen miseria deformis habetur, quàm formosa servatur. *Ibidem.*

Nihil tutù est, in quo totius populi vota suspirant: alius forma, alius ingenio, alius facetiis, alius liberalitate sollicitat, alio modo expugnatur, quod undiq; incessitur. *Idem ibid.*

Quid aliud est mala mulier, nisi amicitie inimica, ineffugibilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilia calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni, colore depicta? *Chrysof. super Matth. 19.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. in Eutrop. lib. 1.

Nascitur ad fructum mulier, prolemq; futuram.

Plaut. in Stich.

Quæ tibi mulier videtur multò sapientissima?

Quæ tùm, quùm res secunda sunt, se poterit noscere:

Et quæ a quo animo patietur sibi esse pejus, quàm fuit.

Vergil. lib. 8. Æncid.

Ceu fœmina primum,

Cui tolerare colo vitam, tenuiq; Minerva

Impositum, cinerem & sopitos suscitât ignes:

Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo

Exercet penso: castum ut servare cubile

Conjugis. & possit parvos educere natos.

Ausonius in Biz sententiis.

Quæ casta est? de qua mentiri fama veretur.

Ovid.

Ovid. lib. 3. Eleg. five amo.

Si qua metu dempto casta est. ea deniq; casta est:

Quæ, quia non licet, non facit, illa facit.

Plaut. in Sticho.

Vbi facillumè spectatur mulier, quam ingenio est bono?

Quoi malefaciundi est potestas, quæ non faciat, id temperat.

Horat. Satyr. 5. lib. 2.

Sic tibi Penelope fugi est, quæ si semel uno

De sene gustarit, tecum parit a lucellum:

Vt canis a corio, nunquam absterrebitur uncto.

Seneca in Hyppolyto.

Sed dux malorum fæmina, & scelerum artifex

Obsedit animos: cujus incestæ stupris

Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt,

Et versa ab imo regna tot populos premunt.

Juvenal. Satyr. 10.

Mulier se visissima tunc est,

Cum stimulos odio pudor admo vet.

Ovid. lib. 2. de Arte amandi.

Sed neq; fulvius aper media tam se vios in ira est:

Fulmineo rabidos dum rotat ore canes,

Nec lea, cum catulis lactantibus ubera prebet:

Nec brevis ignaro vipera laesa pede:

Fæmina quàm socii deprensa pellice lecti

Ardet, & in vultu pignora mentis habet:

In ferrum flammæq; rurs, positaque decore

Fertur, ut Aonii cornibus iccta Dei.

Seneca in Hercule Oeteo.

O quàm cruentus fæminas stimulat dolor?

Cum patuit una pellici & nuptæ domiss:

Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta

Mimus est timenda: nulla non melior fera est.

Ovid. lib. 1. eleg.

Nox & amor, vinumq; nihil moderabile suadent;

illa pudore vacat, Liber, Amorq; metu.

Plaut. in Bacchid.

Illecebrosius fieri nihil potest, nox, mulier, vinum.

Homini adolescentulo.

Juvenal. Satyr. 6.

Mala Venusinam, quàm te, Cornelia mater.

Græco-

*Grachorum: si cum magnis virtutibus adfers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.*

Ex Græcis Comicis.

*Γωὴ γδ' οἴκῳ πῆμα κὲ Κοτηρία.
Salus & exitium mulier est edibss.*

*Γωαικὸς ἐὼ λῆς ἐστὶ σάξεν οἰκίας.
Quæcumq; mulier est proba, hæc servat domum.*

*Γωὴ δὲ γρησὴ πιδάλιον ἐστ' οἰκίας.
Est quæ proba uxor, gubernaculum domus.*

*Γωαικὶ πάση κέσμεν ἢ Γωὴ φέγει.
Dens mulieri cuilibet silentium.*

*Γωαικὶ κέσμος ὁ τρέπος, κὲ γρησία.
Mores mulierem non monilia decorant.*

*Καλὸν γωαικὸς εἰσραῖν κηλοὺς τρέπος.
Res pulchra, morum pulchritudo fæminas.*

*Γωαικὶ εἰ ἄρχειν ἐδιδωσιν ἢ φύσις.
Natura non vult imperare fæminam.*

*Γωὴ τὸ ζυβόλον ἐστὶ δαπανηρὸν φύσει.
Natura fecit sumptuosas fæminas.*

*Γωὴ γδ' ἐδὲν οἶδεν πλὴν ὀβρούλεται.
Scit mulier illa sola scire quæ libet.*

*Γωαικὸς ἐὼ λῆς ἐπιτυχεῖν ἐρέδιον.
Haud facile conjugem nanciscier bonam.*

*Θάλασσα κὲ πῦρ κὲ γωὴ, κηκὲ τρία.
Tria sunt mala, æquor, ignis, atq; fæmina.*

*Ἰὸς πῖφουκεν ἀσπίδος κηκὲ γωὴ.
Est mulier improba aspidis viries malum.*

§ ΑΡΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Protagoras interrogatus, quàm ob causam inimico filiam no-
ptam dedisset? quia (inquit) nihil ei dare poteram deterius
Maximus.

Solon à quodam rogatus, an uxor esset ei ducenda? si turpem
duxeris, inquit, habebis pœnam: si pulchram, habebis com-
munem. *Eodem serm.*

Aristippus mulierem parvam, sed pulchram conspiciat: par-
vum quidem pulchrum, inquit: magnum autem malum. *Anton.
serm. de muliere forti, &c.*

Iulia Augusti Caesaris filia, à parente castigata, quòd cum adolescentibus luxuriosissimis procacius ambularet, respondit: hi mecum senes fient, licet modò sint juvenes. *Erasm. lib. 4. apophth. ex Sueton.*

Secundus philosophus interrogatus, quid esset mulier mala? respondit: Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, beivna conviva, sollicitudo confidens, leæna complectens, exornata Scylla, animal multiosum, malum necessarium. *Maxim. serm. 39.*

Democritus sciscitatus, cur cum magnus esset, parvam duxisset uxorem: ego (inquit) in malo eligendo, quod minimum erat, elegi. *Eodem serm.*

Philonis uxor in complurium fœminarum coetu interrogata, cur sola ex omnibus aureo non uteretur ornatu? satis, inquit, uxori magnus ornatus viri sui virtus est. *Ibidem.*

¶ SIMILITUDINES.

UT nemo sentit, qua parte stringat calceus, nisi qui indutus est: ita nemo novit ingenium mulieris, nisi qui duxit uxorem. *Plutarch.*

Muta cicada miraculo est, quòd ipsum genus sit garrulum: sunt autem hujusmodi in agro Rhegino: sic magis admiramur constantiam & silentium in fœmina, quòd ipsum genus mutabile sit & loquax. *Plut. lib. 11. cap. 27.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Mulierum fides ac pietas. Exempla: Obstetrices, *Exod. 1. vers. 17.* Raha, *Iosue. 2. v. 1. & Hebr. 11. v. 3.* Ruth, *Ruth. 1. vers. 16.* Noëmi, *2. v. 12.* Pueri vivi mater, *1. Reg. 3. v. 26.* Sareptana, *1. vers. 9.* Sunamitis, *2. Reg. 4. v. 9. 10.* &c. Josaba, *11. v. 2.* Esther, *Esth. 4. vers. 16. & 5. v. 1.* Mulier sanguinis profluvio laborans, *Matth. 9. v. 21. & 15. v. 22.* Chananza, *v. 25. 27. 28.* Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome, *Marc. 16. v. 1. Ioan. 20. v. 1.* Elizabeth, *Luc. 1. v. 42. 45.* Deipara virgo, *v. 38.* Anna, *2. v. 36. 38.* Peccatrix, *7. v. 50.* Martha, *10. v. 38. Ioan. 11. 27.* Vidua paupercula, *21. v. 2.* CHRISTI Discipulæ, *23. v. 27. 49.* Samaritana, *Ioan. 4. vers. 25. 29.* Deipara virgo, & eius comites, *19. v. 25.* Tabitha, *Actor. 9. v. 36.* Maria Marci mater, *12. v. 12.* Lydia, *16. vers. 14.*

Mulierum fortitudo. Exempla: Debora, *Judic. 4. vers. 9.* Michol, *1. Sam. 19. v. 12.* Sara filia Raguclis fortiter & patienter tulit contumeliam ab ancilla illatam, *Tob. 5. v. 7.* &c. Esther Regina periculo se exposuit pro gente sua, *Esth. 5. v. 1. 2.* &c. Judith, *Judith.*

Iudith. 13. v. 8. 9. Legatur etiam mirabilis fortitudo matris filiorum, 2. *Macchab. 7. v. 1. 2.* &c. Deipara virgo & ejus comites, *Ioan. 19. v. 15.* Maria Magdalena, 20. v. 11.

Mulierum pietatis & compressionis exempla: Rebecca, *Gen. 24. v. 17. 18.* Obstetrices, *Exod. 1. v. 17.* Filia Pharaonis, 2. Rahab, *Ios. 2. v. 4. 12.* Ruth, *Ruth. 1. v. 16.* Noëmi, 2. v. 12. Patri vivi mater, 1. *Reg. 3. v. 26.* Sareptana, 17. v. 9. Sunamitis, *Reg. 4. vers. 9. 10.* Josaba, 11. vers. 2. Esther non vocata accedit Affluerum, ut pro gente sua apud eum intercederet, *Esth. 5. v. 2.* &c. Maria Magdalena, Jacobi, & Salome, *Marc. 16. v. 1.* Anna & Susanna, &c, *Luc. 8. vers. 2.* Martha, 10. vers. 38. Paupercula vidua, 21. vers. 1. Discipulæ Christi, 23. vers. 27. uxor Pilati, *Matth. 27. vers. 19.* Mater CHRISTI, *Ioan. 2. vers. 3.* Et comites, 19. vers. 25. Tabitha, *Act. 9. vers. 16.* Maria Mater, ad quam Petrus liberatus divertit, 12. vers. 12. Lydia, *vers. 14. 15.*

Mulierum sapientum exempla: Sara, *Genes. 21. v. 9. 10.* Rahab, *Ios. 2. v. 9. 12. 13.* Debora, *Iudic. 4. v. 4.* Ruth, *Ruth. 2. v. 1.* Anna, 1. *Sam. 1. v. 15.* Abigail, 25. v. 18. 32. 33. mulier Thecui, 2. *Sam. 14. v. 19.* mulier sapiens, 20. v. 16. Bethsabec, 1. *Reg. 1. 16. 17.* Meretrix, 3. v. 26. Regina Saba, 10. v. 1. 2. *Paralip. 9. v. 1.* Vidua Sunamitis, 2. *Reg. 4. v. 28.* Hulda Prophetissa, 22. v. 15. Esther, *Esth. 7. vers. 1. 2. 3.* uxor Pilati, *Matth. 27. v. 19.* uxor Maria, 28. v. 9. Deipara virgo, *Luc. 1. v. 34. 38. 46.* & 2. v. Elizabeth, v. 41. 43. Maria soror Marthæ, *Luc. 10. v. 39.* Maria, *Ioan. 11. v. 32.*

Mulierum stultiloquii exempla: Sara, *Genes. 18. v. 10. 11.* Rachel, 30. v. 1. Dalila, propositionis obscuræ enodationem damnium mariti sui indicat civibus suis, *Iudic. 14. v. 17.* & 18. Michol, 2. *Sam. 6. v. 20.* Meretrix altera, 1. *Reg. 3. v. 26.* Tobizæ, *Tob. 2. vers. 22.* ancilla Saræ, 3. vers. 8. uxor Aman, *Esth. 5. vers. 14.* uxor Job, *Iob. 2. vers. 9.* mater Zebedæi, *Matth. 27. vers. 20. 21.*

Mulierum aviditatis & concupiscentiæ exempla: Eva, *Gen. 3. v. 6.* Sarai, 16. v. 1. 2. Filix Loth, 19. v. 31. &c. Rebecca, 24. v. 58. Rachel, 30. vers. 1. Dina, 34. v. 1. uxor Putipharis, 39. v. 1. Axa, *Ios. 15. v. 17. 18. 19.* Anna, 1. *Samuel. 1. v. 7. 8.* Sunamitis, 2. *Reg. 4. vers. 22. 23. 24.* Athalia, vers. 11. Anna uxor Tobizæ, *Tob. 11. vers. 5.* Esther, *Esther 9. vers. 12. 13.* Rhodo, *Act. 16. vers. 14.*

Mulierum officia: Primò Maritum amore complecti. Exempla: Michol, 1. *Sam. 18. v. 28.* Sara Tobizæ uxor, *Tob. 10. v. 11.* Secundo

Secundò, monere de pietate. Exempla: Sunamitis, 2. Reg. 4. v. 9. 10. Esther, Esth. 7. v. 1. 2. &c. Tertiò, illi parere & honorem deferre. Exempla: Sara juxtà mandatum Abrahamæ mariti, subricet se esse uxorem Abrahamæ, Genes. 12. v. 14. &c. & Dominum eum vocat, 1. Pet. 3. v. 6. Sunamitis veniam petit à marito eundi ad Elifauum, 2. Reg. 4. v. 22. Quartò, mariti miseras patientia & consolatione sublevare. Exempla: Sephora, Exod. 4. v. 25. Michol, 1. Sam. 19. v. 11. 12. uxor Jeroboam consulit Ahiam, 1. Reg. 14. v. 4. Jezabel, 21. v. 7. Tobizæ uxor, Tob. 2. v. 19. 20. Quinto, sequi maritum quò venerit. Exempla: Sara, Genes. 12. v. 1. 2. & 20. v. 1. 2. Rebecca ex Mesopotamia venit ad Isaacum in Chanaan, 24. v. 61. Lia & Rachel Jacobum profugū spontè sequuntur, 31. v. 14. Sephora similiter sequitur Moysen, Exod. 4. v. 20. Davidem exulem in terra Geth, uxores, 1. Sam. 27. v. 3. Mulieribus etiam legendum Deuteronomium, Deuter. 31. v. 12. Mulieribus prædicat Paulus, Actor. 16. v. 13.

Mulieres steriles fœcundæ redditæ. Exempla: Sara uxor Abraham, Genes. 16. v. 1. & 21. v. 1. Rebecca, 25. v. 21. Rachel, 30. v. 1. 22. 23. uxor Manue, Judic. 13. v. 2. 24. Anna, 1. Sam. 1. v. 5. 20. Elizabeth, Luc. 1. v. 7. 57.

Mulierum astutia & fallaciæ exempla: Filia Loth, Genes. 19. v. 32. Rebecca, 27. v. 16. Rachel, 31. v. 35. uxor Putipharis, 39. v. 13. 14. 15. 16. Obstetrices, Exod. 1. v. 19. Filia Moabitarum, Numer. 25. v. 2. Rahab, Ios. 2. v. 4. Jahel, Judic. 4. v. 18. uxor Samsonis, 14. v. 26. Dalila, 16. v. 15. Michol, 1. Sam. 19. v. 21. mulier Thecuitis, 2. Sam. 14. v. 4. mulier quædam, 17. v. 19. mulier meretrix, 1. Reg. 3. v. 20. Jezabel, 21. v. 8. Judith, Iudith. 10. v. 12. &c. Herodias, Marc. 6. v. 19. 21. 22. 24.

Vide Uxor.

MULTITUDO MALORUM.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Multitudinis malorum exempla: Antiquior mundus, Genes. 7. v. 21. Sodoma, Gomorra, &c. 1. v. 14. Fratres Joseph, inter quos duo tantum inventi sunt, Ruben & Juda, qui laborarent pro liberando Josepho, sed prævalerant mali, Gen. 37. v. 22. 26. Ismaël filii plures fuerunt, quam filii Isaaci, Gen. 25. v. 13. &c. Israëlitarum ingens fuit numerus, sed ex illis duo tantum, (qui quidem ex Ægypto egressi erant) Josue & Caleb, in

Ggg

Ayuntamiento de Madrid

MU

MUNDUS.

promissam terram Chanaan sunt ingressi, *Num. 1. v. 46. 7. 30.* Plures fuerunt cum Absalone regnum patris invadentem quam cum Davide, *2. Sa. 11. 15. v. 21.*

Vide Malitia.

MUNDUS.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

IN principio creavit DEUS cœlum & terram. *Genes. 1.*
 Dominus fecit terram in fortitudine sua, & præparavit eam in sapientia, & prudentia sua extendit cœlos. *Jerem. 51.*

Creavit DEUS cœlum & terram. Terra autem erat inane & vacua: & tenebræ erant super faciem abyssi. *Genes. 1.*

Ex hac autem materia invisâ creavit omnipotens DEUS orbem terrarum. *Sapient. 11.*

Dixit quoq; DEUS: fiat firmamentum in medio aquarum & dividat aquas ab aquis. Et fecit DEUS firmamentum, & firmavit: & aquas, quæ sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentum: & factum est ita. Vocavitq; DEUS firmamentum Cœlum. *Genes. 1.*

Aspiciamus itaque ad cœlum & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt, & intelligamus, quia ex nihilo fecit illa DEUS. *2. Machabeor. 7.*

Fundasti Domine terram super stabilitatem suam, non clinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum circumdatus eius: super montes stabunt aquæ: ab increpatione tua surgent. Ascendant montes, descendunt campi in locum, quod fundasti eis. *Psal. 103.*

Orbem terrarum fundavit DEUS super maria, & super maria præparavit eum. *Psal. 24.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Mundus iste periculosior est blandus, quam molestus: & magis cavendus, quam se illicet diligi, quam quum admodum cogitq; contemni. *August. de Dioscor.*

In hoc mundo non timere, non dolere, non laborare, & periclitari impossibile: sed plurimum interest, qua causa, & expectatione, quo animo quisq; patiat. *Ibidem.*

O amatores mundi! cujus rei gratia militatis? major esse poterit spes vestra in mundo, quam ut amici mundi sitis. Ibi quid nisi fragile plenum periculis, & per quos periculum pervenitur ad majus periculum? pereant hæc omnia, &...

iamus hæc vana & inania: conferamus nos ad solam inquisitionem eorum, quæ finem nõ habent. vita hæc misera est: mors incerta subito obrepit: & post hæc negligentia pœna supplicio luenda est. *Augustin. lib. confess.*

Mundus transit & concupiscentia eius. Quid vis? utrum amare temporalia, & transire cum tempore: an Christum amare, & in æternum vivere? *Idem super epist. Ioan.*

Ecce turbat mundus, & amatur: quid si tranquillus esset? formoso quomodo hæres, qui sic amplecteris fœdum? Flores eius quomodo colligeres, qui à spinis non revocas manum? *Idem in Psalm.*

Vincula huius mundi asperitatem habent veram, iocunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietam, rem plenam miseria, spem beatitudinis inane. *Augustinus.*

Ecce ruinosus mundus est, & sic amatur. quid si dulcis esset? ò munde immunde! tenebras pariens, quid faceres si maneres? quid faceres dulcis, si amarus alimenta metiris? *Idem in serm.*

Discite in hoc mundo, supra mundum esse, & si corpus geritis, volitet in vobis ales interior. *Ambros. lib. de virg.*

Sancti viri, quia nihil huius mundi appetunt, proculdubio nullis tumultibus in corde premuntur. *Gregor. in moral.*

Cui Christum incipit dulcescere, necesse est amarescere mundum. *Bernh. in serm.*

Plenus est mundus spinis, quæ in terra sunt, in tua carne sunt: versari in his & minimè lædi, divinæ potentia est, & non virtutis nostræ. *Idem super Cant.*

Mundus est, ubi malitiæ plurimum, ubi sapientiæ modicum, ubi omnia sunt viscosa, omnia lubrica, omnia opera tenebris & obsessa laqueis: ubi periclitantur animæ, affliguntur corpora, ubi omnia vanitas, & afflictio spiritus. Et in Joële dicitur, Confusum est gaudium à filiis hominum. *Idem in serm.*

Mundus clamat, ego deficiam. Caro clamat, ego inficiam. Diabolus clamat, ego decipiam. CHRISTUS verò dicit, ego reficiam. *Idem.*

Periculum probat transeuntium raritas, pereuntium multitudo. In mari Massilia de quatuor navibus non perit una: in mari huius mundi de quatuor animabus, vix vadit una. *Ibidem.*

Habemus pro mari mundum, pro navi ecclesiam, pro velo poenitentiam, pro gubernaculo crucem, pro nauta Christum, pro vento Spiritum sanctum. *Chrysof. super Matth.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Manilius lib. 1. Astronom.

*Hæc æterna manet, diuisq; similima forma:
Cui neq; principium est usquam, nec finis in ipso:
Sed similis toto remanet, perq; omnia par est.*

Ibidem.

*At manet incolumis mundus, suaq; omnia versat,
Quæ nec longa dies auget, minuitq; senectus,
Nec motus puncto currit, cursuq; fatigat.
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres, alium ve nepotes
Aspicient.*

Manil. lib. 1. Astronomi.

*Sed facies quecunq; tamen sub origine rerum
Conuenit, & certo digestum est ordine corpus.*

Ibidem.

*Quicquid subduxit flammis natura pepercit
Succubitura oneri: formas disjungere tantum
Contenta, ut stellis ostendere sydera certis.
Linea designat species, atq; ignib; ignes
Respondent: media extremis, atq; ultima summis.*

Manilius lib. 1. Astronom.

*Est igitur tellus mediã sortita cæternam
Aëris, & toto pariter sublata profundo.
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
Vndiq; surgentem pariter, pariterq; cadentem.
Hæc est naturæ facies: sic mundus & ipse
In convexa volans, teretes facit esse figuras
Stellarum, Solisq; orbem Lunaq; rotundum.*

Lucanus lib. 1. bel. civil.

Sic cæm compage soluta

*Secula tot mundi suprema coegerit hora:
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis
Sydera syderibus concurrent, ignea Pontum
Astræpetent, tellusq; extendere littora nolet.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Universus hic mundus una civitas communis Deorum atq;
hominum existimanda est. Cic. de Leg.

Sin alia causa est, cur mortalem fecerit mundum, non quæ
admodum Platonici dicunt sempiternum. Idem de Nat. Deor.

Quid enim mundo præstantius? lauda quam putas speciem, portio à te laudabitur mundi. *Apulejus de dogm. Plat.*

Amor mundi nos in fortunæ potestate adducit. hic amissis liberis mœstus, hic sollicitus ægris. hic turpibus, & aliquam passus infamiam, tristis. hanc imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam, & in hunc mortalium cœtum, honores, divitias, gratias excutere, quorum alia inter diripientium manus scissa sunt: alia infida societate divisa: alia magno detrimento eorum, in quos devenerant deprehensa. *Seneca.*

§ APOPHTHEGMATA.

Tales interrogatus, quid omnium esset pulcherrimum? respondit, Mundus: est enim opus DEI, quo nihil pulchrius est. *Erasm. lib. 7. apoph. ex Laert. lib. 1.*

Demonax Cum quidam exquirerent, an mundus esset animatus, & rursus an globosus? Vos, inquit *Demonax*, de mundo solliciti estis: at vestram ipsorum immundiciem non curatis. *Anton. part. 2. serm. 77. Melissæ.*

§ SIMILITUDO.

Ut mare grava minus elaborat & in gestatione & in partu: ita si rem honestissimam animo conceperimus, minore negotio consequemur, quam stulta quædam oblectamenta. Et qui mundi premia non sequuntur, minore dolore margaritarum illud Evangelicum sibi parare poterunt. *Erasm.*

MUNERA.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus suis humiliant voces suas, in tempore retributionis postulabunt tempus. *Eccles. 29.*

Cum dederis, ne Improperes. *Ibid. 41.*

Ubi manus multæ sunt claudere: & quodcumque trades, numerata & appende. Datum verò & acceptum, omne describe. *Ibid. 42.*

Non accipies munera, quæ excæcant sapientiam. *Exod. 23.*

Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. *Esa. 1.*

Væ! qui justificatis impium pro muneribus. *Idem 5.*

Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. *Idem 33.*

Amici divitum multi propter dona. *Proverb. 14.*

Quid odit munera, vivet. *Ibid. 15.*

Ggg 3

Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicij.
Ibidem 71.

Non accipies pretium ab eo, qui reus est sanguinis. *Numeri 16.*

Sicut in medio compaginis lapidum, palus figitur: sic & in ter medium emptionis & venditionis angustabitur peccator.
Eccles. 27.

Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Job. 15.*

Insatiabilis oculis cupidus: in tempore iniquitatis non satiatur. *Eccles. 10.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Libertatem arguendi amittit & peccat, qui ab eo accipit, quod illi deo dat, non corrigitur. *Ambros. in epist. ad Cor. 1.*

Munera excæcant oculos judicum, & vim autoritatis inclinant. *Ibidem.*

Facile contemnitur clericus, qui sæpè vocatur ad prandium & non recusat. Nunquam petentes, rarò accipiamus rogantem. Nescio quomodo etiam ipse, qui deprecatur, ut tribuat, quod accepit, vilior te judicat: & mirum in modum si eum rogantem contempseris, plus te post veneratur. *Hieron. ad Marcellin.*

Antè Dei oculos nunquam est vacua manus à munere: si aca cordis plena sit bona voluntate. *Gregor. in homil.*

Tres sunt munerum acceptiones, quibus contrà justiciam humana vanitas militat: nempe favor amicitiarum, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris. Facilius antè pervertitur animus rei corporeæ munere, quàm gratiæ laudisq; favoro.
Isidor. de sum. bon. lib. 1.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de Arte amandi.

*Carmina laudantur, sed munera magna petuntur:
Dummodo sit dives barbarus, ille placet.*

Idem lib. 2. Eleg.

*Qui dabit, ille tibi magno sit major Homero:
Crede mihi, res est ingeniosa dare.*

Idem lib. 2. de Arte amandi.

*Ipsè licet venias Musis comitatus Homere:
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.*

Idem epist. 16. Heroid.

*Sic acceptissima semper,
Munera sunt: autor que pretiosa facit.*

Ovid.

Ovid. lib. 3. de Pont.

*Dignus es argento, falvo quoq; dignior auro:
Sed te, cum donas ista, iurare solent.
Quid faciet sapiens? stultus quoq; munere gaudet
Ipse quoque accepto munere mitis erit.*

Horat. Oda. 16. lib. 3.

*Et diffidit urbium
Portas vir Macedo, & subruit emulos
Reges muneribus: munera navium
Se vos illaqueant duces.*

Terent. in Phormione.

*Quam iniquè comparatum est, qui minus habent,
Ut semper aliquid addant divitioribus.*

Martial. lib. 5. Epigram.

*Semper eris pauper, si pauper es Emiliane:
Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus.*

Ovid. lib. 1. Eleg.

*Nec tamen indignum est, à divite premia posci:
Munera poscenti quæ dare possit, habet.
Carpite de plenis pendentes vitibus uvas:
Præbeat Alcinoi poma benignus ager.*

Ovid. 3. Art.

*Munera, crede mihi, placant hominesque, Deosq;
Placatur donis Iupiter ipse datus.*

§ APOPHTHEGMATA.

C Potitius audiens Romanos acceptis muneribus pristinum nomen & decus amisisse: utinam, inquit, ad illa tempora me fortuna servasset: & nunc essem natus: quando Romani dona accipere cœpissent. Non profectò passus essem eos imperare diutius. Cic. lib. 2. Offic.

C. Cæsar. Sylla præturam adeptus, comminatus est Cæsari, se sua, in illum potestate usuram: Jure, inquit Cæsar ridens, tuam potestatem appellas, quàm tuo ære mercatus es. Notans Syllam, quòd cum magistratum largitionibus sibi parasset. *Erasm.* lib. 1. apoph.

Alphonsus magnopere laudare solebat dictum nescio cuius: hostibus fugientibus: pontem argenteum extruendū esse: quod putaret, hostes pecunia sollicitandos: ut ab acie discederent. *Erasm.* lib. 8. apoph.

Alcámenes percontatus, cur à Messeniis oblata munera respuit.

Ggg +

set? quoniam, inquit, si recepissem, cum legibus pacem habere non potuissem. *Plut. in Lacon.*

Epaminondas Artaxerxes Persarum Rex, cum misisset ad Epaminondam Thebanorum ducem tria Daricorum millia Dromedontem Cyzizenum regium legatum, vehementer increpavit quod tam periculosam navigationem suscepisset, nullam aliam ob causam, quam ut homines pecunia corrumperet: iussit ut urbe excederet, quam primum regi suo munera referret: verbis: si faveret commodis Thebanorum: habiturus est Epaminondam amicum, non pecunia coemptum. sed gratis: si minus habebit hostem. *Plut. in Grec. apoph.*

Lycurgus Orator objiciente quodam, quod se pecunia redemptus a calumnia: non est inficiatus, sed clarissima voce populum appellans: bene habet, inquit, viri Athenienses, quantum quidem tot annos in Repub. versatum dedisse me, non accipere se pecuniam criminantur objectores. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Pesennius Niger consiliariis suis addidit salaria: ne gravarentur eos, quibus assidebant dicens, nec dare eos debere, nec accipere: & sic suorum iudicium consuluit & consiliatorum integritatem. *Ex Aelio Spartiano.*

Socrates. Cum Alcibiades spatiosam aream dono offerret Socrati, in qua sibi domum edificaret: quid, inquit, si mihi calceos opus esset, num corium mihi dares, unde mihi calceos conficiam? & si dares, an non ipse ridiculus essem, si acciperem? Huius similitudine manus inutile recusavit. *Erasm. lib. 3. apoph.*

Idem objurgatus ab uxore Xantippe, quod multa missitantibus amicis, nihil acciperet, dixit: si omnia quae dantur, statim acciperemus: ne si peteremus quidem in posterum, ut dare non habituri essemus. *Stob. serm. de Prudentia.*

Idem. Archelaus rex Socratem ad se vocarat. multa pollicentibus Socrates respondit, se nolle ad eum venire, a quo acciperet beneficia, cum illi reddere paria non posset. *Erasm. lib. 3. apoph.*

Demetrius Cynicus quum Cæsar ducenta talenta ei attulisset, ridens rejecit: si tentare, inquit, me constitueras, toto illi fore experiendus imperio. *Brusson, lib. 1. cap. 9.*

Ephialtes pauperrimus fuit: at tamen quum amici decem talenta ipsi dono darent, non accepit. hæc inquit, me cogere: si quidem reverenter vos haberem, aliquid præter jus concedere: sin minus vos observarem, ingratisimum haberi. *Aelianus lib. 11. de var. hist.*

Phocion aum a Menillo oblatam pecuniam contempsisset: objurgatus ab illo causam, cur saltem filio sumendam non permittere

ret? respondit: si filius vitam moresque composuerit, vivet ille quidem paterna hæreditate contentus: sin verò prodigus & immodestus fuerit, ne argentum quidem hoc satis futurum est. *Plutarchus.*

¶ SIMILITUDO.

UT bilanx in eam vergit partem, unde plus accepit: sic quidam nunc huic, nunc illi favent, qui plurimum det, non cujus causa sit optima. *Erasm.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Munerum oblationis, & exhibitionis exempla: Rex Sodomorum Abrahamæ, *Genes. 14. vers. 21. 22.* Jacob Esau fratri, *33. v. 9. 10.* Josepho, *43. v. 11.* Israëlita ad Tabernaculum, *Exod. 35. vers. 20. 21. 22.* Ahud Regi Egilon, *Judic. 3. v. 17.* Regina Saba Salomoni, *1. Reg. 10. v. 10.* Salomon Regina Saba, *v. 13.* Jonathan Davidi, *1. Samul. 8. v. 4.* Asa Regi Benadad, *1. Reg. 15. v. 18.* Rex Babyloniorum Ezechia Regi, *2. Reg. 20. v. 12.* Achaz Regi Assyriorum, *2. Paral. 28. v. 21.* Tobias Raphaeli, *Tob. 1. v. 1. & c.* Bethuliani Judith, *Judith. 15. vers. 13.* Magister militiæ Jeremiæ, *Jerem. 40. v. 5.* Nabuchodonosor Danieli, *Daniel 2. v. 48.* Jonathan Alexandro, *1. Macchab. 10. v. 60.* Magi CHRISTO, *Matth. 2. v. 11.* Munerum recusationis in tempore à piis factæ exempla: Abraham, *Genes. 14. v. 22.* Vir Dei, *1. Reg. 13. v. 8.* Elisæus, *2. Reg. 5. v. 15. 16.* David, *2. Sam. 22. v. 24.* Daniel, *Daniel 5. v. 17.* Matthathias, *1. Macchab. 2. v. 18.* Petrus, *Actor. 8. v. 20.* Muneribus multa obtineri: Exemplum, Jason, *1. Macchab. 23. v. 24.* Muneribus inhiantium exempla: Filii Samuelis, *2. Sam. 8. v. 3.* Gezi, *1. Reg. 5. v. 20. 21.* Custodes sepulchri CHRISTI, *Matth. 28. v. 12.* Felix, *Actor. 24. v. 26.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Quære loc. de Donis & Dote.

MURMURATIO.

¶ EXEMPLA SACRA.

Murmurationis exempla: Cain, *Genes. 4. vers. 14.* Israëlita, *Exod. 5. v. 21. & 15. v. 15. & 16. v. 2. & 17. v. 3.* Numer. 11. v. 1. & 13. v. 31. & 14. v. 2. & 16. v. 41. & 20. v. 3. & 21. v. 5. Deuter. 1. v. 26. Pharisei, *Matth. 9. v. 11. & 12. v. 2. & 15. v. 2.* Marc. 2. v. 6. Luc. 5. v. 30. Mercenarii, *Matth. 20. v. 11.* Discipuli CHRISTI, *26. v. 8. 9.* Scribæ & Pharisei, *Marc. 2. v. 24. & 7. v. 5.* Luc. 6. v. 2. & 15. v. 2. & 19. v. 7. Judæi, *Ioan. 6. v. 41. 52.* Discipuli quidam,

Ggg 5

*vers. 60. Turba, 7. v. 32. Judas Ischariothes, 12. v. 4. 5. Gracia
versus Hæbreos, Actor. 6. v. 1. Murmurationis pœnæ exemplum
Israëlitæ, Numer. 11. v. 1. & 14. v. 36. & 16. v. 49. Maria soror
Moylis, 12. v. 10.*

Vide suprâ Impatientia.

MUSICA.

¶ APOPHTHEGMATA.

A Teas quùm Ismeniam tibicinem optimum in bello cepisset, jussit illum canere, ac cæteris admirantibus: ipse juravit per ventum acinacem, sibi jucundius esse, audire hinnitum equi. *Plut. in apoph.*

Antisthenes quibusdam admirantibus Ismeniam, quod esse insignem tibicenem: nequam, inquit, hominem esse oportet. nam si bonæ frugis esset, non esset egregius tibicen. *Erasm. lib. 5. apoph.*

Solon cum ejus nepos ex fratre inter pocula carmen quoddam Sapphûs cecinisset: delectatus est illa cantilena, & jussit adobscurentem, ut eam se doceret. Cum autem quidam interrogasset quàm ob causam hoc desideraret? respondit: ut postquam ipsam didicero moriar. *Ælian. de var. histor.*

Antisthenes quùm in convivio quidam ei diceret, canere tibiis tu mihi eas infla, inquit. Non recusavit obsequium, si ille vicissim obsequeretur. Sed interim indicavit, non esse philosophum decorum, tibiis canere. *Laert. lib. 6. cap. 1. Bruson. lib. 4. cap. 17.*

Stratonicus aliquando trophæum quùm crexisset, hunc titulum scripsit titulum: adversus malè canentes citharâ. Notans, tibiis ubique quàm plurimos esse, quos ipse vicisset. *Erasm. lib. apoph. ex Athen.*

Agefilæus cuidam roganti, quàm ob causam Spartiarum adhibearum cantum initari prælium exercerentur? Ut quàm numerum, inquit, incedunt, appareat qui formidolosi sint, & fortes. *Plutar. in Lacon. apoph.*

Lacedæmonius quidam quùm super convivium esset illata lyra non est, inquit, Læonicum nugari. *Plutar. in Lacon.*

Agefilæus rogatus, ut vellet audire quendam, qui mira similitudine lusciniæ vocem imitabatur, recusavit: frequenter (inquit) ipsam audivi lusciniam. *Plut. in Lacon. apoph.*

Philopus quùm audisset filium suum quodam in loco scite cecinisse: objurgavit, dicens: non te tui pudet, qui noris tam benè canere? *Plutar. in apoph.*

Aristoteli

Aristoteles interrogatus, quid de Musica sentiret? respondit: Jovem neq; canere, neq; citharam pulsare. *Bruson. lib. 4. cap. 17.*

Themistocles rogatus de cantore quodam, qui feliciter cecinerat, qualis ipsi videretur: magnus, inquit, in re parva delinitor. *Plutar. lib. in Lacon. Bruson. lib. 4. cap. 17.*

Gelon in convivio quum lyra circumferretur, cæteri q; ordine canerent: (nam id apud Græcos honestum habebatur) *Gelon* equum jussit adduci in convivium, facileque ac leviter in illum insiluit: significans, hoc esse regalius, quàm lyra canere. *Plutar. in apoph.*

Demaratus cum audiret cantorem quendam ostentantem artem suam, nihil aliud laudis illi tribuit, tantum ait: mihi videtur non male nugari. *Plut. in Lacon. apoph.*

Quum *Alexander* etiamnum pubescens citharæ daret operam: & præceptor artis subindè moneret, quàm chordam quomodo pulsare deberet: & puer parum obsequens doctori dixisset, quid si hanc pulsarem? Citharædus lepide respondit: si isthuc quaeris, tanquam mox rex futurus, nihil refert: sin ut artifex futurus, plurimum interest. *Erasm. lib. 8. apoph.*

§ SIMILITUDO.

UT quidam magnætes ferrum attrahant: at theamedes qui in Æthiopia nascitur, ferrum abigit, respuitq;: ita est musices genus, quod sed affectus: est, quod incitet. *Erasmus.*

§ HIEROGLYPHICUM.

NON immerito *Musica*, eamq; omnibus numeris absolutam per *Luscina* hieroglyphicum significari tradiderunt: sive multiplicem vocis varietatem, sive delectabilem suavitatem: sive pertinacem in ea continuationem admiramur. *Vide Pier. Valer. lib. 23. pag. 23. C.*

Ejusdem hieroglyphicum est *Cygnus*. Idem ibidem. Et *Cicada*. quod ostenditur ab eodem. *Pier. Valer. lib. 26. pag. 250. E.*

Vide Cantus & Carmen.

MUTATIO.

§ APOPTHEGMATA.

Lycurgus interrogatus cur Spartani toties pugnaturi contra hostes castra mutarent? respondit: ut eò magis lædamus hostem. *Plut. in Lacon. apoph.*

Tiberius cum ab amicis interrogaretur: cur non tam facile magistratus & præfecturas suas mutaret? Respondit se data hoc opera semper fecisse. Naturà enim omnes, quæ rerù administrationi

MU MUTATIO. MUTUUM.

nistratiōni præsint, pecuniæ esse cupidos, plurimumq; studiū ad rem magis magisq; augendam eos, collocare. Cæterum, si diutius in magistratu versentur, segniores ad quæstum faciendū fieri. *Nicephorus Callistus Ecclesiastica sue historiae lib. 1. cap. 17.*

Sophronius Pompeiopolcos Paphlagoniæ Episcopus, cum audisset in synodo Seleuciana Acatū opiniones & dogmata recenteferi: si per singulos dies, inquit, propriam edere fidem licuerit, veritatis integritas non diu manebit. Socrates lib. 2. Tripartita histor. cap. 34.

Vide Inconstantia.

MUTUUM.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Trinummo.

*Si quis mutuū quid dederit, fit pro proprio perditum:
Quū jam repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo,*

*Si magis exigere cupias, duarum rerum exoritur optio:
Vel illud, quod credideris perdas; vel illum amicum amiseris.*

Nam ego talentum mutuū

Quod dederam, talento inimicum mihi emi; amicum vendidi,

Tertius in Phorm.

*Presertim ut nunc sunt mores eò res rediit:
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.*

Juvenal, Satyr. 13.

*Nunc si depositum non inficietur amicis:
Si reddat veterem cum tota erugine sollem:
Prodigiosa fides, & Thuscis digna tabellis,
Quæq; coronata lustrari debeat signa.*

¶ APOPHTHEGMATA.

A Nonymus quidam miserimos homines esse dixit, qui modò rubros, modò pallidos habeant dentes. Notabat autem eos, qui mutuo acceperunt ab aliis: qui, dum mutuū repetitur, erubescunt: dum verò creditorem viderint, pallefcunt, nec cogantur ad solvendum. *Suidas.*

Galba quū penulam mutuo à quopiam rogaretur, festivè respondit: si non pluit, non est opus tibi; si pluit, ipse utar. Bruns. lib. 4. cap. 22.

Idem cuidam cui cœnaculum perpluebat commodato roganti

ganti penulam, dixit: non possum commodare, nam domi maneo. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Vide Fœnus, Usura.

NATURA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Nullum est vitium ita contrà naturam: ut naturæ deleat extrema vestigia. *Augustin. in quodam serm.*

Vince naturam diligentia, exclude corporis somnum. Naturam nobis formare non possumus, possumus diligentiam. *Ambros. in lib. de Ioseph.*

Naturæ industria nunquam in nobis dormitet: grande profectò in nobis donum natura ipsa est. *Bernh. in Cant. serm. 83.*

Natura creatrix, est quædam vis & potentia divinitus rebus insita, alia ex aliis in suo genere producens. *Hugo.*

Repugnante natura quælibet cedit industria. *Cassiodor. epist. 38. lib. 4.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 15. *Metamorph.*

*Nec species sua cuiq; manet, rerumq; novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras.*

Horat. de arte Poëtica.

*Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: jurat, aut impellit ad iram.
Aut ad humum mœrore gravi deducit & angit:
Pòst adfert animi motus interprete lingua.*

Claud. lib. 1. in Ruffinum.

*Vivitur exiguo melius: Natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.
Hec si nota forent, frueremur simplice cultu:
Classica non fremerent, non stridula straxinus iret,
Non ventus quateret puppes, non machina muros.*

Juvenal. Satyr. 14.

Mensura tamen quæ

*Sufficiat seussis, si quis me consulat: edam.
In quantum sitis atq; fames, & frigora poscunt.
Quantam, Epicure, tibi parvum suffecit in hortis.
Quantum Socratici cæperunt antè penates:
Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicet.*

Lucanus lib. 4. de bel. civil.

Discite quàm parvo liceat producere vitam,

Et quan-

*Et quantum natura petat? non erigit egros
Nobili ignoto diffusissimè consule Bacchus.
Non auro, myrrhaq; bibunt: sed gurgite puro
Vita redit: satis est populis fluviusque, Ceresq;.*

Juvenal. Saty. 13

*Tamen ad mores natura recurrit
Damnatos fixa & mutari nesciat.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Fuscum.

*Naturam expellas furca: tamen usq; recurrit:
Et malè perrumpet furtim fastigia victrix*

Idem Satyr. 7. lib. 2.

Tolle periculum

Iam vaga profiliet frenis natura remotis.

Idem lib. 1. Epist. ad Lolium.

*Quo semel imbuta recens servabit odorem
Testa diu.*

Claud. in Eutrop. lib. 2.

Ad mores facilis natura reverti.

Ex Græcis Comicis.

Ἡ δούσα πάντα καὶ κερμίζεται φύσις.

Natura recipit omne, quod donaverit.

Ἡ φύσις ἀπάντων τῶν διδάσκαλων κρατεῖ.

Natura superat omne doctrina genus.

Φύσιν πονηρῶν μεταβαλεῖν ἔραδιον.

Natura fuerit prava rix mutabilis.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Natura, dux optima Cic. in Catone Majore.

Mater rerum omnium natura. Paradox. 1.

Sua cuique natura est ad vivendum dux. 5. de Finib.

Multis finis natura declarat quid velit, ac querat, quid debeat?
deret? obsurdescimus tamen, nescio quomodo nec ea, quæ ab
ea monemur, audimus. Lælius.

Facile indicat natura vim suam, cum homines quod facere
ipsi non possent, id rectè in altero fieri iudicant. Lælius.

Si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri & perspicere,
eademque optima duce cursum vitæ conficere possent, non
haud erat sanè quod quisquam rationem, ac doctrinam requireret,
cum natura sufficeret. Nunc verò parvulos nobis decit
igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravatis
sic restringimus: ut nusquam naturæ lumen appareat.
Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum: quasi adole-
scere

lescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simulatq; editi in lucem, & suscepti sumus: ita omni continuo pravitate, & in summa opinionum perversitate versamur: ut penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Cum verò parentibus redditi deinde magistris tradidi sumus: tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. *Cic. 3. Tusc.*

A natura ipsa desciscimus, ut nobis optimam naturam invivisse videamur. *Ibid.*

Natura duce errari nullo modo potest. *1. de Legib.*

Homo naturæ obediens homini nocere non potest. *3. Offic.*

Nos naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum auriumq; comprobatione, fugiamus. *1. Offic.*

Omnia quæ natura aspernatur, in malis sunt: quæ adsciscit, in bonis. *1. Tusc.*

Quidquid homini naturaliter insitū est, eo uti decet: & quidquid agat, agere pro viribus. *Cato Major.*

Omnia quæ secundum naturam sunt, habenda sunt in bonis. *Ibidem.*

Nihil in malis ducamus, quod sit vel à Diis immortalibus, vel à natura parente omnium constitutum. *1. Tusc.*

Nihil est aliud Gigantū more pugnare cum Diis, quàm naturæ pugnare. *Cato Major.*

Quisq; ad id, quod facere potest, detrudendus est. *1. de Oratore.*

Diligentissimè hoc est eis, qui instituunt aliquos, atque erudiunt, videndum: quo sua quæque natura maximè ferre videatur. *3. de Oratore.*

Ad quas artes aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus: sin aliquando necessitas nos ad ea detruferit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si non decorè, at quàm minimè indecore facere possimus. Nec tam nobis enitendum est: ut bona, quæ nobis data non sunt, sequamur, quàm ut vitia fugiamus. *1. Offic.*

Quem potissimum vitæ cursum sequi velimus, in hac deliberatione ad suam cuiusq; naturam, consilium omne est revocandum. *Ibid.*

Naturæ non attinet repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi non queas: quòd nihil decet invita, ut ajunt, Minerva: id est repugnante & adversante natura. *Ibid.*

Nulla naturalia corporis aut animi vitia ponuntur. Quicquid infixum & ingentum est, lenitur arte, non vincitur. *Seneca 20. epist.*

Tenenda

Tenenda est via, quam natura præscripsit, nec ab illa devian-
dum: illam sequentibus omnia facilia & expedita
contrà illam viventibus, non alia vita est, quàm contrà aquam
navigantibus. *Senec. in epist.*

§ APOPTHEGMATA.

Socrates dicitur cum execrari solitus qui primus utilitatem
natura se junxisset. Naturam appellat honesti rationem,
mini à natura insitam. *Eras. lib. 6. apoph.*

Aristoteles tria ad solidam parandam sapientiam præcipue
cessarià esse dicebat, naturam, doctrinam, & exercitacionem.
Laert. lib. 5. cap. 1.

Dionysius senior matri, quæ quamvis anus marito tradi vellet
civilia, inquit, jura violari possunt: naturæ non possunt. *Brut.
lib. 4. cap. 1.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum ex eodem luto licet fingere animantia
rursum confundere, atque continenter aliud ex alio fieri
sic natura ex eadem materia genuit majores nostros: his ex
istis, nos: deinde alios atque alios. *Plut.*

Qui de natura quæritur, quòd quædam genuerit hominum
xìa dissimulatis tot bonis, perindè facit ac si quis Nilum ca-
mnietur alioqui frugiferum Ægypto, quod Crocodylum
beat, aut aspidem: nec postea velit frui prognatis frugibus:
tantum quærat de venenis, quæ nutrit. Aut si quis in copio-
sioratoris oratione, quæ multis exuberet virtutibus, de pauca
vocalis temerè illapsis cavilietur. *Plutarch.*

Bos ad aratrum adhibendus, equus ad currus, ad venationem
canis, inquit Pindarus: sic quisque debet eam vitæ rationem
capescere, ut quam natura sit appositus. *Plut.*

Ut talpæ, quòd parum aut nihil cernant, liquidius audiant
ita natura paria facit dum quibus corporis formam negant
his animi vigorem confert. *Plut. lib. 10. cap. 69.*

Ut navem & ædificium idem destruit facillimè, qui constru-
xit: sic hominem eadem optimè, quæ conglutinavit natura
solvit. *Cic. in Catone Majore.*

Ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis naribusque
minorum ea, quæ profuentia necessariò tetri essent aliquid ha-
bitura: sic natura res similes procul amandavit à sensibus. *Cic.
lib. 2. de Natur. Deor.*

§ HIEROGLYPHICA.

Fuere, qui per *Lunæ* hieroglyphicum naturam humanam ex
primi differerent. Nam quod hæc è limo terræ constituta
terra

terraetiam Lunaris globus esse perhibetur. Pythagoras enim Lunam modò terram cœlestem, modò terrestre cœlum appellabat: ac terræ similem eam dicit Aristoteles. Varia est præterea Lunæ facies, diebusq; singulis immurata conspicitur: neq; varietati ac mutabilitati quicquam magis obnoxium, quam rerum humanarum conditio. Quin etiam si unius cuiusq; hominis vultum intueamur: nunquam aut rarissimè hac & illa vice eundem esse conspiciemus. *Pier. Valer. lib. 44. pag. 432. f.*

NAVIGATIO.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. Amor.

*Navita sollicitus quoque ventos horret iniquos:
Et propè tam lethum, quàm prope cernit aquam.
Quod si concussas Triton exasperat undas,
Qui tibi nunc toto est, nullus in ore color:
Tu secunda voces generosa sidera Ledæ:
Et foelix dicas, quem sua terra tenet.*

Horat. Oda 3. lib. 1.

*Ille robur, & es triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truncò
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem aquilombus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti.*

Juvenalis Satyr. 12.

*I nunc & ventis animam committe dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotis
Quattuor, aut septem si sit latissima tædæ.*

Seneca in Medæa.

*Audax nimium, qui freta primis
Rate tam fragili perfida rupit:
Terrasq; suas post terga videns
Animam levibus credidit auris.
Dubiaque secans æquora cursu,
Potuit tenevo fidere ligno
Inter vite mortuq; vias
Nimium gracili limite ducto.*

H h h

Terentius in Hecyra.

*Non hercule verbis dici potest**Tantum, quàm re ipsa, navigare incommodum est.*

Tibul. Eleg. 9. lib. 1.

*Lucra petituros freta perq; patentia ventis,**Ducunt instabiles sidera certa rates.*

Propert. lib. 3. Eleg. 7. de morte Pæti.

*Ite rates curva, & lethi quoq; texite causas:**Ista per humanas mors venit acta manus.**Terra parum fuerat: Terris adiecimus undas:**Fortuna miseris auximus arte vias:**Anchora te teneat, quem non tenuere penates?**Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?**Ventorum est quodcumq; paras, haud ulla carina**Consensit: fallit portus & ipse fidem.*

Ex Græcis Comicis.

*Εἰ γῆ πένεος κρείττον ἢ πλετωίτε πλεί.**In terra egenum satius est te vivere,**Quàm navigare possidentem plurima.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Pittaces roganti cuidam, quid fidum esset? respondit, *ter*
quid infidum? mare. *Plut. & Laert.*

Bias navigans cum scelerosis & impiis hominibus, cum per
clitarentur in summa maris tempestate, alii Deos implorantibus: *Bias*, *Silete* (inquit) ne vos hic navigare sentiant *Dii*, *Laert.*
lib. 1. cap. 6.

Bion navigans cum pessimis hominibus, in piratas incidit
dicentibus illis: peribimus, si agnoscamur: at ego, inquit, non
agnoscamur, peribo. *Laert.*

Anacharsis cuidam roganti, utrum arbitraretur plures esse
mortuos, quàm vivos? Navigantes, inquit, in utro numero
ponis? Dubitans, an hi essent intrà vivos habendi, qui vicam
darum ac ventorum arbitrio commississent. *Laert. lib. 1. cap. 6.*

Idem perconcati, quæ naves essent tutissimæ? quæ, inquit,
ficcum protraetæ sunt. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

Demonax quum legatus navigaturus in Asiam, navem con
scendisset, & à quodam interrogaretur, num metueret, ne nau
fragio ejectus à piscibus devoraretur? quid, inquit, metuam
piscibus, qui tot pisces devoraverim? *Erasm. lib. 8. apoph.*

Callimachus dicebat, jucundissimū esse mare, sed si quis de re
ra con

ra contempletur. hujus diæterium æmularus Horatius ait:

Neptunum procul à terra spectare furentem.

Brusonii lib. 4. cap. 25.

NECESSITAS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Autonius in Periandri sentent.

Faxis ut libeat, quod necesse est.

Silius Ital. lib. 7. bel. Pun.

Moras extrema recusant.

Horat. Oda. 3. lib. 1.

Æqua lege necessitas

Sortitur insignes & imos,

Omne capax moræ urna nomèn.

Manilius lib. 1. Astronomi.

Sed cum longa dies acuit mortalia corda,

Ut labor ingenium miseris dedit, & sua quæq;

Ad vigilare sibi iussit fortuna premeudo:

Seducta in variis certarunt pectora curas,

Et quodcumq; sagax tentando reperit usus.

Persius in Satyr.

Quis expedivit psittaco suum χυμῆς,

Picasq; docuit nostra verba conari?

Magister artis ingeniq; largitor

Venter, negatas artifex sequi voces.

Vide supra Fatum, & infra Providentia.

NEGLIGENCE.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Si curare parva negligimus insensibiliter seducti, audacter etiam majora perpetravimus. *Gregor. in moral.*

Omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligentes: hoc ita fit, quia tibi vera vita sit ignoramus. *Hieron. de hom. perf.*

Negligentia est animi torpor, quo quis minus diligens est in exequendo, quod exequi debet. *Hugo.*

Consule de cæteris locos de Diligentia, Assiduitate, Studio, Sedulitate.

NEGOTIUM.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

DUæ species difficiles, & periculofæ mihi apparuerunt. Difficile exiit negotians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. *Ecclef. 26.*

Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic in medio venditionis & emptionis angustabitur peccatis. *Eccl. cap. 27.*

In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam. *Ezech. 28.*

Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum receperit, tunc gloriabitur. *Proverb. 20.*

Et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum. *1. Theffal. 4.*

SIMILITUDINES.

UT citius fatigatur, qui quàm longum sit iter nescit ita citius noxio tædio rem gignit, cui negotii ratio, modusq; praerogatus sit. *Erasmus.*

Ut labyrinthos non oportet ingredi sine filo, quo securus possis redire: ita non est suscipiendum negotium, nisi prius inspecta ratione qua te possis indè rursus explicare. *Idem.*

Sicuti laboriosius est inanem jaçtare manum, quàm saxo plumbo libraram: ita molestius est, in nihili rebus operam perdere, quàm in arduis versari negotiis. *Idem.*

Ut qui locis æqualibus ambulant, magis defatigantur, qui in inæqualibus: ita laboriosius est semper eadem aut similia repetere, quàm in variis versari negotiis. *Idem.*

In Campania vites populos amplexæ, ipsa æquabantur, adeò ut vindemiator rogam ac tumulum exciperet, qui in arduis versantur negotiis, periculi meminisse debent. *Idem.*

Ut oscitant permulti, quod oscitantem conspiciant: ita quidam nullo certo iudicio ad suscipienda negotia permoventur, sed quidvis in aliis imitantur ac referunt. *Idem.*

Vide Labor, Studium.

NE
Equiti
pla: H
Vide p

Sola apu
apud D
Celantiam,

Nulli te
riores quo
religio nost
inspicit. *Id*

Ille apud
nec dignita
mendat. *H*

Nihil ali
les quadam
bitate dege
cursus: plex
Ibidem.

Genus el
lox, erudit
sunt: si tibi

Nescio c
quum care
quia non p
sed plus illa
in epist.

Ille clar
bilitatem s
superari. C

Nobilita
nos ipsi bo

Omnino
minoribus
vanitatis o
Nobilita

NEQUITIA.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Nequitia damnatur, *Rom. 1. v. 21.* nequitia extremæ exempla: Hostes Davidis, *Psalm. 35. v. 12. & 38. v. 21.*

Vide supra Malitia.

NOBILITAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sola apud DEUM libertas est, non servire peccatis. Summa apud DEUM nobilitas est, clarum esse virtutibus, *Hieron. ad Celantiam.*

Nulli te unquam de generis nobilitate præponas: nec obscuriores quoslibet & humili loco natos te inferiores putes, nescit religio nostra personas, nec conditiones hominum, sed animas inspicit. *Idem ibid.*

Ille apud Deum præest potior, non quem nobilitas generis, nec dignitas seculi: sed quem devotio fidei, & sancta vita commendat. *Hieron. in quad. epist.*

Nihil aliud video in nobilitate appetendum: nisi quòd nobiles quadam necessitate constringuntur: ne ab antiquorum probitate degenerent. Non enim datur nobili patri palma, sed cursui: plerunque nobilitas carnis ignobilitatem parit mentis. *Ibidem.*

Genus clarum, corpus aptum, forma videns, ingenium velox, eruditionis utilitas, & morum honestas gloriosa quidem sunt: si tibi usurpas, est qui quærat, & iudicet. *Bernh. in epist.*

Nescio quo pacto virtus ignobili placet: si quidem ignobilis quam caret gloria, non facile liquet: utrum quia voluit, aut quia non potuit habere? laudo factam de necessitate virtutem: sed plus illam quam elegit libertas, non induxit necessitas. *Idem in epist.*

Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam putet: si dedignetur servire vitiis, & ab eis non superari. *Chrysost. in Matth.*

Nobilitas vel bonitas cognatorum non valet, nisi fuerimus nos ipsi boni. *Idem homil. 5.*

Omnino iniquum est nobiliora ingenia studiis dehonestari minoribus: & eos quos graviora expectant officio, voluptatis ac vanitatis occupationibus agitari. *Cassiod. de Cur. nug.*

Nobilitas à me procedens est mihi cordi plus quam ex pa-

H l h 3

trum quæ procedit nobilitate: quia in quo desinit cuiusque nobilitas, tunc avorum nobilitate congruè indiget. *Idem in Epist.*

Similitudinem suorum felix vena custodit, quando peccata delinquere: quia similia nequit in suo genere reperire. *Idem ibid.* est, quòd melius agnoscitur elegisse nobilem, quàm fecisse ignobilem: quia iste commonitus, per veterum sancta custodit, autem exemplum non habet, nisi quod fecerit. *Ibidem.*

Si inveterata & per genus ducta divitiarum nobilem facit, multò magis præstantior est nobilitas, cujus origo thesauri prudentiarum locuples invenitur. *Idem ibid.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. ad Pisonem.

*Nam quid imaginibus, quid a vidis fulta triumphis
Atria, quid pleni numero consule fasti,
Profuerint? si vita labat: perit omnis in illo
Geniis honos, cujus laus est in origine sola.*

Juvenalis Satyr. 8.

*Stemmata quid faciunt, quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum, & stantes in curribus Emilianos?
Quis fructus generis tabula jactare capaci,
Fomosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis male vivitur?*

Ibidem.

*Quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? Nanum cujusdam Atlanta vocamus,
Æthiopem cygnum, puellam parvam extortamque
Europen, canibus pigris scabieque vetusta
Lævibus, & sicca lambentibus ora lucerne,
Non erit pardus, tigris, leo: si quid adhuc est
Quod fremis in terris violentius. ergò cavebis
Et metues, ne tu sis Creticus aut Camerinus.*

Juvenalis Satyr. 6.

*Malo Venusinam, quàm te Cornelia mater
Gracchorum: si cum magni virtutibus adfers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.*

Ausonius in Solonis sententiis.

Pulchrius multò parari, quàm creari nobilem.

Ovid. ad Pison.

*Nam genus & proavos, & que non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.*

Senec. in Hercule furente.

*Qui genus jactat suum,
Aliena laudat.*

Horat. Oda 4. lib. 4.

*Doctrina, sed vim promovet insitam,
Rectiq; cultas pectora roborant,
Vt cunq; defecere mores
Dedecorant bene nata culpe*

Juvenal. Satyr. 8.

*Quod si precipitem rapit ambitus atq; libido:
Si frangui virgas sociorum in sanguine: si te
Delectant hebetes lasso lectore securem:
Incipit ipsorum contra testare parentum
Nobilitas, claramq; facem preferre pudendis,
Omne animi vitium tanto conspectius in se.
Crimen habet, quanto major, qui peccat habetur.*

Plautus in Milite.

*Qui bono sunt genere nati, ingenio malo:
Suapte culpa de genere capiunt genus: ingenium improbum.*

Boëtius Metro. 5. lib. 3.

*Quid genus & proavos strepitis?
Si primordia vestra
Autoremq; Deum spectes,
Nullus degener extat,
Ne vitis pejora fovens
Proprium deserat ortum.*

Ex Comicis Græcis.

Αὐτὸς ἄριστος γένει, ἀντὶ τὴν δύστυχίαν.

Quicumq; præstans est vir, haud ignobilis.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHORUM.

Si possent homines facere sibi sortem nascendi: nemo esset humilis, nemo egenus, unusquisq; felicem domum invaderet: sed quoad nos sumus, natura nos regit, & in quamcunq; vult casum nos mittit. Quemcunq; volueris revolvere nobilem, ad humilitatem pervenies. Quid recenseam singulos, cum hanc urbem tibi possem ostendere? nudi sterere colles, inter quos tamen effossa mœnia. Nihil est humili casa nobilius. Seneca de sententia orat.

H h h 4

Est, qui non nati sunt nobiles, sed facti, nihil crudelius, quam illud:

Asperius nihil est humili cùm surgit in altum.

Idem ibidem.

Habet hoc optimum generosus animus: quòd concitatus honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant fordida. Felix qui ad meliora imperium animi dedit: posse extrà conditionem fortunæ: prospera tentabit, adversa contemnet, & aliis admiranda despiciet. *Idem epist. 37.*

Nobilitas animi, generositas est sensus: nobilitas hominum generosus animus. *Ibidem.*

Ingenuitas non recipit contumeliam. *Idem lib. de morib.*

§ APOPHTHEGMATA.

Socrates nobilitas quid esset sciscitanti? animæ, respondit corporis bona temperies. *Stob. serm. 84.*

Cicero, quùm ob Ciceronis cognomen diſteris incesse ab amicis admonitus, ut aliud sibi cognomen ascisceret, respondit se Ciceronis nomen illustrius effecturum, quàm esset Catonum, Catulorum aut Scaurorum. *Plut. in apoph. Rom.*

Ciceroni cum generis ignobilitas objiceretur: fatius est, inquit, meis gestis florere, quàm malorum opinione uti: & ita vivere ut sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. *Cic. in orat. contra Sallustium.*

Antigonus Rex Bionem Philosophum de ignobilitate criminatum, interrogavit? quis & cujus es? ubi tua civitas est? ubi tui parentes? cui Bion respondit: atqui ô Rex bene facis, si indiges sagittariis, quòd non interrogando genus, sed scopis proponendo, optimos illorum tibi deligis. Sic igitur amicos explora: non unde nati, sed qui & quales sint: Sensit vir sapientissimus, veram nobilitatem nequaquam ex patria & parentibus: sed ex virtute & vitæ innocentia metiendam esse. *Stob. sermone 84.*

Iphicrati cùm Harmodius, prisci illius Harmodii adnepos generis obscuritatem objiceret: quòd patre sutore natus esset: respondit inquit Iphicrates, genus habet à me originem: tuum verò deficit. Hanc responsionem postea est imitatus Cicero. *Plut. in apoph. & in Cicerone.*

Democritus interrogatus, in quibus nobilitas consisteret? respondit: pecudum nobilitas in bono validoq; corporis habet: sicca est: hominum autem in bonitate morum. *Stob. serm. 84.*

Theocritus audiens quendam ob parentum nobilitatem peritum laudari à quodam: heus, ait, vir bone, Generosus

traris esse. non eos qui ex bonorum & illustrium stirpe prognati sunt: sed qui honestatem omnibus rebus proposuerunt. *Stob.*

Diogenes interrogante quodam, qui hominum nobilissimi essent? Contemptores (dixit) opum, gloriæ, voluptatis & vitæ: contrariis autē, paupertate, obscuritate, fame, labore ac morte superiores. *Stob. serm. 84. Max. serm. 63.*

§ SIMILITUDINES.

UT fugitivis ab altaribus ac templis revulsis, nihil superest præter mortuorum sepulchra: sic qui vera suaq; gloria destituti, majorum imaginibus effecerunt sese. *Plut.*

Ut lampyrides non sunt conspicuæ, nisi noctu aut in obscuris: ita quidam non sunt illustres, nisi inter humiles & idiotas: obscurantur autem inter egregios. *Erasm.*

Minimi cancri, quos pinnoteras vocant, quò tutiores sine inaniam concharum testis se condunt, & cùm accreverint, migrant in capacios: ita quidam majorum suorum titulis tuentur sese, cùm suis dissideant virtutibus. *Plinius.*

§ EXEMPLUM SACRUM.

NObilitatis ratio utcunque habenda. Exemplum: Jehu, 2. Reg. 9. vers. 34.

§ EXEMPLA PROFANA.

REGes *Lacedæmoniorum* ad *Herculem* genus suum referebant. Proinde *Lycurgus* cives ad temperatiorem vivendi rationem traducturus: nec nobis, inquit, ô cives, nobilitas & ductû ab *Hercule* genus proderit: nisi omni studio, & opera illa ipsa gesserimus. per quæ ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus extitit: ac per omnem vitam, quæ honesta sunt, & discamus, & exerceamus. *Plin. in Lacon.*

Epaminonda & *Thebano* ducti, clarissimæ Græciæ parenti, majores valde illustres generis claritate fuere: ac pater tenuiori re familiari, quàm alius per mediocris quivis. *Pausanias in Bæoticis.*

Iesephus historicus Judæus, in generis sui nobilitate describenda sollicitatus est. quòd paternum quidem à sacerdotibus: maternum verò ab *Asmonæis* principibus ducat. Vide vitam illius. *Theatr. Zuing.*

Ferdinandus & *Isabella* Catholici principes statuerunt: ne quis clypeos coronis vel aliis regis ornamentis insignitos, (quas res Coroneas & *Orlas* appellant,) haberent: nisi quibus ob aliquam justam causam concessum fuisset. *Marines lib. 21. rerum Hispan.*

In *Ægypto* in domorū vestibulis, alas vulturū proponere, indicium nobilitatis & vetustatis familiæ erat. *Alexan. lib. 5. c. 24.*

NO NOBILITAS. NOMEN.

Imperatores Germani Romam coronationis causa profecti in more habent, ut in pontic Adriani Equites creent: edito prout us per præconem edito. An præsentés adsint unus vel plures familia Monachorum Basiliensium: Bejerorum Argentoratensium: Camerariorum Vormaciensium: Bavarorum Boppardensium. Nam antè hanc promulgationem nullus poterat eques creari. Ioan. Heroldus in Solone.

Facta inter reges nova confœderatione *Franciscus I. Rex optatus fuit in collegium equitum Garterii, & Henricus VIII. in ordinem divi Michaëlis, quod est apud Gallos æquè religiosissimum atq; decus honorificentissimū, anno sal. M. D. xxxv. Polyd. lib. 27.*

Ferdinandus Archidux Austriæ, frater Caroli Imperatoris factus est eques Garterii ordinis, anno D. M. xxii. Polyd. lib. 27.

§ HIEROGLYPHICA.

A Pud Romanos omninò *annulus signum fuit nobilitatis. Testantur cum alia, tum ea, quæ apud Livium leguntur lib. 3. bello Punico secundo. Vide Pier. Valer. lib. 41 pag. 397. B.*

Pervulgatum & illud est, *Luna gestamen apud Arcadas nobilitatis hieroglyphicum fuisse: qui quidem Proselenes ea de causa nuncupati sunt, quod à Deucalione, diluvio primi ipsi locum nam infexisse nascentem, se credidèrè &c. Idem lib. 44. pag. 434. F.*

NOMEN.

§ SIMILITUDO.

UT sunt flumina quædam, quæ cum eadem sint, diversis locis diversa sortiuntur nomina: ita quædam res in alio hominum variis nominibus mutantur: velut fastus in principe splendens appellatur, in privato superbia. *Erasmus.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Nominum impositionis exempla: *Eva, Genes. 3. v. 20. Serph. v. 25. Noë, 5. v. 29. Ismaël, 16. 11. Sara, 17. v. 15. Isaac, 22. Moab, 19. v. 37. Ammon, v. 38. Esau, 25. v. 25. Jacob, v. 26. Ruben, 29. v. 2. Simeon, v. 33. Levi, v. 34. Juda, v. 35. Joseph, v. 24. Benjamin, 35. v. 18. Manasses, 41. v. 51. Ephraim, 48. v. 18. Moyses, Exod. 2. vers. 10. Gerson & Eliezer, vers. 22. & 18. v. 3. Samuel, 1. Sam. 1. v. 20. Lorihamo, Osee 1. v. 6. Loammi, vers. 1. Joannes, Luc. 1. v. 60. 61. 62. JESUS, 2. v. 1.*

NOV

NOVITAS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

*Est quoq; cunctarum novitas gratissima rerum:
Gratiaq; officio quod mora tardat, abest.*

Titus Calphurnius Ecloga 7.

*Vilia sunt nobis quæcunq; prioribus annis
Vidimus, & sordet quicquid spectata vixit olim.*

Ovid. lib. 4. de Tristib.

*Fortior infulva noviss est luctator arena,
Quàm cui sunt tarda brachia fessa mora.
Integer & melior nitidis gladiator arenis,
Quàm cui tela suo sanguine tincta rubent.
Fert bene præcipites navis modo facta procellas
Quamlibet exiguò sol vitur imbre vetus.*

Cornelius Gallus.

Eventus varios res nova semper habet.

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

*Percunctatorem fugito, nam garrulus idem est:
Nec retinent patule commissâ fideliter aures.*

Prop. 3. 1.

*Omnia post obitum fingit majora vetustas:
Majus ab exsequiis nomen in ora venit.*

Ovid. 3 Pont. 4.

*Scripta placent à morte ferè quia ledere vivos
Livor, & in viso carpere dente solet.*

Martial. 5. 10.

*Esse quid hoc dicam, vivis quòd fama negatur,
Et sua quòd varus tempora lector amat?
Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores:
Præferat antiquos semper ut illa novis.*

¶ SIMILITUDINES.

UT coci optant pecorum proventum, piscatores piscium: sic curiosus malorum, novarum rerum commotionem, ut habeat, quod venerit. *Plutarchus.*

Ut fele prætercurrente, tollunt homines è medio obsonia: ita apparente curioso vertunt institutum sermonem, donec abierit: ut minus jam norit rerum quàm cæteri. *Plutarch.*

Ut cibi, potus, cœlique novitas offendit, etiam si mures in parva, aut in aliquando meliora: ita præstat ferre principem, aut ma

NO

Nox.

aut magistratus pristinos, quàm novos asciscere: quia omnium rerum novatio non caret perturbatione. *Erasmus.*

Ut plus est periculi corporibus nostris vere & autumnis, quàm mutationem: ita novitas omnis offendit ac lædit Rempubli-
cam. *Idem.*

NOX.

§ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Valer. Flac. lib. 5. Argon.

*Nox hominum genus, & duros miserata labores,
Retulerat fessis optata silentia rebus.*

Ovid. lib. de arte Amandi.

Indicio formæ noxq; merumq; nocet.

Ibidem.

Nocte latent mendæ, vitioq; ignoscitur omni:

Horaq; formosam quamlibet illa facit.

Consule de gemmis, de tincta murice lana:

Consule de facie, corporibusq; diem.

Ovid. lib. 4. Fastorum.

Iam color unus inest rebus, tenebrisq; teguntur

Omnia: jam vigiles conticuere canes.

Ovid. lib. 1. Eleg.

Nox & amor, vinumq; nihil moderabile suadent:

Illæ pudore vacat, Liber Amorq; metu.

Plautus in Bacchid.

Illecebrosius fieri nihil potest nox, mulier, vinum,

Homini adolescentulo.

Propert. lib. 3. Eleg. ad Bacchum.

Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes:

Spasq; timorq; animo versat utroque modo.

§ APOPHTHEGMATA.

S Copelianus quoniam somni parcissimus, noctem existimabat studiis & exercitationi mentis accommodam, subindè solutus est exclamare: *ὦ νύξ, σύ γάρ δὴ πλεῖστον σοφίας μελέτης μίσησθαι οὖν.* id est, O nox, nam tu sanè maxima ex parte consors est sapientię Deorum. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Antyllus mediam noctem hyemis imaginem esse dicebat tunc enim Sol, uti hyeme, remotissimus à nobis est. itaq; dolores ægrotantiũ, vehementiores meritò tunc fiunt: utpote cuncta propter frigus densata & intercepta transpiratione insensibiliter. *Stob. serm. 99.*

§ HIERO-

¶ HIROGLYPHICA.

Noctem significaturi veteres, *Paronem surrectâ in orbem cauda* figurabant. Nam cum *Paronem Argum* interpretentur, tot luminibus insignitum, neq; aliud quippiam per *Argum* quàm cœlum nocturno tempore, sicutur dicere, oculatissimum intelligerent: atq; illi nomen à splendore atq; volocitate inditum profiterentur, &c. *Vide Pier. Valer. lib. 34. pag. 220. F.*

Consule loc. de Tempore.

NUMERUS.

¶ SIMILITUDO.

Quò majus est animal, hòc minus est fœcundum, minuta numerosi fœtus sunt: adcò ut acanthis minima avicula duodenos pariat pullos; ita quæ minus valent pondere, numero sunt pensanda. *Erasmus.*

Vide Arithmethica.

NUNCIUS.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Legatus fidelis, sanitas. *Proverb. 13.*

Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit illum, animam ipsius requiescere facit. *Ibid. 25.*

Aqua frigida animæ siccanti, & nuncius bonus de terra longinqua. *Idem.*

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his, qui miserunt eum, (nuncium malum.) *Proverb. 10.*

Nuncius impii cadet in malum. *Ibid. 13.*

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuncium stultum. *Ibid. 26.*

¶ APOPTHEGMATA.

Philippides dictus est *ἡμερόδρομος*, quòd uno die mille quingenta stadia conficiens, Lacedæmonem pervenit. Idem, nî fallor, cum victoriam Atheniensium adversus Medos in Marathonem partam, senatui, de pugne exitu sollicito, nuntiaret, *μέζον χαίρειτε*, inquit, *νικῶμεν*: id est, multum valete, vicimus: moxq; expiravit. *Eras. lib. 6. apophr. ex Plin. lib. 7. cap. 20. & Colini. cap. 6.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Nuncii boni exempla: Rebecca, *Genes. 24. v. 28.* Rachel, *29. 12.*

Filii Jacob, *45. 26.* Juda, *46. v. 28.* uxor Manue, *Judic. 13. 10.*

Jonatha & Achimaas, *2. Sam. 6. v. 12. & 17. 21.* Nuntius Elisæi,

2. Reg.

2. Reg. 5. v. 10. Leprosi, 7. 10. Nuncius Ezechiae, 2. Paral. 30. 6. A
 cilla Annæ, Tob. 8. 16. uxor Tobitæ, 11. 6. Mulieres resurrecto-
 nê Christi nuntiantes, Matth. 28. 8. Angelus, Luc. 2. 10. Septu-
 ginta Discipuli, 10. 17. Rode, Actor. 12. 14. Petrus, v. 16. Num-
 mali, tristis, & infelicis exempla: Cham, Genes. 9. v. 22. Rebecca
 27. v. 42. Judæ, 38. 24. Jacobo, 37. 32. Josepho, 48. 2. Pharaone
 Exod. 14. 5. Regi Jerichuntis, Jos. 2. 2. Sifaræ, Judic. 4. 12. Jonathæ
 9. v. 7. Viri Benjamin, 1. Samuel. 4. v. 12. uxori Phinees, v.
 Samueli, 15. 12. Item Jonathas, 19. 2. Sauli, 24. 2. unus de pueris
 25. 14. Amalechita, 2. Sam. 1. v. 19. Joab, 3. 23. Filii Remnonis
 v. 8. Davidi, 10. 5. & 12. 18. 25. 31. Chusi, 18. 32. Gad, 24. 13. So-
 lomoni, 1. Reg. 2. vers. 29. 41. Achab, 19. v. 1. Ministri viri De-
 2. Reg. 6. 15. Regi Assyriorum, 17. 26. Eliacim, & c. 18. 37. Nuntius
 Josaphat, 2. Paral. 20. 2. relictis captivis, Nehem. 1. v. 3. Eunuchus
 Esth. 4. v. 4. Nuntii Jobi, Job. 1. v. 14. 15. & c. Esaias, Esa. 38. v. 27.
 Nuntii Israëlitarum, 1. Macchab. 19. 14. nuntius tristis, 16. 21. Dis-
 cipuli Joannis, Matth. 14. 12. Principi Synagogæ, Luc. 8. v. 46.

§ EXEMPLA PROFANA.

A PUD Græcos, si quid fauste & feliciter nuntii afferrent. Co-
 ronati adventabant: ipsiq; cives in communis signum lae-
 titiæ coronati incedebant. ovantes gratantesq; . *Alex. lib. 1. c. 7.*

Pugnam Marathoniam, denunciavit, ut Ponticus Her-
 cules tradit, Thrasippus *Eroensis*: plerique Ericlem memora-
 currentem an armis adhuc ex acie calidum, ac concidentem
 janua primorum, hoc tantum dixisse: salvete, nos salvi sumus
 mox exspirasse. *Plut. de gloria Athen.*

Fuit receptus mos Romanorum, ut quoties insigni victo-
 consules potiti essent, ob res prosperè gestas, laureatis fasci-
 prælatis incederent: literasq; laureatas Romam mitti, aut nu-
 cios cum jaculis laureatis advenire, navemque laureatam
 vittatam felicis victoriæ nuntium esse. *Alexand. lib. 1. cap. 17.*

Romani sive rure, sive peregrè redierint, præmissis nuntii-
 adesse se uxoribus significant: properantque velut exoptatis
 bus & expectantibus lætum nuntium de se præmittere. *Plaut. in quest. Rom.*

NUPTIÆ.

§ APOPHTHEGMATA.

M *Artia Catonæ F.* cum rogaretur, cur post amissum maritum
 denuò non nuberet: respondit, se non virum invenisse
 qui magis eam vellet, quam sua. *Autor est Hieronymus.*

Dionysius senior cum videret matrem ætate confectam, secundo nubere velle, & eam ob causam à multis malè audire, ait: civitatis legibus vim quidem posse afferri: naturæ verò nequam posse. *Plutarch.*

Lacon quidam dives bono & pauperi adolescenti filiam elocavit: qua de re cum à cognatis reprehenderetur, dixit, ego mihi generum comparavi, quem divitem potius, quàm pauperem futurum expectem. *Stob. serm. 70.*

Musonius cum quidam dixisset: nuptias sibi videri impedimento esse ad philosophandum: respondit se aliter sentire: quum non fuerint impedimento Pythagoræ, neq; Socrati, neque Crateri, quorum unusquisque uxori cohabitavit: nec ullos inquit, alios nominare possis, qui melius sint philosophati. *Stob. serm. 65.*

Heracles universum humanum genus ad societatem natum esse dicebat. Prima autem, inquit, & præcipua societas est, quæ per nuptias inicitur. Nam civitates sine familiis esse non possunt: & familia innupti manca est: integra autem & perfecta illius qui conjugatus fuerit. *Stob. eod. serm.*

Plato ex nuptiis hanc consolationem oriri dicebat, quòd naturæ perpetuitas inde promoveatur: & quòd filios filiorum relinquendo semper Deo ministros pro nobis relinimus: vitam ceu lampadem aliis post alios tradentes. *Cic. lib. 6. de Legib.*

§ EXEMPLA SACRA.

Nuptiarum secundarum exempla: Abraham, *Genes. 25. v. 1.*
Abigail, *1. Samuel. 25. v. 42.* Assuerus, *Esth. 2. v. 17.*

§ HIEROGLYPHICA.

Numerus tricenarius hieroglyphicum est nuptiarum: ut sacri Evangelicorū interpretes super Mattheo affirmant. quòd non multum abest à Numero 32. per quem Ægyptii maritalem copulam significabant. *Pier. Valer. lib. 37. pag. 359. B.*

Cornicem in nuptiis omine auspiciatissimo nominari solitum fuit ex veteri instituto: undè & concordie & nuptiarum habetur symbolum. Vide eundem *Pier. Valer. lib. 20. pag. 191. A.*

Consule locum de Conjugio, & Matrimonio.

OBEDIENTIA.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia

dantia perfructur, timore malorum sublato. *Proverb. 1.*

Custodi legem meam, atque consilium meum: & crit vita animæ tuæ. *Ibid. 3.*

Mens iusti meditabitur obedientiam. *Ibid. 15.*

Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Esaia 1.*

Audite audientes me, & comedite bonum; inclinate aures vestram, & venite ad me: audite, & vivet anima vestra, & fiet vobiscum pactum sempiternum. *Ibid. 55.*

Quod si quis non obedierit verbo nostro, per epistolam hunc notate: neque commercium habeatis cum illo, ut pudore subfundatur: neque velut inimicum habeatis: sed admonete ut fratrem. *2. Thessal. 3.*

Obedite præpositis vestris, & subjacete eis. Ipsi enim perigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expectat vobis. *Hebr. 13.*

Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ, propter Deum sive regi quasi præcellenti: sive ducibus, tanquam ab eo missi ad vindictam malefactorum: laudem verò bonorum. *1. Petri 2.*

Quia vocavi & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id, quod timebatis, adveniet. *Prova.*

Et facies quodcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus sequerisque sententiam eorum. *Deuter. 17.*

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas: nisi à Deo. Quæ autem sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistunt potestati, Dei ordinationi resistunt. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirent. *Rom. 13.*

Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse: debetis obedire, ad omne opus bonum paratos esse. *Tit. 3.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Quid iniquius, quam velle sibi obtemperari à minoribus, & non velle obtemperare majoribus? *August. de op. & monacho.*

Non potuit Deus perfectius demonstrare, quantum sit bonum obedientiæ, nisi quum prohibuit ab ea re quæ non erat bona. Sola ibi obedientia tenet palmam: sola ibi inobedientia invenit pœnam. *Ambros. in Psalm.*

Obedientia non servili metu: sed charitatis affectu servanda est: non timore pœnæ, sed amore justitiæ. *Gregor. 12. moral.*

Obedientia

Obedientia
rit, insertas
obedientia
caro: per ob

Nec stud
tionis, nec
runt. *Bernh.*

Perfecta
contenta an
titudinem
vigore liber
finitam libe

Verus ob
rat aures au
torum int
ibidem.

Non atte
solo conten

In ipsa o
currere pos
licet salubr
ceperis sust
de: etiam t
tientiæ, sec

Non est
ratum se e
post manda

In obedi
filiioribus
tio gravior
temptus da
de præcept.

Æq

Fac

Iuff

Obedientia sola virtus est, quæ menti cæteras virtutes inserit, insertasq; custodit. Melior est obedientia, quàm victimæ: obedientia victimis jure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. *Lib. 35.*

Nec studium bonæ actionis, nec ostium sanctæ contemplationis, nec lachrimæ pœnitentis extrâ Bethaniam esse potuerunt. *Bernhard. de nova militia.*

Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur: nec contenta angustiis professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne, quod injungitur, spontaneo vigore liberalis, alacrisq; animi motum non considerat, in infinitam libertatem extenditur. *Idem de præcept. & dispensatione.*

Verus obediens mandatum non procrastinat: sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum intus colligit, ut mandatum peragat imperantis. *Idem ibidem.*

Non attendit verus obediens, quale sit quod præcipitur: hoc solo contentus, quia præcipitur. *Idem ibidem.*

In ipsa obedientiæ via tibi fortasse aliqua dura & aspera occurrere possunt: ut accipias interdum præcepta nonnulla, quæ licet salubria sint, minùs tamen suaviter videntur. hoc si molestè ceperis sustinere, si dijudicare prælatum, si murmurare in corde: etiam si exterius impleas, quod jubetur, non est virtus patientiæ, sed velamen malitiæ. *Idem serm. 22.*

Non est dubium, quin amplio rem gratiam mereatur, qui paratum se exhibet antè mandatum: quàm qui obedire satagit post mandatum. *Idem in serm.*

In obediendi ratione hæc generalis regula teneatur, ut in difficilioribus quidem agendis obeditio gratior, quam prævaricatio gravior judicetur: & in facilioribus minusque onerosis contemptus damnabilior, quàm actus laudabilior æstimetur. *Idem de præcept. & dispensatione.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Senec. Trag. 7.

Æquum atque iniquum regis imperium feras.

Plautus in Stichis.

Faciendum est id nobis, quod parentes imperant.

Vergil. Æneid. lib. 2,

Tu nequâ parantur

Iussa time: neu præceptis parere recusa.

Homer. Iliad. α.

Ἀλλὰ πείθεσθε καὶ ὑμῖν, ἐπεὶ πείθεσθαι ἀμεινόν.
Verum obedite & vos quoniam obedire melius est.

Pythagor.

Πράξεισθε δὲ εἰς λόγους, ἰσχυροὶ δὲ ἐπιποθέλημισθι.
Lenibus & verbis, & faustis cedito rebibus.

§ APOPHTHEGMATA.

Solon percontatus, qua ratione, salva possit esse civitas? respondit: si cives obtemperent suis magistratibus: magistratum legibus. *Stob. serm. 41.*

Musonius interrogatus, an parentibus obediendum esse omnibus? respondit: obediendum quidem esse, sed honestum iustumque imperantibus. *Stob. serm. 77.*

Scipio Africanus cum in Africa bellum gereret, ostendit armatos, quos secum habebat, & turrim præterea excelsum mari, & ait: nullus horum omnium est, qui non consensuerit, semet in mare præcipitatus sit, si ego iussero. *Plut. & lib. 5. apoph.*

M. Curius adolescentis, qui in delectu non parnerat, primùm hastæ subiecit: ipsumque postea ad tribunos appellavit, vendidit, dicens: non opus sibi esse eo cive, qui parere nescit. *Bruson. lib. 4. cap. 30.*

§ EXEMPLA SACRA.

Obedientiæ exempla: Noë, *Genes. 6. vers. 22. & 7. v. 1. & 11. vers. 7.* Abraham, *Genes. 17. v. 23. & 22. v. 3. 10. & Actor. 7. v. 4. Hebr. 11. v. 8. 17.* Jacob, *Genes. 28. v. 5. 7. Jacobi Epist. 35. v. 4.* Joseph, *37. v. 13.* Moyses, *Exod. 3. v. 13. & 4. v. 3. & Israëlita, 24. v. 3. & 39. v. 31. 42. Numer. 1. v. 54. & 2. 34. & 18. Deut. 34. v. 9. Iosue 1. v. 16. 17. 2. Paralip. 11. v. 4. & 24. v. 21. & scs & Aaron, Exod. 3. v. 12. & 4. v. 3. & 7. v. 6. & 24. v. 3. & 40. v. 16. Aaron & ejus filii, *Levit. 8. v. 36.* David, *1. Sam. 17. & Josaphat, 2. Reg. 6. 21. 23.* Multitudo, *1. Esdr. 10. v. 12.* Nehemias, *12. Tobias, Tob. 5. v. 1. Esther, Esth. 2. v. 10. 20.* Esaias, *Esa. 40. & Ezechia Regis legati, 36. v. 21.* Rechabita, *Ierem. 35. v. 6.* Machabæus, *1. Macchab. 2. v. 9. 20.* Joseph Maria virginis sponsus, *Matth. 1. v. 24. & 2. v. 14. 21.* Petrus & Andreas, *4. v. 20. Marc. 1. v. 18. & 3. v. 9. Marc. 2. v. 14. Luc. 5. v. 27. 28.* Discipuli Christi, *Matth. 19. Luc. 22. v. 13.* Apostoli, *Marc. 16. v. 20. Luc. 6. v. 9. Ioan. 6. & Deipara Virgo cum viro suo Joseph, Luc. 2. v. 21. 22. 39. 41. & scs, Esa. 50. v. 6. Luc. 2. v. 51. Ioan. 10. v. 18. & 12. v. 49. & 14. v. 15.**

¶ 15. v. 10. ¶ 17. v. 4. *Philip. 2. v. 8. Hebr. 5. v. 8. ¶ 10. v. 7. Petrus, Luc. 5. v. 5. Hebr. 10. v. 23. Cæcus natus Ioan. 9. v. 7. Petrus & Joannes, Actor. 4. vers. 19. ¶ 5. v. 29. Paulus, 9. v. 6. Ananias, vers. 17. Cornelius Centurio, 10. v. 33. Romana Ecclesia, 11. v. 7. ¶ 16. v. 19. Corinthiaca Ecclesia, 2. *Corinth. 7. v. 13. Philippenfes, Philip. 2. v. 12. Timotheus, v. 22. Theffalonicenfes, 1. Theff. 1. v. 6. Sara, 1. Petr. 3. v. 6. Obedientiæ fictæ exempla: Adversarii Davidis, *Pfalms. 18. v. 45. 46. Obedientiæ sceleratæ exempla: Judæi, 2. Paralip. 24. v. 21.***

¶ EXEMPLA PROFANA.

Cirus Persarum Rex militem (qui cum hostem interfecturus gladium eduxisset, & classico audito, ictus cohibuisset, hostem quæ dimisisset) laudasse dicitur: eò quòd militarem legem plus, quàm hostem fecisset. *Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 20. ex *Vedia Xenoph.**

Polynices ad matrem Jocastam, apud Eurip. in Phæniissis inquit:

Αἴ γ' ἂν εὖ εἴλεις, πῶτ' ἔμοι μῆτερ φίλα.

Qua tu vis, eadem mihi grata erunt, mater.

Menoceres patrem Creontem interrogans, utrum fugere debeat, ne mactetur à civitate? apud Euripidem in Phæniissis, inquit:

Οὐκ εὔσε φάξεν εἰκός, ἐπιποιεῖν δ' ἔμοι.

Nimirum conveniens est te dicere, efficere verò me.

*Cum Artaxerxes interfecisset maximum natu filium Darium, ob insidias quas patri intenderat. Alter ab illo, jubente patre, stricto acinace, sibi ipsi vim antè regiam intulit. *Alian. de var. histor. lib. 9.**

*Metelli filii Romæ à patre hæreditate exclusi, testamentum irritum esse noluerunt. Satius arbitrari bonorum extortes fieri, quàm qualemcunq; patris voluntatem non tueri. *Alexand. lib. 6. cap. 11.**

*Teribazum ajunt, cum à Persis corripere, quòd esset vir validus, strinxisse acinacem, ac vi se defendisse: quibus testantibus, vociferantibusq; ex præcepto se regis ipsum comprehendere, confestim enses abiecit ferunt, manus vincendas præbuisse. *Plutarch. de superstitione.**

*Stilliconi, ab Honorio Imp. genero missi milites, manus injicere conabantur. Ille primum se defendere: post ubi Imperatoris id voluntate fieri cognovit, manus dedit, seque ab illis interfici passus est. *Theatr. Zaing.**

¶ HIEROGLYPHICA.

A *Vris* sacris in literis hieroglyphicum est *Obedientia*. *Vin. lib. 23. pag. 310. F.*

Erat & illud hieroglyphicum, quòd *Ægyptii* sacerdotes sequuntur, & ad Domini iussa nutumve regressum significarent, *Canem conuerso in dorsum capite* pingebant. *Idem lib. 49. A.*

Vide Inobedientia.

OBJURGATIO.

¶ APOPTHEGMATA.

A *Antisthenes* interrogatus, quamobrem tam severus esset scipulorum objurgator: Et medici, inquit, erga ægros significans, se vitia objurgare, non homines. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

¶ SIMILITUDINES.

U *T* *Telephi* vulnus eadem hasta sanatum est, quæ vulnerum fluxerat: ita vulnus objurgationis ab eodem sanabitur, fecit. *Plutarch.*

Ut qui sacris inhiantur, perferunt primos illos in fultura secutura dulcedinis, ac lucis: idem faciendum iis, qui à philosopho objurgantur. *Plut.*

Ut bonus medicus mavult morbo mederi somno cibis, quàm scammonio aut castorio: sic amicus, pater, præceptor magis studet laude corrigere, quàm objurgatione: si licet.

Pharmacum non adhibitum in loco dolet absque fructu: ita objurgatio, non ut debet admota. Atq; idem facit amicus molestia: quod adulator cum voluptate. *Lædit enim uterque Plutarch.*

Ut austera remedia, sed necessaria, lævant quidem ægros, sed offendunt & inficiunt sanos: sic acris objurgatio medetur, probos offendit. *Plut.*

Quemadmodum medicus, ubi secuit carnem, non stridenter ferit sectum, sed rigat ac lenit: sic qui acrius objurgavit, reliquæ vitæ consuetudine lenire eam molestiam. *Ibidem.*

Ut statuarii primum ictibus incidunt lapidē, postea poliant, atque æquant: sic amicus objurgationem lenitate mitigat. *Ibidem.*

Medici pharmacis amaris dulce non nihil admiscunt, ut tolerentur: ita parentes objurgationis asperitatem lenitate mitigant. *Ibidem.*

Ut el
nibus. a
da, ut fe
est vitu
Plinius.

Her
monitio
nibus. I

Ut pr
nat: ita
medetu

Ut qu
hoc pac
quem p
admisce

Qui i
cit, ac si
in leviss

Quæ
decoctæ
dam ad

O Bju
2. Co

Correptio

Evam, C

Abimel

ad frat

Israëlitæ

ad Abne

videm,

Elizæ ad

Jeroboam

ad Josaphat

Prophe

26. 18. 1

ad uxore

ad Hero

Matth. 2

25. 27. 2

27. 27. 2

Luc. 2. 4

Ut elleborum, tamenſi efficax, tamen medici vetat dari ſenibus, aut pueris, aut exilibus: ita admonitio ſic eſt temperanda, ut ferre poſſit, quem velis emendare: nec ſolum ſpectandum eſt vitium, ſed natura quoque eius, cujus vitio ſtudeas mederi. *Plinius.*

Herbæ ſalutares conſuetudine perdunt medendi vim: ita admonitio, ſi aſſidua ſit, non emendat aſſuetum jam objurgationibus. *Idem.*

Ut pteriones & facit & tollit frigus: item ignis ambuſta facit: ita amici objurgantis oratio, dolori quem fecit, eadem medetur. *Eraſmus.*

Ut qui coguntur ſecare, malunt ære ſecare, quàm ferro: quòd hoc pacto vulnus ſit ſanabilius: ita qui cogitur objurgare quemptiam, ita moderabitur orationem: ut ipſa in ſe non nihil admisceat occultæ medelæ. *Idem.*

Qui in rebus leviculis acriter objurgat amicum: perindè facit, ac ſi medicus amarum & acre pharmacum ac ſumptuoſum in leviffimis morbis paſſim admoveat. *Plut.*

Quædam gemmæ aceto maceratæ nitescunt, pleræquæ; melle decoctæ: ita quofdam meliores reddit acris objurgatio, quofdam admonitio blandior. *Eraſmus.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Objurgationes in Eccleſia neceſſariæ ſunt, 1. *Corinth.* 4. v. 21. 2. *Cor.* 2. v. 4. *Ephes.* 5. v. 11. 13. 2. *Timoth.* 3. v. 16. & 4. v. 2. Vide *Corruptio & Monitio.* Objurgationis exempla: DEI ad Adam & Evam, *Genes.* 3. 11. DEI ad Cain, 4. 6. DEI ad Abimelech, 20. 3. Abimelech ad Iſaacum, 26. 9. Laban ad Jacobum, 31. 26. Ruben ad fratres, 42. 22. Moſis ad Aaronem, 32. 21. Angeli Domini ad Iſraelitas, *Judic.* 2. 1. 2. Davidis ad Saulem, 1. *Sam.* 24. 10. Davidis ad Abner, 26. 15. Nathan ad Davidem, 2. *Sam.* 12. 9. Joab ad Davidem, 19. 5. Eliæ ad Achabum, 1. *Reg.* 18. 18. Eliæ ad Iſraelitas, v. 25. Eliæ ad Ocholiam, 2. *Reg.* 1. v. 16. Eliſæi ad Regem, 3. 13. Abiæ ad Jeroboamum, 2. *Paralip.* 13. 5. Joſaphat ad Achabum, 18. 7. Jchu ad Joſaphat, 19. 2. Zachariæ ad populum Iſraeliticum, 24. v. 20. Prophetæ cujuſdam ad Amasiam, 25. 15. Sacerdotis ad Oziam, 26. 18. Nehemiæ ad optimates Iſraelitarum, *Nehem.* 5. v. 7. Job ad uxorem, *Iob.* 2. 10. Jeremiæ ad populum, *Ierem.* 34. 17. Joannis ad Herodem, *Matth.* 14. 4. *Marc.* 6. 18. CHRISTI ad Diſcipulos, *Matth.* 25. 13. & 16. 8. & 19. 14. & 26. 10. *Marc.* 8. 17. & 14. 7. *Luc.* 8. 25. & 22. v. 46. 51. *Ioan.* 6. v. 34. 61. & 12. 7. ad Petrum, *Matth.* 16. v. 23. & 26. v. 40. 52. & *Ioan.* 18. 11. ad Judæos, 17. v. 17. *Marc.* 9. 19. *Luc.* 9. 41. ad Mercenarium, *Matth.* 20. 13. ad Turbam, *Marc.* 7. 18.

OB OBJURGATIO. OBLIVIO.

ad Herodem, 12. v. 15. ad Discipulos & ad Petrum, v. 37. ad Sa-
bas & Phariseos, Luc. 5. 22. & 6. 2. ad hypocritas, v. 41. ad Phi-
riseos, 11. v. 39. ad quendam hominem, Luc. 12. v. 14. ad duos
Discipulis, 24. v. 25. ad Nicodemum, Ioan. 3. v. 10. ad quendam
Regium, 4. v. 48. ad Turbas, 6. v. 36. ad Judæos, 7. 19. ad servos
Pontificis, 18. 23. Latronis ad socium suum. Luc. 23. v. 40. ad
ad populum, Actor. 3. 12. ad Sacerdotes, Principes & Seniores,
v. 10. ad Ananiam & Saphiram, 5. v. 3. 9. Stephani ad Judæos
v. 51. Petri ad Simonem Magum. 8. v. 20. Pauli ad Elymam
Magum, 13. 10. Pauli & Barnabæ ad Judæos, v. 46. ad Lycaones,
v. 15. Pauli ad Ananiam Sacerdotem, 23. 3. ad Nautas, 27. 7.
ad Corinthios, 1. Corinth. 1. v. 11. & 3. v. 3. & 6. 1. 2. Cor. 12. 7.
ad Galatas, Galat. 3. v. 1. & 5. 7. ad Hebræos, Hebr. 5. v. 12.

OBLIVIO.

SENTENTIÆ POETICÆ.

Sillius Italicus lib. 13. bel. Pun.

Sacro certamina fonti

Lethæos potat latices oblivio mentis

Extrema: hinc auro fulgens jam lucis honorem

Sentit, & admoto splendet cum sydere luna.

Hac animæ calum repetunt, ac mille peractis

Oblite Ditem redeunt in corpora lustris.

Senec. in Troade.

Dediscit animus serò, quod didicit diis.

Plautus in Captivis.

Mos est oblivisci hominibus

Neq; no vuisse, cujss nihil sit facienda gratia.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Non ego, si biberes securæ pocula lethes:

Excidere hæc credam pectore posse tuo.

Ibidem.

Hæc Babylon æstus, nec frigora Pontus habebit.

Calthæq; Pestanas vincet odore rosas.

Quàm tibi nostrarum veniat oblivio rerum:

Non ita pars fati candida nulla mei est.

Plaut. Pæn.

Nihili est autem, suum qui officium facere est immemor

Nisi adeò monitus.

Publ. Syrus.

Injuriarum remedium est oblivio.

§ SIMILITUDINES.

Oblivisci quidem suorum, ac memoriam cum corporibus efferre: & effusissime flere, meminisse parcissime, inhumani est animi: sic aves, sic ferae suos diligunt, quarum concitatus est amor, & penè rapidus: sed cum amicis totus extinguitur.

Seneca.

Lapis quos gregarios vocant, etiam in fame surrepit oblivio cibi, si modò respexerint, ac protinus alium quærunt: ita nonnullis mox excidit, quod modò instituerant narrare: si interjectis verbis aliquot animum illorum aliò devocâris. *Plin.*

Lyncei clarissime omnium animantium cernunt: sed mira illis oblivio rei ab oculis femotæ: ita quidam acri ingenio, sed obliviosi. *Erasmus.*

Ut quod in majore negotio chalybi aut marmoris insculptis durat diutius: ita quod majore studio discimus, nunquam obliviscimur. *Idem.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Antoninus Caracalla Imp. adeò in literis & philosophia profecerat, ut inter doctos numeraretur, magnamq; dici partem philosopharetur. Verùm ipsum postea tanta cepit oblivio doctriæ: ac si literarum nomen nunquã audivisset. *Dion & Suidas.*

Gregorius Trapezuntinus, vir doctissimus, omnium literarum Græcarum Latinarumq; in senio oblitus est. *Volater. lib. 21. Anthrop.*

Messala Corvinus orator post ægritudinem, proprii nominis oblitus est, quamvis aliàs ei sensus vigerent. *Solin. cap. 7. Plin. lib. 7. cap. 24. & Sab. lib. 10. cap. 9.*

Thebeses nigro velo ad Minotaurum in Cretam navigans, si victor rediret, albo velo uti jussus à patre Ageto, mandari immemor, paterno præcipitio occasionem dedit. *Theat. Zuing.*

Quidam Athenis vir eruditissimus, cum ictum lapidis capite accepisset, cætera omnia tenacissima memoria retinens: literarum adeò, quibus præcipuè inservierat, oblitus est. *Valer. lib. 1. cap. 8. & Plin. lib. 7. cap. 24.*

Quendam ex præalto tecto lapsum, matris, affinium & propinquorum oblitum scribit. *Plin. lib. 7. cap. 24.*

O B S C O E N I T A S.

§ SIMILITUDO.

Ut celerius inebriantur, qui dilutum bibunt, quàm qui merum: ita citius inficiunt animū, quæ sobrietatis aliquid ha-

OB OBSTINATIO. OBTRACTATIO.
bent admixtum, quàm quæ simpliciter obscœna sunt. Ne
vehementer obscœnis refugit animus; contra illa blandiunt
aliqua virtutis specie,

Vide Pudicitia, Verecundia, Temperantia.

OBSTINATIO.

§ EXEMPLA SACRA.

Durici, sive obstinationis in malo exempla: Cain, *Genes. 4. v. 8.* Pharao, *Exod. 5. v. 2.* Israëlita, *32. v. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.* Obstinationis exempla: Joannes Baptista, *Matth. 23. 24. 25.* Petrus, *Ioan. 13. 9.* Ecclesia Jerosolymitana, *Actor. 11. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* Obstinationis & prævaricationis exempla: Cain, *Genes. 4. v. 6.* Pharao, *Exod. 7. v. 13. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32.* Hebræi, *2. Reg. 17. v. 14. 2. Paral. 24. v. 19. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* Sedechias, *36. v. 13.* Judæi, *Ierem. 5. v. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* Jérusalem, *Matth. 23. v. 37. Luc. 13. v. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* Principes Sacerdotum, *Matth. 27 v. 4. Luc. 23. v. 10. Ioan. 11. 47.*

OBTRACTATIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. i. Serm. 4.!

— *Absentem qui rodit amicum:*

Qui non defendit alio culpante: solutos

Qui captat risus hominum, famamq; dicacis:

Fingere qui non visa potest: commissa tacere

Qui nequit: hic niger est, hunc tu, Romane, careto.

Juvenal. Saty. 9.

Vivendum rectè, cum propter plurima, tum hisce

Præcipuè causis: ut linguas mancipiorum

Contemnas, nam lingua mali pars pessima servi.

Publ. Syrus.

Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

§ EXEMPLA SACRA.

Obtrectationis & detrectationis exempla: Filii Laban, *Genes. 31. v. 1.* uxor Putipharis, *39. v. 14. 17.* Maria & Aaron, *12. v. 1. 3.* Exploratores terræ, *14. 36.* Multitudo, *16. 41.* Filii Philistini, *1. Sam. 19. 27.* Doëg Idumæus, *22. 9.* Principes Hanon, *Philistini*

Philistæi, 29. 4. Principes Ammonitarum, 2. Sam. 10. 3. Absalom, 15. 3. Siba, 16. 3. Rehum cum sociis, 1. Esdr. 4. 13. Ancilla Raguelis, Tob. 3. 7. 8. 9. Aman, Esth. 3. 8. Principes Juda, Ierem. 38. 4. quidam Chaldæi, Dan. 3. 2. Danielis hostes, 6. 13. Alcimus cum viris iniquis, 1. Macchab. 7. 7. 5. 6. 25. Simon, 2. Macchab. 3. 7. 5. 6. & 4. 1. Alcimus, 1. 4. 7. 5. 6. 7. Pharisei, Matth. 9. 11. Judæi, 11. 7. 18. 19. Luc. 19. 7. & 23. 3. Ioan. 7. 12. & 8. 48. & 9. 7. 16. 24. 28. Domini famule Pythonissæ, Actor. 16. 7. 20. Judæi Thessalonicenses, 17. 7. 7. Epicurei & Stoici Philosophi, 7. 18. Judæi Corinthii, 18. 7. 13. & 19. 7. 9. Judæi Asiatici, 21. 7. 28. Barbari, 28. 7. 4.

Vide Accusationis & falsò accusatorum exempla.

Item Calumnia, Detractio & Maledicentia.

OCCASIO.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ausonius in Epigram.

Cujus opus? Phidia, qui signum Pallados ejus:

Quiq; Iovem fecit tertia palma ego sum.

Sum Dea que rara, & paucis occasio nota.

Quid rotule insistis? stare loco nequeo.

Quid talaria habes? volucris sum, Mercuriusq;

Fortunare solet, trado ego cum volui.

Crine tegis faciem? cognosci nolo. Sed heus tu!

Occipiti calvo es: ne tenear fugiens.

Que tibi cuncta comes? dicat tibi. dic rogo, que sis?

Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.

Sum Dea, que facti, non factiq; exigo pœnas:

Nempe ut pœniteat, sic Metanœa vocor.

Tu modo dic, quid agat tecum? si quando volavi,

Hæc manet: hanc retinent, quos ego preterii.

Tu quoq; dum rogitas, dum percunctando moraris:

Elapsam dices me tibi de manibus.

Ovid. 1. Remed.

Temporibus medicina valet: data tempore profunt:

Et data non apto tempore, vana nocent.

Ovid. 1. Art.

Scit bene venator, cervis ubi retia tendat:

Scit bene, qua frondens valle moretur aper.

Ancupibus noti frutices: qui sustinet hamos

Novit, que multo pisce natentur aque.

Plaut. Persa.

Virtus est, ubi occasio admonet, difficere.

Plautus Aul.

*Si opulentus it petitem pauperiori gratiam:
Pauper metuit congradi, ac per metum malè rem gerit:
Idem quando illec occasio perit, pòst serò cupit.*

Ex Græcis Comicis.

*Καιρὸς τυχῶν γδ̄ πλωχὸς ἰσχυεὶ μίχρα.
Reddes potentem occasio vel pauperem.**Πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παρὰ πῶ.
Est plurimarum causa rerum occasio.**Τάχιδ' ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ προγυμνά.
Mutationem affert repente occasio.**Πολλὸς ὁ καιρὸς ἀνδρας σπὴ ὄντας ποιεῖ.
Occasio facit strenuos qui non erant.**Ὡς μίχρα τὴ μαικρὸν ἐστὶν ὅν καιρῶν δοθέν.
Res parva, magna est, tempore & loco data.*

§ SIMILITUDINES.

Morus novissima omnium germinat; & tamen parit inter primas: ita qui tempus idoneum operiuntur rei conficiendæ, etiam si ferius cæperint, tamen maturius conficiunt. *Plin. lib. 15. cap. 24.*

Apes peragunt opus suum non statis diebus, sed quoties commoditas invitat: ita suo quæquæ tempore rapienda est occasio. *Plin. lib. 11. cap. 7. & 10.*

Persica ob id ipsum pluris veniebant quòd non durarent in triduum: ita avidius rapiendum, quod citò prætervolat, juvenia. *Erasmus.*

§ HIEROGLYPHICUM.

Occasionis captatorem: seu hominem temporum omnium conditioni sese accommodantem per *Echinum* animal designavit antiquitas. Novit equidem *Echinus* (terrestrem intellige) cubilia sua, Aquilonum & Antrorum mutatione commutare. Duas enim cubilibus fenestras facit, alteram Notum versus: Boream versus alteram, quaquæ parte ventum futurum præcognoscit, fenestram obturat, alteram recludit: sin intra Notum alatur, ad parietem discedit. *Pier. Valer. lib. 8. pag. 74. E.*

OCCUL

OCCULTA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

EX GRÆCIS COMICIS.

Ἄφεις τὰ φανερά, μὴ δίωκε τὰ φανή.
Aperta loquens, persequi noli abditā.

Ἦ μὴ πείει τὸ κρυπτεῖν, ἢ μὴ σὺ ποιεῖ.
Quod vis latere, ne fac, aut sine testibus.

Ἦ πόνοισι, δεινόν ἐστιν ἀνδράσι ποιεῖν.
Suspicio grave mortalibus cunctis malum.

Vide Suspicio.

OCCUPATIO.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Non invenio cum quo te malum esse, quàm tecum, si potes, obducite, & occupationibus istis: nec jactare debes, nec abscondere. Id age, ut otium tuum non emineat, sed appareat: si latebras times, te satis priora monstrabunt. Tenebras habere non potes, sequetur quocumque fugeris multum pristinae lucis: quietem potes vindicare sine illius odio. *Senec. epist. 19.*

Ubicumq; mecum sum: rebus enim me non trado, sed commodo. *Epist. 55.*

Nunquid non succedent occupationes novæ: serimus illas, ex una exeunt plures. *Epist. 72.*

§ APOPHTHEGMA.

Cum *Diogeni* fur de nocte sacculum cum numis subtrahere conareretur, & ille sentiret: tolle, inquit, infelix: ut facias utrumq; dormire. *Senec. in proverb. Philosoph.*

Vide Negotium.

ODIUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Tria sunt genera hominum quæ odit Deus: remanentem, retrò redeuntem, oberrantem. Excitandi sunt remanentes: retrò redeuntes revocandi: errantes in viam reducendi. tardi exhortandi, celeres imitandi. Qui non proficit, remansit in via: qui fortè à meliori proposito declinat, ad aliud, quod deterius reliquerat, reversus est retrò: qui fidem deserit, à via erravit. *Augustin. de novo Cantico.*

Hoc

Hoc est perfectio odii odisse: ut vitia, non homines odire nec vitia propter homines diligas. *Ambros. in Psalm. 139.*

Multum aliud est, quando quisque irascens in aliquo modum excedit, quod postea delectat poenitendo. Aliud est vitare insidias inclusas in corde. Multum interest inter turbare oculum, & extinctum: festuca turbat trabs extinguit. *Ambros. ibid.*

Odiū, est verus ira, ex pluribus causis collecta, diu tempore perseverans. *August. de definit.*

In comparatione odii, ita festuca est: sed festucam sic trabs erit: si evellas & projicias, nihil erit. *Idem in serm.*

Nemo potest perfecte diligere quod vocamur, nisi odere de revocamur. *Idem de vera relig.*

Propemodum naturale est, ut nurus socrum, & socru erit nurum. *Hieron. in Michæam.*

Qui occidit, & qui odit fratrem suum, & qui ei detrahunt poena digni esse monstrantur. *Gregor.*

Vitam animæ quælibet culpa polluit: servatus verò contra proximum occidit. menti namque, ut gladius figuram mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur. *Idem in moral.*

Quis ergo motum nocendi habet in animo, debet judicium. Si autem prodeat in contumeliam adversus fratrem, eget reconciliatione. Si autem non judicat se reum, ne se vult reconciliari: ex contemptu perseverans in odio, reus gehennæ. *Idem in Matih. cap. 5.*

Hæc est pugna periculosa & hæc gloriosa victoria: qui odit odisse, quod amat: & amare quod odit. *Idem ibid.*

Perfectum odium est, homines diligere, & eorum vitia per horrere. nam in illa parte, qua creaturæ Dei sunt, amare esse non dubium: in illa iniquitate horrendi sunt, in quibus luerunt. Tales placere non possunt, nisi eis, qui factis similibus replicantur. *Cassiod. in Psalm. 139.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Simul ista mundi rector Deus posuit, odium atque regna. Odia qui nimium timet, regnare nescit. *Seneca.*

Pejora sunt tecta odia, quam aperta: & agnoscere amato odium ostendit. *Idem in Proverb.*

Quamvis agas, ut ne quis merito tuo oderit: erunt tamen semper, qui te odient. *Idem in Proverb.*

Semper odiorum honestus occasus, & dum similitates

aliud habe
mutatio est

Timon il
batui,

quit, impr
runt. Max

Thrafsyb

viam, in p
bulum irr

mus odio,
amaram T

Annibal

Romam d

eato, cum

bitum pul
manæ gen

Idem ha
bat, dixit.

Livius ref

do mortem

habebat, t

cto molef

EX festu

confla
pernicies

Subduc

conquiesc

Ut vitis

magis aut

rale diffid

ut inter h

Qui ex

dioe esse s

qui prius

impiam s

Juglan

quam fia

inensos:

Ut inie

cum null

aliud habent, quàm nocendi cupiditatem, speciosa in melius mutatio est. *Quintil. Dec. 9.*

¶ APOPTHEGMATA.

Timon ille, qui ab odio hominum *Misanthropos* Græcis vocabatur, interrogatus cur omnes odisset homines? Merito inquit, improbos odi: reliquos autem, quia improbos non oderunt. *Maxim. serm. 6.*

Thrasylulus Pisisstrati filiam amabat: eamq; quùm haberet obviam, in publico osculatus est, ob id uxori maritum in *Thrasylulum* irritanti: si illos, inquit *Pisisstratus*, qui nos amant habemus odio, quid faciemus iis, qui nos oderunt? Ac virginem adamatam *Thrasylulo* dedit uxorem. *Plut. in apoph.*

Annibal adhuc puer, quùm quæreretur de finiendo odio inter Romam & Carthaginem, pedem infixit solo: ac pulvere suscitato, tùm demum finem belli fore dixit, quùm altera pars in habitum pulveris esset redacta. Agnoscas ingenium exitio Romanæ gentis natum. *Plutar. in Annibalis vita.*

Idem hausturus venenum, quod in eum usum paratum habebat, dixit. Solvamus ingenti cura populum Romanum, aut, ut *Livius* refert: solvamus diutina cura populū Romanum, quando mortem senis expectare longum censet. id postremò malè habebat, hominem: quòd Romanis jam non posset aliquo pacto molestius esse. *Plut. in Annibalis vita.*

¶ SIMILITUDINES.

Ex festuca incensa, aut lucerna neglecta domi, nonnunquam conflurat urbs tota: sic ex privatis odiis ac dissidiis publica perniciēs oritur. *Plutar.*

Subduc materiam, extinguetur ignis: subduc occasionem, conquiescet odium, sive invidia. *Plut.*

Ut vitis refugit brassicam: quercus abhorret ab olea, multò magis autem à nuce juglande: sic inter quasdam nationes naturale dissidium est: ut nullo pacto queant coalescere concordia: ut inter hos ferè, quos mare, aut Alpes diremerunt. *Erasm.*

Qui ex balneo calent, vehementius frigescent, & aqua frigidior esse solet, quæ prius caluit: ita vehementius sese oderunt, qui prius fuerunt amici: & sceleratiores sunt, qui à pia vita ad impiam se transtulerunt. *Idem.*

Juglans crepitu prænunciat se frangi, ut fugere liceat, priusquam fiat ruina: ita quidam non lædunt, nisi prius ostendent se insensos: alii prius læserunt, quàm exostulent. *Idem.*

Ut inier antantium genera occulta quædam sunt dissidia: cum nulla appareat dissidii ratio: velut araneæ & serpenti: formicis

micis ac foricibus: trochilo & aquilæ: aliisq; compluribus: sunt, qui illam aut illam oderint gentem, cum nesciant, quæ obrem oderint. Quidam odere rhetoricen, aut Græcas literas, cum hoc ipsum ignorent, quod oderunt. *Plin. lib. 10. cap. 74. Aristot. lib. 9. cap. de natur. animal.*

Ut carboni semel exulto suffocatoque, si denudò flagret, major est vis: ita semel sopitum odium, si rursus excandescat, periculosius est. *Erasm.*

¶ EXEMPLUM SACRUM.

Odii exempla: Abimelech & focii eius, *Genes. 26. v. 27. Esau 27. v. 41. Chananaei, 34. v. 30. Fratres Joseph, 37. v. 4. 5. Egyptii, Exod. 1. v. 12. Madianitæ, Num. 25. v. 17. 18. Israëlitz, Iudæi, 11. v. 6. 7. cæci & claudi, 2. Samuel. 5. v. 8. Ammon, 13. v. 15. 22. Razon, &c. 1. Reg. 11. v. 25. Achab, 22. v. 8. Hostes Judæ, 1. Esdr. 4. v. 1. Holoferne, 13. v. 22. Aman, *Esth. 7. v. 6. Hostes Davidis, Psalm. 18. v. 18. & 25. v. 19. & 35. v. 19. & 44. v. 8. & 69. v. 3. 10. Judæi, Amos 5. vers. 10. Viri quidam iniqui, 1. Macchab. 11. v. 22. Nicanor, 2. Macchab. 14. v. 19. Mundus, Ioan. 7. v. 7. & 15. v. 18.**

¶ EXEMPLA PROFANA.

Aunt Melanionem quendam odio mulierum in solitudinem demigrasse: perque avia montium, cane, quo uno convector utebatur, feras insectari solitum, nec unquam domum revocari potuisse. Hinc proverb. *Melanione castior. Eras.*

Græcorum odium ergà Barbaros etsi naturale videri potest, propter linguæ vocisq; diversitatem (similitudo namque amicitiam parit:) tamen intercesserunt quoq; variz bellorum occasiones, præsertim ob raptum mulierum, quas. *Herodotus lib. 1. recitat.*

M. Cato Censorius tanto odio prosequutus est Græcos: ut bellum Marcū ab eorum literis, non quidem inspiciendis, sed perdiscendis avocaverit. *Plut. in Catone. & Plin. lib. 21. cap. 20.*

Constantinus V. Imp. qui & Constans, omnibus suis exolus Syracusis à suis in balneo est occisus. *Sigebert. in Chron.*

Timon Atheniensis non religione, non cælestium rerum indagine adductus, solus esse voluit: sed pravo quodam affectu rigoreque naturæ, omni hominum commercio sibi ipsi interdixit. *Sabellicus lib. 2. cap. 2.*

Myson Strymonis filius, Timonis moribus, fuit hominum osor: ut qui in solitudine solus riserit. *Laert. in eius vita.*

Cordillio philosophus Stoicus Pergamenus, tam morosus fuisse dicitur: ut omnium principum ac regum amicitias spreverit. *Volater. lib. 14. cap. 2. Antrop.*

Epidauri

Epidauri
comme
unum el
netraret
xerc. Ar

Blas di
domi
est. Stobæ
Pittac
superflu
eodem.
Solon q
niz non
propter s
Cum ex
diret? re
scere. qui
Cic. lib. 2

Duabu
quicq
tamen ar
Ut vinu
inadomus
tarchas.

UT me
ctis ev
manifest
parvæque,
sæ magis e
tarchas.
Ter nov

Epidaurii, cum Illyricos mores exosos haberent: nec illorum commercia vitare possent: ut se à contagione illorū servarent, unum eligebant quotannos gravem ætate, qui solus ad illos penetraret, cum quo commercium haberent, quem *Poletem* dicebant. *Aristot. 2. Politicorum.*

OECONOMIA.

§ APOPHTHEGMATA.

Bias dicere solitus erat, eam familiam esse optimam: in qua dominus spontè sit hujusmodi, qualis propter legem foris est. *Stobæus.*

Pittacus optimè constitutam esse domum pronuntiavit: cui superfluum nihil abundet, & necessarium nihil desit. *Stob. serm. eodem.*

Solon optimum œconomum esse dixit: in cujus familia pecuniæ non injustè possideantur: nec difficulter custodiantur, neque propter sumptus pœnitudinem adferant. *Ibid.*

Cum ex *Catone* quæreretur, quid maximè in re familiari expediret? respondit, benè pascere, quid secundum? satis benè pascere, quid tertium? benè vestire, quid quartum? benè arare. *Cic. lib. 2. Offic.*

§ SIMILITUDINES.

Duabus vocibus simul sonantibus, gratior fit concentus: ita quicquid fit in familia, fit quidem utriusque consensu, sed tamen arbitrio mariti. *Plutarch.*

Ut vinum appellatur, etiam si major aquæ pars sit admixta: ita domus mariti dicitur, etiam si mulier plus contulerit. *Plutarchus.*

OFFENSÆ.

§ SIMILITUDINES.

UT medici eas febres, quæ ab incertis causis paulatim collectis eveniunt, magis suspectas habent & timent, quàm quæ manifestas magnasque causas habent: sic latentes plerunque parvæque, & frequentes ac quotidianæ viri atque uxoris offensæ magis eos disjungunt, & vitæ consortium labefactant. *Plutarchus.*

Ter novenis crebriorum ictibus interfici hominem existimant;

OF

OFFICIUM.

mant: ita offensa tamen si per se non capitalis: tamen sapienter
rata capitalem parit inimicitiam. *Plin. lib. 11. cap. 21.*

*Vide Ira, Reprehensio, Peccatum, Correctio
Injuria.*

OFFICIUM.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 1. Satyr. 3.

Si malè rem gerere insanis: contra bonè, sani est.

Plautus in Ruden.

Vigilare decet hominem.

Qui vult sua temporì conficere officia

Nam qui dormiunt libenter, sine lucro, & cum malo quiescunt

Terent. in Adelph.

Non patrium est. potius consuefacere filium

Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.

Hoc pater & dominus interest: hoc qui nequit

Fateatur nescire se imperare liberis.

Ovid. lib. 3. de Ponto.

Pectore te toto, totisq; incumbere nervis,

Et niti pro me nocte dieq; decet.

Vtq; juvent alii, tu debes vincere amicos

Vxor, & ad partes prima venire tuas.

Propert. lib. 3. eleg. ad Lygdamum servum.

Omnis enim debet sine vano nuntius esse:

Majoremq; timens servus habere fidem.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Nulla vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque fortibus
sibus, neque domesticis in rebus: neque si tecum agas quæ
neque si cum altero contrahas, vacare officio debet. In conser-
colendo sita est vitæ honestas omnis, & in negligendo turpitas
do. *Cic. 1. Offic.*

Nec precio, nec gratia, nec periculo, nec similitate à via recta
nos ostendimus oportere deduci: nec ab ulla re honesta, periculo
li, aut laboris magnitudine. *Cic. 3. ad Heren.*

Nulla casu arbitror hoc constanti homini posse contingere
ut ulla intermissio fiat officii. *Cic. in Laelio.*

Nulla lassitudo impedire officium, & fidem debet. *Cic. Corin-
fic. Famil. 12.*

OF

Pericu

mavult, c

Artian

Cic. 1. Offic.

Impro

gnitudin

Optim

do redder

Omnia

ut bonial

de Orat.

Semp

mur. Cic.

A rect

quam in c

Nobis p

mus: nihi

continent

runtur. Ci

UT nec

tis pra

sine usu &

di pecept

Offic.

Quema

anteponu

tem publi

Quema

& manum

disciplina

didicit eni

ira qui se a

admoneri

ris vivat.

dum est, ill

cepte: sic a

aliqua res

ciendum i

sic cum ux

Vide

Pericu

Pericula, labores, dolores etiam optimus quisque suscipere mavult, quàm deserere ullam officii partem. *Cic. 1. de Finib.*

Artium studio à rebus agendis abduci, contrà officium est. *Cic. 1. Offic.*

Improbum est relinquere honestatem, propter utilitatis magnitudinem. *Cic. 3. de Offic.*

Optima vivendi ratio est eligenda: eam jucundam consuetudo redder. *Cic. 4. ad Heren.*

Omnis nostra cura debet in hoc versari: semper si possimus, ut boni aliquid efficiamus: sin minus, ut certè nihil mali. *Cic. 2. de Orat.*

Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur. *Cic. 4. Act. in Verrem.*

A recta conscientia transversum unguè non oportet quemquam in omni vita sua discedere. *Cic. ad Attic. lib. 13.*

Nobis persuasum esse debet: si Deos, hominesq; celare possimus: nihil tamen avarè, nihil injustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum: honesta bonis, non occulta quaeruntur. *Cic. 3. Offic.*

§ SIMILITUDINES.

UT nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine usu & exercitacione consequi possunt: sic officii conservandi præcepta traduntur, illa quidem, ut faciamus ipsi. *Cicer. lib. 1. Offic.*

Quemadmodum leges omnium salutem singulorum salutè anteponunt: sic vir bonus & civilis, officii non ignarus, utilitatem publicam magis quàm privatam curat. *Idem lib. 3. Finib.*

Quemadmodum qui jaculari discit, destinatum locū captat, & manum format ad dirigenda quæ mittit, cum hanc vim ex disciplina & exercitacione percipit, quocunque vult illa utitur: didicit enim non hoc aut illud ferire: sed quodcunque voluerit: ita qui se ad totam vitam instruxit: non desiderat particulatim admoneri: doctus in totum, non quomodo cum uxore & liberis vivat. Si quid oculis oppositum moratur aciem, removendum est, illo quidem non abjecto. Operam perdidit, qui præcepit: sic ambulabis, illi manum porrigens. Eodem modo ubi aliqua res obæcat animum, & ad officiorum ordinem inspiciendum impedit, nihil agit qui præcipit, sic vives cum patre, sic cum uxore. *Senec. epist. 95.*

Vide Decorum.

OMEN.

§ APOPHTHEGMATA.

Dionysius cum magistratus per literas fore crearentur, & ipse contigisset μ , dicenti cuidam per jocum $\mu\theta\rho\sigma\lambda\omicron\gamma\epsilon\iota\varsigma$, id est stulta efferes, Dionysi: Imò, inquit, $\mu\theta\nu\alpha\rho\chi\eta\sigma\tau\iota$, monarcha eris. Et adeptus magistratum, protinus Imperator electus est à Syriacusanis. Magni erat animi, quod illo joco non offenderetur, contentus omen literæ secus interpretari. *Plutarchus in Reg. apophth.*

P. Amylius è foro domum reversus, cum filiam puellam nomine Tertiam reperisset lachrymantem, rogavit quid haberet illa respondente: Perseus, nobis interiit (id erat nomen catellæ quem puella habebat in deliciis) sit felix! inquit, ò filia, omen accipio: moxque in bellum profectus, pulcherrimum de hoste triumphum egit. *Plut. in apophth.*

Vide Fatum.

ONUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 3. eleg. sive Amor.

Cedimus, an subitum luctando accendimus ignem?

Cedamus, leve sit, quod bene fertur, onus.

Vidi ego jactatas mota face crescere flammæ:

Et vidi nullo concutiente mori.

Verbera plura ferunt, quàm quos jurat usus aratri:

Detrectant pressi dum juga prima boves.

Asper equis duris contunditur ora lupatis:

Frena minus sentit, quisquis ad arma facit.

Propert. eleg. 9. lib. 3.

Turpe est quod nequeas capti committere pondus;

Et pressum inflexo mox dare terga genu.

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta:

Fama nec ex equo ducitur ulla jugo.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Sustineas ut onus nitendum est vertice recto;

At flecti nervos si patiãre, cades.

Vide Miseria, Malum, Fortuna.

OPUS

OPUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in Heauton.

*Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet,
Si invitus facias.*

Valerius Flaccus lib. 2. Argonaut.

*Stabilem quando optima facta
Dant animam: minorq; piis audacia captis.*

Ovid. lib. 13. Metamorph.

Deniq; quid verbis opus est, spectemus agendo.

Idem lib. 1. de arte Amandi.

*Reddite depositum, pietas sua fœdera servet.
Fraus absit, vacuas cadis habete manus.*

Idem lib. 2. de arte Amandi.

*Cum mora non tuta est, totis incumbere remis
Vtile, & admissis subdere calcare quo.*

Idem lib. 1. Pastor.

*Annuere conanti per laudes ire tuorum
Deq; meo pavidos excute corde metus.
Da mihi te placidum, dederis in carmina vivere
Ingenium vultu statq; caditq; tuo.*

Vide Actio.

ORACULUM.

§ APOPTHEGMATA.

Epaminondas. Cum Lacedæmonii copias in Thebanos educerent, variaque Thebanis ferrentur oracula: quorum alia victoriani illis pollicebantur, alia diversa prædicabant: Epaminondas jussit, bene promittentia ad dextram tribunalis ponit contraria ad levam. Atque omnibus hunc in modum dispositis, surrexit, dixitq;: si volueritis parere ducibus, & conglomerati in hostem tenderé, hæc vobis sunt oracula, ostensis melioribus: quod si ad conflictum segnes timidique fueritis, hæc oracula vobis reddita sunt: ostensis deteriora pollicentibus. Mirè, nec oraculorum contempsit auctoritatem, nec animos militum his de jeci passus est: sed interpretatus est: Deum prospera polliceri strenuis, infausta timidis: quasi à nobis pendat rerum eventus. *Plut. in apoph.*

Kkk 2

Ayuntamiento de Madrid

*Alexander Delphos profectus, cum sacerdos negaret se eos
sulturam Deum, quod Dies essent nefasti, quibus ne oraculo
quidem loqui fas esset: vi pertracta secum sacerdote, templum
ascendit, cumq; illa importunitate victa diceret: invictus
ô filii: satis, inquit Alexander oraculi est, mulieris vocem
sponsi loco ducens. Plutarch. in Alexand.*

Vide Religio, Sacrificium.

ORATIO.

Cùm qua preces significat: tùm qua
sermonem.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Clamaverunt iusti, & Dominus exaudivit eos, & ex omni-
bus tribulationibus liberavit eos. *Psal. 33.*

Exorare & facere elemosynam ne despicias. *Eccles. 7.*

Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine
meo, dabit vobis. *Ioan. 16.*

Petite & accipietis: ut gaudium vestrum sit plenum. *Ibid.*

Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Qui autem scru-
tatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum
postulat. *Rom. 8.*

Quùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Syn-
gogis & in angulis platearum stantes orare: ut videantur ab ho-
minibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suã. *Matth. 6.*

Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt:
putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite
ergò assimilari eis. Sic ergò vos orabitur: Pater noster, &c.
Ibidem.

Vã vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ! qui comeditis do-
mos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc longè
accipietis iudicium. *Luc. 20.*

Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.
Indith. 9.

Subditus esto Domino, & ora cum. *Psal. 36.*

Respexit in orationem humilium. *101.*

Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur & deprecatio
illius usque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se nu-
bes penetrabit, & nõ discedet donec Altissimus aspiciat. *Ecc. 35.*

Deprecationem læsi exaudiet Deum. *Ibidem.*

Propter

Propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuam, & audi. Neque enim in justificationibus nostris prosternimus precibus ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis malis. *Dan. 9.*

Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. *Matth. 21.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Multi languescunt in orando, & in novitate conversionis suæ ferventes orant: postea languidè, postea frigidè, postea negligenter, quasi secuti sint. Vigilat hostis, dormis tu. *August. in Psalm. 65.*

Oratio tua, locutio est ad Deum: quando legis, Deus tibi loquitur: quando oras, cum Deo loqueris. *Idem in Psalm. 85.*

Tunc porro in toto corde clamatur, quando aliundè non cogitatur: tales orationes raræ sunt multis, crebræ paucis, utrum nec cuiquam nescio. *Idem in Psalm. 118.*

Oratio si pura est, si casta fuerit, cælos penetrans vacua non redibit. *Idem in quod. serm.*

Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus hujus vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utilius, magis novit medicus, quam ægrotus. *Idem in lib. sententiarum Trasser.*

Oratio paucis verbis res multiplices comprehendit: ut sic citò simplicitas fidei, sufficientia suæ saluti addisceret, & prudentia ingeniosorum, profunditate mysteriorum stupeficeret. *Idem in gl. Matth. 6.*

Oratio oranti est subsidium, Deo sacrificium, dæmonibus autem est si gellum. *Idem in serm.*

Plus placet Deo latratus canum, mugitus bouum, grunnitus porcorum, quam cantus clericorum luxuriantium. *August.*

Oratio est animæ sanctæ præsidium, angelo bono solatium, diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, & pœnitentiæ religionis laus tota, perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta. *Idem.*

Hæc sunt duæ alæ orationis, quibus volatur ad Deum: si ignoscis delinquenti, & donas egentem. *Idem in serm. de quadr.*

De quotidianis brevibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. *Idem in Enchirid.*

Oratio Deum unguat, sed lachryma compungit: hæc lenit, illa cogit. *Idem in serm.*

Ne deficias in oratione, Deus quod concessurus est, si dif-

fert, non aufert: non levitate utitur, qui promisit: non facile de sententia movetur: quod promisit, est fixum: fallere non potest: habet undè faciat. *Idem in Psalm. 65.*

Orationis puræ magna est virtus: & velut fidelis nuntius, mandatum peragit, & penetrat, quò caro non pervenit. *Idem ibidem.*

Oratio, refectio est jejuniorum: duritiam cordis emolliat, austeritatem temperat: jejunium dulcificat. Sicut enim sine potu non est plena refectio: sic & jejunium sine refectioe orationis non potest animam perfectè nutrire. *Idem in quodam sermone.*

Sit oratio pura, simplex, dilucida atque manifesta, gravitatis & ponderis: non affectata elegantia, sed non intermissa gratia. *Ambros. de Offic.*

Vox est oratio, adest verbum, fugatur cupiditas, libido discedit. *Idem de viduis.*

Si pro te rogas tantum, pro te solus rogabis: si autem pro omnibus rogas, omnes pro te rogabunt. *Idem in hexam. lib. 1.*

Quanto graviore tumultu carnalium rerum premimur: tanto orationi insistere ardentius debemus. *Gregor. in homil.*

Quando fidelis, & humilis & fervens oratio fuerit, cœlum sine dubio penetrabit: undè certum est, quòd vacua redire non possit. *Bernh.*

Nemo nostrum parvipendat orationem suam: dico enim vobis, quod ipse, ad quem oramus, non parvipendit eam. Postquam egressa est ab ore nostro, ipse scribit eum in libro suo: & unum in duobus indubitanter sperare possumus: quoniam aut dabit quod petimus, aut quod novit utilius. *Idem ibidem.*

Pro se orare necessitas cogit: pro aliis autem charitas fraternitatis hortatur, dulcior autè antè Deum est oratio, non quam necessitas transmittit: sed quam charitas fraternitatis commendat. *Chrysost. super Matth.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ,

Paulinus ad Ausonium.

*Quæ non missa Deo vacuis in nubibus hærent:
Nec penetrant superi stellantem regis in aulam.*

Juvenal. Satyr. 10.

*Vt tamen & postcas aliquid, voveasq; sacellis
Extæ: & candiduli divina thomacula porci,
Orandum est: ut sit mens sana in corpore sano.*

Fertur

*Fortem posce animum mortis terrore carentium,
 Qui spatium vitæ extremum, inter munera ponet,
 Nature, qui ferre queat quosunque labores.
 Nesciat irasci, cupiat nil, & potiores,
 Hercules ærumnas credat, se vosq; labores:
 Et Venere & cænis, & plumis Sardanapali
 Monstro, quod ipse tibi possis dare: semita certe
 Tranquilla per virtutem patet unica vitæ.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

Quid credis amice precari?

*Sit mihi quod nunc est, etiam minus: ut mihi vivam
 Quod superest ævi, si quid superesse volunt Diæ.
 Sed satis est orare Iovem, qui donat & aufert:
 Det vitam, det opes, æquum mihi animum ipse parabo.*

Juvenal. Satyr. 10.

*Prima ferè vota, & cunctis notissima templis,
 Divitia crescant: ut opes, ut maxima toto
 Nostra sit arca foro.*

Ibidem.

*Da spatium vitæ, multos da Iupiter annos:
 Hoc recto vultu solum hoc, & pallidus optas.*

Ovid. lib. 1. de arte Amandi.

*Hæctora dona vit Priamo prece motus Achilles:
 Flectitur iratus voce rogante Deus.*

Martial. lib. 8. Epigram.

Et Dominum mundi flectere vota valent.

Plautus in Rudente.

*Supplicii faciles pios is Diis supplicans,
 Quam qui scelestus est inveniet veniam sibi.*

Ovid. lib. 8. Metamorph.

Cura Deum dii sunt, & qui coluere coluntur.

Tibul. Eleg. 4. lib. 3.

*Ergò ne dubita blandas adhibere querelas:
 Vincuntur molli pectora dura prece.*

Ex Græcis Comicis.

*Οὐτ' ἐκ χερῶς μεθέντι κερτρὸς λίθον
 Ρᾶον κἀχαιῖν, ἔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγῳ.
 Retineri ut à te non potest jactus lapis:
 Sic ore verba omissa que semel tuo.*

Ψυχῆς νοσώσης ἐστὶ Φάρμακον λόγῳ.
Agra medela mentis est oratio.

Λόγος γδ' ἐστὶ λύπης Φάρμακον μόνῳ.
Mæroris unica medicina oratio.

Λύπην γδ' ἔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγῳ.
Verba benevola medela sunt mærentibus.

Ξίφος πτερόσκει σῶμα, τὴν δὲ νῦν λόγῳ.
Vt corpus ensis, verba mentem sauciant.

Ἀνθρώπος χαρακτήρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
Viri character, ejus est oratio.

Χαίρει τί, τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.
Multa loqui, aliud est, quam loqui quod expedit.

Λόγῳ δὶδικεῖται ἕροτων ἕως μόνῳ.
Est administratio oratio rerum omnium.

Λόγῳ ἀμείβει τοῖς λόγοις πείθονται σε.
Verbis agas agente cum verbis viro.

Ἰσχυρότερον δὲ γ' ἔστιν ἐστὶ τῶν λόγων.
Oratione nil validius usquam.

Ῥίψας λόγον πῖς σὺν ἀναίρειται πάλιν.
Verba re vocari emissã non queunt semel.

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Verba inventa sunt: non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. *Cic. pro A. Cæcin.*

Interpres mentis est oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. *Cic. 1. de Legib.*

Sermone eo debemus uti, qui notus est nobis. *Cic. 1. Offic.*

In primis provideamus, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maximè tùm solet evenire, cùm studiosè de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut severe, aut maledicè, contumelioseq; dicitur. *1. Offic.*

Quoties aliquid aut dicimus, aut loquimur, toties de nobis judicatur. *Cic. 1. de Orat.*

Diligentissimè linguam continere, mihi virtus interdum nõ minor videtur, quàm omninò non irasci. *Cic. ad Q. Frat.*

Id ipsum dicere nunquam est non ineptum, nisi quum est necessarium. *Cic. 1. de Orat.*

Habent suum modum quæcunque oportunè dicuntur. *Cic. 3. de Finib.*

Tacere noli, ubi non oportet. *Cic. pro Rosc. Comæ.*

Decorus

Decorus est sermo senis, quietus & remissus: facitq; persæpè ipsa sibi audientiã diserti senis comita oratio & mitis. *Cato Maior.*

Difficile est dictu, quantoperè conciliet animos hominum comitas, affabilitasq; sermonis. *Cic. 2. Offic.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Demosthenes interrogatus, quomodo orator factus esset? respondit, dū plus olei, quàm vini absumerem. *Brus. lib. 4. c. 31.*

Phocion Atheniensis brevi oratione utebatur, cæterum gravissima: quem cū surgentem vidisset Demosthenes: ecce, inquit, meæ orationis culter surgit. *Fultarch.*

Diogenes in caupona prandens, Demosthenem fortè prætercuntem invitavit, ut accederet. Id cū ille pudore recusaret: erubescis, inquit, Demosthenes cauponam ingredi? a quo hic herus tuus quotidie versatur. Innuis, oratores nihil aliud esse, quàm mancipia populi; nec esse par, ut illis pudeat servum populi videri, ubi populus assidue viveret. *Erasm. Rot. lib. 8. apoph.*

Pyrhus dicere solebat: plures urbes suo imperio additas oratione Cynæ oratoris ac legati, quàm suis armis. *Valer. Maxim. & Brus. lib. 4. cap. 31.*

Phavorinus audiens adolescentem obscurioribus & inusitatis verbis loquentem: Curius (inquit) & Fabius dilucidè cum suis fabulati sunt, neq; Arunctorum, Sicanorum aut Pelasgorum verbis quicquam sunt loquuti. *Erasm. lib. apoph. ex Gellio.*

Demonax cū quendam nescio quid interrogasset, atque is obscuris planè verbis respondisset: non intelligo, inquit, quid dicas: loqueris enim cum apertè tecum loquente, quasi Agamemnon adhuc viveret. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Iulius Flores quū aliquando adolescentē tristem eundemq; scholasticum vidisset, interrogavit: quæ causa frontis esset tam deductæ? quia triduo, inquit adolescens, materiæ ad scribendū destinatæ non invenio exordium. Tum Florus, numquid in melius dicere vis, quàm potes? *Quintil. lib. 12. cap. 3.*

Socrates. Lysias quū Socrati orationem, quam in eius defensionem composuerat, recitasset: præclara, inquit, & elegans est oratio, sed non convenit Socrati. Erat enim forensi instituto aptior, quàm Philosopho. Rursus Lysia percontanti: cur si bonam judicaret orationem, putaret sibi non convenire? Nonne, inquit, fieri potest: ut amictus aut calceus elegans sit ac pulcher, qui tamen alicui non conveniat? quo dicto ostendit, eam orationem gratam esse, quæ suo loco suisq; personis convenit. *Cic. lib. 1. de Orat.*

Apud Agesilaum Lacedæmoniorum regem, cū quidam rhe-

thorem laudasset, quòd mirificè res exiguas verbis amplificaret: ego, inquit rex, nec futorem quidem arbitrarer bonum, qui parvo pedi magnos inducat calceos. *Plutarch. in Lacon.*

Pericles ad perorandum à populo sæpè laceffitus negavit: quòd imparatum se esse diceret. *Plutarch.*

C. Iulius. Curtius orator, præterquam quòd in cogitando esset tardus, in instruendo dissipatus, parumque rerum propositarum meminisset, in utraq; etiam parte toto corpore vacillabat in oratione: in hunc ergò urbanè *C. Iulius* jocosus est: quæsit enim, quis loqueretur è lintre? *Cic. de Claris Oratorib.*

Catulus. quòd orator quidam malus, qui in epilogo se putabat movisse misericordiam, postquam assedit, rogaret *Catulum* videreturne movisse: misericordiam? ac magnam quidem, inquit: neminem enim esse puto tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit. *Cic. lib. 2. de Oratore. Erasmi. lib. 6. apoph.*

Demades joci solebat in *Demosthenem*: quòd ceteri quilibet Oratores dicerent ad aquam, ipse verò & scriberet: taxans eum, quòd nunquam nisi de scripto diceret: tum esset *idipotoms*. *Comiti* *Demades*, ut largius bibebat: ita valebat extemporali dictione.

§ SIMILITUDINES.

UT qui pila ludunt, etiamsi non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palestræ: sed indicat ipse motus, didicerintne palæstram, an nesciant? & qui aliquid fingunt, & si tum pingere nihil utuntur, tamen utrum sciant pingere, an nesciant, notum obscurum est. Sic in dicendo facillè declaratur: utrum is, qui dicendum prodit, omnibus ingenuis artibus instructus sit, an ne? *Cic. lib. 1. de Oratore.*

Ut nulla materies tam facilis ad exardescendum est, quæ admoto igne ignem concipere possit: sic nulla mens est tam comprehendendâ vim oratoris parata, quæ possit incendi: cum inflammatus ipse & ardens ad eam accesserit. *Idem eod. libro.*

Ut in Græcis artificibus ajunt eos aulædos esse, qui citharæ di fieri non potuerunt sic nonnullos videmus qui oratores evadere non potuerunt, ad juris studiû devenire. *Idem pro Murena.*

Ut signa quædam argillacea summo in pretio fuerunt, quæ admirationem artis: ita nonnunquam res humilis ac nihil ingenium oratoris commendat. *Erasmi.*

Facilius insculpes gemmis, quæ voles, si terebra ferreat ita magis movebit orator, si non solum acriter dicat, sed ferreat veat: & amet id, quod laudat, oderit vituperat. *Idem.*

Ut balnei non purgantis: ita nec sermonis ulla est utilitas. *Idem.*

Ut freno circumagitur equus, ut clavo navis: ita oratione ducuntur homines. *Plut.*

Ut lumen, ita nec oratio ulli prodest, nisi volentibus accipere. *Idem.*

Qui coronas nesciunt, bellissima quærunt, non vilissima: at apes etiam amarissimo thymo insidunt, atq; inde mellificium colligunt: sic oportet auditorem non flosculos orationis voluptatis causa sectari, sed vim sententiarum & utilitatem. *Idem.*

Ut athletic amphotides adduntur contrà plagas: ita pueris focalibus magis est opus adversus pestilentem orationem. *Idem.*

Facile est demoliri, quod alius extruit: at difficilimum, idem aut meliùs aliquid extruere: ita aliorum orationem reprehendere in proclivi est: at eodem modo meliùsve dicere, non est perinde facile. *Idem.*

Non sic ad audiendum est accedendum, ut velis jungi & oblini lucis, quò nitidior fias: sed gratiam habeas, si velut alveare, acri fumo, sic ipse mordaci sermone purgeris animo, qui cæcutionis & lippitudinis est plenus. *Erasmus.*

Ut ægrotus non quærît medicum disertum, sed sanandi peritum: sic à philosopho non requirimus orationem phaleratam. *Seneca.*

Ut Leonum animaliumq; impetus caveis coercetur: sic hominum, quorù maximè in seductu orationes sunt: ita tamen delituerint, ut ubicunq; homo ocium suum absconderit, prodesse velit singulis & universis, ingenio, voce, consilio. *Seneca.*

Ut in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quàm quid deceat videre. *Cicer.*

E voce agnoscimus, hominem facie non conspecta, nam sua cuique vox: ita in oratione licet hominis vitam conjectare. *Erasm.*

Ut idem sol ceram liquefacit, & lutum indurat: ita eadem oratio alios reddet meliores, alios deteriores pro ingeniorum varietate. *Erasm.*

Ut magnes non quidvis ad se trahit, sed ferrum duntaxat, cum sint alia multò leviora: ita quorundam oratio non movet omnes, sed jam propensos, ad id, quod illi suadent. *Ibid.*

§ EXEMPLA SACRA.

Orationum exempla: Abraham, *Genes. 17. vers. 18. & 18. v. 23. 27. & 20. v. 17. Loth, 19. v. 19. Abrahamæ Famulus, 24. v. 12. Isaac, 28. v. 3. Jacob, 32. v. 11. & 48. v. 15. 16. Moyses, Exod. 8. 12. & 9. 35. & 10. 18. & 17. 11. & 32. 11. & 33. 13. Numer. 11. 2. & 12. 13. & 14. v. 17. & 16. v. 15. & 21. 8. Moyses & Aaron, 16. v. 22. & 20. v. 6. Deuter. 9. v. 25. 26. 27. Josue, Ios. 7. v. 7. Gedcon, Iudic. 6. v. 30. Manue,*

39. Manue, *Judic.* 13. v. 8. Anna, 1. *Samuel.* 1. v. 10. Samuel, 7. v. 5. 6. & 12. v. 19. 23. Samuel cum populo, 8. v. 7. David, 2. *Sam.* 7. v. 29. & 12. v. 16. & 15. v. 31. & 24. v. 10. 1. *Paralip.* 29. v. 18. Salomon, 1. *Reg.* 8. v. 15. quidam Propheta, 13. v. 6. Elias, 17. v. 20. 21. 22. Elifzeus, 2. *Reg.* 4. *vers.* 33. & 6. v. 17. Joachaz, 13. v. 4. Ezechias, 19. v. 15. & 20. v. 2. *Esa.* 37. 15. 16. Salomon, 2. *Paralip.* 16. 17. Afa, 14. 11. Jofaphat & populus, 20. v. 3. 4. Manaffes, 33. 12. Efdra, 1. *Efdr.* 8. 21. & 9. 6. Nehemias, *Nehem.* 1. v. 11. Populus, 4. 9. Syracides, *Ecclef.* 36. v. 1. 2. 3. & c. Ecclesia, *Pfalms.* 29. 2. *Thren.* 5. v. 1. *Esa.* 33. v. 2. 3. Jeremias, *Ierem.* 15. v. 15. 16. Populus Dei, 8. v. 19. 20. *Thren.* 5. v. 1. Baruch, *Baruch.* 1. v. 17. 21. & 2. v. 6. & 3. v. 1. 9. Salomon, *Sapient.* 9. v. 1. 2. & c. Daniel, *Da.* 6. v. 11. & 9. 3. Susanna, 13. v. 42. 43. Jonas, *Ion.* 2. v. 2. Abacuc, *Abac.* 3. v. 1. Tobias, *Tob.* 3. v. 1. 12. & 8. v. 7. & 13. v. 1. Judith, *Judith.* 9. v. 2. & 16. 1. & c. Esther, *Esth.* 14. 3. Efdras, 3. *Efdr.* 7. 4. 4. *Efdr.* 3. v. 1. & c. & 6. 38. Sacerdotes, 1. *Macchab.* 7. 37. Eleazar Sacerdos, 2. *Macchab.* 6. v. 30. Leprosus, *Matth.* 8. v. 2. Cetero, v. 5. Christus, 14. v. 23. & 26. v. 39. *Luc.* 23. v. 34. *Ioan.* 11. v. 41. & 17. v. 1. 2. & c. Anna, *Luc.* 2. v. 37. Apostoli & Ecclesia, *Actor.* 1. v. 14. 24. & 4. v. 24. & 6. v. 6. Stephanus, 7. v. 59. Petrus & Joannes, 8. v. 15. Paulus, 9. v. 11. & 28. v. 8. *Rom.* 1. v. 8. *Philip.* 1. v. 4. 9. *Coloff.* 1. v. 9. 2. *Thess.* 1. v. 11. 2. *Tim.* 1. v. 3. Petrus, *Actor.* 9. v. 9. Cornelius, v. 4. Ecclesia Jerofolymitana, 12. v. 5. Paulus cum aliis, 20. v. 36. Tyrensis Ecclesia, 21. v. 5.

Orandum est pro aliis. Exempla: Abraham orat pro Ismaele, *Genes.* 17. v. 18. 20. pro Sodomitarum incolumitate, 18. v. 23. pro Abimelechi uxore & ancillis, 20. v. 17. Loth pro Segor, 18. v. 20. Fratres pro Rebecca, 24. v. 60. Joseph pro Benjamin, 46. v. 29. Jacob benedicit filiis Joseph: hoc est, oratione precatur eis benedictionem divinam, & conferri eis cupit corporalia & spiritualia bona, 48. v. 15. Moyses pro populo, *Exod.* 34. v. 11. 12. & 33. v. 6. 7. 8. 9. *Numer.* 14. v. 19. pro sorore, 12. v. 19. Samuel pro populo, 1. *Sam.* 12. v. 13. David pro infante & pro populo, 2. *Sam.* 12. v. 16. Servi Davidis pro Rege suo, 1. *Reg.* 1. v. 47. Viri Dei pro Jeroboamo, 13. v. 6. David pro Salomone, 2. *Paralip.* 22. v. 12.

§ HIEROGLYPHICA.

COr in thuribulo positum hieroglyphicè significat orationes & precesque, puro corde prolatae ad Deum: idque est thus in thuribulo mundum, quod sibi Deus offerri mandat in Divinis literis, ex quo scilicet odorem capiat suavitatis. *Pier. Valer. lib.* 34. pag. 317. B.

ORNATUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Mostel.

*Mulier rectè olet, ubi nihil olet.**Postea, nequicquam ornata est bene, si morata est male.*

Idem in Penulo.

*Pulchrum ornatum turpes mores pejores cæno collinunt:**Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.*

Ibidem.

*Bono ingenio me esse ornatam, quàm auro multo ma volo.**Aurum in fortuna invenitur: natura ingenium bonum.**Bonam ego, quàm beatam me esse nimio dici ma volo.*

Propert. lib. 2. eleg. ad Cynthiam.

*Quid jurat ornato procedere vitta capillo:**Et tennes Coa veste movere sinus?**Aut quid Orontea crines perfundere myrrha:**Teq; peregrinis vendere muneribus?**Naturaq; decus mercato perdere vultu:**Non sinere in propriis membra nitere bonis?**Crede mihi non ulla tuae medicina figura est:**Nudus amor forma non amat artificem.*

Ovid. de faciei medicam.

*At vestra teneras matres peperere puellas:**Vultis inaurata corpora veste tegi:**Vultis adornatos positu variare capillos:**Conspicias gemmis vultis habere manus.**Induitis collo lapides Oriente petitos:**Et quantos onus est aure tulisse duos.*

Terent. in Heauton.

*Nosti mores mulierum, diem poliuntur, diem comuntur**Annus est.*

Ovid. lib. 2. de remed. amor.

*Auferimur cultu, gemmis, auroq; teguntur**Omnia: pars minima est ipsa puella sui.**Sapè ubi sit, quod ames inter tam multa requiras,**Decipit hac oculos Ægide dives amor.**Consule loc. de Mulieribus. Item de Vestitu.*

OSCU-

OSCULUM.

§ EXEMPLA SACRA.

Osculi sancti & minimè fucati exempla: Abraham, *Genes. 7. vers. 27.* Jacob, *29. 11.* Laban, *31. 55.* Esau, *33. 4.* Joseph, *41. 31. & 50. 1.* Aaron, *Exod. 4. 27.* Jethro, *18. 7.* Noëmi, *Ruth. 1. 9.* Orpha, *v. 14.* Samuel, *1. Sam. 10. 1.* David & Jonathas, *20. 40.* David, *2. Sam. 14. 33. & 19. 39.* Absalom, *15. 5.* Elisæus, *1. Reg. 19. v. 11.* Darius, *3. Esdr. 4. 47.* Raguel, *Tob. 7. 6.* Gabelus & junior Tobias, *Tob. 9. 8.* parentes Saræ, *10. v. 12.* parentes Tobizæ, *11. v. 11.* Assuerus, *Esth. 15. vers. 15.* Mulier peccatrix, *Luc. 7. v. 38.* Pater Acolasti, *15. 20.* Fideles, *Actor. 20. 37.* Osculum fictum periculosum, *Proverb. 27. 6.* Osculum proditori prætextum, aut osculum proditorium. Exempla: Joab, *2. Samuel 20. v. 9. 10.* Judas Iscariotes, *Matth. 26. v. 49. Marc. 14. v. 45. Luc. 27. v. 47.*

Vide Amor.

OSTENTUM.

§ APOPTHEGMATA.

M Arcus Cato. Quidam manè surgens, repetit caligas à sociis: quibus arrosas: hoc ostento turbatus, consuluit *Catonem*, quid mali protenderetur? ille verò: non est, inquit, ostentum, quòd sorices arrosent caligas: sed si caligæ arrosissent sorices, id demùm fuisset ostentum. *Plutar.*

Sylla carens rebus necessariis, quùm cogeretur etiam Diis obcata tangere: *Caphim* amicum *Delphos* miserat, ut pecunia ad donaria ad se perferret. Quibusdam verò dicentibus, intra templum auditum citharæ sonitum: quod ostentum interpretabantur: quasi *Apollo* citharædus indignaretur: *Caphis* ad dita perscripsit *Syllæ*, cui faceret rescripsit *Sylla*: quin tu potius interpretaris istud esse signum gaudentis & exultantis Dei, potius quàm indignantis? Itaquæ; perindè, ut Deo hilariter tribueres, tu quoque bono animo pecunias accipe. *Plutarch.*

Vespasianus quùm *Cæsareum* mausæolum repente patrisis stella crinita apparuisset: aliis interpretantibus, *Cæsareum* interitum portendi: ille faceret interpretatus est, prius ostentum ad *Juliam* Calvinam pertinere, quod ea esset de gente *Augusti* posterius ad *Parthorum*, sive ut *Aurelius Victor* tradit, *Perthorum* Regem, qui capillatus esset. *Sueton.*

Vide Miraculum.

OSTENTUM

OSTENTATIO.

§ SIMILITUDINES.

UT ova plena sidunt, inania fluitant: ita qui veris virtutibus aut literis est præditus, minus ostentat se, quàm qui secus *Erasmus.*

Animantia quibus longa sunt crura, iisdem longum sit collum oportet: ita qui magno strepitu student vivere, longius rapiant necesse est, unde supperat sumptus. *Idem.*

Chamæleon maximum habet pulmonem, & nihil aliud in his: ita quidam præter ostentationem, & ventosam jactantiam, nihil habent. *Plin. lib. 11. cap. 32.*

Quemadmodum medici quò doctiores videantur, diversas rerum species ex diversis mundi partibus petitas inter se commiscant: ita quidam ostentatores orationem parum eruditam videri credunt, nisi jus Cæsareum ac Pontificium, poëtas, oratores, philosophos, sophistas simul commiscuerint, & pluribus authoribus, ac literis confarcinaverint, quàm Mithridaticum ferunt fuisse concinnatum: id constabat quinquaginta quatuor diversis rerum generibus. *Erasm.*

Ur non est optima imago, quæ materia testatur opes locatoris aut artem pictoris, sed quæ rem proximè repræsentat: ita optima est eloquentia, quæ non ostentat ingenium dicentis, sed rem aptissimè ostendit. *Idem.*

Sicuti terra, quæ venas aquarum occultat, nebulam quandam exhalat antè solis ortum, longius intuentibus: ita qui verè boni sunt & eruditi, etiam si non ostentent: tamen semper aliquid ex se produunt, unde qui observet, deprehendere possit subesse vim boni. *Idem.*

Ur sol quò magis in alto est, hòc minores jacit umbras: quò terræ propinquior, hòc majores, puta mane ac vesperi: ita virtus quò major est & excelsior, hòc minus videri cupit minusque sese ostentat: contrà qui minùs ipsa re valent, magis sese dilatant ostentatione. *Idem.*

Vide Fastus & Superbia. Item Arrogantia, Jactantia.

OTIUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nullus fructus otii, imò magis dispendium. otiosus Esau amisit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere, quàm quærere, *August. in epist. ad Ver.*

Nihil

Nihil in sancto proposito otio deterius est, quod non solum modo non acquirit nova: sed etiam perfecta consumit, sancta vitæ ratio processu gaudet, & crescit: cessatione torpescit & deficit: quotidianis ac recentibus virtutum incrementis instauranda mens est, & vivendi hoc iter non de transacto, sed de reliquo metiendum. *Hieronym. ad Demetr.*

Otium parit fastidium, exercitiū famem: fames autem modo modo dulcia reddit, quæ fastidium facit insipida. *Idem in epist.*

Aliquid operis facito, ut te diabolus inveniat occupatū: nihil enim facillè capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio. *Idem in sermone.*

Nunquam Dei amor otiosus est: operatur enim magna est: si verò operari renuit, amor non est. *Idem ibid.*

Ab otiosis ad noxia verba, à levioribus ad graviora venimus. *Idem in Pastor.*

Otiositas mater nugarum, & noverca omnium virtutum, ipsa enim est, quæ virū fortem fortissimè præcipitat in reatū: facit suffocare virtutem, & vitā construere ad gehennā. *Bernh. in serm.*

Qui otiosa quiete perfruitur, nisi spiritualiter vixerit, mortuum pecudum vivit. *Idem ibid.*

Non dormientibus provenit regnum cælorum, nec otio & desidiosa torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur. *Prosp. in vita contemplat.*

Mens otiosa nihil aliud cogitare novit, quàm de escis, ut quàm de ventre. *Leo Papa in serm.*

Natura quidem humana, sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur. *Ioan. Cassiodo. lib. 10.*

Otium quod indolentiæ & studio maximè contrarium est, tur, præcipuè subnecti debet: non quo evanescit virtus, sed quo recreatur. *Idem in epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Catullus ad Lesbiam.

Otium Catulle tibi molestum est:
Otio exultas, nimiumq; gestis,
Otium reges prius, & beatas
Perdidit urbes.

Ovid. lib. 1. de Ponto.

Cernis ut ignarum corrumpant otia corpus?
Ut capiant vitium, nō moveantur aquæ?
Et mihi si quis erat dicendi carminis usus
Deficit, estq; minor factus inerte situ.

Horat. lib. 1. Epist. 2.

Atqui

*Si noles sanus, curres hydropicus: & nō
Pascas ante diem librum cum lumine: si non
Incendes animum studiis & rebus honestis:
Invidia vel amore vigil torquere.*

Lucanus lib. 1. bel. civil.

Variam semper dant etiam mentem.

Ennius in Iphigenia.

*Otio qui nescit uti plus negotii habet,
Quam cum est negotium in negotio.
Nam cui quid agat institutum est, nullo negotio id agit,
Studet ibi, mentemque, animumque delectat suum.
Otioso initio animus nescit quid velit:
Hoc idem est enim, neque domi nunc nos, neque militia sumus.
Imus hinc, hinc illuc, cum illuc ventum est, ire illuc libet.
Incerte errat animus, prater propter vitam vitatur.*

Plaut. Rud.

Nimis homo

*Nihil est, qui piger est, nimisque id genus odi ego male.
Vigilare decet hominem, qui vult sua temporis conficere officia.
Non enim illum expectare oportet, dum heres ad suum suscitet
officium.
Nam qui dormiant libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.*

Ovid. lib. 1. remed. Amor.

*Queritur, Aegysthes quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.*

Terent. Andr.

*Ita ut ingenium est omnium
Hominum a labore proclive ad libidinem.*

Publ. Syrus.

Arcum intensio si angit, animum remissio.

Ovid. lib. 1. Pont. 5.

*Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:
Immodicis contra carpit utrumque labor.*

Idem Epist. 4.

*Quod caret alterna requie, durable non est:
Hac reparat vires, fessaque membra levat.*

Ovid. lib. 5. Trist. 12.

Adde quòd ingenium longa fubigine laesum
 Torpet, & est multò quam fuit ante, minus
 Fertilis, abs duo si non renovetur aratro,
 Nil nisi cum spnis gramen habebit ager.
 Tempore qui longo steterit, malè curret: & inter
 Carceribus missos ultimus ibit equus.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Otium sine literis mors est, & vivi hominis sepultura:
 nam nobis mala solitudo persuadet: circumspecte singula
 nemo est, cui non sanctius sit cum quolibet esse, quam se
 Seneæ.

Nullus mihi per otium dies exit? partem noctium fru-
 vendico: non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilan-
 gatos cadentesq; opere detineo. Idem epist. 8.

Demetrius vitam otiosam, & sine ullis fortunæ occur-
 bus, mare mortuum reputat in otio inconcussio jacere non
 tranquillitas: malitia est. Malo, ut me fortuna in castris
 quam in deliciis habeat. Idem epist. 68.

Gloriari otio, iners ambitio est: vitam in odium otium
 ducere solet: & sunt quorum corpus innoxium est, & in
 facinorum furias mens otiosa discurrit. Idem epist. 19.

§ APOPHTHEGMATA.

Cleomenes quodam interrogante, cur Argivos cum La-
 moniis bellum gerentes: & sapius vietos. non delevis-
 ne optaverimus quidem. Inquit Cleomenes, illos delecto-
 habeamus, qui juvenes nostros exercent. Perspexerat
 gius dux, corrumpi juventutem, si permittatur otio, luxu-
 malorum omnium magistro. Plut. in Lacon.

Thessalici quidam interrogatus quinam essent Thessalici
 deterrimi? Qui, inquit, à bellicis negotiis otium agunt.
 barinesciunt uti pace. Erasmi. lib. 6. apoph.

Dionysius sen. cuidam percontanti, num esset otiosus? Res-
 pondit: ut hoc mihi unquam accidit. Plut. in apoph.

Scipio Nas. quibusdam dicentibus res Romanas jam in
 esse, extinctis Carthaginensibus, & Græcis in servitute
 Etis: inò, inquit, nunc demum summo in periculo sumus,
 quam nulli supersunt, quos vel timeamus, vel revereamur.
 Plutarch.

Ap. Claudius dicere solitus est, populo Romano longè me-
 committi negotium, quam otium. Sentiens multitudine

bellis excitari ad virtutem: in pace defluere ad voluptates ac luxum, ex quibus nascitur rerum publicarum ac regionum exitium. *Valer. Maxim.*

Galba parasitus obijcientibus quòd in otio viveret: nemo, inquit, cogitur ad reddendam otii sui rationem: inuens, nullos tutius vivere, quàm otiosos. Nam rerum gestarum rationem poscuntur, qui tractant negotia: at ab otiosis ea ratio non potest exigi. *Erasm. lib. 8 apoph.*

Probus Imp. non patiebatur armatum militem esse otiosum, dicens: annonam gratuitam militem comedere non debere. *Jacobus Spie. in lib. 2. Æn. Sylv. de reb. gest. Alphons.*

§ SIMILITUDINES.

UT Herculem parum decebat, exuto leonis exuvio, vestis Milesia, eum serviret Omphalæ: sic parum decorum civili viro deposita, quàm gessit persona, ad otiosam ac voluptuariam vitam se conferre. *Plutarch.*

Apodes aviculæ, aut pendent volatu, aut jacent, propterea quòd pedibus careant: ita quidam in utranque partem nimis vehementes, aut nimium tumultuantur negotiis, aut toti torpent otio: nihil medium est. *Plin. lib. 10.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Lucius Lucullus post præclara Reipub. munera, ætate provectior totum sese otio philosophico dedit. *Plat. in eius vita.*

Germani quoties bella non incunt, non multum venatibus, plus perotium transigunt, dediti somno ciboque: fortissimus quisque bellicosissimus ac nihil agens: delegata domus & penarum & agrorum cura fœminis senibusque & infirmissimo cuique ex familia; ipsi habent, mira diversitate naturæ: cum idem homines sic ament inertiam, & oderint quietem. *Cornelius Tacitus de morib. Germ.*

Constantinus Romani filius, Imperii curam aliis commisit: Diogenem, qui Syrmio præerat, Bulgaria Ducem constituit: ad coercendos Pazinaces, qui excursiones quotidie in Bulgaros faciebant. *Ibidem.*

Alexander Bastii Macedonis Imp. filius, v. g. 20 annorum juvenis, singulari desidia, rebus gravioribus omissis, tantum venationi, equis & canibus operam dedit. *Theat. Zuing.*

P. Scipio qui primus Africanus appellatus est, requiescens à Reipub. pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat aliquando, & à cœtu hominum frequentiaque interdum, tanquam in portum, se in solitudinem recipiebat. *Cato apud Ciceronem lib. 3. Offic. à principio.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Otti studiosum hominem indicare qui voluit, *Veliam* avo pingunt: ea enim in umbra & aura æstatem agit, hyemem in apricis: nam & parentes, cum in eos, qui otio literario delati sunt, cavillantur, genus hominum ignavum appellant, quod ut apud Juvenalem est, *Tecto gaudet & umbra.* *Pier. Valer. lib. 4. pag. 237. B.*

PACTA, PACIS
Fœdera.

¶ EXEMPLA SACRA.

Pacis fœdere initæ exempla: Isaac & Abimelech, *Genes. 26. vers. 25.* Josuah & Gabaonitæ, *Iosue 9. v. 15.* Israëlitzæ, *2. Reg. 19. v. 34.* Azor & Haber, *Judic. 4. v. 17.* Israël & Amorrhæus, *1. Sam. 7. v. 14.* Syri & Israëlitzæ, *2. Sam. 10. v. 10.* Salomon & Hiram, *1. Reg. 7. v. 24. & 5. v. 12.* Josaphat & Rex Israël, *2. v. 45. 2. Paral. 20. v. 34.* Bethsura cum Antiocho, & c. *1. Macchab. 6. vers. 49. 58. 61. 62.* Simon dux, *11. v. 50. & 14. 11.* Pacis redemptæ exempla: *1. Reg. 15. v. 16. 17. 18. & c.* Joas Rex Juda, *2. Reg. 12. v. 18. & c.* fructus, *2. Cor. 13. v. 11.* Vide *Concordia.*

Pacta sunt secunda, Exempla: Josuali, *Iosue 6. vers. 25.* *1. Sam. 24. v. 22. 23.* *1. Reg. 2. v. 8.* Michizas, *2. Paral. 18. v. 13.*

Vide Pax.

PARENTES.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fœdus mentum constitue: cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus ejus. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo? Cum autem & ipsa completum erit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me. *Tob. 4.*

Audi patrem tuum qui te genuit: & ne contempnas, cum muerit mater tua. *Proverb. 23.*

Ne gloriæris in contumelia patris tui: non est enim ibi gloria, sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris eius dedecus filii, pater sine honore. *Eccles. 3.*

Quam malæ famæ est, qui relinquit patrem: & est maledictus a Deo, qui exasperat matrem. *Ibid.*

Corona senum, filii filiorum: & gratia filiorum patres eorum. *Proverb. 17.*

Sententiam patris audite filii dilecti, & exequimini eam. ut seruemini: Dominus enim patrem liberis honorabilem reddidit, & sententiæ matris attribuit auctoritatem in filios. *Eccles. 3.*

In opere & sermone & omni patientia honora patrem tuum: ut superveniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum. Maledictio autem matris, eradicat fundamenta. *Ibid.*

Sicut qui thesaurizat: ita & qui honorificat matrem suam. *Ibidem.*

Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore: & qui obedit patri, refrigerat matrem. *Ibid.*

Filii obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est: honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longævus super terram. *Ephes. 6.*

Qui percusserit patrem suum ac matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. *Exod. 21.*

Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem suam. *Deuter. 27.*

Qui affligit patrem & expellit matrem, ignominiosus erit & infelix. *Proverb. 19.*

Qui maledicit patri & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. *Ibid. 20.*

Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in tua virtute. Eleemosyna enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in justitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis memorabitur tui, & sicut in sereno glacies, solventur peccata tua. *Eccles. 3.*

Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi Dominis serviet his, qui se genuerunt. *Ibid.*

Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviscaris, & retribue illis, quomodo & illi tibi. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses. *Ibid. 7.*

Filii, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est Domino. *Coloss. 3.*

Unusquisque patrem suum & matrem suam timeat. *Exod. 20. Levit. 19.*

Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus, ut longo vivas tempore, & benè sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. *Deuter. 5.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

A Mandatus est generator, sed præponendus est Creator. *August. in quodam sermone.*

Est approbanda liberalitas: ut proximos seminis tui non dispicias, si egere cognoscas: non tamen ut illi ditiores fieri velim ex eo, quod tu potes conferre inopibus. *Ambros. de Offic.*

Primus gradus pietatis est iste: ut quos autores tibi voluit esse Deus, honores obsequiis, abstineas contumeliis: nec vultu lædenda est pietas parentum. *Idem in Matth.*

Meretur cæcæritatis suæ subire supplicium, qui parentum vultus torvo visu despexerit, & clatis oculis læserit pietatem. *Hieron. in Matth.*

Si te caro à patre separat, tamdiu nosceas carnis copulam, quamdiu ille suum noverit Creatorem. *Ibid.*

Si necessitas venerit, ut amor parentum sive filiorum amor Dei comparetur: & non possit utrunq; servari, odium in suos pietas in Deum servanda est. *Idem in Matth.*

Filios & parentes si adversi sunt, alienata debemus voluntate contemnere. Sæpè enim quos flamma non terruit, quos ferrum non subdidit, necessitudinum blandimenta flexerunt. *Cassiod. in Psalm. 119.*

Quem alienum tibi fidum invenies, si tuis hostis fueris? qui fallere audebit parentes, qualis erit in cæteros? *Cassiodorus in epistola.*

Avelle à Sole Solis radium, & non lucet: rivum à fonte, & arefcit: ramum ab arbore, & exiccatur: membrum à corpore, & putrescit: separa filium à devotione paterna, & jam non est filius, sed frater & collega illorum de quibus dicitur: vos ex parte diabolo estis. *Petr. Rav. in quod. serm.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in Adelph.

*Hoc patrium est potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest: hoc qui nequit,
Fateatur nescire se imperare liberis,*

Juvenalis Satyr. 14.

*Nam si quid dignum censoris fecerit ira,
Quandoquidem similem tibi se, non corpore tantùm*

*Nec vultu dederit, morum quoq; filius: cùm
Omnia deterius tua per vestigia peccet:
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore & posthæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemq; parentis,
Cùm facias pejora senex? vacuumq; cerebro
Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quarat?*

Terent. in Heaut.

Matres omnes filiis

*In peccato adjutrices, & auxilio in paterna injuria
Solent esse.*

Plaut. in Pseudulo.

*Egon' patri surripere possim quicquam? cauto seni,
Atq; adeò si facere possim, pietas prohibet.*

Terent. in Adelph.

*Ea ne me celet consuefeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere insueverit patrem, aut
Audebit: tantò magis audebit ceteros.*

Plaut. in Pseudul.

*Probum patrem esse oportet,
Qui gnatum suum probiorem, quàm ipsius fuerit, postulat.*

Plaut. in Stich.

*Gratiam à patre si petimus, spero ab eo impetrassere:
Adversari sine dedecore, & scelere summo haud possumus.
Neq; ego factura sum, neq; tu ut facias, consilium dabo.*

Vergil. lib. 2. Æneid.

*Eja age, chare pater, cervici imponere nostra
Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit:
Quo res cunq; cadent unum, & commune periculum,
Vna salus ambobus erit.*

Senec. in Hypolyto.

Omnium potens.

*Quantò parentes sanguinis vinculo tenes
Natura? quàm te colimus in viti quoq;
Occidere volui noxium, amissum fleò.*

Ex Græcis Comicis.

*Βούλη γυνῆς εὐθὺς πέντεσ ἐν πρώτῃσ ἔχειν.
Tibi sunt parentes primo honorandi loco.*

*Ἐλπίζε, πρώτῃν τῶν γυνῆσ, προέχειν καὶ λῆσ.
Colens parentes leta speres omnia.*

Ἰκονίαν εὐδαιεὶς γηροβοσπιῶν τοὺς γονεῖς,
Alas parentes si senes, vires d' n.

Θεοὶ μέγιστοι τοῖς Φρονούσιν οἱ γονεῖς.
Diæ Maximi, parentes sunt mortalibus,

Πρὸς ἕν' ἀγνῶνι σὸν ἔχει χενσὸς πάλῃ.
Boni parentis ira nulla in filium,

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Parentes charissimos habere debemus, quod ab his vita, trimonium, libertas, civitas tradita est. *Cicero post redit. Senatam.*

Parentibus nos primùm natura conciliat: quos non ab nefarium est. *Idem de Respub. Arusp.*

Cujusmodicunq; mater sit: tamen in judicio filii, de turpitudine parentis dici vix oportet. *Pro Cluent.*

Non modò reticere homines parentum injurias: sed etiam animo ferre oportet. *Pro Cluent.*

Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possessionem paternus, maternusque sanguis: ex quo si qua mala concepta est, non modò elui non potest, verum usque eorum manat ad animum: ut summus furor atque amentia consequatur. *Pro Rosc. Amer.*

Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportet. *Cicero 1.º epist. famil. 1.*

Peccatum est, parentes violare. *Cic. 3.º de Finib.*

Magna est vis humanitatis: multum valet communio sanguinis. Portentum atq; monstrum certissimū est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias viderit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eorum dignissimè luce privarit: cum etiam feras inter se partus, atq; educatio, & natura ipsa conciliet. *Pro Rosc. Amer.*

Nullum supplicium satis acre reperiri potest in eum, qui mortem obtulerit parenti: pro quo mori ipsum res si postuleret, jura divina atq; humana postulant. *Pro Rosc. Amer.*

Commune omnium animantium est conjunctionis appetitus: procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreantur. *1.º Offic.*

Id natura tributum est: ut ii, qui procreati essent, à procreantibus amarentur. *4.º de Finib.*

Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quam cuique libertas. *Cic. post redit. ad Quir.*

Nihil nobis natura jucundius, nihil carius esse voluit, quam dignitatem.

dignius, in quo omnis nostra diligentia indulgentiaq; consumatur. Quare dum habemus liberos parvos, & incertum est quàm longa nostrum cuiusque vita futura sit, consulere vivi, ac prospicere debemus: ut illorum solitudo, & pueritia quàm firmissimo præsidio munita sit. 3. *Act. in Verr.*

Is pater est amens, qui odit eum sine causa, quem procreavit. *Pro Cluent.*

Non est boni, neq; liberalis parentis quem procreavit, & eduxerit, eum non vestire & ornare, præsertim cum se locupletem esse negare possit. 2. *de Orat.*

Jam non admiror, si omnia nos à prima pueritia mala sequantur: inter execrationes parentum crevimus, exaudiunt Dei quoque nostram pro nobis vocem gratuitam. *Seneca epistola 12.*

§ APOPHTHEGMATA.

A *Gefilau*s quum miro esset affectu ergà liberos suos, dicitur aliquando arundine pro equo concensa, unà cum pueris lulisse domi. Id cum forte vidisset ex amicis quidam, rogabat, ne cui diceret quod viderat, priusquam ipse quoq; liberorum parens esset factus, *Ælian. lib. 12. de var. histor.*

Anacharsis in eum interrogatus qua de causa operam non daret proli, respondit: quia nimis amaturus essem liberos. *Stob.*

Cesetius eques Romanus cum à Cæsare filium abdicare jubere-tur, quòd is tribunus plebis cum Marulo collega ei invidiam movisset regni affectati: citius, inquit, Cæsar, tu mihi omnes filios meos accipies, quàm ego ex his unum domo expellam mea. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Solon interrogatus, cur nullas pœnas adversus eos, qui patres verberassent, constituisset? respondit: quoniam nullos tales exituros existimabam. *Ant. ferm. de lib. parent. honor.*

Bessus necaverat patrem: quòd cum diu clam fuisset, post coenans apud extraneos milites, hirundinum nidum lancea fodit: eoq; dejecto, pullos occidit. Cum dicerent autem qui aderant: quæ (malum) res te movit, ut in aviculas facinus tam dirum ederes? Nonne jam pridem hæc, inquit, falso testimonio suo, quasi parentem interfecerim, infamem me faciunt? Re ad magistratum delata, ac facinore deprehensa, *Bessus* supplicia pendit. *Plut. de fera Numinis vindicta.*

Basianus Cæsar, cum magna laboraret invidia, quòd fratrem occidendum curasset; eoq; *Papiniano* prætorii præfecto, ob eximiam jurisprudentiam summæ apud Romanos autoritatis, negotium dedisset: ut hoc facinus apud senatum defenderet:

respondit Papinianus multò facilius est parricidium perpetrare, quàm defendere. *Erasm. Rot. lib. 8. apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

UT scorpius non tantummodo putandus est habere aculeū, cum ferit, sed semper est observandus: ita malis prognatus, etiam si non peccent: tamen venenum habent. *Plutar.*

Ut pisces in marini, educati quē, nihil tamen sapiunt salis marini: ita quidam inter barbaros geniti & educati, longè ab sunt ab omni barbarie. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

PARENTUM ergà liberos officia: Primò, liberos rectè educare, & eos pro donis habere. Exempla: Jacob, *Genes. 33. vers. 1. Joseph, 48. v. 9.* Secundò, diligere liberos. Exempla: Jacob, *Genes. 24. v. 36. 37.* David, in quo magna storga paterna elucet, *2. Samuel. 2. v. 16. 17.* altera Meretrix, *1. Reg. 3. v. 26.* Tobias senior & uxor ejus, *Tob. 5. v. 23. & 10. v. 1. 2. 3. 4.* Tertio, pietatem eos docere, *Exod. 12. v. 27. & 13. v. 8. 14. Deuter. 4. v. 10. & 6. v. 7. 20. & 11. v. 19. & 32. v. 46. 105. 4. v. 6. 7. 21. 22. & 21. v. 14. Psalm. 78. v. 4. 5. 6. Esai. 38. v. 19. Joel. 1. v. 3. Ephes. 6. v. 4.* Exempla: David, *2. Paralip. 28. v. 9.* mater Samuelis, *Proverb. 31. v. 1. 2.* Tobias senior, *Tob. 1. v. 9. 10. & 4. v. 6. & 14. v. 10.* Quarto, eos corrigere, & peccata eorum arguere, *1. Samuel. 3. v. 13. Proverb. 13. v. 24. & 23. v. 23. & 29. v. 17. Hebr. 12. v. 7.* Exemplum: Jacob, *Genes. 34. v. 30.* Quintò, in eis corrigendis & arguendis moderatione uti, *Ephes. 6. v. 4. Coloss. 3. v. 2.* Sextò, orare pro liberorum felicitate, & peccatis amoliendis. Exempla: David, *2. Samuel. 12. v. 16. 1. Paralip. 29. v. 19.* Job, *Iob. 1. v. 5.* Septimò, tradere liberis facultates. Exempla: Abraham, *Genes. 24. v. 36. & 25. v. 5. 6.* Josaphat, *2. Paralip. 21. v. 3.* Octavò, illis prospicere de matrimonio. Exempla: Abraham, *Genes. 24. v. 2. 3.* Agar, *21. v. 21.* Isaac, *28. v. 1.* Hemor, *34. v. 4.* Judas, *38. v. 6.* Manue & uxor ejus, *Judic. 14. v. 3.*

¶ HIEROGLYPHICUM.

PATERNAM in filiis educandi diligentiam eamque accuratissimam exprimere si vellent veteres, piscem Glanin pingere instituerant. Ova enim is, quæ fœmina destituerit, perseverant custodia tutatur ad quadragesimum & quinquagesimum usque diem, ab iis denique non abscedit, & donec ita coalescat soboles: ut ab reliquorum piscium injuria se tueri valeat. *Pier. Valent. lib. 31. pag. 282. F.*

PARSIMONIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de arte Amandi.

*Non minor est virtus, quam quærere, parva tueri ;
Castus inest illis: hic erit artis opus.*

Lucan. lib. 1. bel. civil.

*O faciles dare summa deos, eademq; tueri
Difficiles.*

Ovid. de Remed. amor.

Contrahe de multis, grandis acervus erit.

Claud. lib. 2. in Stiliconis lau.

*Pless est servasse repertum,
Quam quassisse decus.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Iccium.

*Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis Icci,
Si rectè fruëris. non est ut copia major.
Ab Iove donari possit tibi, tolle querelas.
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.*

Lucret. lib. 5. de Nat. rerum.

*Divitia grandes homini sunt, vivere parcè
Æquo animo: neq; enim est unquam penuria parvè.*

Plant. Pœn.

Malè partum, malè disperit.

Idem Rud.

*In atate hominum plurime
Fiunt transfennæ, ubi decipiuntur dolis.
Atque ædepol in eas plerunq; escæ imponitur.
Quam si quis avidus possit escam avariter,
Decipitur in transfenna avaritia sua.
Ille, qui consultè, doctè, atque astutè caret,
Diutnè ei uti benè licet partum benè.*

¶ APOPTHEGMATA.

Socrates Æschinem, qui premebatur inopia, solebat admonere: ut à seipso sumeret mutuum, sive usuram: *πρὸ ἐαυτοῦ δανείζομαι*; & addit modum, sibi ipsi subtrahendo cibaria, juxta illud. Magnum veſtigial parsimonia. Expeditissima ratio est ad augendum censum, detrahere sumptibus. *Erasm. 3. apoph.*

Stratoniceus musicus interrogatus, quinam essent in Pamphilia miserimi

PA PARSIMONIA. PASSIO.

miserimī? Phaselitæ, inquit: sed addebat, in toto orbe miserimos esse Sideras. Utraq; gens est in Pamphylia. Phaselitarum sordes proverbialiter notatæ sunt: Phaselitarum sacrificium: quo falsis pisciculis sacrificarent Diis. miseros dixit parcos. *idem.*

Servus quidam ab Hero Chio negotiatore profugerat: rogatur cur fugisset? quoniam, inquit, quum adfint bona, mala quaerit. Solet enim herus ille vinum mustum, primæq; suavitatis vendere: ipse interim non bibens, nisi subacidum ac vapescentem. *Erasm. lib. 6. apophth.*

§ SIMILITUDINES.

Templum Ephesæ Dianæ tutos reddebat obzatos à creditoribus: ac multò magis frugalitas & parsimonia præbesylum. *Plut.*

Ut in conviviis temperamus ab appositis cibis, quo locustulauitiis, quas expectamus: ita quotidiana parsimoniâ præveniendi sumus. *Plut.*

Plato verat aquam à vicinis petere, nisi prius domi fodere usque ad terram, quàm Ceramitidem vocant, repererisq; non esse spem venæ: ita prius excutiendum, ut parsimonia, aliter via tibi suppedites, priusquam à mensariis pecuniam mutua petas. *Plutarch.*

Vide supra Frugalitas. Item Temperantia.

PASSIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Senec. in Hercule furente.

*Quid fuit durum pati,
Meminisse dulce est.*

Horatius.

*Gaudent ubi vertice raso
Sarrula securi narrare pericula nautæ.*

Vergilius.

Forsan & hæc olim meminisse iuvabit.

Vide Adversitas, Fortuna, Miseria.

PATIENTIA.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Longanimis forti præstat, & qui animo suo imperat, expugnat urbes. *Proverb. 16.*

Doctrina viri per patientiam noscitur. *Ibid.* 19.

Melior est patiens arrogante. *Eccles.* 7.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. *Luc.* 21.

Charitas patiens est, benigna est. *1. Cor.* 13.

Patientia autem vobis necessaria est, ac voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. *Hebr.* 10.

Faciens misericordias Dominus, & iudicium omnibus injuriam patientibus, *Psal.* 102.

Usque ad tempus sustinebit patiens. *Eccles.* 7.

Qui timent Dominum, custodiunt mandata. *Ibid.* 2. 1

Qui patiens est, multa gubernatur sapientia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. *Proverb.* 14.

Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia. *2. Cor.* 6.

Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam ut consolationem scripturarum spem habeamus. *Rom.* 15.

Impatiens operabitur stultitiam. *Proverb.* 14.

Patientiâ lenietur princeps. *Ibid.* 25.

Væ his qui perdidērunt sustentiam! *Eccles.* 2.

Patientes igitur estote fratres usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum. *Iob* 5.

Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquabit. *Ibid.*

Ecce, Judex ante januam assistit. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis: quoniam misericors Dominus & miserator. *Ibidem.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Perfacile est vestem contemptram habere: inclinatio capite incedere. velum super capillos demittere: sed verum humilem patientia ostendit injuriæ. *Augustin.* in epist. ad Probam.

Virtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donum est: ut ea ipsius, qui nobis eam largitur, patientia prædicetur. *Idem lib. de Patientia.*

Omnes iniquitates, quæ fiunt in terra ad tempus: omnes felicitates hominum malorum: omnes labores justorum, meditati die ac nocte legem Dei, nulli sunt, & tolerat omnia. *Idem in Psal.* 95.

Fili,

Fili, si plures, piè plora: noli cum indignatione, noli cum typo superbiz. Undè plangis, quod pateris: medicina est, non pœna: castigatio, non damnatio. Noli repellere flagellum, non vis repelli ab hæreditate: noli attendere, quam pœnam habeas in flagello: sed quem locum in testamento. *idem in Psal. 99.*

Omnia Dei placita patientia placidè tuetur: omnibus et mandatis intervenit, fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, pœnitentiam exprobat, exomologesin adsignat, carnem regit, spiritum servat, linguam frænât, manum continet, tentationes conculcat, scandala perlit, martyriû consummat, pauperem consolatur, divitem temperat, infirmum non extendit, valentem non consumit, filium delictat, gentilem invitat, servum domino, & dominum Deo commendat, fœminam exornat, vitam approbat: amicum in puero, laudatur in juvene, suspicitur in sene, in omni fœmæ ætate formosa est. *Terul. lib. de patientia.*

Vultus patientiæ tranquillus & placidus, frons pura, non mœroris aut iræ rugositate contracta, supercilia æquè in lenem modum remissa, oculi humilitate, non infelicitate dejecti, taciturnitatis rubore signatum, color qualis securis & innotuit motus frequens capitis, & minax risus in Diabolum, amicum circa pectora candidus, & corpori impressus: ut qui nec iudicatur, nec inquietatur. *Idem ibid.*

Patientia vera ipsum amat, quem portat: non tolerasse odisse, non est vitus mansuetudinis: sed velamentum furoris. *Gregor. in Ezech. homil. 7.*

Doctrina viri per patientiam noscitur. Tantò ergò quilibet minus ostenditur doctus, quantò vincitur minus patienter. Nec enim potest veraciter bona docendo in pendere, si non vult æquanimitè nescias mala tolerare. *Idem in Evangel. homil. 35.*

Non bona patientia est, cum possis esse liber, servum te permittere fieri. vera patientia est, pati vel agere contra quod libere beat, sed non præter quod liceat. *Bernhard. 2. de considerat. Eugenium.*

Magna virtus est, si non lædas, à quo es læsus: magna est gloria si cui nocere potuisti, parcas. Nobile vindictæ genus est ignoscere victo. *Hug. lib. 3. de anima.*

Impatientia est, impetuofum animi motum non refrænare. *Idem de clauastro anima.*

Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium.

ac difficultum voluntaria atque diuturna perpessio. *Cassiodor. in Psalm.*

Patientia religiosi viri, est laborum ac dolorum omnium spe futurarum rerum, & amore Domini grata tolerantia. *Idem ibidem.*

Patientia est, quæ omnia vincit, adversa non colluctando, sed sufferendo: non murmurando, sed gratias agendo ipsa est, quæ sæcem totius voluptatis abstergit: ipsa est, quæ lympidas animas Deo reddit. *Idem ibid.*

Nihil potest esse fortius, nihil egregius, quàm audire noxia & non respondere contraria. *Idem ibid.*

¶ SENTENTIA POETICÆ.

Plaut. *Asin.*

Fortiter malum qui patitur, idem potest potitur bonum.

Manil. 2. *Astron.*

Sors est sua cuique ferenda.

Publ. *Syrus.*

Cujusvis doloris remedium, est patientia,

Feras, non culpes, quod vitari non potest.

Furor fit læsa sapiens patientia.

Propert. 2. 5.

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem:

Verum etiam instanti læsa repugnat oris.

Ovid. 3. *Amor.* 10.

Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim:

Sæpe tulit læsæ successus amarus opem.

Idem ibid.

Multa diuque tuli: vitis patientia victa est.

Senec. *Herc. fur.*

Quod fuit durum pati,

Meminisse dulce est.

Ovid. *Epist.* 5.

Leniter ex merito quidquid pati, ferendum est:

Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

Horat. 1. *Carm.* 24.

Durum, sed levis fit patientia,

Quidquid corrigere est nefas.

Claud. 2. *Paneg. in laud. Stillico.*

Durum patientia corpus

Instruit: ut nulli cupiat cessasse labori.

Seneca

Seneca in Hercule Octeo.

Patiens, quisquis novit famulum,
Regemq; pati, pepulit vires,
Vultusq; suos variare potest:
Pondusq; malum castis animo
Qui tulit aequo.

Ovid. lib. 2. de remed. amor.

Posse pati, facile est, tibi nil patientia desit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

Lucanus lib. 91. bel. civil.

Gaudet patientia duris.
Latius est, quoties magno sibi constat honestum.

Silius Italicus lib. 6. bel. pun.

Absiste o juvenis lachrymis, patientia cunctos
Hos superat castis: longo revirescet in ævo
Gloria: dum cæli sedem, terrasq; tenebit
Casta fides: dum virtutis venerabile nomen
Vivet, eritq; dies tua quò, dux inclite, fata
Audire horrebunt, à te calicata minores.

Ex Græcis Comicis.

Αὐτὸς τὰ πικρὰ πικρῶς τὴν χυδαίως φέρειν.
Tolerare castis fortiter virum decet.

Σπερρῶς φέρειν χρὴ Συμφορὰν τὴν εὐχρῆ.
Ferrum generosum fortiter castis decet.

Φρονουῖ τις ἐστὶ Ζημίων ῥῶον φέρειν,
Vir damna ferre leniter prudens solet.

Νίκα λογισμῶ τλῶ πικρῶσιν Συμφορὰν.
Hanc calamitatem ratio fac vincat tibi.

Πειρῶ τύχης ἀγνοῖαν εὐχερῶς φέρειν.
Conare ferre sortis ignorantiam.

Φέρειν ἀνάγκη θνητὴν ὄντα τλῶ τὸ χλω.
Necesse sortem perpeti mortalibus.

Ἐνεγκε λυπλῶ καὶ βλαβλῶ ἰρρωδῆως.
Resfero acerbas atque damna fortis.

Τλῶ τῶν κρατῶντων μέρθε φέρειν ἐξουσίαν.
Disce dominantis imperia recte pati.

Ἰῶον παροινεῖν, ἢ παθόντα κερδῆσθαι.
Patientiam suadere facile, non pati.

Ille n
nutor
Pu
& form
becilla

P Atie
v. 17
d. v. 12
24 v. 8
phibose
vid, pfa
v. 14. F
Mich. 7
v. 1. 2. 3
Luc. 9. v
v. 18. v.
Apolto
v. 25.
Thefal
1. Timot
v. 9. Th

H Era
mit
omnem
Solines c
Q Fa
captivis
cessurus
Belisa
stiniant
bus tugu
vissimar
Viator o
ad sum
capit. 8.
Isabel
lum in

§ SIMILITUDINES.

Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ feræ latratus minorum canum securus obaudire. *Senec.*

Posilli hominis est, & miseri, repetere mordentem ut mures & formicæ, ad quas si manum admoveris, ora convertunt. Imbecilla se lædi putant, si tanguntur. Idem.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Patientiæ exempla: Isaac, *Genes. 22. v. 9.* Joseph, *45. v. 5. & 50. v. 17. 19.* Maria, *Num. 12. v. 15.* Moses, *16. v. 46.* Gedeon, *Judic. 8. v. 12.* Elcana, *1. Sam. 1. v. 8.* Heli, *3. v. 18.* Saul, *11. v. 13.* David, *24. v. 8. & 26. v. 5. 2. Samuel. 15. v. 5. & 16. v. 10. & 24. v. 14.* Mithobosech, *19. v. 30.* Job, *Iob. 1. v. 20. & 2. v. 10.* Iacob, *5. v. 11.* David, *Psalms. 38. v. 14.* Elifæus, *2. Reg. 6. v. 21. 22. 23.* Tobias, *Tob. 2. v. 14.* Filia Raguelis, *3. v. 10. 11.* Judith, *Judith. 8. v. 16.* Micheas, *Mich. 7. v. 8.* Elcazarus, *2. Macchab. 6. v. 30.* septem Fratres, *7. v. 1. 2. &c.* CHRISTUS, *Matth. 5. v. 38. & 11. v. 29. & 26. v. 50. Luc. 9. v. 55. 56. & 23. v. 34. Ioan. 8. v. 49. & 10. v. 32. & 12. v. 36. & 18. v. 20. 21. & 19. v. 26. Philip. 2. v. 5. 6. &c. 1. Petr. 2. v. 21. &c.* Apostoli, *Actor. 5. v. 41.* Stephanus, *7. v. 60.* Paulus & Silas, *16. vers. 25.* Paulus, *25. v. 10. 11. 1. Corinth. 4. v. 3. 2. Corinth. 12. v. 12.* Thessalonicenses, *1. Theff. 1. v. 3. 2. Theff. 1. v. 4.* Onesiphorus, *1. Timoth. 1. v. 15. 16.* Hebræi, *Hebr. 10. v. 34.* Joannes, *Apocalip. 1. v. 9.* Thyatirensis Pastor, *2. v. 19.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Heraclitus & Diogenes Cynicus nunquam de vigore animi remiserunt, calcatisque turbinibus fortuitorum, adversus omnem dolorem & miseriam, uniformi duravere proposito. *Solinus cap. 4. & Laert.*

Q Fabius Maximus fraudatus à Repub. ea pecunia, quam pro captivis Hannibali numeraverat, tacuit: compluribus etiam laceratus injuriis, semper eodem vultu mansit. *Theatr. Zuing.*

Belisarius toties dux & victor, tandem jussu Imperatoris Justiniani ob invidiam excæcarus, eleemosynam à prætereuntibus tuguriolum petere coactus est. Quam fortunam licet gravissimam tam æquo tulit animo: ut nihil diceret aliud, quam, Viator da obolum Belisario, quem virtus extulit: excæcavit, & ad summam paupertatem redegit invidia *Pontanus libro secundo capit. 8.*

Isabella Hispaniæ Regina, Ferdinandi Catholici uxor, non solum in adversæ valetudinis, sed etiam partus doloribus, nec

M m m

Ayuntamiento de Madrid

PA PATIENTIA. PATRIA.

quæta fuit unquam: sed admirabili fortitudine, dolorem
 eamq; suppresserat. *Marinus lib. 21.*

Agésilas Rex contra Persas in Asia militans, æstus & algæ
 patientissimus erat, tanquam solus ad varietates anni à Deo
 temperatas comparatus ferendas. *Plut. in Agésilao.*

Severus Imp. sæpè altissimos montes hyeme sæva, nivibus
 cælo ingruentibus ivit aperto capite: ut milites ad alacritatem
 patientiamq; laborum re ipsa cohortaretur. *Herodianus.*

§ HIEROGLYPHICA.

Sunt qui jugum significato patientie præferant. *Pier. Valer.*
48. pag. 475. A.

Vide *Adversitas, Fortuna, Miseria, & Fortitudo.*

PATRIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam. Si dulcis
 patria, amara est peregrinatio: tota die tribulatio, quæ
 in patria non est delectatio. *Augustin in Psalm.*

Odit valdè patriam, qui sibi benè putet, quùm peregrinatio
 Idem in *Psalm. 93.*

Non solum Dominus & caput Prophetarum, qui à Moysè
 propheta nominatur sed Elias & cæteri prophetæ. minus
 re, quàm in cæteris civitatibus sunt honorati: quia proprie-
 dum naturale est, civis civibus invidere: non enim confide-
 præsentia viri opera, non virtutem: sed fragilis recordantur
 fantiæ: quasi non & ipsi per eisdem ætatis gradus ad maturam
 ætatem pervenerint. *Beda in Luc. 4.*

Nimis dulcis est recordatio patriæ, quæ in hostili terra
 ba: ut existere: nam quantò hæc amara sentitur, tantò
 suavior: de loco enim peregrinationis proprii domicilii
 affectus. *Cassiod. in Psalm. 137.*

Ait Ovidius:

*Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
 Ducit. & immemores non sinit esse sui.*

Magnum virtutis principium est: ut discat paulatim ex
 tus animus visibilia & transitoria primum commutare: ut
 modum derelinquere. Delicatus ille est adhuc, cui patria
 cis est. Fortis autem jam, cui omne solum patria est: per
 verò, cui mundus exilium est. *Hug. de sancto vict. in didaf. l. 3.*

§ SENT

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. de Pont.

*Rursus, amor patrie ratione valentior omni t
Quod tua fecerunt scripta retexit opes.*

Ibidem.

*Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat
Fumum de patris posse videre focus
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit & immemores non finit esse suos.
Quid melius Roma? Scythico quid frigore pejus?
Hinc tamen ex illa Barbarus urbe fugit.
Cum bene sint clausa cavea Pandione nata:
Nititur in Sylvas quæq; redire suas.
Assuetos tauri saltus, assueta leones
(Nes feritas illos impedit) antra petunt.*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Est aliquid patriis vicinum finibus esse.

Stacius lib. 8. Theb.

Omni homini natale solum.

Ovid. lib. 1. Fastor.

*Omne solum forti patria est, ut piscibus æquor
Et volucris vacuo quicquid in orbe patet.*

Silius Italicus lib. 8. bel. Pun.

*Succensere nefas patrie, ne fœdior ulla
Culpa. sub extremas fertur mortalibus umbras,
Sic docuere senes.*

Horat. Oda. 2. lib. 2.

Dulce & decorum est pro patria mori.

Seneca in Theba.

*Melius exilium est tibi,
Quam reditus iste: crimine alieno exulatus
Tuo redibis?*

Juvenal. Satyr. 8.

*Roma patrem patrie Ciceronem libera dixit,
Malo pater tibi sit Thevsites, dummodo tu sis
Æacide similis Vulcaniâq; arma capeffas:
Quam te Thevsite similem producat Achilles.*

Seneca Troad.

Præferre patriam liberis Regem decet.

M III III *

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

ÆQUÆ virtutis est, & bona patriæ auxisse, & eius mala in
transfere voluisse. *Valer. Maxim. lib. 5.*

Patria enim carere, non est malum: quia forti viro omnis
locus patria est. Socrates enim non stulte exilii libertatem, sed
mesticæ servituti anteposuit. *A. Gell. lib. 1. cap. 15.*

Patriam meam transire non possum: omnium una est: ex
hanc nemo projici potest. Non patria mihi interdicitur, sed
locus. In quamcunq; terram venio, in meam venio: nulla ex-
lium est, sed altera patria est. Patria est ubi cunq; bene est. Ubi
autem, per quod bene est in homine, non in loco est. Sapiens
enim sapiens est, peregrinatur: si stultus exulat. *Seneca de re-
form.*

Nemo patriam diligit, quia magna, sed quia sua. Ulysses
sua saxa Ithacæ properat, quemadmodum Agamemnon ad Ne-
cenaarum nobiles muros. *Ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

CUM *Antisthenes* quidam objecisset, quod matrem haberet
Phrygiam: & Deorum, inquit mater è Phrygia est. Respon-
sulum arbitrans, cuiquam probro dari patriam: quum in datissimis
regionibus interdum nascantur omnium felicissimorum
ingenia. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Aristoteles cuidam glorianti, quod esset ortus magna celebritatis
civitate, dicebat hoc nihil referre: sed, an celebri patria dignitas
esset. *Laert. lib. 5. cap. 5.*

Seriphius quidam quum patriæ gloriam *Themistocli* obje-
set, diceretq; eum nequaquam sua, sed patriæ gloria splendore
assecutum: nec hercule, inquit *Themistocles*, si ego *Scirpium*
essem, ignobilis essem: nec si tu Atheniensis, clarus unquam
fuisses. *Cic. in Catone Majore. Plut.*

Socrates rogatus, cujatem se esse diceret? mundanum se esse
pronuntiavit. totius enim mundi se incolam & civem arbitra-
batur. *Cic. lib. 5. Tusc. quest.*

Idem communem omnium hominum patriam dicebat
ipsum mundum. *Musonius apud Stob. serm. 38.*

Diogenes interrogatus à quodam, cujas esset? respondit
ἡ πολιτης, id est, civis mundi. significans, forti viro omne
locum esse patriam. *Laert. lib. 6.*

Crates Alexandro percontanti, num cuperet restitui patriam
suam? quid opus est, inquit: fortassis eam alius Alexander resti-
tutam diruct. *Laert. lib. 6. cap. 5.*

Agis Archid. F. nihil illis planè fidendum esse dixit, qui in natale solum & patriam impii essent. *Plut. in Lacon. apoph.*

Catilina. Quùm M. Tullius in senatu dixisset, incendium à Catilina excitatum: sentio, inquit Catilina, idquè si aqua non potuero, ruina extinguiam. Vox non hominis, sed furis. *Eras. lib. 6. apoph.*

Pythagoras interrogatus, quomodo oporteat se gerere ergà patriam ingratam? ut ergà matrem, respondit. *Stob. serm. 37. ex Platonis Critone.*

Phocion cum jam poculum veneno temperatum præberetur, interrogatus est à quodam, num quid filio suo, qui aderat, præcipere vellet? ego, inquit mi fili, te obnixè rogo: ne quid ob injuriam mihi nunc factam Atheniensibus male velis, qui inson-tem me damnarunt. Maluit vir prudentissimus in patriam, quam in patrem, pietatè servare filium. *Plut. in apoph.*

Teucer audiens quosdam de patriæ dulcedine differentes: Patria est (ait) ubicunque est bonè. *Meminit hujus dicti Cicero libr. 5. Tuscul. quæst.*

Philemon cum aliquando vertisset solum, quidam occurrentes ei dixerunt, heus Philemon, an bonè tibi successit? Vos quidem, inquit, non putatis, non rectè rem contemplati. Atqui ego bonus semper persevero. *Stob. serm. 38.*

Timotheus Imperat. cum audisset unum ex collegis dicentem: an putas, ô Timothee, gratam nobis futuram patriam? modò nos (respondit) patriæ dignas referre gratias queamus. *Stob. serm. 37.*

§ SIMILITUDINES.

UT tauris naturà datum est: ut pro vitulis contrà leones summa vi impetuquè contendant: sic ii, qui valent opibus, atquè id facere possunt, ad servandum genus humanum naturà incitantur. *Cic. lib. 3. de Finib.*

Quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probò viro magis convenit, quàm alia: nec ullum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptum esse frugalitatem professò: sic regio quoquè est, quàm sapiens vir declinet, tanquam alienam bonis moribus. *Senec. epist. 52.*

Utpisces in mari nati educatiquè nihil tamen sapiunt salis marini: ita quidam inter barbaros geniti & educati, longè absunt ab omni barbarie. *Erasm.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Aristides cum multa pro patriâ gessisset, & ex ea tamen in exilium per invidiam missus esset: precatus est Deos, ut Athe-

nientibus, quæcunque cuperent, sic bene fausteque eveniret. Quin etiã cum Xerxes numerosa classe Græcos peteret, quo vis exul consilio primum, deinde etiam auxilio Themistocle adfuit, & grande momentum ad celebrem illam victoriam Salaminiam attulit. *Plut.*

Epaminondas propter invidiam à Thebanis, Dion à Syraculanis, civibus suis, ignominia notati, vindictam patriæ amandam condonarunt. *Probus in vita Epaminondæ & Diod. lib. 16.*

Phocion Atheniensis, Phoci filius, non tantum sæpè multam suam operam in bellis patriæ præstitit: sed cum ab ingrata patria morti adjudicatus, cicutam jam biberet, filio nunciari coepit: Ne ob patris mortem patriam odio haberet: sed ab ultione desisteret. *Ælian. lib. 12. de var. hist.*

L. Camillus patriæ suæ exilium condonavit, suamque fidem in Gallis ex toto Romano ejiciendis testatam fecit. *Plutarchus in Camillo.*

Cato & Aristides rarò magistratum gessere: sed vacaverunt interim perpetuò per totam vitam patriis suis consulendo. *Plut.*

M. Attilii Reguli fidem ergà patriam, dum persuadet patribus ne captivorum permutationem fieri permitterent, celebrat. *Horat. lib. 3. Ode 1.*

Stilpon Megarensis philosophus patria sua direpta, Demetrio Bliorceti damnum omne se repensurum eruditionis causa precanti: nihil se amisisse respondit. *Pont. lib. 2. cap. 3. de Fortitudine.*

Clitomachus Carthagenensis, & ipse forti animo tulit, & cohortatus est ad excidium patriæ fortiter ferendum. *Thimo Zuing.*

Codrus Atheniensium Rex, cum in bello Peloponnesiaco accipisset oraculo: victricem fore gentem, cujus princeps bello præfuerit: gregarium se fingens militem: inimicis se occidendum præbuit. *Herodot.*

P. Decius, primo pater, postea filius, in magistratu se pro publica devoverunt: amissiq; in hostem equis, adepti victoriam patriæ contulerunt. *Front. lib. 4. cap. 5.*

§ HIEROGLYPHICUM.

O *Nivocrita* per umbilicum intelligunt patriam, unde scilicet generationis auspicia suscipiuntur, & per ea, quæ umbilico dant in somnis videri visa de patria vaticinari solent. *Pier. lib. 34. pag. 325. A.*

Vide Civitas, Respublica.

PATRONUS.

§ APOPTHEGMATA.

Procion quàm à suis reprehenderetur, quòd hominem improbum in iudicio defendisset: at nemo bonus inquit, patrocinio indiget. *Plur.*

Granius cum patrono malo, qui vocem in dicendo obtuderat, suaderet: ut mulsam frigidam biberet, simul ad domum redisset. Perdam vocem, id si fecero, cum patronus dixisset: urbanissimè *Granius* respondit; melius est, ut vocem perdas, quàm rem. *Bruf. lib. 5. cap. 18.*

Vide Advocatus, Iudicium, Iudex.

PAUPERTAS.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua quàm qui prava labia habet, & stultus est. *Proverb. 19.*

Melior est pauper justus, quàm vir mendax. *Ibid.*

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm dives in pravis itineribus. *Ibid. 28.*

Pauper propter scientiam & religionem gloriam adipiscitur: & dives ob divitias suas in honore est. *Eccles. 10.*

Memento paupertatis in tempore abundantix: & inopix, ac penurix in die divitiarum. *Idem 18.*

Edent pauperes, & saturabuntur. *Psalms. 21.*

Melius est modicum iusto. *Ibid. 36.*

Pauper, qui sibi laborat, præstat glorioso qui pane indiget. *Proverb. 12.*

Est, qui sese divitem simulat, cum tamen omninò nihil habeat: est rursus qui fingit se pauperem, cum opibus abundet. *Ibidem 13.*

Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. *67.*

Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & crexit eum ab humilitate ipsius, & exaltavit caput ejus, & mirati sunt in illo multi, & honoraverunt Deum. *Eccles. 11.*

Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subire honestare pauperem. *Ibidem.*

Et pascetur primogeniti pauperum, pauperes fiducialiter

M m m +

requiescent. quia Dominus fundavit Sion, & in ipso sperabunt pauperes, populi ejus. *Esaiæ 14.*

Et addent mites in Domino lætitiã, & pauperes hominum in sancto Israel exultabunt. *Ibid. 29.*

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Matth. 5.*

Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me. *Ibid. 19.*

Ad venam non contristabis. Viduæ & pupillo non nocentis. *Exod. 22.*

Quoniam non in finem oblivio erit pauperis. *Ibid. (Psalm.)*

Tibi derelictus est pauper. *Ibidem.*

Cognovi, quia faciet Dominus iudicium inopis. *Ibid. 179.*

Et omninò indigens & mendicus non erit inter vos. *Deuter. cap. 15.*

Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi ut aperiã manum fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum versatur in terra. *Ibidem.*

Et adjuvit pauperem de inopia. *Psalm. 106.*

Novit justus causam pauperum. *Proverb. 29.*

Congregationi pauperum affabilem te facito. *Eccles. 4.*

Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles. *Proverb. 15.*

Melius est parum cum iusticia, quàm multi fructus cum iniquitate. *Ibid. 16.*

Duo rogavi te, ne deneges mihi. Vanitatem, & verbũ mendacii longe fac à me. Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria: ne fortè satiatus illic ad negandum, & dicam: quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & perjurem nomen Dei mei. *Ibid. 30.*

Melior est puer pauper & sapiens, rege senes & stulto, qui nescit prævidere in posterum. *Eccles. 4.*

Summa vitæ humanæ est aqua, cibus & vestitus, & domus protegens turpitudinem. *Eccles. 29.*

Initium necessariæ rei, vitæ aqua, ignis, ferrum, sal, lacte panis similagineus, & mel, & botrus uvæ, oleum, & vestimentum. *Ibid. 39.*

Vita cibi sufficientis operarii condulcabitur. *Ibid. 40.*

Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. *1. Timoth. 6.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: melius pro intentione sequendi Dominum insimul donare, & absolutum solitudine egere cum Christo. *Augustin. de Eccles. do.*

Omnis philosophiæ magistra nobis est inopia. non ita laudamus Joseph, quum frumentum distribuebat: sicut cum carcerem habitabat. *Idem super Psalm. 76.*

Fœcundus est ager pauperum, citò reddit donantibus fructum, via cœli est pauper, per quem venit ad patrem: incipe erogare, si non vis errare. *Idem ibid.*

Nihil gravius, quàm ut fratres nostros pauperiores superbo oculo despiciamus: conformes nobis intolerabili repellamus fastidio, nostra indignos gratiâ judicantes: quia sunt inopes, cū paupertas facilius Deo quàm thesaurus acceptior. *Ambr. in Psalm.*

Ob hoc maximè amanda est paupertas, quia à quo amaris ostendit: quippè non habet adulationem comitem sibi parcentem, fortunam hominis & non personâ amantem. *Hier. in epist.*

Difficilius arrogantia, quàm auro & gemmis caremus: his enim abjectis interdum gloriosius tumemus, & venerabilem paupertatem populi auræ offerimus. Plus enim est animum deposuisse, quàm cultum. *Idem in epist. 120.*

Paupertas inopia mentis est, non in quantitate possessionis. nam cui cū paupertate benè convenit, dives est. *Greg. in Ezéch. 6.*

Offerenda est eis consolatio, quos caminus paupertatis excoquit: atq; illis inferendus est timor, quos consolatio gloriæ temporalis extollit. *Idem in pastoral.*

Paupertas est manuductrix quædam in via, quæ ducit ad cœlum, unctio athletica, exercitatio quædam magna, & admirabilis, portus tranquillus. Nihil opulentiùs eo, qui paupertatem spontè diligit, & cum alacritate suscipit. *Chrysostom. 15. super epist. ad Hebr.*

Paupertatis tres sunt species. Sunt enim quidam qui rebus temporalibus egent, sed inviti: & hæc vocari egestas solet. egent enim rebus, & egent bona voluntate, qua ditius nihil esse potest. Sunt alii, qui rebus abundant, sunt tamen pauperes spiritui: & hæc est aurea paupertas: quia licet affluent divitiæ: corda tamen nolunt apponere. Tertia est mediocritas, quam philosophi vocant frugalitatem, quæ est voluntaria. *Hugo. de clausf. anima. lib. 1. cap. 9.*

O miserabilis conditio mendicantis: si petit, pudore confunditur: si non petit, egestate consumitur: & ut mendicet, ne-

cessitate compellitur. Deus causatur iniquus, quòd non rectè dividit: proximus criminatur malignus, quòd non plenè subveniat: indignatur, murmurat, imptecatur. Unde Salomon: Melius est mori, quàm indigere: etiam proximo suo odiosus erit. Fratres hominis pauperis oderunt eum insuper, & amici recesserunt ab eo, *lib. de utilitate condi. huma.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 2. Epist. ad Florum.

*Et laris & fundi paupertas impulit audax
Ut versus facerem.*

Plautus in Stichio.

Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigis.

Manilius lib. 1. Astronom.

*Sed cum longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miseris dedit: & sua quenq;
Ad vigilare sibi iussit fortuna premedo:
Seducta in varias certarunt pectora curas,
Et quodcumq; sagax tentando reperit usus,*

Ovid. lib. 2. de remed. Amor.

*Non habet unde suum paupertas pascat amorem;
Non tamen hoc tanti est, pauper ut esse velis.*

Claudia. de Paup. amante.

*Paupertas me sera domat, dirumq; cupido:
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.*

Ibidem de eodem.

*Esuriens pauper, telis incendor amoris,
Inter utrunq; malum diligo pauperiem.*

Martial. lib. 11. Epigram.

O quantum cogit egestas!

Juvenalis Satyr. 3.

*Nihil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quod ridiculos homines facit.*

Plautus in Stichio.

*Iam indè à paucillo puero ridiculus fui:
Eò, quia paupertas fecit, ridiculus forem,*

Seneca in Octavia.

*Benè paupertas
Humili tecto contecta latet,
Quatiunt alta sepe procelle:
Aut evertit fortuna domos.*

Titus Calphur. Ecloga 4.

*Vellit nam sapiens aurem
Invidia paupertas, & dicit, vilsa cura.*

Petronius Arbitr.

Quisquis inops peccat, minor est reus.

Senec. in Herc. Octeo.

Nec sibi felix pauper habetur:

Nisi felices cecidisse videt.

Claud. lib. 1. in Eutrop.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum:

Cuncta ferit, dum cuncta timet, deservit in omnes,

Vt se posse putent: nec bellua retrior ulla est.

Quam servi rabies, in libera colla furentis:

Agnoscit gemitus, & pœna parcere nescit

Quam subit: dominusq; memor, verberat, odit.

Ovid. lib. 1. Factor.

In pretio pretium nunc est, dat census honores.

Census amicitias: pauper ubiq; jacet.

Juvenal. Satyr. 10.

Pauca licet portes angusti, vascula puri,

Nocte iter ingressus, gladium contumq; timebis,

Et mota ad lunam trepidabis arundinis umbræ:

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Ovid. de Nuce.

Sic timet insidias, qui se scit ferre viator.

Quod timeat: tutum carpit inanis iter.

Horat. lib. 2. Satyr. 5.

Et genus & virtus nisi cum re, viltor alga est.

Idem lib. 1. Epist.

Si quadringentis sex septem millia desint:

Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesq;

Plebs erit.

Juvenal. Satyr. 3.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat

Res angusta domi.

Plaut. in Ruden.

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri vivunt

Præsertim quibus nec questus est, nec didicere artem ullam.

Ex Græcis Comicis.

Πενία δ' ἀτιμὸν καὶ τὸν ἐὺφροῦν ποιεῖ

Pauper inhonores, genere sit clarus licet.

Τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγροι κειοί.

Haud pondus ullum pauperum verbis inest.

Πενίᾳ φέρειν οὐ παντός, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.

Ferre inopiam, sapientis est demum viri.

Οὐδὲ πείνας βαρύτερόν ἐστι φορτικόν.

Opus inopia longè omnium praevissimum.

Πενίᾳ φέρειν ἢ γῆρας ἐστὶ δύσκολον.

Tolerare senium est inopiam res ardua.

Πενία δ' ἀγνώμην γὰρ τοὺς ποιεῖ.

Ab inopia aliquando venit inhumanitas.

Μισῶ πίνηται πλεσίᾳ δωρεῖ μόνον.

Qui diviti dat pauper, haud placet mihi.

Καλῶς πένεσται μάλλον, ἢ πλετεῖν κακῶς.

Inopia honesta potior opibus improbis.

Τὸ χρυφότατον σε πάντων κακῶν πάντων δάκνει

Πενία. τί γὰρ τῶτ' ἐστίν, ἢ γῆροίτ' ἀν εἰς

Φίλος βοηθήσας, ἰατρὸς βραδείας:

Malum te egestas omnium levissimum

Contristat, etenim quantum est istud malum

Cuius medela prompta amico sit tuo?

Πρὸς ἀπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐστὶ παράγματος

Καὶ πάντως αὐτὴ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

Ad omne timidus est pauper negotium,

Nam se esse credit omnibus contemptum.

ἔρηρον εὐρεῖ συγγενῆ

Γένητός ἐστιν. οὐδὲ εἰς γὰρ ὁμολογεῖ

Αὐτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας πένος

Δεόμνον. αἰτεῖσθαι γὰρ ἄμαρτι πρὸς δοκῶ.

propinquius pauperis

Vix invenitur ullus, haud enim lubens

Quisquam propinquum se fatetur indigi.

Καλῶς πένεσται μάλλον ἢ πλετεῖν κακῶς.

Τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ἐπιτήμησιν φέρει.

Inopia honesta potior opibus improbis,

Opprobrio haec sunt, misericordiam haec movet.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

COrix parva singulorum sunt: eorum autem, qui iis egentibus infinita multitudo. Cic. 1. Offic.

Egentibus

Egens est, qui non satis habet, & is, cui nihil satis potest esse.
Cic. 4. ad Heren.

Improbi & avari, quoniam incertas, atq; in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt: nec eorum quisquam adhuc inventus est, cui quod haberet, esset satis: non modò non copiosi ac divites, sed etiã inopes ac pauperes existimandi sunt.
Paradox. ultimo.

Honesta res, est læta paupertas. illa verò non est paupertas, si læta est: qui cum paupertate benè convenit, dives est. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. *Seneca 10. epist.*

Non jucunda res est aqua & polenta, aut frustum hordacei panis: sed summa voluptas est ex his capere voluptatem, & ad id se deduxisse, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit. *Idem epist. 2.*

Parvo fames constat, magno fastidium: paupertas contenta est, desiderii instantibus satisfacere. *Idem epist. 17.*

Ob hoc unum amanda est paupertas, quòd à quibus amèris ostendit. *Idem epist. 20.*

Panem & aquam natura desiderat: nemo ad hæc pauper est: intra quæ quisquis desiderium suum clausit, cum ipso Jove de felicitate contendit. *Idem epist. 25.*

Nec paupertas tibi immunda sit, nec parsimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec lenitas languida, etsi res tibi exiguæ sint, nò sint tamen angustiæ: nec tua desideas, nec aliena mireris.
Idem de quatuor virt.

Ne imparatos fortuna nos depræhendat. fiat nobis paupertas familiaris. Securius divites erimus, si experti fuerimus, quam non sit grave, pauperes esse. Ad paupertatem sua sponte descendere, præoccupare est tela fortunæ. *Idem epist. 19.*

Quod divitiis non potes scire, paupertate scies: illa verò certos retinebit amicos: discedit quis: non te, sed tua sequebatur. O quando ille dies veniet, quo nemo in honorem tuum mentiat. *Idem epist. 11.*

Redige te ad parva, ex quibus cadere non possis. Inest paupertati, line qua nihil est jocundum, securitas. *Idem ibidem.*

Quis est pauper? qui sibi videtur pauper. Qui paupertatem timet, timendus est. Scire uti paupertate, maxima foelicitas est.
Idem de morib.

Multis ad philosophandum obstitrere divitiæ: paupertas autem expedita secuta est. Aut ergo pauper sis, aut pauperi similis, si animo vacare vis. *Idem epist. 17.*

Nudū latro dimisit: etiam in obsessâ via pauperi pax est. *Idem in Proverb.*

Pauper-

Paupertas mihi gravius est: imò tu paupertati: nō est in paupertate vitium, sed in paupere. Pauper es: quia pauper tibi videris. Nihil deest avibus: pecora in diem vivunt: feris in alimentis solitudo sufficit. Accepit ille grandem pecuniam, ergo & superbiam. *Idem de remed. fort.*

Solum hoc incommodum paupertas patitur: quòd non possit egentibus subvenire. *Idem.*

§ APOPHTHEGMATA.

Democritus audiens quendam de paupertate sua conquerentem: si non multa: inquit, desideres: pauca tibi multa videntur. *Anton. in Melissa. part. 1. serm. 33.*

Epicurus paupertatem ad legem naturæ compositam dicebat summam esse divitias. *Senec. epist. 27.*

Sextus paupertatem ferre non cujusvis, sed sapientis esse dicebat. *Anton. serm. de gente.*

Lycurgus, percontanti quam ob rem hostium cæforum castra vera spoliare vetuisset: ne, inquit, dum spoliis incumbunt, perignam negligant: sed paupertatem unà cum ordine servant. *Plutarch. in Lacon. apoph.*

Idem civibus quibusdam interrogantibus, quomodo licent hostium insultum effugere? si inquit, pauperes fueritis: melius alio plus requirat. *Plut. in Lacon.*

Idem cum Diogeni paupertas à quodam vitio daretur: Inblix, respondit, quid ais? ego neminem vidi tyrannidem gerere propter paupertatē: omnes verò propter divitias. *Stob. serm. 95.*

Socrates ab Archelao vocatus, ut qui ipsum ditare vellet, renunciari iussit: quòd farinae choenices quatuor obolo venderent Athenis, & fontes aquam funderent. Nam si res meæ, dicebat, mihi non sufficiunt: at ego ipsis sufficio: & sic etiam ipsa mihi. *Stob. serm. 95. ex Arrian. scriptis recitat.*

Idem paupertatem aiebat esse *μικρόν Κοιφροσύνην*, id est, pauperiam temperantiam. *Stob.*

Idem Charmidi de paupertate non conquerenti dixit: recte facis. est enim res gratiosa paupertas. minimè invidiosa, & de ea acquirenda minimè certatur: sed licet incustodita, servata & neglecta augetur. *ibidem.*

Aristides ille iustus, cum dives quidam paupertatem ei obijceret, dixit: mihi quidem nihil adferet mali paupertas: tibi vero divitiarum non paucas perturbationes. *Ant. in Melissa. part. 1. serm. 33.*

§ SIMILITUDINES.

UT qui vestes flagellant, corpus non attingunt: sic qui egentis vitium aut paupertatem exprobrant, non proprie

gunt ipsi
E co
vacant
objecti
naufra
Qu
dere tan
volet: &
nec ulli
Ut va
pulsata
divitem
Qui
fima for
P Aup
scs, &
9. v. 21.
7. 10. El
Tobias
Pauper
21. 7.
uxore f
pauper
lymitan
lus, 1. Ca
T Elen
ctit
Theat. 2
Telen
bum in
in Adagi
Comme
strum.
Prover
Galla
dilapida
retur: v
lib. 12. ca
Mich
habuit.

gunt ipsum hominem, sed externa calumniantur. *Plutarch.*

E corporis morbo quidam hoc excerpunt commodi, quòd vacant negotiis, quibus distringebantur: & quosdam labores objecti reddidèrè validos: sic quibusdam exilium, paupertas, naufragium, occasio fuit philosophandi. *Plut.*

Quemadmodū qui pedibus suis poterit iter conficere, ascendere tamen vehiculum mallet: sic pauper, si poterit esse dives, volat: & habebit utique opes, sed tanquam leves & avolaturas: nec ulli alii, nec sibi graves esse patietur. *Senec.*

Ut vasa paria, quorum alterum plenum sit, alterum inane pulsata concentum faciunt *Δὲ πικρῶν*: ita benè convenit inter divitem benignum & pauperem indignum. *Erasm.*

Qui in altis sunt specubus, à fulmine non feriuntur: ita infima fortuna tutissima est. *Ibid.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Paupertatis exempla: Jacob, *Genes. 28. v. 11. & 32. v. 11. Moses, Exod. 3. v. 1. Ruth, Ruth. 2. v. 2. Cis, pater Saulis, 1. Sam. 9. v. 21. David, 16. v. 11. & 17. v. 17. Mulier Sareptana, 1. Reg. 17. v. 10. Elifæus, *vers. 11. Filii Prophetarum, 2. Reg. 4. v. 38. & 6. v. 2. Tobias senior, Tob. 2. v. 22. & 4. v. 23. Rechabitzæ, 1. ere. 35. v. 8. 9. Pauperes, 39. v. 10. duo filii Zebedæi, Matth. 4. 21. Christus, 8. 20. & 21. v. 1. 2. & 27. v. 55. Luc. 9. 58. 2. Corinth. 8. v. 9. Joseph cum uxore sua Maria, Luc. 2. v. 7. 12. 24. Lazarus, 16. v. 20. Vidua paupercula, 21. v. 2. Cæcus natus, *Ioan. 9. v. 8. Ecclesia Jerosolymitana, Actor. 2. v. 45. Rom. 15. v. 26. Petrus, Actor. 3. v. 6. Paulus, 1. Corinth. 4. v. 11. Philip. 4. v. 22.***

¶ EXEMPLA PROFANA.

Telemachus *Acarnensis*, ob paupertatem fabis sæpè numero vitabat. Hinc Telemachi olla, proverbio locum fecit. *Theat. Zuing.*

Telesius usque ad eò notæ paupertatis fuit: ut *Seriphii* verbum inde finxerint, dicantque *τελεσινήτου*, pro evacuare. *Erasm. in Adagis.*

Conna tibicen pauperrimus, qui nihil habuit præter oleastrum. Fuit & *Lysistratus* summæ paupertatis homo: ad eò ut proverbio locum fecerit. *Theat. Zuing.*

Gallias Atheniensis, *Diomnesti Eretrici* divitias malè partas dilapidavit: ut apud vetulam quandam barbaram vivere cogeretur: victusq; quotidiani inopia laborans, mortuus sit. *Athen. lib. 12. cap. 17.*

Michael Palæologus regno potitus, tres tantum aureos domi habuit. *Pachymerus.*

Ladislao

Ladislaus II. Vngariae Rex, in eas angustias rei familiaris pervenit: ut interdū mensæ quod apponeretur, vix habuerit. *Idem Sambucus in Appendice Bonfinii.*

Paupertate Phocion, ut virtute gloriabatur: in qua licet totius dux Atheniensium fuisset, & regum usus amicitia, confensum *Plut. in Phocione.*

De Romanis aliquot ducibus, sic scribit *Claudianus* in quarto *Honorii consulatu*:

Paupererat Curios, reges cum vinceret armis:

Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum:

Sordida Serranus flexit Dictator aratra.

L. Paulus Æmilius adeo inops decessit: ut nisi fundus, quem unum reliquerat, vxnisset: uxor ejus dorem unde recipere non exstitisset. *Plutarch.*

PAX.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Disciplinam in pace conservate filii. *Eccles. 41.*

Pacem habete inter vos. *Marc. 9.*

Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. *Rom. 12.*

Itaque quæ pacis sunt sectemur. *Ibid. 14.*

In pace autem vocavit nos Deus. *1. Corinth. 7.*

Non enim est Deus dissensionis, sed pacis. *Ibid. 14.*

Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. *2. Corinth. 13.*

Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. *Hebr. 12.*

Multitudinis autem credentiū erat cor unum, & anima una. *Act. 4.*

Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt etiam liquiæ homini pacifico. *Psal. 36.*

Et quærite pacem civitatis, ad quam transmigrare vos fecerunt, & orate pro ea ad Deum: quia in pace illius erit pax vobis. *1. Tim. 2.*

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. (Unde inquit discipulis ut civitatem vel domum ingredienti, salutatem pacis offerrent.) *Matth. 5.*

Intrantes autem in domum salutate eam, dicentes: Pax huic domui. *Idem 10.*

§ SENTENTIA

§ SENTENTIÆ PATRUM.

PAX, est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Hæc est, quæ simulates tollit, bella compefcit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat. cunctis est placida, nescit extolli, nescit inflari: hanc qui acceperit, teneat: qui perdidit, repetat: qui amiserit, exquirat: quoniam qui in eadem non erit inventus, à patre addicatur, à filio exheredatur, nihilominus à spiritu sancto alienus efficitur: nec ad hereditatem Domini poterit venire, qui testimonium pacis noluerit observare. *Augustin de ver. Dom.*

Concorda cum adversario tuo, nescis quando vita finiatur: quum vita finita fuerit, iudex restat, & minister & carcer. At si servaveris adversario tuo bonam voluntatem, & cum eo confeceris, pro iudice invenies patrem: pro ministro sævo angelum tollentem te in sinum Abraham: pro carcere paradysum. *Idem ibid.*

Tale bonum est bonum pacis: ut in rebus creatis nil gratiosius soleat audiri: vel delectabilius concupisci: & nil utilius possideri. *Idem de Civitate Dei.*

Infelix populus Dei non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. *Hieron. in Psalm.*

Si Dei vocantur filii, qui pacem faciunt: proculdubio Satanæ sunt filii, qui pacem confundunt. *Gregor. 3. in pastor.*

Concordia malorum, contraria est bonorum: ut sicut optatum est, ut boni pacem habeant ad invicem: ita optandum est, ut mali sint discordes. Impeditur enim iter bonorum: si unitas non dividitur malorum. *Isidor. de summo bono lib. 3.*

Pax est concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas. *Cassiodor. in Psalm.*

Pax vera est concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitiis. *Ibidem.*

Quum enim peccatores videntur locupletes, multisque dominari populis, & in mundo non est, quod timeant, pacem habere putantur: sed pax ista, cum conscientia semper litigat, rixantur intrinsecus, & cum hostem non habeat, secum decertat. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ PŒTICÆ.

Tibullus Eleg. 10. lib. 1.

Intereâ pax arva colat, pax candida primum
Dux ad aratros sub juga curva boves.

Nnn

*Pax aluit vites, & succos condidit uvæ:
Funderet ut gnato testa paterna merum.
Pace bidens, vomerq; vigent: at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma sitos.
Rusticos è lucoq; vehit malè sobrius ipso
Vxorem plastro, progeniemq; domum.*

Ovid. lib. 2. Fastorum.

*Sub juga bos veniat, sub terra semen aratas:
Pax Cererem nutrit pacis alumna Ceres.*

Silius Italicus lib. 11. bel. pun.

Pax optima rerum.

*Quas homini novisse datum est: pax una triumphis
Innumeris potior: pax custodire salutem:
Et civis equare potens.*

Ovid. lib. 1. Fastor.

*Erondebis Attiacis comptos redimita capillos
Pax ades, & toto mitis in orbemane.
Dum desunt hostes, desit quoq; caussa triumphis:
Tu ducibres bello gloria major eris.*

Ovid. lib. 3. de arte Amandi.

Candida pax homines: trux decet ira feras.

Seneca in Hercule furente.

Novit paucos

*Secura quies, qui velocis
Memores ævi tempora nunquam
Æditura tenent.*

Ex Græcis Comicis.

*Εἰρήνη γεωργῶν καὶν πέτραις τρέφει καλῶς
Πόλεμος δὲ καὶν πεδίοις κακῶς ἔφυ.
Alit colonum pax vel in saxis bene:
At bellum in ipso noxium campo quoque.*

§ SENTENTIA. PHILOSOPHICÆ.

PAx est tranquilla libertas. Cic. Philip. 2.
Dulce est nomen pacis: res verò ipsa, tum jucunda,
salutaris. Cic. Philip. 3.

Nihil est tam populare, quàm pax: qua non modò si quis
sensum natura dedit: sed etiam recta atque agri mihi laetitia
dentur. Cic. pro Lege Agraria.

Nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris. Philip. 2.

Paci, quæ nihil habet insidiarum, semper est consulendum.

Cic. 2. Offic.

Pax est repudianda, si sub eius nomine latitet bellum. *Cicer. Philip. 12.*

Leges aut iudicia esse non possunt pæce sublata. *Philip. 8.*

Quietissimam vitam agerent homines in terra, si hæc duo verba à natura rerum omnium tollerentur: Meum & Tuum. *Senec. in lib. de morib.*

Nostine igitur, quod omnè, quod est, tandiu manere atque sustinere solet, quandiu sit unum: sed interire atque dissolvi patet, quando unum esse desierit. *Boet. lib. 4. de consol.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Criæses à Cyro captus, hoc argumento pacem bello prætulit, quod pacis tempore filii sepelirent patres: in bello contra patres sepelirent liberos. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Meneclides invidens Epaminondæ gloriæ, suavitè populo: ut pacem haberent bello potiozem: cui Epaminondas: fallis, inquit, civestuos, qui orit nomine eos ad servitutem vocas. Plut.

Pomponius Atticus in funere matris, quam extulit nonagenariam, ipse natus annos sexaginta septè, gloriatus est: quod nunquam cum matre in gratiam rediisset: nunquam cum sorore fuisset in similitate, quam propè æqualem habuit. Hanc vocem se ab ipso audisse scripsit *Cornelius Nepos*. Plus autem est: idem rediisse in gratiam, quàm non fuisse in similitate. *Erasm. lib. 1. apophtheg.*

Antoninus Pius adamabat illam *Scipionis* celebratissimam sententiam, subinde dicens: Se malle unum servare civem, quàm mille hostes occidere. *Sulcius Capitolinus.*

Alphonsus Ludovico Bodio (quo propter eius singularem diligentiam ac fidem, perpetuo ferè oratore in Italia usus est) renuntiare, pro pæce, quàm *Veneris & Florentinis* daturus esset, plus quàm ducenta millia aureorum extorqueri posse, respondit: pacem dare se, non vendere solitum esse. *Panormit. lib. 3. de reb. gest. Alphonsi.*

Idem quum esset *Valentiæ*, appulerunt eo loco *Caroli Francorum Regis* legati, magnoperè eum rogantes: ne per id tempus, quo *Rex eorum* bello *Britannico* implicitus esset contra se bellum aliquod suscitaret, respondit rex: & sic certò scio: plures *Narbonensis Galliæ* civitates ad *Arrogoniæ* regnū pertinere, quas *Carolus rex* jam pridem occupatus detineat: nihilominus tamen hoc tempore, quo illum intelligo bello superatum, & à *Britannis* prociitū esse, nequaquàm me arma contra profigatum

N n n . 2

PE

PECCATUM.

regem sumpturum esse vobis affirmo: neque eo animo esse, ut quod majores mei in Caroli prosperitate non petierunt: ego in eius repetam calamitate. *Panorm. de reb gest. Alphons. & An. Syl. de eius dictis.*

§ SIMILITUDO.

Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo: ut satius sit opterere mortem, quàm his aucupari salutem: velut sugere sanguinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: ita quandoque satius est ferre injuriam, quàm majore incommodo ulcisci: ferre pacem, etiam si parum commodam aut æquam, quàm bellum cum immensis malis suscipere. *Erasm.*

§ HIEROGLYPHICUM.

IN Æthiopia tantam ajunt Anguium vim convenire, convolutiq; in gyrum invicem: ut montis speciem procul aspicientibus reddant: cujusmodi quidem complexus Anguium, & frigifera eorum concordia, causa, ut Plinius inquit, videtur esse: quare dexteræ gentes Caduceum in Pacis argumentum circumdata effigie anguium fecerint: neq; enim cristatos esse in caduceo moti est. *Pier. Valer. lib. 15. pag. 145. C.*

Consule etiam loc. de Concordia.

PECCATUM.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

PER unum hominem Peccatum in Mundum intravit. *Roma. cap. 5.*

Scriptura conclusit omnia sub peccato: ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. *Galat. 5.*

Qui facit peccatum ex diabolo est. *1. Ioan. 3.*

Vir peccator adjiciet ad peccandum. *Eccles. 3.*

Qui in uno peccaverit multa bona perdet. *Eccles. 9.*

Si autem avertent se justus à justitia sua: omnes justitiarum quas fecerat, non recordabuntur. *Ezech. 18.*

In vanitate sua apprehendetur peccatur. *Eccles. 23.*

Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit. *1. Ioan. 3.*

Vultus Domini super facientes mala. *Psal. 33.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corruptione. *August. de Baptism. parvul.*

Nullus sanctus & justus caret peccato: nec tamen ex hoc de-

sunt esse justus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem.
Augustin. de Eccles. dogmat.

Nullum scelus coram Deo tam abominabile est, quam præterita peccata unicuique; nostrum dimissa reminiscendo, gaudere, & inde exultare. *Idem in epist. ad quendam comitem.*

Qui peccatum suum tundit, & se non corrigit: peccata solidat, non tollit. *Idem lib. 5. de lib. arbit.*

Ex quo incipit homo præcepti esse capax, ex illo incipit posse peccare. Duobus modis peccat, antequam sit sapiens: si aut se non accommodet ad accipiendum præceptum, aut quum acciperit, non observet: sapiens autem peccat, si se avertit à sapientia. *Ibidem.*

Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetatur. *Idem de duabus animabus.*

Tribus gradibus ad peccatum pervenitur: suggestione, delectatione, consensione. Itaque ipsius peccati tres sunt differentie: in corde, in facto & in consuetudine, tanquam tres mortes, una quasi in domo, quum corde consentitur libidini: altera quasi prolata juxta extram portam, quum in factum procedit assensio: tertia, quum in consuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro jam putrens: quæ tria genera mortuorum Dominum suscitasse, quisquis Evangelium legit, agnoscit. *Augustin. in lib. de serm. in monte: & ponitur de penitent. de secund.*

Primum peccatum est, cogitasse, quæ mala sunt: secundum, cogitationibus acquievisse perveris: tertium, quod est deterius, opere complexisse: quartum, post peccatum non facere penitentiam, & in suo complacere sibi delicto. *Hieron. lib. 1. in Amos.*

Posse peccare, datum est primo homini: non ut proinde peccaret, sed ut gloriosior appareret: si non peccaret, cum peccare posset. *Bernh. de lib. arbit.*

Peccantis lapsus non dono ascribendus est potestatis, sed vitio voluntatis: etsi datum fuit voluntati, posse stare, ne caderet: non tamen resurgere, si caderet. Non enim tam facile quis vaieret exire de fovea, sicut in eam labi. *Ibidem.*

Majoris est culpæ manifeste, quam occulte peccare: dupliciter enim reus est, qui aperte delinquit, quia & agit & docet. *Isidor. lib. 2. de summo bozo.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Martial. lib. 3. Epigram.

Quod tegitur, majus creditur esse malum.

Nnn 3

Ayuntamiento de Madrid

Juvenalis Satyr. 8.

*Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur.*

Seneca in Hercule Oeteo.

Haud est nocens, quicumq; non spontè est nocens.

Ovid. lib. 2. eleg.

Aquo animo pœnam, qui meruere, ferunt.

Ovid. lib. 10. Metamorph.

Numen confessis aliquod patet.

Ibidem lib. 11.

*Mite Deum numen Bacchus, peccasse fatentem
Restituit, factiq; fide data munera solvit.*

Ovid. lib. 1. de Ponto.

*Sepè levant pœnas, ereptaq; lumina reddunt:
Cum bene peccati pœnituisse vident.*

Seneca in Agamemnone.

Quem pœnitet peccasse, penè est innocens:

Ovid. lib. 2. de remed. Aor.

Gloria peccati nulla petenda tui est.

Idem lib. 3. eleg.

*Quis furor est, quæ nocte latent in luce fateri?
Et quæ clàm facias, facta referre palàm?*

Senec. in Hypolyto.

*Obstare primum est, velle nec labi via:
Pudor est secundus, nosse peccandi modum.*

Horat. lib. 1. Satyr. 3.

*Quis patria esse ferè placuit peccata, laborant
Cum ventum ad verum est: sensus, moresq; repugnant
Atque ipsa utilitas justì propè mater, & equi.*

Idem ibidem.

Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet, idemque

Qui teneros caules alieni fregerit horti;

Et qui nocturnas sacra diuùm legerit.

Idem ibidem.

Adsit

*Regula peccatis, quæ pœnas irroget equas:
Nec scutica dignum horribili sectère flagello.*

Juvenalis Satyr. 8.

*Defensor culpa dicet: mihi: fecimiss & nos
Hæc juvenes, esto, desisti nempe, nec ultra*

*Fovisti errorem: breve sit quod turpiter audes:
Quædam cum prima refecentur crimina barba.*

Ausonius in Thaletis sententiis.
Turpe quid ausurus te, sine teste, time.

Ausonius in Cleobuli sententiis.
Felix criminibus non erit diu.

Juvenalis Satyr. 13.

*Nam quis
Peccandi finem posuit sibi: quando recepit.
Ejectum semel attrita de fronte ruborem.
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno
Flagitio?*

Ovid. lib. 2. Eleg.

*Multa miser timeo, quia feci multa protervè:
Exempli q; metu torqueor ipse mei.*

Lucret. lib. 3. de Natur. rerum.

*At mens sibi conscia facti
Prametuens adhibet stimulos, terretq; flagellis:
Nec videt interea qui termines esse malorum
Possit: nec qui sit pœnarum deniq; finis:
Atq; eadem metuit magis, hæc ne in morte gravescant.
Hinc Acherusia fit stultorum deniq; vita.*

Ex Græcis Comicis.

*Δὲς ἐξαμαρτεῖν τῶν, ὅσα ἀνθρώπος σοφῶ.
Peccare idem bis, haud viri sapientis est.*

*Ἄμαρτάνεις δὲ καὶ ἀνὴρ σοφώτερος.
Aliquando peccat vir etiam sapientior.*

*Ὁ μηδὲν εἰδώς, ἔδδεν ἐξαμαρτάνει.
Quicumq; nil scit, ille vir peccat nihil.*

*Αἰσχρὸν δὲ μηδὲν πράττει, μηδὲ μάλιστα.
Nil facito discito te turpe quod fiet.*

*Ἐργῶν πονηρῶν χεῖρ' ἐλδοῦθ' ἔργῳ.
Noli occupare in improbis factis manum.*

*Οὐδὲς ἐφ' αὐτὸ τὰ κακὰ σωρῆ Πάμφιλος.
Sapens: in se vitia cernit Pamphile.*

*Haud ullius in se vitia cernit Pamphile:
At indecore quod agit alius, prospicit.*

*Χαλεπὸν γὰρ τοιαῦτ' εἶν ἐξαμαρτάνειν.
Ἄ καὶ λέγειν ὀκνητὸν αὐτοῖ πεπραχότας.*

Nnn 4

PE PECCATUM. PECULATUS.

*Est permolestum tale quid delinquere;
Ut nominare metuant, & qui fecerit.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Peccare, est tanquam transilire lineas. *Cic. Paradox. 3.*
Peccare certè licet nemini, *Ibidem.*

Peccati dolor & maximus & æternus est. *Cic. Attic. 11.*

Quæ parva videntur esse delecta, neq; à multis intelligi possunt, ab iis etiam diligentius est declinandum. *Cic. 1. Offic.*

Ideo peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus: de tota nemo deliberat. *Senec. in Epist.*

Bonus vir est, qui eo usque perducit affectu animum: ut non tantum peccare non velit, sed etiam non possit. *Idem in libr. de moribus.*

Pleriq; metu peccare cessant, non innocentia: profectò tales timidi, non innocentes dicendi sunt. *Idem Pro verb.*

Bis peccas, quum peccato obsequium accommodas: nihil peccant oculi, si non oculis animus imperet. *Ibid.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Peccata punit DEUS, exempla: Salomon, 1. Reg. 11. v. 14. Achab & Jezabel, 2. Reg. 9. v. 7. 25. 26. 2. Paral. 22. 7. Manasses, 2. Reg. 24. v. 2. 3. 4. Amasias, 2. Paral. 25. v. 20. Israelitarum, Esdr. 3. v. 26. 27. 28. & 13. v. 5. 6. Ierem. 13. 22. & 30. 15. Ezech. 14. v. 13. & 33. v. 25. 27. Malach. 2. 2. Tobias, Tob. 13. 5. Bethuliam, Judith. 7. 17. & 8. v. 26. 27. Esther, Esth. 14. 6. Patres, Psalm. 106. v. 6. 7. Judæi, Esai. 3. v. 8. 9. & 5. v. 24. 25. Etiam in sanctis castigat illa DEUS. Exempla: in Mose & Aaron, Numer. 26. v. 13. Mose, 27. v. 12. 13. Heli Sacerdote, 1. Samuel. 2. v. 27. 28. Davide, 2. Samuel. 12. vers. 10. 11. Salomone, 1. Reg. 11. v. 11. Roboamo, 2. Paral. 12. v. 7. 8. Joramo, 21. v. 16. Judæis, 34. v. 25. Judith, 5. v. 18. Justis à justitia se avertentibus, Ezech. 18. v. 24. Jona, Ion. 1. v. 3. 4.

PECULATUS.

¶ APOPTHEGMATA.

Dlogones Cynicis cum vidisset magistratus qui Hieronemone dicebantur, quendam deprehensum, quod ex ærario phizanturatus esset, adducentes: magni, inquit, fures parvum ducunt. *Laertis.*

Trajanus Imp. initio procuratores habebat rapaces, qui provinciales calumniis expiabant: quorum unus scetur *quæ*

quemque divitem sic convenire solitus: quid habes? unde habes? hæc ubi didicerat. addebat tertium: pone quod habes. Sed admonitus à Pompeia Plotina uxore, cohibuit ejusmodi vexationes provinciarum, addens vocem optimo jure laudatam: fiscum esse lienem, quod eo crescente, reliqui artus contabescant. *Erasin. lib. 8. apoph.*

Sigismundus imp. interrogatus, cur apud liberas civitates peculatus crimen adeo frequens inveniretur? Idcirco, respondit, quod nudos honores civibus commendant: populus autem ad lucrum inhiat. *Æn. Sylv. lib. 2. comment. de reb. gest. Alphons.*

Vide Furtum.

PERFECTIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Cur nam præcipitur homini ista perfectio, cum eam in hac vita nemo habet? non enim rectè curritur, si quò currendum est, nesciatur: quomodo ergo sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? *August. de perfect. 36. sititia.*

Si qua fidelium hic esse potest perfectio, in eo consistit: ut se imperfectos esse agnoscant. *Idem ibid.*

Hæc est in omnibus sola perfectio, scæ imperfectionis cognitio. *Hier. in epist. ad Theod.*

Plurunque hi, quos jam perfectos, homines æstimant, adhuc in oculis summi Opificis aliquid habent imperfectionis. *Greg. lib. 4. dialogor.*

Onus oneri additur, & minus onerat: & sic oneri gravissimo legis accedens quadriga Evangelii, & anxie perfectionem, & minuit difficultatem. *Bernb. in epist. 72.*

Nemo perfectus est, qui perfectior esse non appetit: & eò perfectiorem quisq; se probat, quò ad majorem tendit perfectionem. *Idem in quadam epist.*

Bonum acquirit gradum, qui benè ministraverit: meliorem fortè, qui benè vacaverit Deo: optimum autem, qui perfectus est in utroque. *Idem in serm.*

PEREGRINUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comiçis.

Ξένος πένθος κὴν παρεδρίμηνς ἰδών.

Inopes peregrinos juvare sis memor.

Nnn 5

Ξένοις ἐπιτεκῶν, τῶν ἰσῶν τεύξῃ ποτέ.

Ea peregrino quæ facis spera tibi.

Ξένοι ἀδικήσης μηδέποτε καιρὸν λαβῶν.

Occasione laedito nulla hospitem.

Ξένοι πλεονεξίας μάλλον ἀνθρώποις ἔθ'.

Major peregrini ratio haberi solet.

Ξένοι ὧν, ἀπεργαζομένων, καὶ πρὸς ζῆλον καλῶς.

Peregrine, nulli te implica negotiis.

Ξένοι μέλιται. Συμφέρι τι σφρονεῖν.

Essè moderatum, maxime hospiti expedit.

Πλάνη βίον τίθησι Σφρονέσειον.

Moderationem peregrinatio docet.

§ SENTENTIA PHILOSOPHICÆ.

OMnis peregrinatio obscura & sordida est iis, quorum industria in patria potest esse illustris. Cicero ad Marcum Caelium, Famil. lib. 2.

Omnibus peregrinantibus gratū est, minimarum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores. Cæl. ad Cic. Famil. 8.

In externis locis minor est ad facinus verecundia. Ad Marc. Famil. lib. 4.

Multi suam rem benè gessere, & publicam patriam procul ad Trebatium, Famil. lib. 7.

§ APOPHTHEGMATA.

Socrates. Quum quispiam vitiorum vitandorum gratia peregrinatus esset, nihilquæ profecisset: post reditum Socrates rogavit, cur ita evenerit? quoniam, inquit Socrates, eadem causa te premit, quæ expulit. Laert.

Idem cuidam querenti, quod peregrinationes sibi nihil profuissent: non immeritò, inquit Socrates, tibi istud evenit: tecum enim peregrinabaris. Horat hinc clamat:

Cælum non animum mutant qui trans mare currunt.

Erasmus ex Laertio.

Aristippus percontanti Dionysio, cur Aristippus venisset in Siciliam, relicto Socrate? Ut, inquit Aristippus, quæ habeo imperitiam, quæ non habeo, accipiam. Laert. lib. 2. cap. 8.

Democritus interrogatus, ad quid peregrinatio prodesset? respondit: vitæ frugalitatem docet. Stob. serm. 38.

Pausanias Plistonactis F quum Lacedæmonios Tegez, ubi exultabat, laudaret: atque quidam dixisset: cur igitur Spartz non manebas? quia inquit, non apud sanos, sed ubi sunt ægrotantes, dici versari consueverunt. Pausan.

Argivum

Argivus quidam cum Eudamidæ dixisset: Lacedæmonios peregrinationibus reddi deteriores, quod interim degenerent à majorum legibus & institutis: at vos, inquit, quum Spartam venissetis, non deteriores, sed meliores evadistis. Plut. in Lacon.

§ SIMILITUDINES.

Qui eos felices ducunt qui per omnia vagantur maria, terrasque perinde faciunt, ac si quis stellas erroneas judicet fortunatiores fixis: quanquam illis quoque situs orbis est, in quo volvantur, nec soli licet suos egredi fines. *Plut.*

Quemadmodum formicæ si semel antro, & apes si semel alvearibus ejici contingat, peregrinantur: ita quidam si semel patriam exeant, exules se putant. *Plut.*

Ut cochleæ semper domum suam secum circumferunt: ita quidam horrent peregrinas regiones. *Ibidem.*

Uc aspalacus non nisi apud Boëtios vivit, ubi nascitur: alio translatus perit: ita quidam peregrè vivere non possunt, nulla intrudeti arte. *Erasm.*

Tarandus omnium arborum, & fruticum, locorumque in quibus lactat, colorem villis etiam imitatur: ita tutior erit, qui ad quamcunque gentem se contulerit, ejus ratus ac mores imitetur. *Idem.*

Quidam fluvii per medios lacus erumpunt, ut illis non misceantur: sed iisdem eam aquarum magnitudine post multa passuum millia exeunt, quæ fuerant inveciti: ita si in vitiosam incidetis civitatem, ita ad tempus utendum hospitio, ut idem exeat, qui veneris. *Idem.*

Ut Aphricæ Auster serenus est, Aquilo nubibus, præter aliarum regionum naturam: ita quidam cum regione mutant ingenium ac mores. *Idem.*

Consule loc. de Exilio & Patria.

PERICULUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nimium præceps est, qui transire contendit, ubi conspexerit alium cecidisse: & vehementer infrænis est, cui non incutitur timor alio pereunte. Amor autem est salus, suæ, qui & vivat alienæ mortis incursum: & ipse est providus, qui sollicitus sit cladibus cæterorum. *August. lib. de singularitate clericorum.*

Non quisquã sibi proponat & dicat: habere volo, quod vincam: hoc est dicere, vivere desidero & volo sub ruina. *Ibidem.*

Periclitatur castitas in deliciis, humilitas in divitiis, pietas in nego-

PE PERICULUM. PERJURIUM.

in negotiis veritas in multiloquio, charitas in hoc mundo
Bernh. in quodam serm.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Bona tutpirudo est, quæ periculum vincat. citius invenitur
periculum, quàm contemnitur; nunquam periculum
periculo vincitur. *Senec. in Proverb.*

¶ SIMILITUDINES.

UT pueris cùm terrentur personis, damus eas in manus
versatas ostendimus inanes, ut discant non timere: ita cogitatio
veniet adhibita ratione, res specie terrificas excutere: ut cogitatio
viderimus non esse, quod apparent, contemnamus. *Plut.*

Periculosiores sunt fontes, qui lympidis aquis blandientes
oculis tamen perniciem adferunt: minus formidandi, qui
specie testantur aquas esse fugiendas: ita difficilius vitantur
la, quæ boni prætextu fallunt. *Plin. lib. 31. cap. 2.*

In Bæotia ad Trophonium antrum juxta flumen Orchomeneum
non, duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem
adfert: ita ferè magno alicui bono, magni mali periculum
est vicinum. *Ibidem.*

In Campania vites populos amplexæ, ipsa æquabant cæcitiam
na: adeò ut vindemiator rogum ac tumulum exciperet: ita cogitatio
in arduis versantur negotiis, periculi meminisse debent. *Erasm.*

Muræna, non in capite, sed in cauda animam habet: ita quod
charissimum est, non ibi recondeudum, ubi statim periculum
obnoxium. *Plin. lib. 12. cap. 2.*

Uti sæpenumerò polypus dùm conchæ carnem captat, ipsam
capitur ac tenetur: ita sæpius dùm alijs nocere studemus, ipsos
ipsum in periculum adducimus. *Erasmus.*

Vide Adversitas, Fortitudo & Fortuna.

PERJURIUM.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. Epist. 19. Heroid.

Vt valeat, aliæ ferrum patiuntur, & ignes:

Fert alijs tristem succus amarus opem.

Nihil opus est istis, tantum perjuria vita:

Teq; simul serva, meq; datamq; fidem.

Tibull. Eleg. 9. lib. 1.

Al miser, & si quis primo perjuria celat:

Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Claudianus in Curentium.

*In prolem dilata ruunt perjuris patris:
Et pœnam meritò filias ore luit.
Et quas fallacis collegit lingua parentis:
Has eadem nati lingua refudit opes.*

Tibullus.

*Sed jam nulla viro juranti fœmina credat:
Nulla viri speret sermones esse fideles,
Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apis.
Ne metuunt jurare, nihil promittere parcunt:
Sed simul ac cupide mentis satiata libido est.
Dicta nihil metuere, nihil perjuris curant.*

Juvenalis Satyr. 13.

*Sunt qui in fortune jam casibus omnia ponant:
Et nullo credant mundum rectore mori:
Natura volente vices & lucis & anni:
Atque idèò intrepidi quacunq; altaria tangunt.*

PERSEVERANTIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

ET tenebit justus viam suam. *Iob. 17.*

Non te ventiles in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & justitiæ. *Eccles. 5.*

Nemo mittens manum ad aratrū, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. *Luc. 9.*

Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, volunt convertere Evangelium Christi. *Galat. 1.*

Currebatis benè, quis vos impeditur veritati non obedire. *Ibid. 5.*

Tantū ut qui tenet nunc, teneat: donec de medio fiat. *2. Thes. 2.*
Vix his! qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas: & diverterunt in vias pravas. quid facietis cum inspicere cœperit Deus? *Eccles. 2.*

Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. *Matth. 10.*

Nescitis, quòd ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt,

Ayuntamiento de Madrid

runt, sed unus accipit bravium? Sic currite, ut comprehensuris. *1. Cor. 9.*

Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnibus se abinet. *Ibid.*

Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobili, undantes in omni opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. *Ibid. 15.*

Confidens in hoc ipsum, quia qui coepit in vobis opus bene perficiet usque in diem Jesu Christi. *Philip. 1.*

Ipse autem Deus sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester & anima, & corpus sine querela, in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Fidelis est, qui vocavit vos, qui etiam faciet. *1. Theff. 5.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Perseverantia est unica filia summi regis, finis virtutum, et terminatio, consummatio, totiusque boni repositum & sine qua nemo videbit Deum. *Bernh. in quad. epist.*

Abque perseverantia, nec qui pugnat, victoriam: nec palam victor consequitur: vigor virium, virtutum consummatio. Nutrix est ad meritum, mediatrix ad præmiu, soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum modus, unitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tollit perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo: dentque non qui inceperit, sed perseveraverit usque ad finem: hic salvus erit. *Idem in epist. 129.*

Bonam vitam non puto, mala pati & bona facere, & si perseverare usque ad mortem. *Idem in serm.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 3. elegia.

*Perfer, et obdura, dolor hic tibi proderit olim:
Sæpe tulit fessis succres amarus opem.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Perseverandum est, & assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, & bona voluntas est. *Senec. in epist.*

Turpe est cedere oneri, & luctari cum officio, quod semel cepisti. Non est vir fortis ac strenuus, qui laborem fugit, nec crescit illi animus ipsa rerum difficultate. *Idem ibid.*

Nihil est, quod non expugnet pertinax opera, & intentius diligens cura. *Idem ibid.*

In excelso est beata vita: sed perseverantia penetrabilis. *Idem epist. 65.*

§ Ex

§ EXEMPLA SACRA.

Perseverantiæ exempla: David, 1. Sam. 17. v. 32. Psal. 119. v. 51. Nehemias cum reducibus à captivitate, Nehem. 4. v. 21. & 6. v. 15. & 9. v. 10. Mardochzus, Esth. 3. v. 2. & 5. v. 9. tres Adolescentes, Daniel. 3. v. 18. & 6. v. 10. Cæcus natus, Ioan. 9. v. 17. 31. Apostoli, Actor. 4. v. 13. & 5. v. 24. Antiochena Ecclesia, 11. v. 23. Judæi, 13. v. 43. Paulus, 20. v. 23. Rom. 8. v. 38.

Vide Constantia, Fortitudo.

PERSUASIO.

§ SIMILITUDINES.

Sicuti quò directius non ferit Sol radiis suis, hòc minor est umbra nostri: quò obliquius, hòc magis increfcit umbra corporis: ita quanto plus quisq; assequutus est veræ sapientiæ, hòc minus magnificè de se sentit: quò longius abest ab ea, hoc se magis dilatat stultissima persuasionè sapientiæ. *Erasm.*

Ut camelopardalis sive nabis collo refert equum, pedibus & eruribus bovem: capite camelum: maculistigrum aut pardum: ita quidam inæquales sibi varias hominum formas exprimunt: si cultum inspicias, sanctum aliquem existimes: si orationem audias, satrapam loqui putes: si vitam expendas, nebulonem invenies: si scripta, bubuleum. *Idem.*

Vide Scientia, Veritas.

PETITIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quùm aliquid aliquando tardiùs dat Deus, commendat dona, non negat desiderata diu dulcius obrinentur: citò autem data vilcscunt. Pete, quære, insta: petendo & quærendo crescas, ut capias: servat tibi Deus, quod non vult citò dare: ut & tu discas magna magnis desiderare. *Aug. de ver. dom. cap. 1.*

Malè usurus eo, quòd vult accipere: Deo potiùs miserante non accipit: proindè si hæc ab illo petuntur, unde homo læditur & exauditur: magis metuendù est, ne quòd posset non dare propitiùs, det iratus. *Idem in Ioan. cap. 14.*

Sæpè vox nostra cò perficitur, quòd differtur: & quùm superficialitènis petitio negligitur, vota nostra altius in cogitationum radice solidantur: sic & semina messium gelu pressa solidantur: & quò ad superficiem tardiùs exeunt, cò, ad frugem multipliciora consurgunt. *Greg. lib. moral.*

Quùm

Quum is, qui displicet, ad intercedendum amittitur, in animus ad deteriora provocatur. *Gregor. in psal.*

Non impetrat à Deo bonum, quod poscit, quia ejus legi non obedit. Si enim id, quod Deus præcipit, facimus: id quod petimus, sine dubio obrinebimus. *Isidor. lib. 3. de summo bono.*

Petentis negligentia reprehenditur: ubi de dantis misericordia non dabitur. *Chrysof. in Matth.*

Supplicatio est, quando desiderium mentis cum magna devotione exprimitur. *Hugo.*

Justum est, ut jugiter rogetur, qui si non petatur, offenditur. *Castodor. in Psalm.*

Honestius est rem negare, quam longos terminos dare: quoniam minus decipitur, cui celeriter negatur: unde res ad multam instantiam adhibita, cara videtur emptori. *Idem in epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Pseudulo.

*Stulti haud scimus, frustra q; scimus, cum quod cupientes
Petimus nobis, quasi quid in rem pessimus noscere:
Certa amittimus, dum incerta petimus: atq; hinc venit
In labore atq; dolore ut mors obrepit interim.*

Ovid. lib. 1. de Ponto.

*Ah nimium est quod amice petis, moderatius opta:
Et roti quæso contrahe vela tui.*

Seneca in Hippolyto.

Qui timide rogat,

Docet negare

Ovid. lib. 4. de Ponto.

*Scilicet ejusdem est, quam vis pugnare videtur:
Supplicibus facilem, fontibus esse truce.*

Ibidem.

*Et pudet et metuo, semperq; eademq; precari:
Ne subeunt animo tædia justa tuo.
Verum quid faciam? res immoderata cupido est:
Da veniam vitio, mitis amice, meo.*

Ausonius in Epigram.

*Si bene quid facies, facias citò: nam citò factum,
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nil petas, quod negaturus fuisti: nil negabis, quod peturus fuisti. *Seneca.*

Ingenuitatem lædes, cum indignum roges. Negat sibi ipse, qui quod difficile est, petit. Petenti autoritas datur: quum credit dominum præstare posse, quod petitur. *Idem in Proverb.*

¶ APOPHTHEGMATA.

T Hales sciscitanti quid esset dulcissimum? potiri, inquit, expetitis. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

*Agesilaum Lacedæmoniorum regem cum quidam urgeret improbe postulando, ut promissum præstaret: rectè sanè, inquit, si quidem justum est, quod petis, promissi: sin minus, non promissi, sed dixi. Verum cum efflagitandi finem nequaquam faceret, sed subiecisset: atqui decet reges præstare, quicquid vel capite annuerint: nihilo magis inquit, quàm eos qui reges adeunt, decet ea petere, loquiquè, quæ justa & honesta sunt: spectantes simul & opportunitatem, & quid regibus conveniat. *Plutarch.**

*Antipater cum à Phocione petisset: ut nescio quid injusti suo nomine faceret: non sum, inquit, tibi simul adulator & amicus. *Plutarch.**

*El. Vespasianus quum quidam è charis ministris munus ab eo pro quodam, quem fratrem esse assimulaverat, peteret: rem distulit donec ab eo, pro quo petebatur, pecuniam extorqueret, quam cum ministro fuerat pactus. qua accepta, interpellanti ministro urbanissimè respondit: alium tibi quære fratrem: hic, quem tuum esse putas, meus est. *Bruson. lib. 2. cap. 3.**

Cum prætoris *Themistoclis* operam pro amico in re iniqua peteret *Simonides*: respondit *Themistocles*, nec *Simonidem* fore bonum poetam, si mensuram modumquè in scribendis carminibus non observaret: nec se bonum prætorem, si alicuius gratiam legibus aut justitiæ præponeret. *Plut.*

Pericles ab amico rogatus, ut pro se causaque eius falsum dederet: oportet me, inquit, amicis accommodare, sed usque ad aras. *Plut. in Græcor. apoph.*

Antigonus primæ cum frequenter *Biantem* molestè beneficia flagitantem tulisset, tandem victus tædio: date inquit, *Bianti* talentum, vel vi. *Erasim. lib. 4. apoph.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

P Etitiones justæ esse debent, Exempla: *Samson, Iudic. 15. vers. 18. 19.* *Anna, 1. Sam. 1. v. 10. 11. 17.* *Salomon, 1. Reg. 3. v. 10. 11. 12.* *Elias, 2. Reg. 2. v. 9. 10.* *Zacharias, Luc. 1. v. 13.* *Petitionum injustarum exempla: Nass, 1. Sam. 21. v. 2.* *Adonias, 1. Reg. 2. 17.* *Fili Zebedæi, Matth. 20. v. 21.* *Marc. 10. v. 37.* *Herodiadis filia, Marc. 6. v. 25.* *Petitionis injustæ pœna, 1. Reg. 2. v. 25.*

PH PHILAVTIA. PHILOSOPHIA.
PHILAVTIA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 1. lib. 18.

Subsequitur cæcus amor sui,

Attollens vacuum plus nimio gloria verticem.

Idem lib. 1. serm. Satyr. 3.

Egomem mi ignosco Mævius inquit.

Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari.

Terent. in Andria.

Verum illud verbum est, vulgò quod dici soles:

Omnes sibi melius malle, quam alteri.

Idem in Adelphis.

Quenquam ne hominem in animo institere, aut

Parare quod sit charius, quam ipse sibi?

Ibidem.

Homine imperito nunquam quicquam iniustus:

Qui nisi quod ipse fecit, nil rectum putat.

Horat. 1. Epist. 18.

Nectua laudabis studia, aut aliena reprehendes.

¶ HIEROGLYPHICUM.

Quo sit in prolem suam affectu Simia vulgò notum est. Illud oritur hieroglyphicum, ut Suffenos Catullianos suos suos admiratores per fœtam Simiam aptè significari posse nulli contendant. Pier. Valer. lib. 6. pag. 59. B.

Vide supra Amor.

PHILOSOPHIA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Si quæ vera philosophi dixerunt, ab eis sunt, tanquam iustis possessoribus, vendicanda in usum nostrum. Aug. lib. 2. de doctr. Christiana.

Non est religio à Philosophis quærenda, qui eadem faciebant cum populis: & de suorum Deorum natura ac finibus bono, diversas contrariasq; sententias in scholis personabant. Idem lib. de vera relig.

Qui de mensa & vino regis noluerunt comedere, ne peccarentur: si sapientiam atque doctrinam Babyloniorum fore esse peccatum, nunquam acquiescerent discedere, quod notabat. Hieronym. in Danielelem.

Res si quidem monstrosa est, Philosophus curialis: & dum utrunque esse affectat, neutrum est: eò quòd curia philosophiam excludit, & ineptias curiales philosophus usquequaque non recipit. *Chrysost. lib. 1. de nugis Carnalium.*

Pisces fortassè philosophos vocat, qui hujus mundi naturam erratica curiositate pertractant, nam sicuti illi posita fronte in terra sibi refectant, pelagi inundatione confusa: ita & isti capite demisso venas rerum ratione humana assiduo labore perquirunt. *Cassiodor. in Psalm.*

Astrologiam sacrilegā summa intentione fugiamus, quā etiam nobilium philosophorū iudicia damnaverunt. *Idem ibid.*

Ubi se in Astrologiæ partem labilis error infuderit, & vitas mortalium decursus stellarum puraverit colligendas: tunc abominandi, tunc potius cæci, quum se æstimant prævidere, quæ Creator nobis utiliter decrevit abscondere. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 1. Epist. ad Mecænatum.

*Ut nox longa quibus mentitur amica: diesq;
Longa videtur opus debentibus. ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fiunt, ingrataq; tempora, quæ spem,
Consiliumq; morantur agenti igna viter, id quod
Æquè pauperibus prodest, locupletibus, atq;
Æquè neglectum pueris senibusq; nocebit.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Mecænatum.

*Est quiddam prodire tenes, si non datur ultra.
Fervet avaritia, miseraq; cupidine peccus:
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te
Terpurè lecto poterunt recreare libello.*

Juvenal. Satyr. 13.

Plurima felix

Paulatim vitia atq; errores exiit omnis.

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

*Inter cuncta leges & percunctabere doctos
Qua ratione queas traducere leniter ævum?*

Persius Satyr. 5.

*Petite hinc juvenesq; senesq;
Finem animo certum, miserisq; riatica canis.*

Ovid. lib. 1. Fastor.

*Quis vetat & stellas, ut quæque oritur, eaditq;**Dicere? promissi pars fuit illa mei.**Felices animæ, quibus hæc cognoscere possunt,**Inq; domos superas scandere cura fuit.**Credibile est illos pariter vitisq; jocusq;**Altius humanis exeruisse caput.**Non Venus & Vinum sublimia pectora fregit,**Officiumq; fori, militiaq; labor:**Nec levis ambitio, perfusaq; gloria furo,**Magnarumve fames sollicitavit opum.**Admovere oculis distantia sidera nostris,**Ætheraq; ingenio supposuere suo.**Sic petitur cælum: non ut ferat Ossan Olympis:**Summaq; Pelicæus sidera tangat apex.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Philosophandi ratio est triplex. Una, de vita & moribus. Altera, de natura & rebus occultis. Tertia, de disserendo: & quid verum, & quid falsum, quid rectum in oratione, quid pravum, quid consentiens, quid repugnans, judicando. Cic. 1. Acad. Philosophia in tres partes ad distributa. in naturæ obscuritatem: in disserendi subtilitatem: in vitam atque mores. Cic. 1. de Oratore.

Cum tota Philosophia frugifera & fructuosa, nec ulla pars ejus inculta ac deserta sit: tum nullus in ea feracior locus est: nec uberior, quàm de officiis, à quibus constanter, honesteque vivendi præcepta ducuntur. Cic. 3. Offic.

Philosophia mater omnium bonarum artium, nihil est aliud, nisi, ut Plato ait, donum & inventum Deorum. Hæc nos primum ad Deorum cultum: deinde ad jus hominum, quod situm est in generis humani societate: tum ad modestiam, magnitudinemque animi erudit: eademq; ab animo, tanquam ab oculis caliginem dispulit: ut omnia supera, infera, prima & ultima, media videremus. Cic. 1. Tusc.

Philosophia medetur animis, sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Cic. 2. Tusc.

Est animi medicina Philosophia: cujus auxilium, non utin corporis morbis petendum est foris: omnibusque opibus virtutibusque, ut nosmetipsi nobis mederi possumus, elaborandum est. Cic. 3. Tusc.

Philosophia virtutes continet, & officii & bene vivendi disciplinam

sciplinam: quam qui proficeretur, gravissimam mihi personam sustinere videntur. *Cic. in Pison.*

Nunquã satis dignè poterit laudari Philosophia, cui qui pareat: omne tempus ætatis possit sine molesta degere. *Cato Major.*

O vitæ Philosophia dux! ô virtutis indagatrix, epulatrixquæ vitiorum! quid non modò nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset: Tu urbes peperisti: Tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti: Tu eos inter se primo domiciliis, deinde conjugis, tum literarum & vocum communione iunxisti: Tu inventrix legum: Tu magistra morum & disciplinæ fuisti: Tu vitæ tranquillitatem largita nobis es, & terrorem mortis sustulisti. *Cic. 5. Tusç.*

Nihil est dulcius otio literario, his dico literis, quibus infinitatem rerum atque naturæ: & in hoc ipso mundo, cælum, terras, maria cognoscimus. *Cic. 5. Tusç.*

Quovisquisque Philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus: ut ratio postulat: qui disciplinam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ puret: qui quæ obtemperet ipse sibi, ac decretis suis pareat? videre licet alios tanta levitate & jactatione, iis ut fuerit nõ didicisse melius: alios pecuniæ cupidos: nonnullos gloriæ, multos libidinum servos: ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio, quod quidem est turpissimum. *2. Tusç.*

Nunquam in tantum convalescet nequitia: nunquã sic contra virtutes conjurabitur: ut non philosophiæ nomen venerabile & sacrum maneat. *Seneca epist. 4.*

Tamdiu liberalibus artibus inmemorandum est, quamdiu animus agere melius non potest: rudimenta sunt, non opera, sunt aut liberalia dicta, quia libero digno. *Idem epist. 21.*

Sic discamus, ut quæ fuerunt verba, sint opera. Nullos autem pejus mereri de omnibus moralibus iudicio, quàm qui philosophiam, velut quoddam artificium venale discernunt: quia aliter vivunt, quàm vivendum esse præcipiunt. *Idem epist. 18.*

Facere docet philosophia, non dicere: & hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat, nec orationi vita dissentiat, ut verbis opera concordent. *Idem epist. 20.*

Hoc turpissimum est, quod nobis objici solet: verba philosophiæ, non opera nostræ tractare. *Idem epist. 24.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Dlogenes interrogatus, an Philosophi placentis vescerentur? omnibus, inquit, ut cæteri homines. *Laert.*

Demonax à quodam interrogatus, cujusnam sectæ philosopho-

phus esset? quis, inquit, tibi dixit me philosophum esse? & sic ridens abiit. Sed cum iterum rogaretur, cur risisset? respondit: cur non riderem: cum tu me ex barba philosophum esse iudicas, ipse autem barbam non habes? *Erasm. lib. 8. apophth.*

Epictetus eos qui barba & pallio, verbisq; magnificis philosophos agebant, dicere solebat esse philosophos, *αἰδοῦ τῆς ποσότητος, μέγιστον τῆς λιγύτης* id est, factis procul, verbis tenuis. *Gellius lib. 17. cap. 19.*

Bion cum malè audivisset, quòd adolescentem quendam mollem in disciplinam non recepisset: tenellus, ait, cascus non attrahitur hamo. Significans, pueros delicatulos ad philosophiz studia nequaquam esse idoneos. *Laert. lib. 4. cap. 2.*

Aristippus rogatus, quid differrent docti ab indoctis? quod, inquit, equi domiti ab indomitis. *Laert. lib. 2. cap. 8.*

Idem rogatus, quid fructus cepisset ex philosophiz studio? quod cum quibuslibet, inquit, liberè loqui possim? *Ibid.*

Diogenes dicenti cuidam, quem ad sapientiz studium hortabatur: non sum idoneus philosophiz. Quid igitur vivis, inquit, si tibi nulla rectè vivendi cura est? *Laertius.*

Idem percontanti, quid lucri caperet ex Philosophia? Ut nihil inquit, aliud certè hoc: quod ad omnem fortunam paratus sum. *Laert. lib. 6.*

Idem aliquando vocatus ad cœnam, negavit se venturum: roganti causam: quoniam, inquit, heri mihi non sunt actæ gratiæ. *Laert. lib. 6.*

Idem cum Plato laudaret quendam hoc nomine, quòd ergà omnes esset humanissimus: quid, inquit *Diogenes*, illi tribuendum est, qui tot annos in philosophia versatus, nullum hæcenus affectit dolore? *Ibidem.*

Orator quidam *Aristippum* reum defendit in iudicio, vicitq; litteram. Is cum velut artem suam præferens philosophiz, diceret: quid tibi profuit Socrates, Aristippe? Hoc, inquit, quòd oratio quam pro me dixisti, vera fuit. *Ibidem.*

Idem cuidam exprobranti, quòd in propria causa oratore conducto fuisset usus: nil mirum, inquit, & cœnam apparatus coquum conduco. *Idem ibidem.*

Hiero interrogatus, quid esset à philosophia adjutus? respondit, ut libenter & in iustus faciam, quæ cæteri legum metu faciunt. *Eodem serm.*

Dionysius junior posteaquam regno fuit expulsus, cuidam dicenti, quid tibi Plato & philosophia profuit? ut tantam, inquit, fortunæ mutationem facillè feram. *Plutarch.*

Aristippus

Aristippus percontanti *Dionysio*, quid eximium haberent philosophi præ cæteris hominibus? ut, inquit, etiam si omnes leges aboleantur: tamen æqualiter victuri simus. *Laertius*.

Idem percontanti *Dionysio* qui fieret, ut philosophi divitum limina terrent, non contrà? quoniam, inquit, philosophi norunt quibus egeant, illi nesciunt. *Laert.*

Diogenes interrogatus à quopiam, cujas esset? respondit, *ἡγεμονοπολιτης*, id est, civis mundi. *Laert. lib. 6.*

Aristoteles percontanti, quid lucri cepisset ex philosophia? ut ea, inquit, nullo imperante faciam, quæ vulgus facit metu legum. *Laert. lib. 3, cap. 1.*

Diogenem in dolio habitantem, accessit *Alexander Rex*, & hunc in modum ait: adsum ô *Diogenes*, tibi subventurus quandoquidem video te multis egentem: cui *Diogenes*: uter nostrum pluribus eget? ego, qui ultra peram & pallium nihil desidero: antu, qui non contentus patrio regno, tot periculis temet obijcis, ut latius imperes: ad eò ut vix torus orbis tuæ cupiditati videatur satis fu. utus? *Ibidem.*

Crates rogatus, quid illi è philosophiæ studio accessisset emolumentum? respondit:

Θέλω τε χοιρῆ, καὶ τὸ κενθρόν μέλειν: Id est,

Chænix lupini, & absque cura vivere.

Sentiens, se minimo contentum, ob libertatem suaviter vivere. *Laert. lib. 6. apoph.*

Idem rogatus, quoad esset philosophandum? donec, inquit, exercituum duces qui sunt, videbuntur esse agafones. *Ibidem.*

¶ SIMILITUDINES.

UT *Pfylli* in *Africa*, *Marsi* in *Italia* non solum ipsi nõ læduntur à serpentibus: verum etiam contactu ac saliva medentur aliis periclitantibus: ita Philosophis non satis esse debet, si ipsi non corrumpantur vitiis affectibus: verum oportet oratione aliis quoq; cupiditates noxtas eximere. *Plutarch.*

Ut montium proceritas minus apparet procul intuentibus: ubi accesseris, tum apparet, quam sint in arduo: ita nemo prospicit, quam excelsus sit animus philosophi, quantumque supra res omnes humanas emineat, nisi propius contempleris, & imitatione ad illum accesseris. *Seneca.*

Ut tragœdia in theatris: ita philosophus in scholis est audiendus: nempe ad finem usque. *Plut.*

Ut auguria & auspicia non valent, nisi iis, qui quærunt, & observant: ita præcepta philosophiæ non mutant, nisi hos, qui meliores fieri student, & hoc animo ad legendum accesserint. *Erasm.*

Ut medicus libentius sanat oculum, qui pro multis videt, multosq; custodit, sic philosophus libentius principis animum instruet, qui pro multis sollicitus est. *Plutar.*

Non quemadmodum Parasiticus convivio tactus ab iis, à quibus alitur, ridet, ac nihil commovetur: ita à philosopho reprehensus, debet esse affectus: sed nec offendi oportet, nec impudenter negligere. *Idem.*

Qui adhortantur, & excitant ad philosophiam, nec docent, nec tradunt eam: perinde faciunt, ut ii, qui præmuntur lucernam, nec infundunt oleum. *Plutarch.*

Quemadmodum grave est navim ingressis: cum terra discedit quàm agnoscunt, & nondum apparet ad quam navigat: sic philosophantibus initio molestum à consuetis discedere commodis: cum nondum videant, ad quam felicitatem philosophia sit perductura. *Idem.*

Ut apicula ex flosculis succum mellis colligit: cum alii non delectentur, nisi colore & odore: sic philosophiæ studiosos ex poetis invenit, quod ad bene vivendum conducatur: cum alii tantum voluptate deliniantur. *Idem.*

Non fodit puteos, qui fontes habet, aut novit: sic non petit aliunde qualecunque consilium, qui ipse didicit philosophiam. *Idem.*

Qui in civitatem adscripti sunt, & hospites, multa damnant, ac molestè ferunt: at qui in ea à pueris sunt educati, quique assueverunt, probant: sic qui philosophiam à pueris imbibuerunt. *Plutarch.*

Quemadmodum agricola sylvestribus securim aut ignem admovet, ac funditus extirpat: vineas verò, atque oleas amputat cautim ac circumspèctè: ne fortè supervacua reseccans, lædat & id quod sanum est: sic philosophus ex animo juvenum libidinem, avaritiam, invidiam, penitus revellet. cæterùm pudorem immodicum cautim emendabit: ne simul omnem evellat virtutem. *Idem.*

EXEMPLA PROFANA.

Socrates cum spectris, fabulis & superstitione refertam accipisset à Pythagora & Empedocle philosophiam: atque ad mirram insaniam perductam, assuefecit in rebus ipsis prudentiam quærere, & sobria ratione persequi veritatem. *Plutarchus in Sen. demonio.*

Fridericus II. Imp. libros Aristotelis omnes, & pleraque alia in sacris & profanis literis, universamque philosophiæ suppellectilem, ex Græco atque Arabico sermone, per interpretes doctissimos

etissimos vertendam curavit, & Academiis legendam exhibuit. Quibus rebus se à teneris unguiculis oblectatum fuisse profitebatur. *Avent. lib. 7. Annal. Bojorum.*

Ergamenes rex Æthiopum Græcis doctrinis & philosophiæ deditus fuit. *Diod. lib. 3. cap. 1.*

Scythæ philosophos præstantiores Tarabostescos: item *Pileatos* olim appellabant è quibus sacerdotes ac reges Ægyptiorum more, creare consueverant. *Bonsinius lib. 2. Dec. 1.*

Abernæ, cum civem suum *Democritum* ob consumptum patrimonium amplissimum multare decrevissent: posteaquam philosophiæ ejus admiranda dogmata, in quæ opes tantas insumpisset, cognovère laudatum dimisere. *Athen. lib. 4. cap. 20.*

Philippus Macedo Alexandro filio jussit, ut audiret *Aristotelem*, & philosophiæ vacaret: ne, inquit, multa admittas, quorum me admissorum pœnitet. *Plutar. in apoph.*

Dionysius superior, poëticæ admodum deditus, philosophiam spernebat. Itaque *Platonem* quoq; in parvo habuit precio. *Plut. in Dion. & Cæsar. lib. 22. cap. 17.*

Salustius à philosophia dehortabatur adolescentes alterutra de causa: sive ut magistros offenderet, illorumq; odio philosophicis scholis insidiaretur: sive quòd magnitudinem illius vitæ institutæ reputans, omnes eo mortales inferiores ducebat. *Suidas.*

Vide Ars, Doctrina.

PHYSIOGNOMIA.

¶ APOPHTHEGMATA.

Z *Eno Citticus* videns adolescentem: animi tui vestigia, inquit, satis explorata sunt mihi. Notans hominis lasciviam. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Syratonicus musices cum esset *Pellæ*, & in puteum descendisset, rogavit, num esset aqua potabilis? cum dixissent, qui aquam hauriebant, nos istam bibimus: non est igitur, inquit, potabilis: quòd illos videret pallidos, luridosq;e. Nam id interpretabatur malæ valetudinis argumentum quàm ex aqua contraxerant. *Athen.*

Cleanthes hominis mores ex conspectu deprehendi posse dicebat. Cum autè (qui hoc audierant) cuperent verùm scire: hominem cinesedum, sed multis laboribus ab incunte ætate exercitatum adducunt: ut artis suæ specimen ederet. *Cleanthes* igitur

Ooo 5

PHYSIOGNOMIA. PICTURA.

tur, cum hominis faciem, item manus callosas, & sole adustus vidisset, & aliquandiu siluisset: iussit hominem abire foras. Ille cum discederet, sternutamento concussus est: quo audito, Cleantes ait: satis naturam hominis intelligo, mollis est. Non enim facile sternutant, qui sub dio laborant. *Laert. lib. 7. cap. 7.*

Chalcidensis quidam, qui cum Orobazo descenderat, Syllæ vultum sæpius contemplatus, & ingenium motumq; corporis inspiciebat: necesse est, ait, hunc fieri magnum virum, mirorque quòd omnium adhuc primus non sit. *Plutarch.*

Physiognomon Zappyrus, qui se profitebatur ex habitu corporis & oris lineamentis posse hominis ingenium certo deprehendere: inspecto Socrate pronuntiavit, illum esse hominem bardum ac stupidum: tum mulierosum, ac puerorum amoribus delictum, impurum, vinolentum, & intemperantem. Quam amice vehementer indignati, minarentur homini: Socrates illos cohibuit: dicens: nihil, inquit, mentitus est: omnino talis eram futurus, nisi me philosophiæ gubernandum tradidissem. *Erasim. lib. 3. apoph. ex Cic. 3. Tusc. quest.*

§ SIMILITUDO.

UT sunt quidam fontes, qui potu pecudum, atq; etiam hominum cutem, & pilos pingunt albo, nigrove: ita relictum ipso hominis vultu & fronte, quod ajunt, quibus præcepit imbutus sit, & quibus ex auctoribus hauriat vitæ rationem. *Erasim.*

PICTURA.

§ APOPHTHEGMATA.

Diogenes conspiciens duos centauros pugnantes in tabula pennis simè pictos: uter, inquit horum deterior est? notans pictoris imperitiam. *Laert. lib. 6. Brus. lib. 5. cap. 13.*

Quidam conspecta tabula, quæ picturam habebat, quomodo Lacedæmonii trucidarentur ab Atheniensibus: dixit fortes Atheniensis: id Lacon audiens, subiecit: in tabula. *Plut. in Lacon.*

Apellos videns tabulam à Protogene pictam, quam Demetrius in bello servarat deprecantibus Rhodiis, aliquando præ stupore tacitus eam esse contemplatus, tandem in hanc vocem erupit: ingens labor, ac mirandum opus: desunt tamen Gratiæ, quæ hoc aliq; ejusdem auferant, atq; in cælo reponant: eam tabulam Protogenes nondum absolverat. *Erasim. lib. 6. apoph.*

Pictor quidam interrogatus, quem habuisset artis magistrum? digito populum ostendit. Sentiens, se ad multitudinis iudicium pingere

pingere: & observantem, quid quisque probaret, aut improba-
ret, artem fuisse consequutum. *Erasm. lib. 8. apophit.*

Zenxis certamen artis exercuit cum Parrhasio: quum enim
Zenxis tam scite effinxisset uvas: ut in scenam aves advolarent:
Parrhasius detulit linteum pictum, ita veritate representata, ut
Zenxis alitum iudicio, tumens, flagitaret: tandem remoto lin-
teo, ostendat picturam, mox intellecto errore: vicisti, inquit,
Parrhasi: nam ego aves fecelli: tu artificem. *Bruson. lib. 5. cap. 23.*
ex Plinio.

PIETAS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Fili, honora Dominum, & valebis: præter cum verò ne ti-
mueris alienum. *Proverb. 7.*

Honora Dominum ex tota anima tua. *Ibidem.*

Inepras & aniles fabulas devita: exerce autem teipsum ad pie-
tatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pie-
tas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ
nunc est & futura. *1. Timoth. 4.*

Est autem quæstus magnus, Pietas cum sufficientia. *1. Tim. 6.*

Tu autem, ô homo Dei! hæc fuge: seclatate verò iustitiã, pie-
tatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. *Ibid.*

Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus homi-
nibus: erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia de-
sideria, sobriè, & iuste, & pie vivamus in hoc seculo, &c. *Tit. 2.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Penes Deum nec pietas sine iustitia est, neque sine pietate ju-
sticia: nec sine pietate sælesti sensus, sine bonitate æquitas, si-
ne æquitate bonitas non habetur. Virtutes si separatæ sunt, di-
labuntur. Æquitas sine bonitate sævitia est: & iustitia sine pie-
tate crudelitas est. *Patr. Chrysost. in serm. 145. de generat.*

Pietas amica est parentibus, grata Deo, dominum conciliat;
necessitudines fovet: Dei cultura, merces parentum, filiorum
stipendium. Pietas, inquam, iustorum tribunal, egenorū por-
tus, miserorum suffragium, indulgentia peccatorum. *Ambros.*
in Psalm. 118.

Necessitudini generis, divinæ religionis pietas antefertur.
Nulla enim merces Deo melior ea, quæ habet pietatis munera.
Idem in lib. de viduis.

Nulla est scientia, si utilitatem pietatis non habet: & valdè
inutilis est pietas, si scientiæ discretionem caret. *Greg. lib. moral.*

O cle-

O clementissima pietas! quæ non sua desinit largiri benefici-
cia: non solum ubi nullum invenit meritum, sed plurimum co-
iam, ubi eorum videtur contrarium. *Idem in quad. epist.*

Pietas est ex benignæ mentis dulcedine grata omnibus aucto-
riatrix, affectio & divini cultus religiosa devotio. *Hug. in lib. d.*
claustro anima.

Hæc enim est perfecta pietas, quæ ante quàm fluctatur pro-
cibus, novit considerare fatigatos. *Cassiod. lib. 4. epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Senec. in Thyeste.

Nulla vis major pietate vera est.

Vergil. in Ætnea.

Et merito pietas homini tutissima virtus.

Paulinus.

Pietas abesse Christiano quæ potest?

Nam argumentum mutuum est

Pietatis, esse Christianum: & impij

Non esse Christo subditum.

Ovid. lib. 4. Faustor.

Hinc satras Æneas, pietas spectata per ignes,

Sacra, patremq; humeris, altera sacra tulit.

Ibidem.

An magis hunc morem pietas Æneia fecit:

Innocuum victo, cui dedit ignis iter.

Horat. 1. Carm. 2.

Integer vite, scelerumq; puriss

Non eget Mauri jaculis, neq; arcu,

Nec venenatis grævida sagittis,

Fusce pharetra.

Sive per Syrtes iter estuosas,

Sive facturus per inhospitalem

Caucasum, vel quæ loca fabulosas

Lambit Hydaspes.

Plaurus Rud.

Supplicij facilius pises à Diis supplicans:

Quàm qui scelestus est, invenit veniam sibi.

Horat. 1. Epist. 16.

— Vir bonus est qui?

Qui consulta patrum, qui leges, juraq; servat.

Idem ibidem.

Vir bonus, & sapiens audebit dicere, Pentheu,

*Reſtor Thebarum, quid me perferre, patiquè
Indignum coges? Adimam bona, nempe pecus, rem,
Lectos, argentum, tollas licet. in manibus, &
Compeditibus ſervo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe Deus, ſimulatq; volam, me ſolvet, opinor
Hoc ſentis: moriar, mors ultima linea rerum eſt.*

Horat. 1. Epist. 7.

*Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum:
Nec tamen ignorat, quid diſſent ara lupinis?*

Idem 1. Epist. 16.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Juvenal. 13.

*Rari quippè boni numero vix ſunt totidem: quos
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.*

Ex Græcis Comicis.

Θεὸν σέβει, καὶ πάντων πραγμάτων ἐπιφύλακός ἐστι
Numen colenti cuncta numen diriget.

Θεὸν σέβει καὶ πάντων πραγμάτων ἐπιφύλακός ἐστι
Deum colendo cuncta facies protinus.

Θεὸς πεφουκῶς, καὶ θνητῶν ἀνθρώπων ἐπιφύλακός ἐστι
Ne ſuprà numen ſapere mortaliſt ſtude.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Pietas eſt fundamentum omnium virtutum: parentem ut
Deum vereri, atque non multò ſecus ac parentes, liberos a-
mare debemus. Cic. pro Planco.

Pietati ſumma tribuenda laus eſt. Cic. 2. de Orat.

Omnibus eſt amor pietas. Cic. C. Caſ. Famil. 15.

Pietate adverſus Deos ſublata, fides etiam & ſocietatis gene-
ris humani, & una excellentiſſima virtus juſticia tollatur necel-
ſe eſt. Cic. 1. de Natur. Deorum.

§ SIMILITUDINES.

Cedrus & juniperus ſi oleo perungas, nec tineas ſentiunt, nec
cariam: ita ſemel imbutus divini ſpiritus ſucco animus,
nullam huius mundi ſentit corruptelam. Plin. lib. 16. cap. 40.

Ut uniones tamenſi in mari naſcantur: tamen plus habent
cognitionis cum cœlo, cujus faciem reddunt: ita pius ac gene-
roſus animus magis à cœlo pender, unde ducit originem: quàm
à terra, in qua vivit. Plin. lib. 9. cap. 35.

Ut Apelles pictor queri ſolitus eſt, periffe diem in quo non
duxiffet lineam: ita Chriſtianus dolebit, ſi quo die non evaſit
ſe ipſo melior in pietate. Eraſm.

Uti

Uti ferrum aut chalybs cætera quidem duritie, rigoreque ferperat, ab adamante vincitur: ita res quidem potens est amor liberis: sed hunc quoq; superat pietas in Deum. *Erasm.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Pietatis exempla: Abel, *Genes. 4. vers. 4.* Henoch, *5. 22.* Noë *6. 7. 9. & 7. 1. & 8. 7. 20.* Abraham, *12. 7. 8 & 13. 7. 4. & 18. 7. 18. 19. & 21. 7. 33.* Abrahæ famulus, *24. 7. 12.* Isaac, *25. 7. 25.* Jacob, *28. 7. 18. & 33. 7. 20 & 35. 7. 7.* Joseph, *42. 7. 18.* Moses *Exod. 17. 7. 15.* Josias, *2. Reg. 22. 7. 13. & 23. 7. 2.* David, *1. Paral. 2. 7. 26.* Asa, *2. Paral. 14. 7. 11.* Josaphat, *17. 7. 3.* Ezechias, *29. 7. 20.* Esa. *37. 7. 1.* Nehemias, *Nehem. 8. 7. 7.* Job, *Iob. 1. 7. 5. 20.* quidam Jerosolymitani, *Actor. 8. 7. 2.* Cornelius, *10. 7. 2.* Barnabas, *11. 7. 24.* Lydia, *16. 7. 14.* Justus, *18. 7. 7.* Lois & Eunice, *2. Timoth. 1. 7. 5.* Onesiphorus, *7. 16.* electa illa Domina, ad quam Joannes suam secundam scripsit Epistolam, *2. Ioan. 7. 1. 4.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

A Grippa Judæorum Rex: patriæ rituum servator religiosus, purus à contaminamentis omnibus, cui nulla dei præteribat sine sacrificio. *Ioseph. lib. 19. cap. 7.*

Constantinus Magnus vir magni animi, & virtutis eximie fuit: atque inter omnes Imperatores hoc uno nomine maxime memorabilis, quòd primus ex Imperatoribus nò solum Christum amplexus sit: sed Christianos etiam Imperatores reliquerit. Eius mortis nuncia stella crinita fuit, quæ permultos ante dies clarissimè fulsit. *Sigonius lib. 4.*

Theodosius posterior avi sui, & nomen, & pietatem referens, instituit aulam suam veluti scholam, in qua ad pietatem seorsumque exercuit: habens ordine distributa tempora lectionum, Psalmorum, jejuniorum, imò & vigiliarum. *Socrates lib. 7. c. 22.* *Theodorethus lib. 5. cap. 36.* *Niceph. lib. 14. cap. 3.*

Tiberiss excubitorum comes sub Justino II. ob pietatem ergà Deum, & liberalitatem ergà pauperes in tanta fuit gratia: ut à Justino Imperatore successor declararetur. *Theatr. Zuing. p. 3036.*

Leo V. piissimus Imperator, filius Basilii Macedonis Imperante patre Cæsar creatus: postquam Constantinus major ante patrem discessit, philosophus (quòd literis, ac potissimum Astronomiæ esset deditus) cognominatus fuit. *Cassimianus.*

Honorius Imp. cum semper in Deum optimum & maximum speraret, veraq; religionis studiosissimus esset, liberavit eum Deus à multis in eum undique insurgentibus tyrannis. *Sigebertus in Chronicis.*

Cerbenus

Cerbonum Episcopum Populonii Torilas Gothorum Rex ob occultas Romanorum milites, urso in circo objectit. Verum Deus bestiam illam prohibuit, ne quidquam ei noceret: sed deflexa cervice, demissoque capite, pedes eius lamberet. *Sabellianus lib. 5. Enn. 8.*

Stenkelius Sueciz Rex, iustitia & religione insignis, temporū promeruit suorum tranquillitatem: & in pax (quod ratum est, regibus præferim Aquilonis) quievit, circa annum Christi plus minus 1100. *Cranzius lib 5. Sueciz. cap. 12.*

¶ HIEROGLYPHICA.

IN antiquis operibus Juvenes duo subiecti iugo, currum trahere conspiciuntur: erant hi *Bithon* & *Cleobes* fratres. Hieroglyphicum id eorum indicabat pietatem, qui matrem currui impositum ad Junonis templum vexerint. Historiam *Pausanias* & alii tradidēre. *Pier. Valer. lib. 3. pag. 31. B.*

Rectè & Pietatem, quæque mutuo mortales mortalibus officia debent, per *Formicam* expresseris: si commear e eas in formicarium spectes, *Formica* alterius cadaver inferentes: prodire ex cavo aliquas, factasque obviam retrocedere quasi consternatas: alias demum vermiculos ab inferiori loco, utpote redemptionis præmia, pedibus cadaver redimant, convecrare: alias verò tentare, si quæ dissectæ fuerint, ut partes committant & coherere faciant &c. *Pier. Valer. lib. 8. pag. 69. B.*

Ciconiam videre est passim in *Hadriani* Imp. numis adjecta inscript. *Pietas Augusta*. Significabat hæc hominem erga parentes piū, & veræ charitatis insignem. *Pier. Valer. lib. 17. pag. 157. B.*

Vide Virtus, Bonum & Bonitas, Deus.

PIGRITIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

OMnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, Si quis in me non manserit, mittetur foras: sicut palmes, & arefcent: & colligent eum, & in ignem mittetur & ardebit. *Ioan. 15.*
Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. *Iacob. 4.*

Maledictus, qui opus Dei facit negligenter. *Ierem. 48.*

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excindetur, & in ignem mittetur. *Matth. 7.*

Vade ad formicam ô piger! & considera vias eius, & discite sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem

principem: parat in ætate cibum sibi, & congregat in mes-
qued comedat. *Proverb. 6.*

Usquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo?
Ibidem.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his, qui mor-
serunt eum in via. *Proverb. 10.*

Vult & non vult piger: anima autem operantium impingua-
bitur. *Proverb. 13.*

Pigrum dejecit timor: animæ autem effœminatorum ele-
vient. *Ibid. 18.*

Abscondit piger manum sub ascella, nec ad finem applica-
cam. *Proverb. 19.*

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo ætate, &
non dabitur ei. *Ibid. 20.*

Omnis piger semper in egestate est. *Ibid. 21.*

Desideria occidunt pigrum; noluit enim quicquam operari
Ibid.

Sicut ostium vertitur in cardine: sic piger in lectulo suo
Proverb. 26.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plaut. in Bacchid.

Sibi ne invideatur ipsi igna vi rectè carent.

Plautus in Rudente.

Opera

*Haud fui parcus mea, nimis homo nihil 'st, qui piger est:
Nimisq; id genus odi ego malè.*

Perlius Satyr. 5.

*Cras hoc fiet, idem cras fiet? quid, quasi magnum
Nempè diem donas? sed cum lux altera venit,
Iam cras hesternum consumpsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra.
Nam quamvis propè te, quamvis temone sub uno
Vertentem sese frustra sectabere cantum:
Cum rota posterior currat, & in axe secundo.*

Martial. lib. 5. Epigram.

*Cras te victurum, cras dicis Posthume semper:
Dic mihi cras istud, Posthume, quando venit?
Quàm longè cras istuc ubi est? aut unde petendum?
Nunquid apud Parthos, Armeniosq; latet?
Iam cras isthuc habet Priami, vel Nestoris annos:
Cras istud quanti dic mihi posset emi?*

Cras vives: hodie jam vivere, Posthume, servum est:
Ille sapit quisquis Posthume vixit heri.

§ EXEMPLA SACRA.

Pigris exempla: Israclitæ, *Numer. 11. v. 4. & 21. v. 4.* reduces à captivitate, *Agg. 1. v. 2.* Operarii, *Matth. 20. v. 3.* Servus nequam, *25. v. 26.* Apostoli, *Marc. 14. v. 40.*

Vide suprâ in titulis Ignavia, Desidia, Negligentia.

PO DAGRA.

§ APOPHTHEGMATA.

Alphonsus interrogatus, cur Podagrîci loquaciores cæteris essent? respondit, podagricos pedum vitio afflictos, ambulare non posse: ideoq; lingua, velut ambulatione quadam, crebrius uti solere. *Fanorm. lib. 3. de reb. gest. Alphosi.*

Pet. Fundanus audiens quendam familiarem de pedum dolore ejulatus emittere, nec posse illos compescere, accurrit ad clamores: ecquid, inquit, alii de itinere queruntur assiduo, laboribusq; quàm plurimis: ne perpetua negotiorum inquietudine alii: tu de quiete quereris atq; otio: quod si tibi molestum est, exurge parùm, & peregrè proficiscere. *Pont.*

Publius Syrus cum esset orta jocosa quæstio, quòdnam esset molestum otium? & alius aliud opinaretur, respondit, Podagra. Otium ut rem suavissimam expetunt omnes: sed otium Podagrîci cum summo cruciatu conjunctum est. *Pontanus Erasim. lib. 6. apoph.*

Vide Aegrotatio.

POENA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Satyr. 3. lib. 1.

Adsit

Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas:
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Ovid. Epist. 3.

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est:
Quæ venit indigne pœna dolenda venit.

PPP

Clau. in consul. Manlii.

Qui fruitur pœna ferus est, legumq; videtur
Vindictam præstare sibi: cum viscera felle
Canduerint: ardet stimulis, ferturq; nocendâ
Prodigiis, ignarus causa.

Seneca in Troade.

Si pœna petitur, quæ pati grauior potest?
Famulare collo nobili subeat iugum.

Tibullus 1. 9.

Ah miser, & si quis primò per iuria calate
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Stat. 5. Theb.

Movit & cœlestia quondam
Corda dolor, lentoq; irrepunt agmine pœna.

Ovid. 1. Pont. 1.

Est quæ pati pœnam, quàm meruisse, minus.

Horat. 3. Carm. 2.

Rarò antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Juvenalis 13.

Pœna autem vehemens, ac multò seuior illis.
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus,
Noctes, dieq; suum gestare in pectore testem.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nec domus, nec Respublica stare potest: si in ea nec reſta
Etis præmia extant ulla, nec supplicia peccatis. Cicero,
Natur. Deor.

Legibus præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitiis.
1. de Orat.

Verus justus, atque honestus labor, honoribus, præmiis
splendore decoratur: vitia autem hominum, atque fraudes
mnis, ignominiiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mul
tur. 1. de Orat.

Improbis pœna statuenda est: nec minor verò iis, qui fecerunt
erunt alterum, quàm iis, qui ipsi fuerint impietatis duces.
Lælio.

Quos ipsa natura retinere in officio non potest, ii magni
dine pœnæ maleficio submoveri debent. Pro Rosc. Amer.

Quotusquisque reperitur, qui impunitate proposita ab
nere possit injuria? Impunitas peccandi maxima est illece
3. Offic.

Non satis est eum, qui laceſſerit, injuriæ ſuæ pœnitere: ut ipſe ne quid tale poſthac committat, & cæteri ſint ad injuriam tardiores. *i. Offic.*

Eſt utilius: unius improbi ſupplicio multorum improbitatem coercere, quàm propter multos improbos uni parcere. *ſ. Actor, in Verr.*

§ APOPHTHEGMATA.

Solon percontatus, quid magis ad Reipub. ſalutem prodeſſet? reſpondit: ſi boni præmiis invitantur: mali autè pœnis coercentur. *Cic. ad Brut. & Stob. ſerm. 41.*

Idem interrogatus quam ratione nullum in urbe ſcelus perpetraretur? dixit: ſi tam indignarentur illi, quibus non eſt facta injuria, quàm quibus eſt. *ſ. Etæ eſt. Stob. ſerm. 41.*

Lysander rogatus, quàm Rempubliam maximè probaret? Eam, inquit, in qua fortibus viris ac malis congrua redduntur. *Plut. in Lacon.*

Agēſipolis Cleombroti F. quùm quiſpiam ei dixiſſet, ipſum cum æqualibus obſidem fuiſſe, filios verò, eorumq; uxores minimè merito, inquit: decet enim nos noſtra peccata noſtraſq; pœnas ferre. *Brufon. lib. 5. cap. 12. ex Plut.*

Theophrastus ſciſcita us, quidnā vitam humanā conſervaret? reſpondit: beneficentia, honor & pœna? *Stob. ſerm. 41.*

§ SIMILITUDINES.

UT qui diutina rabe conficiuntur, non effugiunt mortem, ſed lentè moriuntur. ſic qui non ſtatim puniuntur, non effugiunt pœnam, ſed longa ducuntur pœna. *Plut.*

Pigri remiges ſereno cœlo deſident in portu: deindè coguntur ſtantibus ventis navigare cum periculo: ſic qui non puniuntur cum eſt animo ſedato: coguntur aliquando vel iratus punire. *Plutar.*

Qui nos docuit ſagittare, non vetuit jaculari, ſed vetuit ne abſtraheremus à ſcopo: ita non eſt interdicta puniſio, ſed in tempore & aptè facienda. *Plutar.*

Cantharides & Scorpii in ſe circumferunt ſui veneni remedium: at ipſi peccato in eſt ſua pœna ſuppliciumq; *Plut.*

Uthienæ fel, & phœæ coagulum, atque aliæ peſſimarum ferarum partes adverſus magnos morbos efficaciæ habent remedium: ſic Deus peſſimis tyrannis utitur nonnunquam ad correctionem vitiorum. *Plut.*

Ut nec Domus, nec Reſpublica ratione quadam & diſciplina quadam designata videatur: ſi in ea nec rectè factis præmia extent ulla: nec ſupplicia peccatis: ſic mundi divina in homines

POE

POENITENTIA.

moderatio profectò nulla est: si in ea discrimen nullum est: bonorum ac malorum. *Cic. lib. 5. de natur. Deor.*

Sicut ex vipera, crocodilo, cæterisque nocentissimis bestii medici remedia quædam adversus venenorum noxam ad morbos efficacia quæruunt: ita animadversio innocentes multos vel arceat, vel revocat à facinoribus. *Erasm.*

Ciconiæ quoties convolant in campum quem Pythonis comen vocant (is est locus in Asia) quæ ultima omnium advenit, eam lacerant, atque ita discedunt in una omnium cessatione castigat: ita multitudinis vitia, unius insigni supplicio sunt vel sananda, vel arcenda. *Erasm.*

Ut magis est probanda medicina, quæ vitiosas corporis partes sanat, quam quæ exurit: ita melior magistratus, qui improbos corrigit, quàm qui tollit è medio.

Vide Punitio.

POENITENTIA.

SENTENTIÆ PATRUM.

POENITENTIA aboleri peccata indubitanter credimus, & in ultimo vitæ spiritu, si admissorum pœniteat. *August. de Eccl. dogm. cap. 48.*

Melius est modica amaritudo in faucibus: quàm æternum tormentum in visceribus. *Idem de 10. chord.*

In tribunal mentis tuæ ascende contrà te: & reum te constitue ante te. noli te ponere, post te: ne Deus te ponat ante te. *Idem in lib. de utilit. agen. pœn.*

Noli negligere, quod vos prius Dominus peccantes sustulit: quia quantò diutius expectat ut emendetis: tantò gravius pœnitentia cabit, si neglexeritis. *Ibidem.*

Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat: nihil profunt lamenta, si replicentur peccata: nihil valet à malis veniam poscere, & mala de novo iterare. *Idem in solil.*

Pœnitentia languores sanat, leprosos curat & mortuos suscit: sanitatem auget, gratiam conservat, claudis gressum, artem copiam, cæcis restituit visum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat. *Idem lib. de pœn.*

Apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris: non abstinentia: tam ciborum, quàm mortificatio victoriarum: propter quod tempora pœnitentiæ pro fide & conservacione pœnitentium abbrevianda præcipiuntur, & pro negligentia pœnitentium

Ayuntamiento de Madrid

proclanda existimantur, quum pro quibusdam culpis modi poenitentia sunt impositi. *Idem in quod. ferm.*

Necessaria est poenitentia, quae aut aequet crimina, aut certe excedat. *Idem in quad. epist.*

§ SENTENTIAE POETICAE.

Horat. Oda. 24. lib. 3.

Scelerum si bene poenitet

Eradenda cupidinis

Pravi sunt alimenta.

Ex Graecis Comicis.

Ἡ δὲ μετάνοια γλυκὴ ἀνθρώποις κελσις.

Prudentiores poenitentia efficit.

§ EXEMPLA BIBLICA.

POenitentiae contemptus exempla: Sedechias, 2. Paralip. 36. v. 13. Sacerdotes & Principes, v. 16. Israelitae, Ierem. 15. 7. Oleez, 7. 10. Chorazaim & Bethsaida, Matth. 11. 20. Luc. 12. v. 13. altera Jezabel, Apocal. 2. 21. Poenitentiae fructus, Actor. 12. v. 18. Poenitentiae praedicatio in Christi nomine, Luc. 24. v. 47. Poenitentiae praedicatio omnibus oblata, Actor. 17. v. 30. Poenitentiae verae & fictae exempla: In Patriarchis, Genes. 42. 21. Israelitis, Exod. 33. v. 4. Num. 14. 39. Iudic. 2. 4. & 19. 15. Ierem. 50. 4. Davide, 2. Sam. 12. 13. & 24. 10. Josia, 2. Reg. 22. 19. Roboamo cum Principibus ejus, 2. Paral. 12. 7. Ezechia, 32. 26. Esai. 38. v. 1. 2. 3. Manasse, 2. Par. 33. v. 12. 13. Esdra & populo, 1. Esdr. 10. v. 1. 2. 3. Jobo, Job. 42. 5. Berthulianis, Iudith. 7. 19. Macchabeo & Judaeis, 2. Macchab. 10. v. 25. 26. Ninivitis, Ionae 3. v. 5. 6. 7. 8. Matth. 12. v. 41. Luc. 11. 32. Petro, Matth. 26. 75. Marc. 14. 71. Muliere peccatrice, Luc. 7. 37. Prodigio filio, 15. v. 17. 18. 20. Zachaeo, 19. 8. Judaeis, 23. 48. Actor. 2. 37. Samaritanis Philippo praedicante, verbum Dei recipientibus & baptizatis, 8. 12. Eunuchis, v. 37. Paulo converso, 9. 18. & 22. 16. & 26. 17. & c. Lydda & Saronae, 9. 35. Cornelio, 10. 1. Carceris custode, 16. v. 33. Corinthiis, 1. Cor. 6. 11. 2. Cor. 7. 9. Poenitentiae fictae & hypocriticae exempla: Cain, Genes. 4. 13. Pharao, Exod. 9. v. 27. & 10. 16. Israelitae, Deut. 1. 41. Saul, 1. Sam. 15. v. 24. Jeroboam, 1. Reg. 13. 6. Achab, 21. 27. Judas proditor, Matth. 27. 4. Ananias & Sapphira, Actor. 5. 1. & c. Agrippa, 26. 28. Felix, 24. 25. Simon Magus, 8. 13. Elymas, 13. 10. Poenitentiae frustra quae sitae exemplum: Esau, Genes. 20. 38. Hebr. 12. 17. Poenitentiam agentes, etiam poenarum corporalium mitigationem impetrant. Exempla: Abimelech, Genes. 20. 1. & c. Maria poenitentiam agens liberatur a lepra, Num. 12. 11. Israelitae poenitentiam agentes, impetrant remedium contra serpentes ignito, 21. 7. Poenitentiam agentibus

POE

POENITENTIA.

promittitur liberatio à fame, peste, locusta, morbis, hostibus, captivitate, &c. 1. Reg. 8. v. 28. &c. 2. Paralip. 6. & 1. & 2. Achab, 1. Reg. 21. v. 4. 5. Jolias, 2. Reg. 22. v. 19. 20. David, 2. Sam. 24. v. 16. 17. 1. Paral. 21. v. 16. 17. Roboam & Principes eius, 2. Paral. 12. v. 7. 8. Ezechias, 32. v. 26. Vide Ierem. 25. v. 5. Dan. 4. v. 24.

§ EXEMPLA PROFANA.

Scribit Theophrastus Platonem jam ætate profectiorem, quòd non congruum terræ sedem, universitatis assignasset umbilicum pœnituisse. *Plut. in quest. Platon.*

Otho Cæsar pœnitens imperii suscepti, postero die à cæde Galbæ, cum in augurando tempestate orta graviter prolapsus esset, idem idem obmurmuravit: πῶς μοι τῆς μακροῦς αὐλοῦ; quid me oportebat longis tibi canere? *Suetonius.*

Otho IV. imp. anathematis fulmine ab Innocentio III. percussus, æmulum nactus est Fridericum II. nunquam postea felix, sub finem vitæ ineffabili contritione compunctus, in arce Hartsburg mansitabat: à Sifrido Hildeshemensi Episcopo absolutus, in pace quievit: quàm absolutionem Honorius Papa ratam habuit. Tanta autem fuisse ferunt morituri pœnitudo: ut coquinariis suis juberet collum suum calcaneis premere: & vilissimam Dei creaturam conculcare. *Cranzius libr. 7. Saxoniae sup. 37.*

§ HIEROGLYPHICA.

Christiani Theologi Craticulam Pœnitentiæ signum posuerunt: non tamen hinc tacitam mentis exulcerationem intellegentes: sed amaritudinem conscientiæ minimè simulaxam, manifestissimis vero conspicuam argumentis: quippè ubi luctus lacrimis & lamentatione conficimur ob ea, quæ nequiter & improbè patravimus. *Pier. Valer. lib. 34. pag. 319. B.*

Sunt etiam qui Salicem de torrente, orationis & Pœnitentiæ hieroglyphicum esse velint: ex loco Psalmi 137. *In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra. idem lib. 52. pag. 507. C.*

Vide Confessio.

POESIS, POETA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. in arte Poëtica.

Ut pictura, poesis erit, que si propius stes.

Te capiet magis, & quadam, si longius obstes.

*Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri
Iudicis argutum quæ non formidat acumen:
Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.*

Ovid. lib. 3. de arte Amandi.

*Adde quod insidiæ sacris à vatibus absunt:
Et facit ad mores ars quoque nostra bonos.
Nec nos ambitio, nec nos amor urget habendi:
Contempto colitur lectus & umbra foro.*

Ibidem.

*Scilicet ingenium placida mollitur ab arte:
Et studio mores convenienter eunt.*

Horat. in arte Poëtica.

*Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.*

Horat. in arte Poëtica.

*Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ:
Aut simul & jucunda, & idonea dicere vitæ.*

Ibidem.

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci:
Lectorem delectando, pariterquæ monendo.*

Horat. de arte Poëtica.

*Ille bonis fa veatquæ & concilietur amicis:
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapus laudat mense brevis: ille salubrem
Iustitiam, legesquæ & apertis otia portis.
Illa tegat commissâ, ideoquæ precetur, & oret:
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.*

Ovid. lib. 2. Remed. amor.

*Ne loquar in vitus, teneros ne tange Poetas:
Submoneo dotes impium esse meas*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Sunt tamen inter se communia sacra Poëtis?
Diversum quamvis quisquæ sequamur iter.*

Horat. de arte Poëtica.

*Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæsitum est? ego nec studium sine divite venæ:
Nec rude quid profit video ingenium, alterius sic
Altera poscit opem, res, & conjurat amicis.*

PPP 4

Ovid. lib. 3. eleg.

*Exit in immensum fœcunda licentia vatam,
Obligat historia nec sua verba fide.*

Ovid. lib. 3. de arte Amandi,

Quid petitur sacris, nisi tantum fama poetis?

Hoc votum nostri summa laboris habet.

Cura ducum fuerant olim, regumq; poetæ:

Premiaq; antiqui magna tulere chori.

Sanctaq; majestas, & erat venerabile nomen

Vatibus, & large sæpe dabantur opes.

Horat. de arte Poëtica.

Ficta voluptatis causa, sint proxima veris.

Horat. lib. 2. Epist. ad August.

Scribimus indocti, doctiq; poemata passim:

Hic error tamen, & levis hæc insania quantas

Virtutes habeat, sic collige. &c.

¶ APOPTHEGMATA.

Actius Poëta interrogatus cur nō ageret causas, quàm in tragœdiis optimè tractaret argumenta? quoniam, inquit, in tragœdiis ea dicuntur, quæ ipse volo: in foro adversarii dicent, quæ minimè velle. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Lacedæmonius quidam percontanti, quid ipsi videretur Tyræus poëta? Bonus, inquit, ad depravandos juvenum animos. *Plut. in Lacon.*

Pausanias Cleombroti F. interrogatus, cur Tyræum poëtam Spartæ civem fecisset? ne quis, inquit, externus dux nobis fuille videretur. *Plut. in Lacon.*

¶ SIMILITUDINES.

Quidam amethystum adhibent in comotationibus adversus ebrietatem: multò magis in audiendis poëtis præcepta sunt adhibenda: ne quid inficiant animum. *Plutar. Plin. lib. 37. cap. 9.*

Ut in his locis ubi multæ nascuntur herbæ ad remedium efficares, in iisdem multæ nascuntur lethales: sic in poëtis multa pestifera. *Plut.*

Ut Simonides dixit stupidiore esse Thessalos, quàm ut à se decipi possent: ita qui feliceiore sunt ingenio citius à poëtis corumpuntur. *Plutarch.*

Quemadmodum in vite luxuriantibus foliis ac palmicibus sæpe fructus occultantur: ita in poëmatibus figuris luxuriantibus.

tibus, multa cognita utilia fallunt adolescentem. *Plutarchus.*

Quemadmodum in iisdem pascuis apibus florem sequitur, capra fruticem, sus radicem, quadrupedia fructum: sic in poetis alius aliud querit: hic historiam, ille sermonis ornamenta, ille probationes, ille præcepta vivendi. *Plut.*

Quemadmodum juxta Philoxenum, suavissimæ sunt carnes, quæ non sunt carnes: & jucundissimi pisces, qui non sunt pisces: ita maximè delectat admixta philosophiæ poësis, & poësi admixta philosophia. *Idem.*

Ut apis ex amarissimis floribus, & asperrimis spinis mel suavissimum ac lenissimum colligit: sic ex turpibus ac sceleratis fabulis utcumque decerpere potest aliquid utilitatis. *Idem.*

Ut qui subito è summis tenebris in lucem educitur, magno perè perturbatur, nisi paulatim lumini assueverit: sic in poetis prælegendis, philosophorum opiniones inspergendæ animis puerorum: ne postea ad tam diversas doctrinæ rationes perturbentur. *Idem.*

Si multi inebriantur vino, non ob id incidendæ vites, ut fecit Lycurgus: sed propius admovendi fontes: ita si multi abutentur poetica, non protinus abjicienda, sed adhibenda cautio: ut fiat salutaris. *Plut.*

Ut mandragora juxta vites nascens, vinum reddit lenius: ita philosophiæ ratio admota poetiæ, moderatiorem efficit ejus cognitionem. *Plut.*

§ HIEROGLYPHICA.

Agyptii Sacerdotes, Poësin exoticam (nam de sua sanctius sentiebant) significaturi, *Polypi caput* effingebant: quod quidem esculentis appositum suavissimi saporis, ganæque jucundissimum esse perhibetur: cæterum horrenda prodigiosaque somnia parere deprehensum est. Per similem autè huic poeti-
cen esse dictabant, quæ fabulas amatoriasque illecebras sectaretur, ipso quidem dicendi lepore delectabiles, sed sonis moribus & honestiori disciplinæ maximè perniciosas. *Pier. Valer. lib. 27. pag. 258. D.*

Boni quoque Poëtæ symbolum est *Cygnus*. Nam veluti Cygni senio confecti, argutioribus ob gutturis exilitatem organis affectis suaviorem simul & vocaliorem emittunt vocem: ita etiam boni poetæ, quo per ætatem magis proferunt, scribere itidem solent elegantius & sapientius. *Pier. Valer. lib. 23. pag. 212. D.*

Omnium autem consensu receptum est, per *Apis* hierogly-

PO

POPULUS.

phicum Poeticam intelligere amœnitatem, ut apud Horatium
Fidis enim manare poetica mella, & ut ait doctissimus undecunq;
 Varro, *Apes causa Musarum esse dicuntur volucres. &c. Idem in*
lib. 26. pag. 241. B.

Vide Carmina.

POPULUS.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Maximus magister populus. *Cic. 3. Tusc.*

Populus sine comparatione probat, esse melius: non
 sentit illud quod est, qualecunque est probat. *De Claris Orat.*

Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.
Pro Rosc. Com.

Famâ, & multitudinis judicio moventur homines: ut id ho-
 nestum putent, quod à plerisque laudetur. *2. Tuscul.*

In imperita multitudine est varietas & inconstantia: & co-
 bra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. *In*
domo sua.

Qui in oculis est multitudinis, tamen illius judicio stare vo-
 lit: nec quod illa pntat, idem putet pulcherrimum. *2. Tusc.*

Non comitiis judicat semper populus, sed movetur plerumq;
 gratia, cedit precibus, facit eos, à quibus est maximè ambrosia
 denique si judicat, non delectu aliquo, aut sapientia ductus
 judicandum: sed impetu nonnunquam, & quadam etiam re-
 meritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non
 discrimen, non diligentia: semperq; sapientes ea, quæ populus
 fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt. *Pro Plane.*

Nullum fretum, nullus Euripus, tot motus, tantas, tam va-
 rias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, &
 quantos ætus habet ratio comitorum. Dies intermissus unus
 aut nox interposita sæpè perturbat omnia: & totam opinio-
 nem parva nonnunquam commutat aura rumoris. Sæpè
 jam sine ulla aperta causa fit aliud atque existimamus: ut non-
 nunquam ira factum esse etiam populus admiretur, quasi
 non ipse fecerit. *Pro Murena.*

Vide Vulgus: Item Respublica.

POTEN

POTENTIA, POTESTAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Oportandum est itaque, ut potestas non detur, nisi contra vitium: propter quæ vincenda, potentes nolunt esse homines: & volunt propter vincendos homines: at quid hoc? nisi ut vere victi, falso vincant: nec sint veritate, sed opinione victores. Hanc igitur potentiam planè optet unusquisque atque appetat, ut potens sit in seipso, & miro modo adversus seipsum pro seipso. *August. lib. 3. de Trinit.*

Cogitatio si assiduè mentem excoquit, omnem superbix tumorem premit, & potestatem acceptam, non honorem, sed onus ultimari facit. *Gregor. moral.*

Potestas namque quum habetur, & cogitanda est ad utilitatem, & dissimulanda propter timorem: quatenus qui vitatur, ut prodesset debeat, posse se nesciat. *idem ibid.*

Tunc solum potestas benè geritur, quum non amando, sed timendo retinetur: quæ ut ministrari rectè valeat, oportet primum, ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. *idem ibidem.*

Bona est ordine suo potentia, sed cuncta regentis indiget vita. *idem ibid.*

Summum in regibus bonum est, justitiam colere, ac sua unicuique jura servare, & in subiectos non sævire: non sinere, quod potestatis est fieri, sed quod æquum est, custodiri. *ibid. in reg.*

Principatus quem aut seditio extorsit, aut ambitio occupaverit, etiam si moribus atque actibus non offenderit: in ipsius tamen inirii sui exemplo est semper vitiosus: & difficile est: ut bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. *Leo Papa in quadam epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. in Agamemnone.

*Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti,
Dubioq; nimis excelsa loco.
Nunquam placidam sceptræ quietem,
Certum vè sui tenuere diem.
Alia ex aliis cura fatigat,
Vexatq; animos nova tempestas.
Furit alternos vel vere fluctus.*

Lucret.

Lucret. lib. 5. de Nat. rerum.

*Nunc aurum & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.*

Ovid. lib. 2. Metamorph.

Nulla potentia longa est.

Claud. de sepulchro spec.

Magna repente ruunt: summa cadunt subito

Ibidem.

Minimum decet libero, cui multum licet.

Ausonius in Cleobuli senten.

Quantò plus liceat, tantò libeat minus.

Boëtius Metro. 5. lib. 3.

*Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces:
Nec victa libidine colla
Fædus submittat habenis.
Etenim licet Indica longè
Tellus tuâ jura tremiscat,
Et servat ultima Thule:
Tamen atras pellere curas,
Miserasq; fugare querelas
Non posse: potentia non est.*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Conspicitur nunquam meliore potentia causa:
Quàm quoties vanas non sinit esse preces.*

Horat. Oda. 29. lib. 3.

*Ille potens sui
Latus deget, cui licet in diem
Dixisse, vixi.*

Seneca in Medea.

Nemo potentes agredi tutus potest.

Ovid. lib. 3. de Trist.

*Vsibus edocto si quicquam credis amico:
Vive tibi, & longè nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumq; potes prælustria vita:
Sævum prælustræ fulmen ab arce venit.
Nam quanquam soli possunt prodesse potentes:
Non profunt, potius plurimum obesse solent.
Effugii hybernas dimissa attenna procellas:
Lataq; plus parvis vela tumoris habent.*

Horat.

Horat. lib. i. Epist. ad Fulcum.

*Si quid mirabere, pones
Invitus: fuge magna, licet sub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

P Rinceps debet esse sermone affabilis, accessu facilis, vultu quò maximè populos demulcet amabilis, æquis propensus, iniquis acerbus. Talis, inquit, à tota civitate amatur, defenditur, colitur. hic princeps beneficio suo tutus, nil præfidiis eget: arma, ornamenta animi pro se habet. *Senec. de clementia ad Neronem.*

Regnantibus multò pejus periculum est, quàm his, qui judicantur, hi enim singulos timent: illi universos. *Idem lib. de moribus.*

Plato cùm vidisset Dionysium tyrannum corporis sui custodibus septum: quid tantum mali, ait, fecisti: ut ita à multis custodiâris? *Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

D iogenes interrogatus, quomodo quis vivere debeat sub potestate? Perinde atqui igni utendum esse dicebat: neq; nimis propè accedendum, ne exuraris: neque nimium procul, ne rigeas. *Anton. in Melissa part. 2. serm. 1. Stob. serm. 43.*

Chrysippus rogatus, cur potestatem omnem in Republica ad eò fugeret? respondit: quia si quis malè rexerit diis pœnas dabit: sin bene, odio à civibus habetur. *Stob. serm. 43.*

Demosthenes audiens quosdã in Repub. evahi cupere: omnium difficillimum esse dixit, ut hi, qui potestatem habent in multos, multis placeant. *Stob.*

Cùm *Pompejus* gravi laboraret invidia propter immodicam potentiam, & ob vulnus fascia linea tibiam vinctam haberet, dixit aliquis: quid refert ubi gestet diadema, in capite, an in crure? nam candidum amiculum olim erat insigne regum. *Erasm. lib. 6. apoph.*

C. Cæsar. proferentibus in medium, quòd Sylla dictaturam deposuisset: Cæsar perpetua gereret, quod minimum aberat à tyrannide, respondit Julius Cæsar: Syllam nescisse literas, eoq; Dictaturam deposuisse. *Eras. 4. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

U T qui obtuso fræno conatur equum domare, excutitur, e quo contemnente frænum: sic qui populum vincere conatur, non satis instructus potentia, ab imperio deturbatur. *Plut. Sol cùm*

PO POTENTIA. PRÆCEPTOR.

Sol cum maximè tollitur in altum, arduus ad polum septentrionalem, tùm minimum movetur: ita quò major est potentia, hoc magis coercenda est animi temeritas. *Plut.*

Ut in malis somniis, nonnulla turbat animum ægritudine, præterea nihil efficitur: sic mali, sed impotentes, non admodum lædunt. *Plut.*

Ut accisæ pennæ tempore renascuntur: ita nisi assidue premas, renascitur potentia. *Erasm.*

Ut Castoris & Pollucis faces, si solitariæ appareant, discessit est ostentum: si geminæ, salutare: ita non oportet potentiam esse sejunctam à sapientia, alioqui pestilentem. *Plin.*

Ut quædam fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, nec cera quidem confusa: ita divina vis, aut regis potentia in obstitentes dicitur vitæ, mollibus parcit & cedentibus. *Plin.*

Ut bruta fulmina montes feriunt irrito ictu: ita stulta potentia suas vires, in quod nihil opus est, consumit. *Plin.*

Sicuti nec Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem sentit fulmina: ita vel ingens potentia, vel extrema fortuna humilitas, tutum reddit à contumeliis. *Plin.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Marcus Crassus valebat gratia & metu, verùm metu præcipue. *Plut. in Crasso.*

Nouguardia, metropolis Rusiæ tam potens fuit: ut proverbialiter circumferrent civis eius: quis potest contra Deum, & magnam Nouguardiam? *Cranzius lib. 13. Vandaliæ. 15.* At eam Joann. Baptistæ filius Moschorum tyrannus sui juris effecit.

Patavium, Venetorum urbs, cunctas eius regionis excellens olim. Sub Augusto in ea censi fuere quingenti equestris ordinis viri: antiquis autem annis c & xx militum millia militum constat. *Strab. lib. 5.*

§ HIEROGLYPHICA.

Ægyptii sacerdotes Potentiam cujuspiam quæ & sociis & amicis omnibus perniciosa esset, per Aquilæ pennas significabant. Hujusmodi siquidem ea vis est, ut aliarum avium plumas si commisceantur, interterere, & quodammodo devorare videantur. *Pier. Valer. lib. 19. pag. 179. B.*

Vide Princeps, Regnum, Rex.

PRÆCEPTOR.

Vide Professor, Doctör.

PRÆ.

PRÆDESTINATIO.

Vide Providentia.

PRECES, PRECATIO.

Vide Oratio.

PRINCEPS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Octavia.

*Consulere patriæ, parcere afflictis, fera**Cæde abstinere, tempus atq; iræ dare,**Orbi quietem, seculo pacem suo:**Hæc summa virtutes, patitur hæc cælum via.*

Vergil. lib. 6. Æneid.

Parcere subjectis, & debellare superbos.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.

Idem lib. 1. de Ponto.

*Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:**Cuiq; dolet, quoties cogitur esse ferox.*

Martial. lib. 8. Epigram.

Principis est virtus maxima, nosse suos.

Claud. de 4. Honorii Conf.

*Hic tamen effectis nec fastidire minores:**Nec pete præscriptos homini transcendere fines.*

Ibidem.

*Tu civem, patremq; geras, tu consule cunctis:**Nec tibi, nec tua te moveant, sed publica vota.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Sævam.

Principibus placuisse viros, non ultima laus est.

Ovid. 8. Factor.

*Sic agitur censura, & sic exempla parantur:**Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.*

Juvenal. 8.

*Omne animi vitium tantò conspectius in se**Crimen habet, quantiò major, qui peccat, habetur.*

Claud. 1. Stil.

*Silicet in vulgus manant exempla regentum:**Vtq; ducum lituos: sic mores castra sequuntur.*

§ SENTEN-

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Magnum est, personā in Republica tueri principis: qui animis solum debet, sed oculis servire civium. *Cicero lippic. 8.*

Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt quibus tota commissa est Respublica. *Pro Milon.*

Si quis de contentione principatus laborat, quæ nulla debet, stultissimè facit, si vitis cum virtute contendit: ut cursus cursu, sic in viris fortibus, virtus virtute superatur. *lippic. 14.*

Non tantum mali est peccare principes (quanquam est magnum per seipsum malum) quantum illud, quod permittunt etiam imitatores principum existunt. Nam licet videre, quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem populo secutam. Nobilitum enim vita, victuque mutationes res civitatis mutari solent. Nec solum vitia concipiunt principes, sed ea infundunt in civitatem: neque solum obsequia quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpuntur, quæ exemplo, quàm peccato nocent. Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, vel corrumpere civitatis, vel corrigere possunt. *Cic. 3. de Leg.*

¶ APOPTHEGMATA.

Alexander interrogatus, qui optimus princeps esset? qui quit, amicos donis retinet, & inimicos beneficiis amicitia facit. *Anton in Meliss. part. 2. serm.*

Anaxilaxus rex percontatus à quodam, quem principem publicè salutarem pronuntiaret? respondit: qui beneficiis servitibus vinciquaquam patitur. *Phavorinus.*

Anaxilaxus Rhegius princeps interrogatus, quid in principibus licitissimum esset? respondit, nunquam beneficia conferre vinci. *Stob. serm. 46.*

Fridericus Imp. tùm demùm salvam Rempub. fore dicebant senatores de rebus consultaturi, in vestibulo curiæ simulacrum nem ac dissimulationem deponerent. Sic enim & ipsi consulere: & iudici inter consilia diiudicare non difficultet. *Aeneas Syl. lib. 3. Commenta. de reb. gest. Alphonf.*

Idem interrogatus, quinam sibi charissimi essent? qui quit, me non magis, quàm Deum ipsam timent. *Aeneas lib. 4. Comment. in res gestas Alphonf.*

¶ SIMILITUDINES.

UT qui non concieverunt neque cœnare, neque lavare si ex

si ex præscripto medici: ii. nec sanitate fruuntur: sic qui omnia ad principis iudicium refert, reddit eos dominos, plus quam vellet civitas: ut nihil jam nec rectè fieri possit, nisi principis arbitrio *Plutarch.*

Utrex mundi magna curat, parva relinquens fortunæ, quem admodum dicit Euripides: ita princeps non nisi in gravibus & arduis negotiis exercebitur. *Idem.*

Regula primùm recta sit oportet, deindè quæ applicentur, corrigat: ita princeps, primùm ipse vitiis careat necesse est: deindè aliis leges præscribat. *Idem.*

Eryngium herbam, si uni capræ in os inferas, cùm ipsa sistitur, tum omnes consistunt: donec pastor herbam eximat: ita principis mores, mira vi in populum transfunduntur. *Plut.*

Cybindus avis bellum internecinum gerit cum aquila, adeò ut coherentes sæpenumerò prendantur: ita fit aliquoties, ut dum mutuum inter se odium pertinaciter exercent principes, utriq; subvertantur, terriò quopiam invadente. *Erasm.*

Ut plures apparere soles prodigium est: ita plurcis esse Monarchas aut Principes vel Imperatores. *Plin. lib. 2. cap. 31.*

Ut Sol non aliis est pauperi, alius diviti, sed omnibus communis: ita Princeps personam spectare non debet, sed rem. *Erasmus.*

Sicuti Deus cùm nihil non videat, nihil tamen videnti similis est: ita Princeps nihil ignorare debet, multa dissimulare. *Idem.*

Ut magi prodigiosa quædam promittunt, iisq; promissis vulgus credulum alliciunt: ita principes maximarum rerum spes ostentant, ut sibi reddant addictos. *Idem.*

Quemadmodum vitis, tamen arbor omnium nobilissima, tamen arundinum, aut vallorum, aut arborum infrugiferarum ege: sustentaculis: ita potentes & eruditi inferiorum egent opera. *Idem.*

Ut vallis aliquoties frondibus suis vitem amplexam strangulat: ita nonnunquam adminiculi gratia obiter ascensu subvertunt & opprimunt potentiorum. *Idem.*

Leo cunctis formidatum animal tantum ac cristam galli formidat: ita summi principes infimorum convicia nonnunquam timere coguntur. *Idem.*

Cum cæteri mortales artem quam profiteri parant, prius adhibito studio discant: quanto majori cura principem oportet administrandi rationem perdiscere? Ac cæteræ quædam artes quatuor rebus potissimum constant natura, præceptis, exem

plis, usu: in principe lenis ac mansuetū ingeniū requirit Platorum.
 Non licet dormitabundū esse qui clavo assidet, & in temporum
 rerum periculis stertit Princeps? Nullum mare tam grave
 bet tempestates unquam, quā omne regnum assidue. Scilicet
 itaq; principi vigilandum est: ne quid erret, qui non nisi per
 morum pernicie delinquit. *Idem.*

Magnitudo navis, aut mercium pretia, aut vectorum numerus
 haud facit elatiorem bonum nauclerum, sed attentior
 ita bonus Rex quō pluribus imperat, hoc vigilantior esse debet
 non insolentior. *Idem.*

Servus servo præstantior, ut habet proverbium: ut dominus
 mino potior: quod alia sit ars, alia præclarior, alia functior
 melior. At principe in optimo sapientiæ genere oportet præ
 lere, ea est ratio rectè administrandi Rempublicam. *Idem.*

EXEMPLA SACRA.

Principum & Prælatorum malorum exempla: Aaron, *Exod.*
 32. v. 21. Filii Israelitarum, *Num.* 25. v. 4. Filii Heli, *1. Sam.*
 1. v. 12. 22. Jeroboam, *1. Reg.* 12. v. 19. 20. 28. 30. Achab, *1. Reg.*
 16. v. 7. Manasses, *2. Paralip.* 33. vers. 9. Nabuchodonosor, *Esa.* 47. v. 13.
 Reges Ægypti, *19. v. 13.* Sobna, *22. v. 16.* Sedectias, *Ierem.* 38. v. 1.
 Pilatus, *Matth.* 27. v. 18. 24. *Ioan.* 19. v. 13. Principes Sacerdotum
 Actor, *4. v. 18.* Magistratus Templi, *5. v. 18. 26. 40.* Judæorum
 Clerus, *6. v. 12.* Magistratus Philippenfis, *16. v. 22.* Ananias
 v. 2. 3. Felix, *24. v. 28.* Festus, *25. v. 9. 12.* Principes & Reges
 populo Judæico inaugurandi ritus exempla: In Josua, *Num.*
 27. v. 18. 19. Saule, *1. Sam.* 10. v. 1. 2. Davide, *16. v. 11. 12. 13. 2. Sam.*
 2. v. 4. 5. v. 3. Salomone, *1. Reg.* 1. v. 38. 39. Jehu, *2. Reg.*
 1. 2. 3. *Ioan.* 11. v. 10. 11. 12. Joachaz, *23. v. 30.*

HIEROGLYPHICA.

Ægyptii sacerdotes, si Principem aut Legislatorem significare
 vellent. Canu hieroglyphicum cum diademate, sive
 vel amiculo faciebant, reliqua corporis facie nudæ: proprie
 quod veluti *levisomna canum*, ut Lucretius ait, *fido cum p*
corda, in Deorum simulacris diligenter observandis detinenda
 tur: sic etiam Princeps, qui jura sit daturus, Regem qui
 acto tempore claruerit, nudum contemplari debet &c. *Valer.*
lib. 5. pag. 48. E.

Civitatem ab imbecillo rectam Principe significare qui vel
 Vrsi caput pingunt: invalidissimum est Vrsi caput, quod
 Leoni fortissimum. *Pier. Valer. lib. 12. pag. 107. A.*

Vide Potentia, Potestas.

PRINCIPIUM.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. i. de remed. Amôr.

*Sed tamen est artû tristissimâ janua nostrâ:
Et labor est unus tempora prima pati.
Aspicû ut pressos urant juga prima iuvcncos?
Ut nova velocem cingula lædât equum?*

Terent. in Heaut.

*Omnia hæc dum incipias gravia sunt, dumq; ignores:
Vbi cognoveris, facilia.*

Horat. lib. i. Epist. ad Lollium.

*Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude;
Incipe.*

Ausonius in Epigram:

*Incipe: dimidium facti est cœpisse: supersit
Dimidium: rursus hoc incipe, & efficies.*

Idem in Monosyl.

Incipe quicquid agas: pro toto est prima operis pars.

Plautus in Persa.

*Si quam rem accures sobriè, aut frugaliter:
Solet illa rectè sub manus succedere.
Atque Ædepol firmè, ut quisque rem accurat suam:
Sic ei procedit post principia. deniq; si males:
Aut nequam sit, male res vertunt, quas egit:
Sin autem frug sit, eveniant frugaliter.
Hanc rem exorsus sum facetè & callidè:
Igitur proventuram benè confido mihi.*

Lucret. lib. i. de Natur. rerum.

*Cui nisi prima fides fundata valebit:
Haud erit occultis de rebus, quo referentes
Confirmare animos quicquam rationè que amiss:*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Principi nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia.
Cic. i. Tuscul. & in Som. Scipio.

*Omnia rerum principia parva sunt: sed suis progressionibus
usata augetur. Cic. 5. de Finib;*

PR **PROBITAS. PRODIGALITAS.**
Principiis cognitis, multò facilius extrema intelliguntur.
Cic. pro Cluent.

Vide Finis.

PROBITAS.

§ SENTENTIAE POETICAE.

Ovid. de facie medica.

*Sufficit, & longum probitas perdurat in ævum:
Perq̄: suos annos hinc bene pendet amor.*

Plautus in Trinummo.

Is probus est, quem non pœnitet, quàm probus sit, & frugibus

Idem in Trinummo.

*Boni sibi hæc expetunt, rem fidem, honorem,
Gloriam & gratiam, hoc probis pretium est: eò mihi magis
Cum probis potius, quàm cum improbis vivere vandicui.*

Horat. Satyr. 6. lib. 1.

Magnum hoc ego duco.

*Quod placuit tibi, qui turpi secerni honestum:
Non patre præclaro, sed vita, & pectore puro.*

§ APOPTHEGMATA.

A *Dolefcens quidam cum venderetur, rogatus à licitatore
ne frugi, si fuero mercatus? Etiam si non fuèris mercatus
respondit. Ne fortuna quidem servilis, docere potuit
servilia loqui. Plut. in apophth. Lacon.*

*Vide Bonitas & Bonum. Item Pietas, Virtus,
Innocentia, Gratiudò, Ingratitudo, Malitia.*

PRODIGALITAS.

§ SENTENTIAE PHILOSOPHORUM.

P *rodigi sunt, qui pecunias profundunt in eas res, quæ
memoriam aut brevem, aut nullam sint relicturæ.*
Cic. 2. Offic.

Largitio fundum non habet. Cic. 2. Offic.

Muli patrimonia sua effuderunt inconsultè largientibus.
2. Offic.

Sequuntur largitionem rapinæ. Cic. 2. Offic.

§ APOPHTHEGMATA.

Alphonsus equiti subindè aliquid flagitanti, sed mox quod acceperat, profundenti si pergam, inquit, tibi dare, quæ petis, citius me pauperem effecero, quàm te divitem. nam qui tibi donat, nihil aliud quàm aquam infert pertuso dolio. *Pamormit. dereb. gest. Alphonsi lib. 2.*

Timotheus in Aristophontem prodigum gravissimè invehebatur, inquit; cui nihil satis est, eidem etiam nihil turpe. *Ælia. lib. 13. de var. hist.*

Socrates videns quendam facilè omnibus gratificari, nulloq; delectu suppeditare: malè pereas, inquit, qui Gratias virgines, ut scorra, prostituisti. *Stob. serm. 14.*

Diogenes præteriens prædigi cujusdam ædes, inscriptionem habentes, venales. facilè, inquit, divinabam fore: ut præ immo-dica crapula domum evomeres. *Laert. lib. 6.*

§ SIMILITUDINES.

Ut ager ferax, sed quem oporteat multo impendio colere, non multū juvat colonum: sic homo quæstuosus, sed idem sumptuosus, haud malum reponit hæredi profuturum. *Plinius lib. 18. cap. 5.*

Sorbo folia universa decidunt, cum cæteris arboribus paulatim id accidat: ita quidam subito nudantur, aut profundunt, aut genus vitæ commutant, cum sensim id fieri oporteat. *Plin. lib. 16. cap. 15.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Cum *Xerxes* exercitum in Græciam traducere pararet, (ut auctor est apud *Zenodotum Dicæarchus*) Græci desperatis rebus, facultates suas absumpserunt, ne multum reliquum fieret: quod hostis tolleret: ita dicentes: Hæc *Medus* non observavit: eaque vox in adagium abiit: ubi quis largius impenderet sua: ne venirent in aliorum manus. *Erasmus in Adagis.*

C. Corn. Sylla, quò corrumperet, & ad transitionem pelliceret aliorum milites, prolixus & profusus fuit in suos. Itaq; cum pariter alios ad prodicionem, & suos perverteret ad luxuriam, grandi pecunia opus habebat. *Plutar. in Sylla.*

Narrantur omnium Græcorum prodigentissimi fuisse *Thesali*, & in vestitu, & omni vivendi ratione: quæ etiam causa illis extitit: ut Persas in Græciam allicerent: quum Persæ deliciis hujusmodi invidissent. *Athen. lib. 12. cap. 10. & lib. 14. cap. 32.*

Asiaticus luxuræ, à multis ubiq; proclamatur, à quibus omnes

PR **PRŌDIGALITAS. PRŌDITIŌ.**

laetitiz & immodici sumptus ad Romanos defluerunt. *Valer. Maxim. lib. 2. c. de inst. antiq.*

Ctesippus, Chabrie filius, paterni etiam sepulcri (in quod populus Atheniensis, mille drachmas impenderat.) lapides prodege *Diphilus in Expirantibus.*

Quintus Fabius, Fabii Rutiliani filius, ob devoratum in luto patrimonium, Gurges cognominatus est. *Macrob.*

Fabius Allobrogis filius, adeo luxuriosam perditamq; egit vitam, maiore usq; indignam: ut Pompejus prætor urbanus, paternis bonis ei interdixit. *Valerius.*

M. Antonius unius anni spacio, cc. talentorum millia ex Africa ducis exacta sumpsit. *Plutarchus in Antonio, & Sabellicus lib. 4. Ep. 6.*

C. Julius Cæsar rapacitatem & prodigalitatem Catullis suis confectatus est iambis, sub Mamurræ nomine. *Theatr. Zuinger. fol. 2386.*

Otho Imp. à prima adolescentia prodigus ac procaz fuit: adeo ut sæpe flagris castigaretur à patre. Noctu vagabatur in validum quemque obviorum verberans. *Suetonius.*

Vide Liberalitas.

PRŌDITIŌ.

¶ **SENTENTIÆ POETICÆ.**

Claud. lib. 2. in Rufinum.

*Hæu, hæu! quàm brevis pereunt ingentia causis?
Imperium tanto questum sanguine tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quot tantis Romana manus contexuit annis:
Proditor unus iners angusto tempore vertit.*

¶ **SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.**

Proditio celeri pœna vindicanda est. *Valer. Maxim. lib. 9.*

Falluntur qui proditionis præmium spectant. *Quint. Curt. lib. 5.*

Major dimicatio est cum perfidia & proditione sociorum quam cum hostibus. *Livius lib. 2.*

Semel proditori nulla danda est fides. *idem lib. 5.*

Fœdæra injustè frangere impium est: sed hostes fallere, non justum est modo & honestum: sed jucundum quoque & lucrativum. *Plutarchus.*

APOPH.

§ APOPHTHEGMATA.

Thericyon Delphis rediens, quum videret in Isthmo angustias à Philippicopiis occupatas: malos, inquit, ô Corinthii, portarum custodes vos habet Peloponnesus. *Plutarchus in Lacon.*

Philippus interrogatus quos amaret præcipuè, & quos maximè odisset? respondit: prodituros quidem in primis amo: eos verò, qui jam prodiderunt, odi maximè. *Stob. serm. 52.*

Agis Archidami E quum Ephori ei dicerent, proficiscere, juventutem tecum ducens, ad hujus (proditorem quendam ostendentes) patriam. nam is ipse te perducet in arcem: Et quum convenit, inquit, tot juvenes ei credere, qui patriam prodidit? *Plur. in apophth.*

§ EXEMPLA SACRA.

Proditionis exempla: Cain, *Genes. 4. vers. 8.* Simeon & Levi, *34. vers. 25. 27.* uxor Samsonts & Philisthæa, *Judic. 14. v. 17.* Dalila, *16. vers. 9.* Saul, *1. Samuel. 18. v. 11. 17. 25.* Doeg, *22. v. 9.* viri Ceilæ, *23. v. 5. 7. 12.* Ziphæi, *vers. 19. & 26. v. 1.* Joab, *1. Samuel. 3. vers. 27. & 20. v. 10.* Rechab, *4. v. 6.* David, *11. v. 14. 15.* Ammon, *13. v. 10. 11.* Absalom, *v. 18. & 15. v. 7. 10. 11.* Zambri, *1. Reg. 16. vers. 10.* servi Joas, *2. Reg. 12. v. 20. 2. Paralip. 24. v. 25.* Phacee, *2. Reg. 15. v. 25.* Sennacherib filii, *19. v. 37.* servi Amon, *21. v. 23. 2. Paralip. 33. vers. 24.* Ismael filius Nathaniæ, *2. Reg. 15. vers. 27. Jerem. 41. v. 2. 6. 7.* cives Jerosolymitani, *2. Paralip. 25. vers. 27.* Judæorum hostes, *1. Esdr. 4. vers. 2. Nehem. 6. v. 2.* duo Eunuchi, *Esth. 2. vers. 21.* Davidis hostes, *Psalms. 35. v. 23. & 41. vers. 10.* hostes Dantelis, *Daniel. 6. vers. 11. 12.* Scribæ & Pharisei, *Matth. 12. v. 10. Marc. 3. v. 2. Luc. 6. v. 7.* Judas Iscariotes, *Matth. 26. v. 49. Marc. 14. v. 45. Luc. 22. v. 47. 48. Ioan. 18. v. 5.* Judæi, *Actor. 7. v. 52. & 23. v. 15.* Vide *Doli exempla.* Proditionis pœnæ exempla: Servi Joas, *2. Paralip. 25. v. 3.* servi Amon, *33. v. 25.* duo Eunuchi regis Assueri, *Esth. 2. v. 22.* Judas proditor, *Matth. 27. v. 5. Actor. 1. v. 18.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Cilicon, cognomentum Achæi Meropis filii, à vuerice Cilissæ patriam Miletum Priensibus prodidit, cum dux exercitus esset. *Suidas.*

Diognetus Erythæorum Dux, proditor signorum militum, amore Polycritæ puellæ. *Theatr. Zuing. fol. 3573.*

Phryno & *Philocrates* ambo proditores, aliter ob proditionem Athenis exulavit: & ob lenocinium malè audivit: *Phryno au-*

PR **PRODITIO. PROFESSOR.**

tem ob prostitutum suum filium, quemad Philippum Macedonem adduxerat. *Suidas.*

Aeneas & Antenor patriam Trojam Græcis, cum illos perperam, quæ equinam habuit effigiem, introduxissent noctu, prodidisse dicuntur rumore incerto. *Sabell. lib. 7. En. 1.*

Peleponnesiaco bello, quod inter Athenienses & Spartanos gestum est, Agidi Lacedæmoniorū duci Xenias Eleus Elin ipsi tradere est aggressus. *Pausan. in Achaicis.*

Lasthenes, qui Philippo Macedonum regi Olynthum prodidit, quærebatur, se ab illius amicis, ut proditorem infamaret Philippus: Macedones, inquit, natura rustiores sunt ac rudes & scapham dicunt scapham. *Cælius lib. 8. cap. 3. Antiquarum Institutionum.*

Præfectus Brutiorum prodit Q. Fabio Maximo Tarentum. *Theatr. Zuing. fol. 3575.*

Eurybatum scribit Ephorus, Ephesum fuisse, qui acceptam Croeso pecuniam ad conducendum militem adversus Persam Cyro tradiderit. Hinc Eurybatos, improbos & proditores dicit *Suidas.*

PROFESSOR, PRÆCEPTOR.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Nullum munus Reipub. afferre majus, meliusve possumus quam si doceamus atque erudiamus juventutem, in qua fertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapsa est: omnium opibus refrænanda atq; coercenda sit. *Cic. 3. de Divin.*

Nulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis consenuerint vires atq; defecerint. *Cato Major.*

Pædagogi negligendi non sunt, sed quo dam modo colendi. *Lælius.*

Nemo est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores sui, atque doctores, cui non locus ille mansuetus ubi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in membris versetur. *Cic. pro Plancio.*

Idem erant antiquitus vivendi præceptores, atque dicendi. *Cic. 3. de Orat.*

§ APOPTHHEGMATA.

Demosthenes cuidam seiscitanti: quo tandem modo aliquid sibi præceptor fieri possit? respondit: si quæ in aliis reperiuntur habentur.

headit, in se maximè reprehendat. *Anton. & Maxim. serm. de admonitione.*

Antisthenes rogatus, cur esset in discipulos tam severus? & medici, inquit, ægrotos suos simili modo objurgant. *Laert. lib. 6. cap. 1.*

Cùm *Agisili* Lacedæmoniorum regi diceret quidam; admirari se, quòd cum esset avidus discendi, non adjungeret sibi *Philophanem* sophistam: regali prorsus indole, respondit, eorum, volo esse discipulus, quorum sum & filius. *Erasim. ex Plutarch. in Lacon.*

Lacon quidam pædagogus pueri, cura suscepta, cùm interrogaretur, quid esset illum docturus? efficiam, inquit, ut honestis delectetur turpibus offendatur. Nihil efficacius ad veram felicitatem, quàm amare virtutem propter se, odisse vitium propter se. *Plutar. in Lacon.*

Spartanos quidam interrogatus, quid conferrent utilitatis pueris adhibiti pædagoi? efficiunt, inquit, ut quæ sunt honesta, eadem pueris fiant etiàm jucunda. *Plut. in Lacon.*

Alexander *Aristotelem*, cui puer formandus fuerat traditus, summa veneratione prosequatur: dicens, se illi non minus quàm patri debere: quòd à patre vivendi, à præceptore bene vivendi initium accepisset. *Plutar. in eius vita.*

Diogenes puerum conspiciens indecorè se gerentem, pædagogum illius baculo percussit, dicens: cur sic instituis *Aphthonia* & *Priscianus*.

Alcibiades ludum literarium ingressus, poposcit *Iliadem* *Homeri*; cumq; ludi magister negasset sibi esse quicquam *Homeri*, impugit illi pugnum. & abiit: declarans, impudenter eum docere literas, qui non semper *Homerum* haberet in sinu. *Erasim. lib. 5. apoph. ex Plut. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT quidam crebris diverticulis viam brevem reddunt longam: sic nonnulli ducentem crebris quæstiunculis nihil ad rem pertinentibus interpellantes, perpetuam interrumpunt doctrinam. *Plutar. in Lacon.*

Ut pulli involucres, semper hiantes pendent de ore alieno: sic quidam molesti sunt docti, quòd necessariùm sit eis omnia mansa in os inferere, nihilq; tradant ipsi sibi. *Idem.*

Ut non satis est soli bonitas, nisi accedat & cultor idoneus, semina: ita non sufficit ingenii felicitas, nisi accedat doctor, & institutor egregius & præcepta idonea. *Idem.*

Ut sacrificiis honorem habet civitas, quod commune omnium

PR PROFESSOR. PROMISSIO.

bonum à Diis petant: ita multò magis honorandus principis præceptor bonus, qui talem fingit, ut omnibus sit utilis futurus. *Idem.*

Ut agricolæ vallos apponunt arbusculis: quò rectè crescant: ita qui instituit, addit monita & præcepta ingenius salubria, ne divaricent in vitia. *Idem.*

Ut maximi medici, minores quoq; morbos optimè sanant: ita doctissimi præceptores, & minima optimè docent. *Erasm.*

Ut boni agricolæ est nosse terram, quam colit: ita præceptor diligens in primis studeat cujusq; indolem & ingenium cognoscere: neq; enim eadem omnibus adhibenda. *Idem.*

Vide Doctor, Doctrina.

PROMISSIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quid honestius, rem negare, aut longos terminos dare? terminum termino addere, negandi est hoc tempus, calliditas negandi. *Cassiod. in quadam epist.*

Timeo ne in nostra promissione illud vulgare proverbium locum habeat: dum herba crescit, equus moritur: & dum fugans canis mingit, fugiens lupo evadit. Dubitatur enim, an sit beneficium, cujus dilatio cruciat expectantem? *Petr. Chrysol. in quadam epist.*

Sunt qui plura promittunt, & pauca reddunt: & eos quibus mentiendo promittunt, inimicos sibi faciunt. *Idem glos. supra Eccles. 22.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. de arte Amandi.

Pollicitis dives quilibet esse potest.

Horat. lib. 2. Epist. ad Florum.

*Multa fidem promissa levant: ubi plenius a quo
Laudat venales, qui vult extrudere merces.*

Terent. in Andria.

*In denegando modo quis pudor paululum adest,
Post ubi tempus est promissa jam perfici:
Tum coacti, necessariò se aperiunt.
Et timent, & tamen res eos premit denegare.
Ibi tum eorum imprudentissima oratio est.
Quis es tu? quid mihi es? cur mea tibi?*

*Hæc, proximus sum egomet mihi. Attamen ubi fides
Stroges, nihil illos pudet. hîc ubi opus est non verentur:
Ilic, ubi opus non est, ibi verentur.*

Ovid. Epist. 6.

Mobilis Æsonide, vernaq; incertior aura:

Curtua polliciti pondere verba carent?

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICÆ.

PActa semper & promissa servanda sunt, quæ nec vi, nec dolo malo facta sunt: illa servanda non sunt, quæ non sunt iis iplis utilis, quibus illa promiseris. *Cic. 3. Offic.*

Illis promissis standum non est, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit. *Cic. 1. Offic.*

Promissa non sunt servanda iis, quibus promiseris, inutilia si sint nec si tibi plus noceant, quàm illi prosint, cui promiseris. *Cic. 1. Offic.*

Sceleram promissio & iis, qui expectant, perniciofa est, & iis, qui promittunt. *Cic. Philip. 8.*

Semper in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum est. *Cic. 1. Offic.*

Quod affirmatè, quasi DEO teste promiseris, id tenendum est. *Cic. 3. Offic.*

Quod ex animi tui sententia juraveris, id non facere perjurium est. *Idem ibid.*

Quod ita juratum est, ut mens conciperet fieret oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum perjurium est. *Cic. 3. Offic.*

¶ APOPTHEGMATA.

Agesilaus quùm inducias per tres menses pactas Tissaphernes non servasset: oratores ad eum misit, qui agerent gratias illi, quod promisso non servato, Deos sibi hostes reddidisset. *Plutar.*

Idem Agesilaum Lacedæmoniorum regem quùm quidam urgeret improbe postulando, ut promissum præstaret, atque hoc ipsum crebrò repeteret: rectè sanè, inquit, rex. Siquidem justum est, quod petis, promissi: sin minus, dixi, & non promisi. Plutar. in Lacor.

Phocion dicere solebat: non magna quidem hominibus promittenda, sed magna facienda esse. Verùm eius dictum invertunt hodiè qui aureos montes ac Cræsi opes pollicentur hominibus: cum ne gry quidem præstent. Stob. serm. de Prudentia.

Idem quùm Leosthenes civitatem Atheniensem ad bellum populisset, magnificis spebus ad nomen libertatis ac principatus cre-

tus erectam: *Phocion* illius verba dicebat esse Cupressis similes quæ sublimes quum sint ac pulchræ, fructum non habent. *In apophteg.*

Vide Fides.

PRONUNCIATIO.

§ APOPTHEGMATA.

Theocritus ad Grammaticum quendam Ludimagistrum quædam pronunciantem accedens, rogavit: qui sit, quod Grammaticam non doceas? Is quum respondisset, quoniam igitur quid tum? dixit: nam legere etiam nescis. *Stob. serm. de ignorantia.*

Demosthenes cuidam percontanti, quid esset in eloquentia principium? respondit, actio. Roganti, quid proximum? respondit, actio. Roganti, quid tertium? nihil aliud respondit, quod actio: tantum tribuens pronuncianti, ut in ea totum existimaret. *Erasm. lib. 4. apoph. ex Quintil.*

Pausanias Sophista, quoniam more suæ gentis crassa loquens sonabat, confundens consonantes, breves producens, præteritas corripuens: vulgò dictus est coquus, qui pretiosa oblitus malè condiret. *Philost. in sophist. & Volat. lib. 18. Urban. comm.*

C. Cæsaris dictum celebratur, quod prætextatus adhaerens promptissime fertur in quendam modulatus orantem: si legis: si cantas, malè cantas. *Erasm. lib. 6. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

Sicuti picis mirum est studium imitandi verba hominum: ut in conatu nonnunquam emoriantur: ita nonnulli ad ediscere preculas & psalmos, eosque subinde sonare, cum non intelligunt. *Erasm.*

Taurus avis cum sit pusilla: tamen boum vocem imitatur: ita nonnulli cum re sint exigui: tamen loquuntur regum & trapas. *Idem.*

Bona fabula aliquando exhibetur, vitio histrionis magis: ita bona oratio displicet, si quis parum aptam pronunciantem. *Idem.*

Ut eodem halitu, sed aliter emisso calefacimus, ac refrigeramus: ita eadem oratione aliter pronunciata movebitur & ætus, aut frigebit. *Idem.*

Qui nimium incitatus fertur, non ubi vult sistit sese, sed ubi magis effertur, quam velit: sic nimia in dicendo celeritas perit. *Senec.*

S Tentor
vi et au

Erasmus

Thras

Athenic

fragio A

Basil

fuit, atq

calior et

veritati

Carol

poris fo

Saxonie

Preser

in camp

ventus.

Erico

vox tan

sed etia

Dem

tum la

cap. 14.

T. M

rus rel

Mic

& sylla

ipse fu

Lud

pediti

Cuspin

NE

le

Ne

jus pe

§ E

§ EXEMPLA PROFANA.

Sentoris meminit *Homerus Iliad.* 1. cique ferream, hoc est, in-
victam attribuit vocem:

Σέντορι εἰσαυρήνῃ μεζαλήτορα, χαλκροφάτοι,
Ὅς τόσον ἀνξήσας χ' ὅσον ἄλλοι περὶ τήνδ' ἔειπε.

Erasmus in Adagio.

Thrasibulus dux classis, superavit vocis magnitudiue omnes
Athenienses sua tempestate. Hic auctor fuit, ut militari suf-
fragio *Alcibiades* ab exilio revocaretur. *Sabell. lib. 8. Enn. 3.*

Basilus Magnus *Cæsariensis* Episcopus, debili & exili voce
fuit, atq; difficili. Sed ad extremum, priusquam expiraret, vo-
caltor est factus: & cygnorum instar, cum verbis obdormivit
veritatis, ut *Naxian*, in orat. de *Basilio* testatur.

Carolus Magnus voce quidem viri & clara fuit, sed quæ cor-
poris formæ, seu proceritati non responderet. *Cranzius lib. 2.*
Saxoniae cap. 7.

Pescennium Nigrum Imp. legimus voce adè fuisse canora: ut
in campo loquens, per mille passus audiretur: nî obniteretur
ventus. *Cælius lib. 19. cap. 12. A. L.*

Erico II. Danorum regi robustissimo & admodum procero
vox tam sonora fuit: ut in actionibus non solum à presentibus
sed etiam à remotissimis liquidò exaudiretur. *Saxo. lib. 12.*

Demosthenes quia blæsus erat, in exprimendo q̄ literam mul-
tum laborasse dicitur, pro qua λ proferebat. *Alexander libr. 6.*
cap. 14.

T. Manlius Torquatus ob ingenii & linguæ tarditatem à patre
rus relegatus est. *Liv. lib. 9. Dec. 1. Val. Max. lib. 6. cap. 9.*

Michael Balbus Imp. adè in literis componendis tardus erat,
& syllabis conficiendis: ut librū alius facilius perlegeret, quam
ipse sui nominis elementa recenseret. *Cedrenus.*

Ludovicus III. *Caroli Calvi* ex *Hirmentrude* filius, quòd im-
peditioris & tardioris linguæ esset, *Balbus* est cognominatus.
Cuspinianus.

PROSPERITAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nemo frangitur adversorum molestia, qui prosperorum de-
lectatione non capitur. *Augustin. de verb. Dom. lib. 2.*

Nemo gratuletur homini, qui prosperatur: in vita sua, cu-
jus peccatis decet ultor, & ad eum laudator. Major hic ira Domini
est.

est. irritavit enim Dominum peccator: ut ista patiatur, id est ut correctionis flagella non patiatur. *Augustin. in Psalm. 7.*

Magnæ virtutis est, cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa subvertat felicitas. magnæ inquam virtutis est felicitate luctari: magnæ felicitatis est, à felicitate non vitari. *Idem de verb. Dom. cap. 13.*

Idcò Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut quæratur felicitas, cujus dulcedo non est fallax. *Idem sup. Man. serm. 29.*

Prospera hujus mundi asperitatem habent veram, jocunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseræ, spem beatitudinis inanem. *Idem epist. 36.*

Nulla res longa mortalium: omnisquæ felicitas seculi dicitur tenetur, admittitur: quum enim tribulationis tempus advenit, omne quod præteritum est, nihil adjuvat sustententem. *Idem super Esa. lib. 7.*

Difficile, imò impossibile est, ut præsentibus & futuris quæ fruatur bonis: ut hîc ventrem & ibi mentem impleat: ut ad illicias transeat, & in utroque seculo primus sit: ut in terra, & in cœlo appareat gloriosus. *Idem in epist.*

Quum quis positus in prosperitate diligitur, incertum est utrum prosperitas, an persona diligatur? Amissio autem felicitatis interrogat vim dilectionis: nec prosperitas quippè amicum indicat, nec adversitas inimicum celat. *Gregor. in moral.*

Justis amplius placet ex adversitate mala perpeti, quam ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari. *Idem ibid.*

Præferendus ille, & magnus est, cui inter prospera saltem risus indecentior, aut sermo insolentior aut immoderatio corporis vestis vel corporis non irrepserit. *Bernh. lib. 2. de consid.*

Quid profuit illis superbia? quid divitiarum jaçantia? mundi potentia? vana voluptas? brevis lætitia? magna familia? immoderata concupiscentia post voluptatem? ubi jocus? ubi risus? ubi jaçantia? ubi arrogantia? heu de tanta lætitia, quanta tristitia. *Idem ibidem.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. de Trist.

Dùm juvat, & vulturidet fortuna sereno:

Indelibatas cuncta sequuntur opes.

At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli:

Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

Ibidem

Ibidem.

*Donec eris felix multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris:*

Auson. in Pittaci sententia.

Paucos amicos rebus adversis proba.

Vergil. lib. 10. Æneid.

*Nescia mens hominum sati fortisq; futura,
Et servare modum rebus sublata secundis.*

Ovid. lib. 1. de arte Amandi.

*Mens erit apta capiti tunc, cum letissima rerum:
Ut seges in pingui luxuriabit humo.*

*Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore
Ipsa patent: blanda tum subit arte Venuses,*

Tunc cum tristi erat defensa est Ilion armis:

Militibus gravidum lata recepit equum.

Idem lib. 2. de arte Amandi.

Luxuriant animi rebus plerumq; secundis:

Nec facile est aqua commoda mente pati.

Senec. in Oedipo.

Res secundæ non habent unquam modum.

Seneca in Troade.

*O tumide, rerum dum secundarum statuas;
Extollit animos.*

Idem in Agamemnone.

Prospera animos efferunt.

Sillius Ital. lib. 1. bel. Pu. se.

Heu casæ mentes, tumefactaq; corda secundis:

Idem lib. 7. bel. Pun.

Arrectæ spes Sidoniæ, fervetq; secundis

Fortuna juvenis.

Statius lib. 12. Theb.

Ignote tantum felicibus aræ.

Senec. in Thyeste.

Nemo confidat nimium secundis:

Nemo desperet meliora lapsis.

Miscet hæc illis, prohibetq; Clotho.

Stare fortunam, rotat omne fatum.

Ausonius in Periandri sententia.

Si fortuna juvat, caveo tolli:

Si fortuna tonat, caveo mergi.

Terent.

Terent. in Phormione.

*Quamobrem omnes cum secunde res sunt, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto adversam erumnam sint*

Ovid. lib. 4. de Ponto.

*Tu quoque fac timeas, & quæ tibi lata videntur.
Dum loqueris, fieri tristia posse puta.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Fuscum.

*Quem res plures nimio delecta vere secunda,
Mutata quatient.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Cætera exempla fortunæ variantis innumera. etenim quæ
facit magna gaudia, nisi ex malis? aut quæ mala immet
nisi ex ingentibus gaudiis? Nulla est profectò solida felicitas
quem contumelia ulla vitæ rumpit. *Plin. lib. 7. hist.*

Res est inquieta felicitas, ipsa se exagitat: movet cerebrum
non uno genere alios in aliud irritat: hos in potentiam
in luxuriâ, hos inflat, hos mollit & totos resolvit. *Senec. epist.*

Neminem eò fortuna provexit: ut non tantum minaretur
illi, quantum promiserat. *Idem epist. 24.*

Ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit, aufert
abstulit, reddit: nec unquam tutius est illam experiri, quam
quàm locum injuriæ non habet. *Idem lib. 5. declam.*

Lætiores relinquit, quos nunquam fortuna respexit
quos deseruit. Noli hinc tranquillitati confidere: in motu
mare evertitur: eodem die, quo ibi luserant navigia, forbescit
Idem lib. de tranquillit. ani.

Minus diligenda sunt prospera, quæ à desperatione sunt
principium. *Ibid.*

§ APOPHTHEGMA.

Socrates sciscitatus, quid bonis viris molestum esset? re
dit, malorum prosperitas. *Anton. & Maxim. serm. de spe
bona & mala.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Prospérité superbiæ occasio, *Rom. 2. v. 4.* Exempla
ta, *Deut. 32. v. 15.* Prosperitas Christi tempore, *Matth. 4.*
Prosperitatis mala, *Proverb. 30. v. 9.* *Ierem. 5. v. 7.* *Ezechie. 13.*
49. Osee 13. vers. 6. Prosperitatis temporalis abusus excipit
Israëlitæ, *Deut. 32. v. 15.* Gedeon cum parvus esset homo
area frumentum excuteret, bonus fuit Angelo: quæ Domini
sitavit eum, *Judic. 6. v. 12.* Post obtentam autem & peractam

Etiam prospera fortuna abusus est. Fecit enim ex inauribus aureis Ephod, & posuit illud in civitate sua Ephra, fornicatusq; est omnis Israël in eo, & factum est Gedeoni & omni eius domui in ruinam, *Iudic. 8. v. 13. 14.* David post bella multa, & victorias multas, remansens quietus in Jerusalem, committit adulterium, *2. Sam. 11. v. 4.* post adulterium etiam homicidium, *v. 15.* Occisione multitudinis subditorum in superbiam effertur, & populum numerandum curavit, *24. v. 1. 2.* Salomon, *1. Reg. 10. v. 26. 27. 28. 11. v. 1. 2. 4.* Jeroboam antequam consequeretur dominium super decem Tribus, non legitur fuisse malus: sed fecit vitulos aureos, &c. *1. Reg. 12. v. 28. 28.* Amasias postquam debellavit Edom, elevatum est cor ejus, & voluit contra Joas Regem Israël pugnare, *24. v. 7. 8. 9. 10.* Roboam, *2. Paral. 12. v. 13. 14.* Ozias, *26. v. 16. 17.* Manasses, *33. v. 9.* Israëlitarum, *Nehem. 4. v. 19. 20.* Nabuchodonosor, *Daniel. 4. v. 21.* Filius Zambri, *1. Machab. 9. v. 37. 40. 41.* Adolescens quidam, *Matth. 19. v. 22.* Dives stolidus, *Luc. 12. v. 16. 17. 18. 19.* Villæ emptor, *14. v. 18. 19.* Dives epulo, *16. v. 19.* Herodes, *Actor. 12. v. 21. 22.* Divites hujus seculi, *1. Timoth. 6. v. 17.* Prosperitas multos habet amicos. Exempla: Tobie amici, *Tob. 11. v. 20. 21.* Fratres, sorores, & amici Jobi, *Iob. 42. v. 10. 11. 12.*

Vide Beatitudo, Felicitas, Fortuna.

PROVIDENTIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circâ cardines cœli perambulat. *Iob. 22.*

Quis preparat corvo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagantes, eò quòd non habeant cibos? *Ibidem cap. 39.*

Dominus regit me, & nihil mihi deerit. *Psal. 22.*

Homines & jumenta salvabis Domine. *Ibid. 35.*

Quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. *Sapient. 6.*

In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia. *Ibid. 7.*

Attinge ergò à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. *Ibid. 8.*

Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. *Ibid. 11.*

R R R

Tua autem, Pater, providentia ab initio cuncta guber-

Sapient. 14.

Nihil in terra sine causa fit. *Iob. 5.*

Sed omnia in mensura & numero & pondere disposita sunt. *Sapient. 11.*

Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis legislatoribus. *Iob. 36.*

Non enim est alius Deus, quàm tu, cui cura est de omnibus ut ostendas, quoniam non injustè judicas iudicium. *Sapient. 11.*

Cùm ergò sis justus, justè omnia disponis. Virtus enim iustitiæ initium est. *Ibid.*

Nunquid gloriabitur securis contrà eum, qui secat in campo, exaltabitur ferra contrà eum, à quo trahitur? quomodo si-
vetur virga contrà elevantem se, & exalteretur baculus, qui in lignum est. *Esai. 10.*

Nónne duo passeres assè veneunt, & unus ex illis non est super terram sine Patre vestro? Vestri autem & capilli capiti omnes numerati sunt. *Matth. 10.*

In ipso enim vivimus & movemur & sumus. *Act. 17.*

Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam curam ipsi cura est de vobis. *1. Petr. 5.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Predestinatio, est divinæ voluntatis per gratiam electio. *Augustin. lib. de predest. sanctorum.*

Sicut tu memoria tua, non cogis facta esse, quæ præterierint, sic Deus præscientia sua non cogit faciendâ, quæ sunt futura. *Idem lib. 3. de lib. arbitr.*

Predestinatio ita certus est numerus: ut nec addatur eis quædam, nec minuatur ex eis. Tene ergo, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus: misericordiam perdidit, certus est numerus. *Idem de predest. sanctorum.*

Predestinatio Dei multis est causa standi: nimium est adhibendum. *Idem ibid.*

Sicut tu quædam, quæ fecisti, meministi: nec tamen quædam meministi, omnia fecisti: ita Deus omnia, quorum ipse est actor, præscit: nec tamen omnium, quæ præscit, ipse actor est: quorum autem non est malus actor, justus est ultor. *Idem de lib. arbitr.*

Præscientia est unamquamque rem antè, quàm veniat, videre, & id, quod futurum est, priusquàm præsens sit, providere. *Gregor. in dial.*

Predestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita: ut ad hoc electi ex labore perveniant: quatenus postulando mercedem acciperent.

accipere, quod eis omnipotens DEUS antè secula disposuit donare. *Gregor. in dial.*

Præfixi dies singulis ab æterna DEI præscientia, nec augeri possunt, nec minui: nisi contingat, ut ita præsciantur: ut aut optimis operibus longiores fiant: aut pessimis breviores. *Idem in moral.*

Providentiâ DEI ita omnia disposuit, quod nihil otiosum remansit. Maliciam non fecit, cum tamen ab aliis inventam prohibere possit, non prohibet. Si enim malitia non esset: virtus contrarium non haberet, nec claresceret, nec examinatio fieret, non probata verò, nec examinata virtus esset. *Orige. super Numer. 22.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. Ecloga 8.

Nec curare Deum credis mortalia quæquam.

Senec. Hippol.

Quem fata cogunt, hic quidem vivat miser.

Seneca in Oedipo.

Labimur sero rapiente fato.

Lucanus 2.

Sed quò fata trahunt, virtus secura sequetur.

Tibul. 1. 7.

Hunc cecinere diem Parce fatalia nentes

Stamina, non ullo dissolvenda Deo.

Vergil. lib. 10. Æneid.

Stat sua cuiq; dies, breves, & irreparabile tempus

Omnibus est vita, sed famam extendere factus,

Hoc virtutis opus.

Ibidem.

Nescia mens hominum fati, sortuq; futuræ,

Et servare modum rebus sublata secundis:

Juvenal. 5.

Fata regunt homines: fatum est in partibus illis,

Quas senes abscondit.

Plaut. Bach.

Instabilis est fors rerum: pro libidine fata agunt homines.

Manil. 4. Astronom.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,

Longa q; per certos signantur tempora cursus:

Nascens morimur, finisq; ab origine pendet:

Rrī 2

Vergil. lib. 6. Æneid.

Desine fata Deum flecti sperare precando.

Senec. Oſta.

*Regitur fati mortale genus,
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile: perquam casus
Voluitur varios semper nobis
Metuenda dies*

Stat. 3. Sil. 1.

*Hæu durus fatis tenor! est ne quod illi
Non liceat?*

Ex Græcis Comiciis.

Υπὸ τῆς ἀνάγκης πᾶσι τε δαλῦται τυχῶ.

Sibi cuncta subigit protinus necessitas.

Υπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ πεινῶμεν κακῶ.

Ad multa cogit nos necessitas mala,

τῆς αἰτίας ἐστὶ δὲ αἰτίας,

Δι' ὧν ἅπαντες γίνεσθαι, ἢ κατὰ νόμους,

ἢ τῶν ἀνάγκων, ἢ τῶν ἰδίων ἐπιτιμῶν.

Ad res agendas hu tribus compellimur:

Necessitate, lege, consuetudine.

§ ΑΡΟΡΗΤΗΕΓΜΑΤΑ.

Thales interrogatus, quid in tota rerum natura esset robustissimum? respondit, fatum, cuncta enim superat. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

Atis Cræsi F. naturam mutus, captum Suis patrem cum Cyro conficere vellet, vocem tum primum emisit: parce patri meo Cyre: & te hominem esse vel casibus dice nostris. *Ex Solino recitat Bruson. lib. 4. cap. 26.*

Thales interrogatus, quid esset in tota rerum natura robustissimum? respondit, necessitas, superat enim omnia. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

Archytas cum Eratosthenis Mercurium legisset, hunc veritatem protulit: Necessitas omnia docuit. quid enim illa non inveniret. *Stob. serm. 93. ex Plut. recitat.*

§ EXEMPLA SACRA.

Exemplum providentiæ divinæ in Josepho, *Genes. 45. vers. 5. & 50. v. 20.* Mose, *2. 5. Actor. 7. 21.* Pharaone, *Exod. 7. 22. & 11. 10.* Dauid, *1. Sam. 16. 10. & 2. Sam. 12. v. 11. 12. & 16. 10.* Salomone, *1. Reg. 11. v. 14. 31.* Roboamo, *12. v. 15. 22. 23. 24.* Elia & Sareptana, *17. v. 8. 9. &c.* Mulier de uxori-

uxoribus Prophetarum, 2. Reg. 4. v. 1. 2. 3. &c. Achabo, 1. Reg. 20. v. 13. Naamo, 2. Reg. 5. v. 1. Ezechias, 20. v. 1. Jeroboamo, 2. Paral. 10. v. 15. Ochozia, 22. v. 7. Amasia, 25. v. 20. Josia, 2. Paral. 35. v. 21. 22. 23. Jobo, Job. 1. v. 12. & 2. v. 3. 4. 5. Leonibus, 39. v. 1. Corvis, v. 3. Psalm. 147. v. 9. Vento, Ion. 1. v. 4. Jona, Ion. 2. v. 4. Magis, Matth. 2. v. 12. Josepho, 2. v. 14. 15. Passeribus, 10. v. 29. Pius, v. 30. Paulo & Timotheo, Act. 16. v. 6. 7. Rom. 1. v. 13.

Vide Fatum, Fortuna, Necesitas.

PRUDENTIA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Ubiq; fuerit providentia, frustrantur univ. contraria: ubi autem providentia negligitur, omnia contraria dominantur. *August. in lib. de singul. cle.*

Omnes sumus in minimis cauti, in maximis negligentes: hoc itaque fit, quia ubi vera vita sit, ignoramus. *Hieron. lib. de homine perfecto.*

Prudens dicitur quasi porrò videns. Perpicax est enim & incertos providet casus. *Isidor. in lib. cæli.*

Quantò majora timentur esse dispendia: tantò promptior & perfectior debet esse cautela. *Petr. Chryf.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. 2. Paneg. in laud. Stilic.

Prudentia, ne quid

Inconsultus agas.

Ovid. lib. 4. de Ponto.

Crede mihi miseros prudentia prima relinquit:

Et sensus cum re, consiliumq; fugit.

Valerius Flaccus lib. 4. Argonaut.

Sed te non animas, nec solis viribus æquum

Crederè: sepè acri potior prudentia dextra.

Juvenal. Satyr. 10.

Nullum numen abest, si sit prudentia.

Ausonius in Bix sentent.

Quid prudentis opies? Cùm possit, nolle nocere.

Quid stulti proprium? Non posse, & velle nocere.

Ex Græcis Comicis.

Ἀγαθὸν μέγιστον ἢ φρονισι ἐστὶ ἀεί,

Prudentia bonum semper est quàm maximum.

Ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὄνεις.

Validissimum animæ frenum habet prudentiam.

Ὡς ἐδὲν ἢ μάθησις βῶ μὴ νῆς παρῆ.

Ubi deest mens, disciplina nil juvat.

Ἡ δὲ τὴν ἐστὶν εὐτυχοῦντα νῶν ἔχειν.

Prudentia inter prosperas res dulcis est.

Ἐνίοι κακῶς φρονῶσι πράσσοντες καλῶς.

Aliquando fors bona illi, cui mens non bona.

Ὁ παρ' ἡλικίαν νῶ μίσητος ἐξεργάζετι.

Odiosa praecox semper est prudentia.

Σωθεὺς πεφυκῶς φεῦγα τῶν κακουργίαν.

Prudentia ad maleficium ne abutitor.

Ἄριστα εἶσι πάντα ἐπίστασθαι καλῶς.

Honeste scire cuncta praestantissimum.

Ἄει κρῶτιστὴν εἶσι τῶν φελεῖσθων.

Est optimum semper, quod est iustissimum.

Οὐ πυνταχῆ δ' ὁ φρόνιμος ἀρμόττειν δοκεῖ.

Prudens vir omni haud aptus est negotio.

§ SENTENTIAE PHILOSOPHORUM.

Prudentia est rerum expetendarum scientia, Cic. *s. Offic.*
Nihil est homini prudentia dulcius, aut sagaci ac be-
mente melius. *s. Tusc.*

Non potest esse jucunda vita, à qua absit prudentia. *s. Tusc.*

Omni- bus artibus volumus attributam esse eam, quæ con-
munis appellatur prudentia: quàm omnes, qui cuique artibus
praesunt, debent habere. *s. de Finib.*

In prudentia, duo vitia vitanda sunt. Unum, ne incogitatis
pro cognitis habeamus, hisq; temerè assentiamur. quod vitium
effugere qui volet (omnes autè velle debent) adhibebit ad con-
siderandas res & tempus & diligentiam. Alterù est vitium, quod
quidam nimis magnum studium, multamq; operam in res ob-
scuras atq; difficiles conferunt, easdemq; non necessarias. *s. Offic.*

Ut quisque maximè perspicit, quid in quaque re verissimum
sit: quique acutissimè & celerrimè potest & videre, & explicare
rationem, is prudentissimus & sapientissimus ritè haberi solet.
s. Offic.

Providentia est praesens notio, futurum pertractans even-
tum. *Senec. de 4. virtutib.*

Si prudentiam amplecteris, ubiq; idem eris: & prout rerum
ac temporis varietas exigit ita te accommodes temporis: nec
11

te in aliquo
est, quum
gitur. Senec.

Prudentia
cili credi
spensantur.

Si prudentia
possunt con-
bitum sit
dicit: non
suspiciatur.

Si prudentia
dispensatur
re. nam
futuro pro-

Socrates
dit) ce-

Scipio
fortitudi-
qui apud
nior, Ho-

De Tiref

Perian-
dit: Prud-
ibidem.

UT no-
ita ne-
ditus. Pla-

Ut cito
praeterite-

Ut Cy-
lo nite-
vis aggre-

Fibri-
tu, quod
abjicere

Prudencia
11

te in aliquibus mutis, sed potius aptes: sicut manus quæ eadem est, quàm in palmam extenditur, & quàm in pugnum adstrin- gitur. *Senec. de 4. virtutib.*

Prudentis proprium est, examinare consilia, & non citò fa- cili credulitate ad falsa prolabi: de dubiis non definit, sed su- spensam tene sententiam. *Idem ibid.*

Si prudens esse cupis in futura prospectum intende: & quæ possunt contingere, animo tuo cuncta propone: nihil tibi su- bitum sit, sed totum antè prospicias. nam qui providens est, non dicit: non putavi hoc fieri: quia non dubitat, sed expectat: non suspicatur, sed caver. *Idem ibid.*

Si prudens est animus tuus, vitæ actiones tribus temporibus dispen- sa: præsentia ordina, futura prævide, præterita recorda- re. nam qui nil de præteritis cogitat, vitam perdit: qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. *Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Socrates interrogatus, quid esset prudentia? Animæ (respon- dit) concinnitas. *Stob. ferm. de Prudentia.*

Scipio Minor juvenis etiam num, tantam habebat opinionem fortitudinis & prudentiæ: ut *Caro senior* interrogatus de his, qui apud Carthaginem militarent, in quibus erat & *Scipio ju- nior*, Homericò versu responderit:

Ille sapit solus, volitant alii velut umbra.

De *Tiresia* dictum est apud *Homerum*, *Odyss. x. Plut. in apoph.*

Periander quærenti quid in minimo maximum esset, respon- dit: Prudentes cogitationes animæ in corpore humano *Stobæus ibidem.*

§ SIMILITUDINES.

UT non debet sumere citharam, qui canendi sit imperitus: ita non debet imperium sumere, qui non sit prudentia præ- ditus. *Plutarch.*

Ut cicatrix admonet cavendum esse vulnus: ita memoria præteritorum malorum reddit cautiore. *Plutar.*

Ut Cyclops exoculatus, manus quoquò versum porrigat, nul- lo nititur certo scopo: ita magnus rex, cui desit prudentia, quid- vis aggreditur ingenti rerum tumultu, sed nullo judicio. *Plut.*

Fibri Pontici genitalia sibiipsis amputant membra in vena- tu, quod ob hoc se peti intelligant: ita prudentis est aliquando abjicere rem, ob quam periclitatur. *Plin.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Prudentiæ & discretionis exempla: *Abraham, Genes. 13. v. 9. & 25. v. 5. 6. Jacob, 30. 32. v. 3. 7. Joseph, 40. 14. & 41. v. 33. 38.*

Jethro, *Exod.* 18. v. 19. Rahab, *Iosue.* 2. v. 4. Josue, 8. v. 15. Jonathan, *Iudic.* 9. v. 7. Galaaditæ, 12. v. 16. undecim Tribus, 20. v. 7. Saul, 1. *Sam.* 10. v. 27. David, 18. v. 5. 14. & 21. v. 13. Abigail, v. 18. 36. Mulier Thecuris, 2. *Sam.* 14. v. 2. Mulier Abelaui, v. 16. Bethsabee, 1. *Reg.* 1. v. 15. Salomon, 3. v. 9. 25. 26. 27. 30. qui Roboami consiliarii, 12. v. 7. Jojada, 1. *Reg.* 11. v. 4. 21. 22. 23. v. 1. populus Ezechia, 2. *Reg.* 18. v. 36. Ezechias. *Esa.* 36. 37. 2. *Paral.* 32. v. 3. Nehemias, *Nehem.* 2. v. 12. Esther, *Esth.* 4. 7. 10. Mardocheus, v. 12. Tobias, *Tob.* 4. v. 19. Judith, *Iudith.* 4. 7. 11. v. 19. Christus, *Matth.* 21. v. 24. *Marc.* 11. v. 29. *Luc.* 20. 3. Nigo Despara, *Luc.* 1. v. 29. Villicus iniquitatis, 16. v. 8. Christus *Luc.* 2. v. 47. & 29. v. 24. *Ioan.* 8. v. 7. Paulus, *Actor.* 16. 7. quidam Asiæ Princeps, 19. v. 31. Paulus, 22. v. 25. & 23. v. 14. & 25. v. 11. Tribunus, v. 23. Prudentiæ carnalis exempla: *Esa.* *Genes.* 25. v. 32. Pilatus, *Luc.* 23. v. 16. 22. *Ioan.* 19. v. 1. Nicodemus *Ioan.* 3. v. 4. Pharisei, 7. v. 48. Judæi, 8. v. 52. Prudentiæ propria non innitendum, *Proverb.* 12. v. 2. 15. & 17. v. 12. *Esa.* 5. v. 21. 30. v. 1. Abd. v. 8. Prudentia spiritus, *Rom.* 8. v. 6.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Arthemisia Caria Regina, apud Xerxem in tanta fuit audentia in expeditione contra Græcos, ut illius consilio semper uteretur: ea prudentia, ut optima semper suaderet: quibus Xerxes paruisset, cladem ad Salaminem non accepisset. *Herodotus lib. 8.*

Cyrus minor Persarum Rex, Aspasie Hermotini Phocensis formosissimæ & optimè educatæ captus amore: cum eam uxorem duxisset, sæpenumerò eam de rebus arduis in consilium adhibuit: & quotiescunq; sententiam eius secutus est, magis quam poenituit. *Ælian.* lib. 12. de var. hist.

Ilia Mamma, Alexandri principis mater, laudatissima matrona, Syra genere: cujus auspiciis filius per orbem terrarum sapientissimè rexit. *Volat.* lib. 16. *Anthrop.*

Dominica Valente Imp. marito à Vestgothis cæso, hostes Constantinopolim obsidentes prudentia sua sustinuit, cives & populum cibibus & auro confirmavit. *Bonfin.* lib. 2. Dec. 1.

Cyrus puer prudens, in Astyage ayo luxuriam ciborum & molentiam reprehendit. *Xenophon.* lib. 1. *Pædiæ.*

Nestor senex Græcis, qui duce Agamemnone Trojam obsidebant vescentibus & potantibus;

Texere sermones ante omnia cepit:

fuitq; hic & invocationis & optimorum consiliorum regis interpres. *Plut.* lib. 7. *quest. conyral.* 9.

Vlyffes, quem sapientiz nomine celebrat *Homerus*, dolo & calliditate gloriatur, non malo, sed quo justè contrà hostes uti possumus. *Homer.*

Teriba *Zes* *Perfarum* regis *Artaxerxis* dux fortissimus, in consiliis ea usus est dexteritate: ut quoties rex consiliis illius usus est, nunquam aberravit. *Diod. lib. 1.*

Fama est *Philippum* *Macedonem* magis de prudentia, astu imperatorio, & successu, quem in conciliandis hominibus habuisset, quàm de copiarum & auxiliorum viribus gloriari solitum. *Diod. lib. 16.*

C. Julius Cæsar in obeundis expeditionibus, dubium, cautior ne fuerit an audentior? *Suet.*

§ HIEROGLYPHICA.

Formicam prudentiæ hieroglyphicum faciebant, quia memor hyemis cibaria comparat & recondit, & cellas promptuaras facit, semina interim ne nascantur molu secat, abrosa que condit: ne rursus in fruges exeant è terra, atque inuultu inde sibi ad usum alimentum fiant. *Pier. Valer. lib. 8. pag. 68. F.*

Serpens etiam *Prudentiæ* est hieroglyphicum, nam & *Assertoris* nostri dictum est, admonentis: Nos esse debere prudentes, sicut serpentes. *Idem lib. 16. pag. 148. F.*

Neque desunt, qui *Gorgoniæ* caput pro *Minervæ* pectore statutum, *Prudentiæ* signum esse contendant, quæ locum habeat, in pectore, qua qui præditi sunt, facillè alios confundere, vel impetrare redarguere, saxeosq; quodammodo reddere, ubi adhibuerit possint. *Pier. Valer. lib. 16. pag. 154. F.*

PUDICITIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenal. Satyr. 6.

Tarpejum limen adora

Pronos, & auratam luvæi cede juventam,

Si tibi contigerit capitiæ matrona pudici:

Pauca adeo Cereis vitæ contingere dignæ.

Plaut. in Amphit.

Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur:

Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatam cupidinem.

Ovid. Epist. 5. Heroid.

Nulla reparabilis arte

Laesa pudicitia est, deperit illa semel.

Virgil. lib. 5. Æneid.

Tum pudor incendit vires, & conscia virtus,

Silius Italicus lib. 1. bel. Pun.

*Tum pudor accendit mentem, nec conscia fallit
Virtus pressa loco.*

Valer. Flaccus lib. 5. Argon.

Rebus semper pudor absit in arctis.

Seneca in Hippolyto.

*Obstare primum est, velle nec labi via:
Pudor est secundus.*

Propert. lib. 2. ad Cynthiam.

*Nam nihil in vitæ tristis custodia prodest:
Quam peccare pudet Cynthia, tuta sat est.*

Ovid. lib. 1. Fastor.

*Proq; metu populum sine vi pudor ipse regebat:
Nullus erat justis reddere jura labor.*

Seneca in Agamemnone.

*Periere mores, jus, decus, pietas, fides,
Et qui redire nescit, cum perit, pudor.*

Valerius Flaccus lib. 7. Argonaut.

*Et non revocabilis unquam
Cessit ab ore pudor, proprios implevit: rinyis.*

Plautus in Bacchid.

Nam ego illum perisse duco, cui quidem periit pudor.

Plaut. Pseud.

Nimio id, quod pudet, facilis fertur, quam id, quod piget.

Horat. 1. Epist. 16.

Stultorum incurata pudor malis ulcera celat.

Seneca Oedip.

Nullus est miseris pudor.

Juvenal. 8.

*Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere causas.*

Idem Theb.

Malus est minister regii imperii pudor.

Idem Epist. 15.

Lis est cum forma magna pudicitia.

Juvenal. 10.

*Rara est adeo concordia formæ,
Atque pudicitia.*

¶ APOPTHEGMATA.

Digenes adolescenti cuidam erubescenti, atque ob id perturbato: bono animo es, inquit, fili: istiusmodi est virtutis trinitura. *Laert. in eius vita.*

Demetrius Phal. admonerat adolescentes, ut domi parentes in via obvios: in solitudine reverentur seipsos. *Laert. lib. 5. cap. 5.*

Quidam *Lacanam* misso nuntio sollicitavit, num assentiretur, ut ipsi sui faceret copiam? cui illa respondit: quum essem puella, parenti obedire didici, idque feci: mulier autem facta, viro, itaq; si me invitat ad honesta, viro meo primum rem aperiam. *Plutarch. in Lacanarum apoph.*

Alia Lacana rogata. num ad virum accessisset? non, inquit: sed ille ad me, significans, sese non libidinis causa commercium habere cum viro: sed parentibus ac legibus obtemperare. *Plut. in Lacanar. apoph.*

Hieron quidam exprobrabat oris graveolentiam, at ille cum uxore expostulavit: quod id sibi nunquam indicasset. Tum illa: putabam, inquit, viros omnes ad eundem olere modum. *Plut. apoph.*

Euboidas audiens à quibusdam prædicari uxores alienas, non approbavit id factum, dicens: de moribus ingenioque uxorum apud exteros nullam omninò faciendam esse mentionem. *Eras. in apoph.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Mysa graviter ferentes, quod Venus amoris stimulos sibi inentasset, pudicitie amissæ dolore, Adonidem interfecerunt, Veneris amasium. *Nathalis comes Mythol. lib. 7. cap. 15.*

Themistò Crithonis Oeanti filia, pudicitie conservandæ causa *Philonem*, *Phricodemi* tyranni filium, in lecto secum cubantem ense abscondito interemit: ut ne uxor quidem occisi audiretur. Inde ad mare progreffa, solvens, navigavit in Græciam. *Polynætes lib. 8.*

Chionum famine tantæ castitatis, ut neque adulterium, neque illegitimum concubitum ibi accidisse unquam proditum memorie sit. *Cælius lib. 13. cap. 7. A. L.*

Paulina Saturnini uxor, amissæ per dolum *Decii Mundi* nobilis adolescentis pudicitie, (qui eam sub persona *Osiridis* in ejus templo compresserat) dolore mirificè excruciatâ fuit. *Iosephus antiq. histor. lib. 18. cap. 4.*

In *Germanorum olim feminis*, mira fuit pudicitia, nulla spectandi illecebra, nulla conviviorum ratio: rara in tam numerosa gente adulteria: cuius convictam mulierem resectis capillis, nudatam

PU PUDICITIA. PULCHRITUDO.

datam coram propinquis maritus, domo exactam toto vis
verberibus agebat. Profligata pudicitia nulla venia: non aetas
non forma, non opes, connubium corruptis conciliare poterat
Sabell. lib. 2. En. 6.

Cum Thomæ II, Eboracensi episcopo ægrotanti medici con-
sulerent, ut feminæ pro remedio misceretur: & amici idem ve-
hementer urgerent, ipseque assentiri videretur: adducta post de-
centis formæ femina, noluit eam attingere, ab amicis repre-
hensus, respondit: propter salutem carnis tandem mortuam
immorale decus pudicitia non amittam. *Polyd. lib. 1. cap. 3.*

¶ HIEROGLYPHICA.

P Ræcipuum *pretextata* significatum fuit, ut pudorem indica-
ret, quem scilicet ætas ea, quæ *pretextata* dicebatur, sibi pro-
ponere deberet: eiusque rei indicium esse *purpureum* colorem, ut
dè admonerentur *verecundiam* in dictis factisque omnibus ama-
dam. *Pier. Valer. lib. 40. pag. 392. D.*

Fabius Pictor dici *tanquam ad pudorem & sanctimoniam*, domo-
rum primum valvas, seras & claves excogitasse, ab eoque janua
appellatas: unde claves in simulacris, in beneficii hujus memo-
riam gesser. *Pier. Valer. lib. 48. pag. 477. A.*

PULCHRITUDO.

¶ EXEMPLA SACRA.

P ulchritudinis exempla: Sarai, *Genes. 12. vers. 11. 14.* Filia ho-
minum, *6. v. 2.* Rebecca, *24. v. 16. & 26. v. 7.* Rachel, *29. v. 17.*
Joseph, *39. v. 6. & 49. v. 22.* Moyses, *Exod. 2. v. 2.* Noëmi, hoc est
pulchri, *Ruth. 1. v. 20.* Saul, *1. Sam. 9. v. 2. & 10. v. 24.* David, *1.*
v. 12. 18. & 17. v. 42. Abigail, *25. v. 3.* Saul & Jonathas, *2. Sam. 1.*
v. 23. Jonathas, *v. 26.* Bethsabee, *11. v. 2.* Thamar Absalonis ho-
ror, *13. 1.* Thamar Absalonis filia, *14. v. 25.* Absalom, *v. 27. 28.*
Abisag, *1. Reg. 1. v. 4.* Adonias, *v. 6.* Valthi, *Esth. 1. v. 1.* Esther,
Esth. 2. v. 7. Judith, *Judith. 8. v. 7.* Filia Job, *Iob. 42. v. 15.* David
& socii eius, *Daniel. 1. v. 4.*

Vide Forma.

PUNITIO.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

I lla est poena peccati justissima, ut amittat unusquisque illud
quo bene uti noluit, cum sine ulla difficultate possit, si vellet
id est, ut qui sciens recte non facit, amittat scire, quid rectum sit
& quod

& qui rectum facere cum posset, noluit: amittat posse, cum velit. *Augustin. lib. 3. de lib. arbit.*

Jussisti Domine, & sic est: ut pœna sit tibi omnis inordinatus animus. *Idem lib. 1. Conf. 3.*

Mitissima omnium pœnarum erit eorum, qui præter peccatum, quod originale contraxerunt, nullum insuper addiderunt. *Idem in Enchirid. cap. 95.*

Quia impunitum non debet esse peccatum: puniatur à te. ne tu pro illo puniaris, peccatum tuum judicem te habeat, non patronum. *Idem de util. agenda pœn.*

Tantò rectus majori supplicio dignum judicaverim animum, quantò vitis subdit instrumenta virtutum. *Augustin. in quadam epist.*

Nemo Dei longanimitatem negligat: quia tantò districtiorem justitiã in judicio exigit: quantò longiorem ante judicium patientiam prorogavit. *Gregor. in homil. 13. in Evangel.*

Horrendo modo fit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia & mors semper vivit, & finis semper incipit: & deficere defectus nescit. Mors perimit, & non exunguit: dolor cruciat, sed nullatenus pavore fugat: flamma comburit, sed nequaquam tenebras excutit. *Idem ibid.*

Quid tam pœnale, quàm semper velle, quod nunquam erit: & semper nolle, quod nunquam non erit? *Bernhardus in consideratione.*

Justè puniuntur, qui licitis abutiuntur: justius verò puniuntur, qui aliena rapere conantur: sic satanas cœlum, sic protoplastus perdidit Paradisum. *Hug. lib. 2. de anima.*

Occultam culpam sequitur aperta percussio: ut malis exterioribus interna puniantur: & cor publicè corruat, quod latenter peccabat. *Cassiod. in Psalm.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Punitiois homicidarum exempla: Cain, *Genes. 4. v. 11. &c.*
 Simeon & Levi, *49. v. 9.* Zebah & Salmuna, *Judic. 8. v. 19.* Amalechita, Saulis interfector, *2. Sam. 1. v. 15. 16.* Baana & Rechab, *4. v. 10. 11.* Fames propter Saulis homicidium, *21. v. 1.* Joab, *1. Reg. 2. v. 31.* Achab, *21. v. 18. 19.* Joram, *2. Reg. 9. v. 24. 25. 26.* Achab & Jezabel, *9. v. 7. 10. 35.* filii Achabi homicidæ, *10. v. 7.* Athalia, *11. v. 16. 20.* servi Amasiæ, *14. v. 6.* Phacee, *15. v. 30.* Joachum, *24. v. 2. 3. 4.* Sennacherib, *2. Paral. 32. v. 21.* Andronicus, *2. Macchab. 4. vers. 34. 37.* Antiochus, *9. vers. 28.* Nicanor, *15. v. 30.* Herodes Agrippa, *Actor. 12. v. 23.* Homicidii lex, *Exod. 21. v. 12. Numer. 35. vers.*

PU PUSULLANIMITAS. QUERIMONIA.

35. vers. 16. Homicidii ultor DEUS, Genes. 9. vers. 6.

Vide PÆNA.

PUSULLANIMITAS.

¶ SENTENTIA BIBLICA.

Expectabam cum qui salvum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. *Psalm. 54.*

Noli esse pusillanimis in animo tuo. *Eccles. 7.*

Dicite pusillanimes, confortamini, & nolite timere. *Esa. 35.*

Consolamini pusillanimes. *1. Thessal. 5.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Domitianus CÆsar oblatum à senatu novum & inexcogitatum honorem, quanquam omnium talium appetentissimus metu insidiarum recusavit: quo decretum erat, ut quoties gereret consulatum, equites Rom. quibus fors obtigisset, trabeati & cum hastis militaribus præcederent eum, inter lictores apparitoresque. *Sueton.*

Ludovicus XI. Gallorum rex Corterii medici objurgationes quas vix mediastinus ab impotente domino ferret, tam stupida tulit patientia: ut qui ergà omnes tyrannum se gerebat, medici mancipium esset: cujus arte se immortalem fore, stultissimus homo sperabat. *Phil. Cominesus.*

Perseus Macedoniarum rex à L. Paulo Æmilio captus, tam humilem se gessit, & contemptum: ut istar servi ad pedes victoris se se abjecerit, hocque ipso Æmilii victoriam per se splendidam, ignaviz suæ ostentatione offuscarit. *Plut. in Æmil.*

Cn. Pompejus clade Pharsalica accepta, magnum se non esse amplius recordans, attonito similis, à castris absque comitatu se lento gradu ad mare contulit, pristini decoris & magnanimitatis penitus oblitus. *Plutarch.*

QUERIMONIA.

¶ EXEMPLA SACRA.

Querimoniz exempla: Elias, *1. Reg. 19. vers. 14.* Rom. 11. v. 3. Jeremias ob destructam Jerusalem, *Thren. 1. v. 1.* Querimoniz justiz exempla: Moyses, *Exod. 5. v. 22.* Josuah, *Ios. 7. v. 7.* Gedeon, *Judic. 6. v. 13.* Populus, *Nehe. 5. v. 1.* CHRISTUS, *Matth. 27. v. 46.* *Marc. 15. v. 34.*

Vide Tristitia.

QUIES.

QUIES.

§ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Senec. Oct.

Quæcunque mentis agitat infestus vigor,
Et per quietem facer, & arcanus refert,
Veloxq; sensus.

Idem Herc. fur.

Novit paucos

Secura quies.

Idem Oedip.

Ab inquieto sæpè simulatur quies.

Ovid. Epist. 4.

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Vide Labor, Otium, Somnus.

RAPACITAS, RAPINA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

SI in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam: ubi putas mittendus erit, qui invasit alienam? Si cum diabolo ardet, qui nudum non vestivit: ubi putas arsurus est, qui expoliavit? Non nocent mala præterita, si non placent. *Augustin. de verbis Dom. cap. 20.*

Si pœnale est clanculum auferre: multò majoris pœnæ est, violenter eripere. *Idem in serm.*

Nostri quoque principes, cum pauperes delinquentes publice arguant, & confundat, divitibus pejora peccantibus, nec nutum faciunt: in quorum domibus sunt rapinæ: dum Ecclesiæ opes sibi thesaurizant, & in deliciis abutuntur, quæ ad sustentationem pauperum dantur: & sibi reservant, nec propinquis distribuunt, & aliorum inopiam suas vel suorum faciunt. *Idem in gloss. super Esa. 3.*

Quid recipiet, qui aliena tulit: si semper ardebit, qui sua non dedit? *Raban.*

Si sterilitas in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? aut quid recipiet, qui alienum tulerit, si semper ardebit, qui de suo non dederit? Et si iudicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam: quale iudicium erit illi, qui fecerit & rapinam? *Fulgent.*

Sicut ovis rudentem se non increpat: ita nec justus cupiditatem se expoliantis accusat. *Cassiod. in Psalm. 8.*

Paupe-

RA RAPACITAS, RAPINA.

Pauperibus non dare, tulisse est, & meritò quando qui peccat
 esurientibus subvenire, si non pascit, extinguit. Pudica: illis
 lere, quibus jubemur offerre. Ultrà omnes crudelitates est
 vitem velle fieri de exiguitate mendici. Amentur honesta
 cra: horreantur damnosa compendia. Nullus audeat inde
 lere, quod debet co. Etiam dispergere: addendo perdit, qui
 nendo colligit: & paupertatè potius ad se trahit, si exigentia
 pecunias non repellit. *Cassiod. lib. 5. epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 1. Eleg. si ve amor.

Certior è multis, nec tam invidiosa rapina est:

Præda venit canis de grege plena lupis.

Idem Eleg. 10.

Carpite de plenis pendentes vitibus uvas,

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Tibul. lib. 1. Eleg. 1.

At vos exiguo pecori furesq; lupiq;

Parcite: de magno præda petenda grege.

§ APOPTHEGMATA.

Nero nunquam cuiquam officium delegavit, nisi hæc ad
 ret: scis quibus mihi est opus: & hoc agamus, ne quis qu
 habeat. Vox prædona, quam principe dignior. *Erasm. 6. apoph.*
Vespasians. quoniam rapacissimum quemque promoveret
 lebat, ut mox ditatos condemnaret: vulgò dictus est officiar
 suos habere pro spongiis: quòd (veluti spongias) & siccor
 defaceret, & humentes exprimeret. *Sueton.*

§ SIMILITUDINES.

Canis quicquid excepit protinus devorat, & semper ad fut
 futuri hiat: ita quod expectantibus fortuna projecit, ad fut
 ulla voluptate dimittimus, statim ad rapinam alterius erect
Seneca.

Ut feræ mutuo laniatu vivunt: ita quisquis potentior, mi
 inferioris direfcit ac crescit. *Seneca.*

Sicuti Polypus quicquid brachiis attigerit, suctu tenet & r
 trahit: ita difficillimum est, evellere de manibus quorum d
 si quid naeti fuerint. *Plin. lib. 9. cap. 29.*

Qui Tigridis catulos rapit, benè secum agi putat, si vel un
 insequenti matri auferat impunè: ita qui alienam in vasc
 sessionem: etiam si cogatur reddere: lucrum tamen facit, si v
 portionem aliquam retineat. *Plin. lib. 8. cap. 18.*

Lutarium piscera semper sequitur piscis nomine Sargus, qu
 illo cœnum fodiente, excitatum devorat pabulum: ita fut
 quæ

qui se mifceant alienis negotiis, ut eis laborantibus fructum percipiant. *Plin. lib. 9. cap. 7.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Rapinæ & Spoliationis exempla: Sichein, *Genes. 34. vers. 2.* Israëlita, *Exod. 12. v. 35. 36. Deuter. 2. v. 32. 35.* Amalechita, *1. Samuel. 30. 16.* David, *vers. 18. 19.* Populus Israël, *2. Sam. 23. 10.* Achab, *1. Reg. 21. vers. 15. 16.* Nabuchodonosor, *2. Reg. 24. v. 13.* Philisthæi, *1. Paral. 10. v. 8.* Exercitus Assæ Regis, *2. Paral. 14. 13.* Josaphat & populus, *20. 25.* Filii Israël, *28. v. 8.* Achab, *v. 21.* populus Israël, *Iudith 15. 13.* Antiochus, *1. Macchab. 1. v. 3. 20. 33. & 6. v. 12.* Judas Machabæus, *3. v. 11. 12. & 4. v. 23.* Simon, *5. v. 22.* Judas, *vers. 68.* Judæi, *6. v. 6. 7. 47. & 12. v. 37.* *2. Macchab. 8. v. 27. 28.* Jonathas, *1. Macchab. 10. v. 84.* Rapaces fugiendi, *1. Cor. 5. v. 11.* eorum merces, *Proverb. 28. v. 10. Esa. 33. v. 1. 1. Cor. 5. v. 11. & 6. v. 10.* Vide & *Deuter. 28. v. 37.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Crus Persarum Rex devicta Asia, pondo xxxiv. millia invenit, præter vasa aurea, aurumque factum, & in eo folia ac platanum vitemque. Quæ victoria argenti quingenta millia talentorum reponavit, & craterem Semiramidis, cuius pondus quindecim talenta colligebat. Talentum autem Ægyptium pondo lxxx capere, Varro iradit. *Plin. lib. 33. cap. 3.*

Syracusæ civitas est in Sicilia, vetusta fama, & opibus ingentibus: hanc obsedit per triennium. M. Marcellus tandem expugnavit: tantumque ex ea prædæ congestum est, quantum vix capta Cartagine, quæ tunc maxime florebat, paribusque cum populo Romano viribus contendebar, fuisse. *L. Vives in Aug. de Civit. Dei lib. 1. cap. 6.*

M. *Enl. Nobilior* Ætolos superavit: de quibus ovans urbem ingressus, triumphansque, multa argenti ac auri pondera in æarium intulit. præter signa tabulasque pictas, quæ abstulit. *Volat. lib. 16. Anthrop.*

L. *Corn. Lentulus* proconsul, tulit ex præda xliiii millia pondo auri: lxxx militibus ex præda: cxx asses viritum divisit. *Liv. lib. 41.*

L. *Paulus Æmilius* subacta Macedonia, tantum pecuniæ in æarium intulit: ut deinceps censum pendere Romani desinerent, usque ad Hircii & Pansæ consularum: qui consules primo Antonii & Cæsaris bello fuere. *Plut. in Paulo.*

Saraceni, cum intellexissent, in Siciliam, prædam de Roma spoliata à Constante Imp. esse reductam, magna classe Alexandria solventes, Syraculis occupatis, Romanæ urbis ornamenta

RA

RATIO.

intercepta secum Alexandriam avexerunt, sub Constantino Pogonato. Anno Domini 672. *Sigebertus in Chronico, Paulus Diaconus lib. 5. cap. 6. de gest. Longobard.*

Preda ex urbe Constantinopolitana à Mahometo II. Turcarum Imp. capta, quibusdam quater millies millibus ducatorum estimata est, externi tantum mercatores, Veneti damnnum percipiunt sunt 50000: Genuenses 20000: Florentini 20000: Anconitanos 15000 ducatorum. Chalcondylas lib. 8.

Cum primùm Persæ in Eubœa militarunt, Diomnestus Eretricus præerat thesaurorum custodiæ: omnibus verò muneribus, cum & nesciretur Diomnestus habere pecuniam, thesauros istos apud se retinuit. *Athen. lib. 12. cap. 17.*

Vide Furtum.

RATIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

VÆ duplici corde! de suo partem faciunt Deo, & Partem dant diabolo. Iratus Deus: quia sit ibi pars diabolo: dicit, & totum diabolus possidet. *August. super Ioan.*

Beati mundo corde: non exterioribus oculis, sed corde videtur Deus. *Idem de verbis Domini.*

Cor habet in ventre gulosus, lascivus in libidine, cupidus in lucris. *Ibidem.*

Omnipotens Deus humanum cor destruit, quum relinquit ædificat, quum replet: neque enim humanam mentem debilitando destruit, sed recedendo: quia ad perditionem suam citat sibi demissa. *Hieron super Matth. 5.*

Quid est cor purum? ipsum est quod nec compunctione feritur: nec pietate mollietur: nec movetur precibus: minis non cedit: flagellis duratur: ingratum est ad beneficia, infidum ad consilia, sævum ad judicia, inverecondum ad turpia, impudens ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad bella: præteritorum obliviscens, præsentium negligens, futurum non prævidens: ipsum est, cui præteritorum præter solas temporarias nihil omnino non præterit futurorum nulla, nisi forte æque ulciscendum, prospectio est. *Bernh. 5. de consider.*

Semper in robusto & vegeto corpore animus mollior jacet: atque tepidum cor: & rursus in corpore debili & infirmo fortior viget, promptiorque spiritus. *Idem in Apologetico.*

Puritas cordis in duobus consistit: in quærenda gloria Dei & utilitate proximi. *Idem.*

In omni namque creatura, quæ sub sole vanitatibus mundanis occupatur, nihil humano corde sublimius, nihil nobilius, nihilque Deo similis reperitur. quapropter nihil aliud querit à te, nisi cor tuum. *Hugo lib. de anima.*

Solus is regnat, qui deposito cordis Imperio, legibus rationis ordinat totam familiam motuum interiorum & exteriorum. Si consurgat leonina rabies, punitur per patientiam: si petulantia hirci, per abstinentiam: si ferocitas apri, per mansuetudinem: si superbia unicornis, per humilitatem. Non invenitur autem inter ceteras artes liberales ars ista præ aliis liberalis, quæ tenetur cor, quod omni mobili mobilius est, quod omni lubrico lubricosius est. *Idem lib. 3. de anima.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. de 4. Honorii Conf.

*Hanc alta capitis fundavit in arce
Mandatricem operum, prospecturamque labori.*

Manilius lib. 2. Astronôm.

Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam.

Claud. in Consul. Manlii.

*Dis proximus ille est,
Quem ratio non ira movet, qui facta rependit
Consilio, punire potest mucrone cruento.*

Persius Satyr. 5.

*Stat contra ratio & secretam gannit in aurem;
Ne liceat facere id, quod quis vitabit agendo.*

Ovid. lib. 2. Fastor.

*Conscia mens, ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora, pro facto spemque metumque suo.*

Ovid. lib. 2. de Trist.

*Omnia per versa poterunt corrumpere mentes?
Stant tamen illa suis omnia tuta locis.*

Ovid. 2. Art.

*Iam mollire animum qui duret, & astrue formam:
Solus ad extremos permanet ille rogos.*

Horat. 1. Epist. 1.

*Si quadringentis sex septem millia desunt,
Est animas tibi sunt mores, & lingua fidesque:
Plebs eris.*

Horat. 2. Carm. 3.

*Æquam' memento rebus in arduis
Servare mentem.*

Terent in Heaut.

*Verum ubi animus semel se cupiditate de vincit mala:
Necesse est consilio consequi consimilia.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

MUnus animi, est ratione uti. *Cic. 3. Tusc.*

Nihil est non dicam in homine, sed in omni cœlo atque terra, ratione divinius, quæ quum adolevit, atque perfecta est nominatur ritè sapientia. *Cic. 1. de Leg.*

Domina omnium & regina est ratio: quæ connixa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndam est viro. quoniam motibus inquires? velut servo dominus: velut Imperator militis velut parens filio. 2. *Tusc.*

Benè adhibita ratio cernit, quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus. 4. *Tusc.*

Societatis humanæ vinculum est ratio & oratio: quæ dicendo, communicando, disceptando, judicando conciliat inter se homines, conjungitq; naturali quadam societate: neque ulli re alia longius absumus à natura ferarum. 1. *Offic.*

Sunt homines, qui rationem bono consilio à Diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque convertunt. *Cic. 3. de Natur. Deor.*

¶ APOPTHEGMATA.

THales olim interrogatus, quid in tota rerum natura esset velocissimum? respondit, mens humana. *Laertius lib. 1. cap. 1.*

Pittacus quærenti, quid in minimo maximum esset? respondit, bona mens in corpore humana. *Stob. serm. 3. de Prudent.*

Alphonsus cum pro more lectioni Senecæ (quem præcipuè semper coluit) incumberet: interrogatus à Davalo, purpuratorum humanissimo, cur animus mortalium ita immensus, atque insatiabilis foret? respondit rex: animum hominis à Deo profectum, non prius conquiescere, quàm eò rediret, unde profectus esset. Esse proculdubio animum nostrum Dei & æternitatis capacem, & propterea neque impleri, neque satiari posse his rebus, quæ fluxæ & incertæ essent. *Panormit. lib. 1. de Alphonsi reb. gest.*

¶ SIMP

§ SIMILITUDINES.

UT Deus quo nihil est melius, minimè appareat: ita quod est in homine optimum, nempe mens bona, maximè latet. *Erasm.*

Ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt: sic nos magna sæpè intelligimus ex parvis. *Cic. lib. 1. Offi.*

Ut non æquè cernunt cicadæ, & accipitres, neque similiter volat aquila, & perdix: ita non omnia, quæ rationis participia sunt, æquè valent ratiocinandi acumine. *Plut.*

Ut navis, cui firma est anchora, in quovis portu potest con- quiescere: ita animus, si accedat recta ratio, quovis in loco tran- quillè vivet.

Non satis est habere corpus sanum, verùm & bonæ habitudi- nis, ac robustum sic, oportet: sic ratio non solum pura debet esse & à vitis immunis, nisi sit & robusta. *Plut.*

Navis deserta recipit gubernatorem, si quis velit in portum reducere: at animus irapercitus non admittit gubernatricem rationem aliundè, nisi intus ratio clavum arripiat. *Plut.*

Ut non satis est clavus, neq; ferrum: nisi adsit qui arte mo- deretur: ita non sufficit eloquentia ad moderandum populum: nisi accesserit sermonis moderatrix ratio. *Plut.*

Ut quemadmodum si Sol non sit, per reliqua Astra noctem ageremus: ita quantum ad reliquos attinet sensus, nihil differe- rimus à brutis, nisi ratio adsit. *Plut.*

In magno fluctu non sistitur navis, nisi pondus anchoræ re- tineat alto infixæ vado: sic in magnis rerum procellis, summa debet ratio animum cohibere, ne affectibus auferatur. *Plut.*

Cupressi semina adeò minuta sunt, ut quædam oculis cerni non possint: & tamen in eo tanta est arbor, tam procera: ita ra- tio minimum quiddam est & occultum: sed eadem maxima est, si prodeat, & vim suam explicet. *Plin. lib. 17. cap. 10.*

Ut ingentia pondera, quæ nullis hominum viribus tolli pos- sunt, machinis facilè colluntur: ita quod vi nequeas efficere, ra- tione & arte facilè efficias. *Erasm.*

Vide Animus.

REBELLIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

REbellionis exempla: Israëlitarum, *Exod. 16. vers. 20. Numer. 14. v. 4. & 26. v. 9. Deut. 9. v. 23. 24. Core, Dathan & Abiron,*

SSS 3

RE REBELLIO. RECONCILIATIO.

16. v. 12. 14. Jeroboam, 1. Reg. 11. v. 26. Zambri, 16. v. 9. 16. Scri
Benadad, 20. v. 32. Osee, 2. Reg. 17. v. 4. Joacim, 24. v. 1. Sedo-
cias, v. 20. 2. Paralip. 36. v. 13. Ezech. 17. v. 15. 16. Edom, 2. Paral.
24. v. 8. 9. 10. Judæi, 1. Esdr. 4. v. 12. subditi Alexandri, 1. Macchab.
31. v. 14. Philippus, 2. Macchab. 13. v. 23. Minatur etiam D r o s
se fame, peste, & gladio perditurum Sedeciam, & populum Ju-
daicum, aliasque omnes gentes, quæ detrectent servire Regi
Babel, Ierem. 27. v. 8. Ezech. 17. v. 15. Alter Hebræorum Irigian-
tium, Actor. 7. v. 27. Israelitæ, Rom. 10. v. 21.

Vide Discordia, Seditio.

RECONCILIATIO.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sciendum, quod ille rectè delecti sui veniam postulat, qui
prius hoc, quod in ipso delinquitur, relaxat. Munus enim
non accipitur: nisi antè discordiæ ab animo pellatur, dicente ve-
ritate: si offers munus tuum, &c. Quæ in re pensandum est,
cùm omnes culpa munere solvatur, quæ gravis est culpa discor-
diæ, quæ nec munus accipitur, nec proximus reconciliatur. De-
bemus itaque ad proximum quamvis longè positum longèque
disjunctum mente ire, eique animum subicere, humilitate ac
benevolentia placare. Gregor. lib. dial. lib. 4.

Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare: si verbis, verbis
si factis, factis. Non enim quem factis læsisti, sine factis plac-
veris. Sine causa oras ad Deum, sine causa elemosyna facis de
rebus, quibus alios spoliasti. Quid enim prodest si unus ad
Deum pro te orat, & alius adversum te Deum interpellat? juxta
illud Ecclesiastici 34. Dona iniquorum non probat Altissimus.
Chrysost. in Matth. 5.

Frustrà propitiari sibi Deum quæris, qui citò beari in proxi-
mum negligit. idem.

Si tantum modo non lædas eum, qui te læsit: avertas tamen
te ab eo, nec libenter eum videas: manet sine dubio vulnus in
pectore, & dolor augetur in corde. Quod si est: nondum uti-
que, quod Christus mandavit, expletur. Nunquid tu ita vis
propitium tibi fieri Deum: ut non te quidem lædat, avertat se
tamen à te, & peccatorum tuorum memoriam teneat: & videre
te nolit? Igitur qualem vis ergà te esse Deum, quàm delicto-
rum veniam possis: talem te exhibere debes his, qui deliqu-
erunt in te. idem lib. de compunctione cordis.

§ SENTEN-

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Dissenſio ab alijs, à te reconciliatio incipiat. quàm ignoſcis, ira beneficium tuum tempera: ut non ignoſcere videaris, ſed abſolvere: quia graviſſimum pœnæ genus eſt, contumelioſa venia. *Seneca lib. de moribus.*

§ APOPHTHEGMATA.

Quùm *Pompejus & Crasſus*, in conſulatu collegæ deceſſuri eſſent magiſtratu, *Cn. Aurelius* quidam ſubito in forum procurrens, clamavit: ſibi viſum in ſomnis, Jovem juſſiſſe, ne prius ſe magiſtratu abdicarent, quàm in gratiam rediſſent. Idem flagitante populo, Pompejus nihil motus eſt: at Crasſus ſurgens: viro collegæ dexterâ porrexit, dicens: nihil, ô *Quirites*, me indignū facturus mihi videor, ſi prior cum Pompejo ingratiã rediero, quem prius etiamnum impuberem Magnum cognominaviſti: cuique prius triumphum decreviſti, quàm in ſenatum allectus eſſet. *Plut. in Crasſo.*

Crasſus in Syriam profeſſurus, volens potius *Ciceronem* amicum, quàm inimicū relinquere: officioſè ſalutato dixit, ſe apud illum velle cœnare: quem Cicero alacriter excepit. Poſt aliquot dies quidam amicorum egerunt apud *Ciceronem*: ut cum *Vatino* quoque rediret in gratiam: num, inquit, & *Vatinius* tecum cœnare vult? ſignificans, illum cœnam ambire potius, quàm amicitiam. *Eraſm. 4. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

Caffiteris, id eſt, ſtannum aut plumbum album, æs ruptum ferruminat, utruñque contingens propter affinitatem, quam habet cum utroque: ita amicus amicitiam ac benevolentiam diſruptam reconciliare debet, utrique ſe accommodans ex æquo. *Plutarchus.*

Ignis facilè accenditur in paleis, & pilis leporinis, ſed idem mox extinguitur, ſi nihil addas: ſic iræ amantium, aut nuper conjugatorum, ſi nemo ſe admicuierit. *Plut.*

Ut cryſtalli fragmenta ſarciri nullo modo poſſunt: ita diſſiſſimum eos reconciliare, qui ex artiſſima familiaritate in mutuum odium venerint. *Idem.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Reconciliationis cum proximo offenſo exempla: Judas, *Genef. 38. verſ. 26.* Fratres *Joſeph*, *50. v. 17. 18. 19. 20.* Pharao, *Exod. 10. v. 16. 17.* *Iſraëlita*, *1. Samuel. 12. v. 18. 19.* *Semei*, *2. Sam. 19. v. 19.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Constantinus Magnus in synodo Nicena libellos accusatorum & quærelas sacerdotum utriusque partis comburi curavit, & ad *ἀποκαταστασιν* mutuam exhortatus est: etiam hoc addens: suum non esse, ejusmodi causarum cognitionem & iudicium sibi sumere: sed pertinere id ad eum iudicem, qui omnium corda scrutetur. *Socrates lib. 1, cap. 8. & Sozom. lib. 1, cap. 17.*

Maximus fuit omnium Themistoclis operum, quod bella intestina Græciæ extinxerit, contentionesq; eorum diremerit: multas suadens, ut suspenderent belli Persici causa simultates: qua in re egregium socium habuisse memoratur. Chilonem Arcadem, Plutarchus.

Concordiæ templum apud Romanos, nullam aliam ob causam ædificatum esse constat, quàm ut hominum inter se odia & simultates, quibus Respublica affligeretur, in eo factis sacrificiis deponerentur. Ideoq; Severo Romanorum Imperatore morbo extincto, cum odium inter Getam & Antonium fratres ob regni successionem esset ortum senatus decrevit: ut pro concordia utriusque Ditis immoortalibus sacrificaretur, ac præsentia ipsi concordiæ. Dion. Nicæus & Xiphilinus.

Vide Amicitia, Venia.

RECREATIO.

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Ovid. ad Pison.

*Nec enim facundia semper
Adducta cum fronte placet. non semper in armis
Bellica turba manet. nec tota claudicet horror
Nocte dieq; gemit: non semper Gnosites arcus
Destinat, exempto sed laxat cornua neruo;
Et galea miles caput, & latus ense resolvit.*

Ibidem.

*Igneæ quinetiam superiorem pater arma recondit;
Et Ganymedeæ repetens convivis mense,
Pocula sumit ea, quæ gessit fulmina, dextra.*

Horat. Satyr. 6. lib. 2.

*Quo bene circa.
Dum licet, in rebus jucundis vive beatius.*

Perkins

Perfius Satyr. 5.

*Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
Quod viuis; cinis: & manes & fabula fies.*

Martial. lib. 7. Epigram.

*Vive velut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe:
Perdiderit nullum vita reuerfa diem.*

Idem lib. 10. Epigram.

*Gaudia tu differs: at non & stamina differt
Atropos, atq; omnis scribitur hora tibi.*

Tibullus Eleg. 8. lib. 1.

*Et tu dum primi floret tibi temporis etas,
Vtere: nam tardo labitur illa pede.*

Seneca in Hercule furente.

Pòst multa virtus opera, laxari solet.

Stacius lib. 4. Sylvarum.

Nostra fatiscit,

Laxaturq; chelys: vires instigat, alitque.

Tempestriva quies, major pòst otia virtus.

¶ SIMILITUDINES.

UT sunt vices somni & vigilie, noctis & diei, tempestatu & serenitatis, belli & pacis: ita labores levandi otio & lusibus. *Plutarch.*

Lyræ & arcu remittimus, quò melius possint tendi: ita recreandus ocio animus, ut ad labores reddatur vegetior. *Plut.*

Auriga non semper addocit habenas, sed aliquando remittit: ita pueris non nihil indulgendum. *Idem.*

Ut arcus tensus rumpitur: sic animus remissus frangitur. *Plutarch.*

Uti noxales licet alternis interquiescant annis tamen eam cessationem ubertate compensant: ita relaxatio ingeniorum mediocris facit: ut ad studia reversi plus efficiamus vigore animi, licet brevioris temporis spatio. *Plin. lib. 18. cap. 16.*

Vide Otium & Ludus. Item Relaxatio.

REGNUM, REX.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

AB uno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impiis deseretur. *Eccles. 10.*

Ipsè mutat tempora & ætates: transfert regna atque constituit. *Daniel.*

sss 5

Ecce oculi Domini super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. *Amos 9.*

Rex insipiens perdet populum suum: & civitates inhabitabuntur per sensum prudentium. *Eccles. 10.*

Propterea exhonoravit Dominus conventus malorum, & destruxit eos usque in finem. Sedes ducum superbiorum destruit Deus, & sedere facit mites pro eis. Radices gentium superbiorum arefacit Deus, & plantat humiles ex ipsis gentibus. *Idem ibid.*

Terras gentium evertit Dominus, & perdit eas usque ad fundamentum. Arefactas aufert, & disperdit eas: & delet de terra memoriam earum. *Idem ibid.*

Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam. Dissipabitur terra, & direptione prædabitur: quia transgressi sunt reges mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum. *Esaiæ 24.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

OMnia indigent Domino, & misera & felicia: quia sine illo miser non sublevatur, & infelix non regitur. *Augustinus in Psalm. 32.*

Quicumque proprium corpus subegerit, nec ejus passionibus turbari animam suam rector sui, congrua vivacitate permiserit: is benè regia quadam potestate se cohibens, rex dicitur: quòd regere se noverit, & arbiter sui juris sit, ne captivus trahatur in culpam, nec præceps feratur in vitium. *Idem in Psalm. 118.*

Omnia, qui dispensandis terrenis rebus præsidet, occulti hostis jaculis latius patet. *Gregor. in moral.*

Magnoperè curandum est, ut qui regendis hominibus præfertur, apud se intrà sacrarium mentis in cathedra præsideat humilitas: quumq; judicanti ei à cæteris foris, adstititur, vigilantem oculo incessanter aspiciat, cui quandoq; iudicium, ipse de his judicandis, adstitat: ut quantò nunc ante eum, quem non videt, sollicitus trepidat: tantò eum, quum viderit, securior cernat. *Idem ibid.*

Revera mihi videtur esse ars artium, & disciplina disciplinarum, hominem regere, qui certè est inter omnes animantes maximè & moribus varius, & voluntate diversus. *Nazian. in apolog.*

Sæpè à disciplinæ metu resolvimus subditos: si nostro regimini hilaritatis fræna relaxamus: quia dum nos quasi licentes lætos aspiciunt, audacius ipsi ad illicita resolvuntur. *Gregorius in moral.*

Reges

Reges à rectè agendo vocati sunt: ideoq; rectè faciendo regis nomen tuetur, peccando amittit. Rectè ergò illi Reges vocantur, qui tam semetipfos, quàm subiectos benè regendo modificare noverunt. *Isidor. lib. de summo bono.*

Publici decoris mater, est mens regentis, & quale fuerit dominantis arbitrium: talem parit libertatis aspectum. Facilius est quippe; si dicere fas est, errare naturam, quàm dissimilem princeps possit formare Rempublicam. Is enim potest alios regere, qui se studuit sub decore tractari. *Cassiod. lib. 3. epist.*

Tura est conditio subiectorum, ubi vivitur sub æquitate regnantium: Principis autem opinionem longè latèque disseminat subiectorum custodita securitas. *Idem ibid.*

Qui Reipublicæ statum, & generale cupit stare fastigium, ad universa debet esse sollicitus: quia non est salus in corpore, nisi quàm & membra potuerunt obtinere. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Thyeste,

*Vbi non est pudor,
Nec cura juris: sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.*

Senec. in Hercul. furen.

*Rapta, sed trepida manu
Sceptra obtinentur, omnis in ferro est salus:
Quod civibus tenetur in vitis, scias,
Strictus tuetur ensis: alieno in loco.
Haud stabile regnum est.*

Idem in Troade,

Violenta nemo imperia continuit diu.

Idem in Medea.

Iniqua nunquam regna perpetuò manent.

Seneca Thebaid.

*Qui vult amari, languida regnet manu:
Invisa nunquam imperia retinentur diu.*

Ibidem.

*Regnare non vult, esse qui in visis times.
Simul ista mundi conditor posuit Deus.
Odium, atque regnum.*

Idem in Oedipo.

*Odium qui nimium timet.
Regnare nescit: regna custodit metus.*

Seneca

Seneca in Thyeste.

*Vt nemo doceat fraudes & scelera viam.
Regnum docebit.*

Lucan. lib. 1. bel. civil.

*Nulla fides regni sociis, omnisq; potestas
Impatiens consortii erit.*

Seneca in Thyeste.

Non capit regnum duos.

Seneca in Oedipo.

*Quisquam ne regno gaudet? ô fallax bonum.
Quantum malorum: fronte quam blanda tegis?
Vt alta ventos semper excipiunt juga,
Rupemq; saxis vasta dirimentem freta,
Quam vis quieti verberant fluctes maris.
Imperia sic excelsa fortunæ obiacent.*

Seneca in Thebaid.

In servitutem cadere de regno, grave est.

Ibidem.

*Regna cum scelere, omnibus
Sunt exiliis graviora.*

Seneca in Hercule furente.

*Sanguine humano abstine
Quicumq; regnas: scelera taxantur modo
Majore nostra.*

Seneca in Medea.

*Hoc reges habent
Magnificum & ingens nulla quod rapiet dies:
Prodesse miseris: supplices fido lare
Protegere.*

Seneca in Thyeste.

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

Horat. lib. 1. Epist. ad Meccœnatem.

*At pueri ludentes, rex eris ajunt,
Si rectè facies: hic murus athenensis esto:
Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa.
Roscia dic sodes melior lex: an puerorum
Nenia? quæ regnum rectè facientibus offert,
Et maribus Curis & decantata Camillis?*

Aufonius in Monosyl.

Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex.

Claud. de 4. Honorii Conf.

*Tunc omnia jura tenebis,
Cum poteris rex esse tui.*

Seneca in Oedip.

*Regnum hoc ipsum reor.
Adversa capere, quoque dubius magis
Statibus & cadentis imperii moles labat,
Hoc stare certo pressius fortem gradu.
Haude est virile terga fortuna dare.*

Senec. in Hercule furente.

Ars prima regni est, posse invidiam pati.

Seneca in Troade.

Est regis alti, spiritum regi dare.

Senec. in Octa.

Decet timeri Casarem:

At plius diligi.

Seneca in Oedipo.

*Certissima est regnare cupienti via,
Laudare modica.*

Claud. de 4. Honorii Conf.

Componitur orbis

*Regis ad exemplum: nec sic in spectere sensiss
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.*

Seneca in Troade.

Praferre patriam liberis, regem decet.

Seneca in Hercule furente.

*Victima haud ulla amplior
Potest, magisque opima mactari Iovi,
Quam rex iniquiss.*

Senec. in Hercule Oeteo.

Colit hic reges: calcet ut omnes.

Perdatque alios, nullumque levet:

Tantum ut noceat cupit esse potens.

Ex Graecis Comicis.

*Δὴ τὴν πολιτῶν ἀρετῶν αἰεὶ ἄμρον,
Τὴν τῆς λόγων ἰδίω δὴ αἰμὴν σὺν ἐπιφθοροῦ,
Ἡθεὶ δὲ χρεῖσθαι συσκευασθῆναι ἰσχυρῶν.
Urbis tenere qui gubernacula cupit.
Hic ne invidenlia polleat facundia,
Sed quae probis sit temperata moribus.*

Εἰκὼς δὲ βασιλεὺς ἐστὶν ἐμφύλιος Θεοῦ.
Animata imago rex putandus est Dei:

Ἄρχῆς περὶ δουλείας, ἴσθι ταύτης ἀξιόθ.
Imperium adeptus, dignum eo te præbeas.

§ SENTENTIA. PHILOSOPHICÆ.

Inter homines antiquorum optimus animorumque rector
 eligebatur. ideoq; summa felicitas erat gentium: in quibus
 poterat esse potentior, nisi melior. *Senec. 3. Epist.*

Inexpugnabile munimentum, amor civium. quid pulchrius
 est, quàm vivere optantibus cunctis? quis huic audeat struere
 aliquod periculum, sub quo iustitia, pax, securitas, dignitas
 erent? sub quo opulenta civitas, copia bonorum omnium abunde
 dat? *Idem de clementia ad Neronem.*

Si vis omnia tibi subjicere, te subjice rationi. Multos regere
 si te ratio rexerit: ab illa disces, quid & quemadmodum agere
 debeas. *Idem in Epist.*

Gentes barbaras impatientesque alieni arbitrii facilius
 regere, quàm animum suum continere, & sibi tradere. *Ibid.*

Simul ista mundi rector Deus posuit, omnium atq; regnū: qui
 ergò odia nimium timet, regnare nescit. *Ibidem.*

Sicut hominibus reges, ita regibus dominandi desideria
 minantur: hoc est regnum, nolle regnare cum possis. Vis ergo
 regnum tibi dare magnum: rege te ipsum. *Ibidem.*

§ APOPHTHEGMATA.

Diogenes. Narrant Alexandrum magnum astantem Diogeni
Cynico, quæsisse ab eo, num ipsum metueret? tūc ille, qui
 es? bonum, an malum? Alexander respondit, Bonum, quod
 igitur, inquit *Diogenes*, timet bonum? *Laert. lib. 6. cap. 2.*

Sigismundus Imperator audiens a quibusdam disputari, puerum
 melius esset amari, an timeri à subditis? respondit: quemadmodum
 modum superi amari & timeri volent: ita & reges. neque enim
 benè ames, nisi etiā timeas. Timor enim reverentiam arguit
 quæ regibus maximè debetur. *Aneas Sylvius libr. 4. comment. de
 res gestas Alphonsi.*

Alphonssus rex interrogatus, quos è popularibus suis perchie-
 ros haberet? illos, inquit, qui non magis eum, quàm pro eis
 metuant. *Panormit. lib. 4.*

Constantinus Chlorus amicis admonentibus, quod in augendo
 fisco videretur indiligentior, respondit: publicas opes relictas
 privatis haberi, quàm intrà unum claustrum reservari. *Erasm.
 lib. 8. apophth.*

Augustus Caesar audiens, quòd *Alexander* natus annos triginta duos, postquam pleraque mundi regiones peragrarat, dubitasset quid in reliquum vitæ tempus esset factururus? demirabatur, si *Alexander* non iudicasset majus opus, benè gubernare partum imperium, quàm amplam ditionem comparasse. Rectè notavit inexplebilem *Alexandri* ambitionem, qui nullam aliam functionem regi dignam existimasset, quàm proferre ditionis terminos: quùm multo tùm pulchrius tùm difficilius sit regnum, quod contigit, rectis legibus, sanctisq; moribus exornare, quàm armis regno regnum addere. *Plut. in Rom. apoph.*

Agrippina, quùm genethliaci *Agrippinæ* matri *Neronis* respondissent, imperatorum quidem filium, sed occisurum matrem: occidat, inquit, modò imperet. *Sueton.*

Rudolphus Cas. interrogatus, qui fieret, ut homines eas quas non didicerunt artes, omnes recusarent: imperii autem gubernationem oblatam: nemo? non mirum, inquit: stultos enim putant, qui regnare nesciunt: stultum autem nemo sese iudicat. *Aneas de dictis Friderici Imp.*

Apollonius rogatus à *Babyloniæ* rege quomodo tutò regnare posset? si multos, inquit, honoraveris: paucis verò credideris. *Philostrat.*

Antigonus, quùm omnes admirarentur *Antigonum* regè quòd quùm initio regni durior fuisset, senex factus, clementer ac placidè regnum gubernaret: prius, inquit, opus erat regno: nunc gloria & beneyolentia. *Plut. in apoph.*

Cotys rex Thraciæ, acriter in subditos animadvertibat. Cùm igitur amicorum quidam ad ipsum dixisset: hoc furor est, non regnum: respondit, at meus hic furor subditos temperantes efficit. *Plut. in apoph.*

Leonidas cuidam dicenti: excepto regno nulla re nobis præstas, at, inquit, nò vobis fuisset melior, non essem Rex. *Plut. in Laced.*

Ariston cuidam laudibus vehenti dictum *Cleomenis*, qui rogatus, quid oporteret bonum regem facere? respondit, amicis benefacere, inimicis malè: at quantum præstantius est, inquit, vir optime, amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos? *Plut.*

Antigonus quodam dicente: omnia regibus honesta, justèque esse: sunt per Jovem, inquit, barbarorum duntaxat regibus: at nobis ea duntaxat honesta sunt, quæ honesta sunt, ea tantùm iusta, quæ iusta sunt. *Erasm. lib. 4. apoph. ex Plut.*

Cyro conflicturo cum hoste, loco qui dicitur *Cunax*, *Clearchus* suavit, ut se post *Macedones* contineret, nec sese in belli discrimina

men conjiceret: quid ais, inquit, Clearche? visne, ut quum regnum appetam, regno me indignum ostendam? *Plut. in appo.*

Dionysius senior quum in initio regni regia ipsius obsideretur conjuratis in illum civibus: & amici autores essent, ut imperium deponeret, n̄ mallet captus interfici: ille conspiciens populum à coquo maſtarum illicò concidere, dixit: quum mors adeò brevis sit, an non absurdum sit, nos metu mortis tale regnum relinquere? *Plut. in apoph.*

Pyrrhus Rex, quum Athenas venisset, & ingressus arcem Palæadis, rem divinam fecisset: eodem die descendens ex arce, colaudavit quidem Atheniensium ergà se fiduciam: cæteri monuit, si saperent: ne posthac culpam regum portas apererent. Significans, omnibus regibus natura invisam populis libertatem. *Erasm. lib. 4. apoph.*

Philippus Macedonum rex in palæstra prolapsus: quum surgens in pulvere vidisset corporis vestigium: Papæ! inquit, ut matrem terræ partem natura sortiti, orbem appetimus univsum? *Erasm. ex Plut.*

§ SIMILITUDINES.

UT quibusdam cum foris, in foro: aut in curia conspiciuntur: ac splendidi, domi morosa uxor contristat omnem famulam: sic regno ac divitiis multa adsunt occulta mala. *Plut.*

Ut quædam fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, ne cera quædam confusa: ita divina vis, aut regia potestas in obſcultate sevit: mollibus parcit, & cedentibus. *idem.*

Ut vitis nisi amputes, larè sese spargit, brachiis suis omnia complectens & implicans: ita princeps ambitiosus semper ab aliis quidè proximis suo adjungit imperio, nisi subindè vindicetur. *Erasmus.*

§ EXEMPLA SACRA.

Regis iræ exempla: Joas, 2. Paral. 24. v. 21. Nabuchodonosor, Daniel. 2. vers. 5. 12. Reges inaugurandi & consecrandi formula, *Vide Precationum formule.* & Principes inaugurandi Reges ac Principes religionis curam suscipere debent. Exempla: David, 2. Sam. 6. v. 2. & 7. v. 2. Josaphat, 2. Paralip. 17. v. 7. & 19. v. 4. Ezechias, 29. v. 5. Josias, 34. v. 8. *Vide Magistratum eorum officia.* Reges mortalis suæ conditionis commonebantur debent. *Psal. 82. v. 7.* Reges ac Principes non facillè cedunt. Exempla: David, 2. Sam. 19. 29. 1. Paral. 21. 4. Roboam, 2. Paralip. 10. 8. Aſa, 16. 10. Amasias, 25. 16. Ozias, 26. v. 19. Josias, 35. v. 22. Sedechias, 36. v. 12. 13. Joacim, *Ierem. 36. v. 25.* Herodes, *Matth. 23. v. 17.* Reges interdum clientum suorum metu indigna committunt.

tunt. Exempla: Darius, *Dan. 6. v. 14.* Reges ob populi peccata mutantur, *Proverb. 28. v. 2.* Reges Dei, Christiani, *1. Pet. 2. v. 9.* Reges quid facere, quidve fugere debeant, *Deut. 17. v. 19. 1. Samuel. 8. v. 1. & c. 1. Reg. 2. v. 2. & 10. v. 9. 2. Paralip. 9. v. 1. & 19. 5. Job 34. v. 30. Psalm. 2. v. 10. & 101. v. 1. & c. Proverb. 14. v. 28. & 19. v. 12. & 20. v. 8. 26. & 28. v. 15. & 29. v. 4. 14. & 31. v. 4. Sapient. 6. v. 9. Ierem. 22. v. 2. Vide Magistratum officia.*

De Exemplis Profanis consule Apophtheg.

§ HIEROGLYPHICA.

PER aquilam solitudinem regni hieroglyphicè significari quidam volunt, quod regiū esse dicant. unum è filiis hæredem instituere: uni rerum habenas commendare: quandoquidem, ut ait *Ovidius*:

Non bene cum sociis regna Veniuntq; manent.

Pier. Valer. lib. 19. pag. 179. A.

Apertissimè quidem *sceptrum* sive *virgam* hieroglyphicum esse regni, illud in divinis literis ostendit, quod *sceptru* de manu *Juda* non auferendum pollicetur Dominus. *Genes. 49. idem Pier. Valer. lib. 41. pag. 401. B.*

Ægyptii Regem hominem per *Elephantis* simulacrum intellegebant: non eo tantum de causa, quod cum gregatum semper ingredientur, is qui maximus est natu. gregem ducit: quod in regibus eligendis multarum nationum ac gentiū mos fuit, & c. *Pier. Valer. lib. 2. pag. 15. B.*

Hominem Ægyptii ampliori aliqua dignitate tituloq; honestatum, qui tamen nulla vel majestatis, vel decori ratione habita, vilissima quæque sectaretur, sordesq; omnes perferutareretur, significare si vellent, hieroglyphicum *Elephantis* quæ nures venaretur proponebant: indignus quidem tam vasta mole labor. *Idem Pier. Valer. lib. 2. pag. 17. B.*

Si verò Regem optimum significare procurassent: *Anguem* utiq; in orbem collectum effingebant, cauda moricis apprehensa, sed regis nomen in spiræ medio describebant. Quin etiã certam anguis speciem *μεισι* cognominatam, huic significato adhibebant. Cur verò *Anguem* fingerent sibi caudam admordentem, auctores, quos sequimur, nusquam tradunt: sed si ariolari licet, indicabat: omnia usq; ad minima ultimaq; curæ esse Regi, qui bonitatis nomen sit adepturus. cum ea præcipuè de causa *Sardana palus*, & pleriq; alii infames habiti sint: quod simulac ad principatum venerunt, omni abjectâ curâ sibi mer tantum vacare, seq; unos curare instituerunt. *Pier. Valer. lib. 15. pag. 140.*

Quodsi Regem Egyptii suum, vel alium quempiam in obellis
aut monumentis aliis, curam populi sui gessisse regiam accu-
rentur, eumque tutelarem fuisse commonerent, Anguem vige-
lem, vertice quippè surrecto, elatoque pectore sculpebant: cu-
jusmodi species adhuc plerisq; locis inspicitur. Hic verò pro
regio nomine, Custos, inscribatur: utpote quòd æquè vige-
bundum esse deceat Regem, cui gentium regniq; tutela sit cura
credita. *Idem ibid.*

Vide Princeps.

RELAXATIO.

§ APOPTHEGMATA.

A *Naxagoras* publicè decretis honoribus animo magno re-
diatis, id sibi omninò postulasse commemoratur: ut quo-
die mortem obiret, pueris, qui disciplinis & artibus operam da-
rent, permitterentur feritatis otia & ludi. Sensit enim vir do-
ctissimus, ingenia adolescentum nimis studio frangi: refocila-
tione autem aut recreatione ad novos labores agiliores fieri.
Plut. in Lacon.

Amasis Egyptii rex ab amicis reprehensus, quod perfunctim
negotiis forensibus potaret, omnique voluptatum genere labo-
veretur, respondit: qui arcus habent, eos non intendere, nisi
quùm opus est: quos si semper intendant, rumpendos esse: ac ce-
tùm quidem fore usui, quùm exigit usus. Ita qui nulla relaxa-
tione curas suas solvunt, aut mente captos, aut corpore male
affectos evadere. *Brus. lib. 4. cap. 8.*

Vide Otium, Recreatio.

RELIGIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda. 6. lib. 3.

*Dii multa neglecta dederunt
Hesperia mala luctuosa.*

Ovid. lib. 1. Fastor.

*Præstera lux oritur, linguis animisq; favete:
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures insanaq; protinus absint
Iurgia: differ opus livida turba tuum.*

Tibullus lib. 2. Eleg. 1.

*Luce sacra requiescat humus, requiescat arator:
Et grave suspensio vomere cesset opus.
Solvite vincla jugis: nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boves capite.
Omnia sint operata Deo: non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum.*

Ovid lib. 2. de Ponto.

*Dii quoq; ut à cunctis hilaris psetate colantur;
Tristitiam poni per sua festa jubent.*

Seneca in Octavia.

*Parcite lachrymis urbis festo,
Latoq; die.*

Plaut. in Militè.

Quod in divinis rebus sumas sumptus, sapienti lucro est;

Perlius Satyr. 2.

At vos

*Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum?
Nempè hoc, quod Veneri donat. è à virgine pupæ.
Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago:
Compositum juss, fasq; animi. sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cædò ut admoveam templis, & ferre litabo.*

Tibul. Eleg. 1. lib. 2.

*Castra placent superis, pura cum mente venite:
Et manibus puris sumite fontis aquam.*

Virgil. lib. 2. Æneid.

*Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates;
Me bello ex tanto digressum, & cede recentis
Attrectare nefas: donec in flumine viro
Abluero.*

Ovid. Epist. 7. Heroid.

*Pone deos, & que tangendo sacra prophanas:
Non bene cælestes impia dextra colit.*

¶ APOPTHEGMATA.

Dlogenes quum in phano cœnaret, eique panes sordidi essent appositri: abjecit illos è phano, dicens: in templum nihil oportere ingredi sordidum. Laert. lib. 6.

Ttt 2

Lycurgus pereunstanti, cur instituisset, ut minutis ac villis rebus sacrificaretur? ne unquam, inquit *Lycurgus*, deficiat ne quo numen honoremus. *Plut. in Lacon.*

Demonax cum ob id accusatus esset, quod *Minervæ* nunquam sacrificasset: nunquam, respondit, putavi meis sacrificiis opus fuisse. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Alexander consulto oraculo monitus est: ut cum, qui sibi portam egresso primus occurrisset, interfici juberet. occurrit *Agaso*, jussus est arripi: roganti, quid commeruisset? responsum est: ita jussisse Deum. Si ita est, inquit, ô rex, alius designatus est ab oraculo: nam asinus tibi prior occurrit. *Agaso* enim loquitur asinum ut impellat, alioqui non secuturum. *Alexander* delectatus hoc commento, asinum pro homine occidit. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Idem inter sacrificandum cum utraque manu thura ad evaporandum assumpsisset, à *Leonida* ob id reprehensus est: dicebat enim *Leonidas*: cum ferentibus aromata terris imperatoris, copiose tunc thura adolebis: nunc verò utere parcius. *Victa* autem *Saba*: *Alexander* *Leonidæ* scripsit: at te thus, myrrhamque abundè transmisiimus: ut cum Deis parcus esse desinas. *Plutarch.*

Antiochus cum urbem obsideret *Hierosolymam*: *Judæis* ad maximum illud festum celebrandum septem dies petentibus non solum eos concessit, verum etiam tauros auratis cornibus adornatos, magnamque thymiamatum & aromatum vim usque ad portas urbis cum pompa solenni deduci jussit: traditaque illorum sacerdotibus hostia, ipse in castra rediit. *Judæi* verò regis benignitatem admirati, protinus à festo peracto, in fidem illius sese dederunt. *Plutarch. in apoph.*

§ SIMILITUDO.

Qui divos colunt metu alicujus mali: perinde faciunt, ut ii, qui tyrannos venerantur, ne noceant, quos oderunt animo. *Plutarch.*

§ EXEMPLA SACRA.

Religionis contemptæ exempla: *Gallio*, *Actor. 18. v. 15.* *Simulacra*, *Abfalom*, *2. Samuel. 15. v. 7.*

Vide Pietas.

REPRE-

REPREHENSIO.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plaut. in *Bachid.**Leniter qui seruiunt, sapiunt magis.*Plaut. in *Trucul.**Alterum qui inculsat probri, ipsam se intueri oportet.*Ovid. lib. 6. *Fastor.**Sic agitur censura, & sic exempla parantur:**Cum iudex alios, quod monet, ipse facit.*Claud. de 4. *Honor. consul.**In commune iubes, si quid, confesque tenendum:**Primum iussa sibi, tunc observantior equo**Fit populis; nec ferre vetat cum viderit ipsum**Autorem parere sibi.*

Et infra.

*Nec sic in spectere sensus**Humanos edicta valent, quam vita regentis.*Horat. lib. 2. *Satyr. 1.**Si quis**Opprobriis dignum intraverit integer ipse**Solvetur risu tabula: tu missus abibis*Juvenal. *Satyr. 2.**Loripedem rectus deridet, Æthiopem albus,**Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?**Quis cælum terris non misceat, & mare cælo**Si fur displiceat Verri, homicida Miloni?**Cloësus accuset mæchos, Catilina Cethegum?**In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres?*

¶ SIMILITUDINES.

UT lamias fabulæ narrant, foris oculos esse, domi oculis in vase reconditis, nihil videre: ita quidam in alienis perspicaces sunt, ad sua cæcutiunt. *Plut.*

Ut quibus domi multum est malorum, gaudent apud alios versari: ita animus sibi malè conscius, sua horrens, de alienis agit, & maliciam suam apud alios pascit. *Plut.*

Facile est demoliri, quod alius extruit: at difficillimum, idem aut melius aliquid extruere: ita aliorum orationem reprehendere in proclivi est: at eodem modo meliusve dicere, non est perinde facile. *Plut.*

Ttc 3

RE REPREENSIO. REPULSA.

Non quemadmodum parasitus, convitio tactus abiis, à quo bus alitur, ridet, ac nihil commovetur: ita philosopho reprehensus, debet esse affectus: sed nec offendi oportet, nec impudenter negligere. *Plut.*

Ut oculus: sic animus se non videns, aliena cernit, *Cic. lib. 2. Tusc. quest.*

Cum ætate vehementius tonuerit, quàm fulserit, ut inquit Plinius, ventos denuntiat: ita ubi quis vehementer in clamarum aliorum vicia, ipse non perinde lucens morum integritate: indicium est animi magnis ambitionis vento tumescentis, quàm solide pii. *Erasm.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Hyperbolus quidam in reprehendendo ita acerbus fuit: ut merito teriam Comicis penè omnibus perpetuam discessionem Theatris præbuerit. *Plutar. in Alcibiade & Nicia.* Meminit etiam *Thucydides lib. 8.*

Clitum rex Alexandrum non tam inflammasse ex vino, quàm quòd in frequentia amicorum corripere. *Plutarch. de discessionibus adulatoribus.*

Eudoxia Arcadii imp. uxor, cum reprehensiones liberas Diogeni. Chrysostrami Constantinopolitani Episcopi ferre non posset, b s in exilium curavit ejici virum sanctissimum. *Theatr. Zuing. fol. 2863.*

Impertius, rex Bergomensium, cum Joannis Episcopi admonitionem liberè in convivio ferre non posset: cum in sidis equi ferocissimi, cui cum insidere fecit, è medio tollere frustra conatus est. *Theatr. Zuing. fol. 2863.*

Latius præfectus prætorii pertinacem Imperatorem, quod sepius ab eo reprehenderetur, in palatio confodit, sexto imperii mense, cum Elesto & cæteris duobus cubiculariis. *Cuspin.*

Vide Correctio.

REPULSA.

§ APOPTHEGMATA.

Pedarettus cum in trecentorum virorum ordinem non effectus ascriptus, (qui honos apud Spartanos primam dignitatem obtinebat) repulsus discessit hilaris, ac ridens: evocantibus autem eorum Ephoris, quidque rideret percontantibus? Gratulor, inquit, huic Reipublicæ trecentos habeat cives, multò meliores. *Plutarch. in Lacon.*

Athuro

Athenienses cum Themistoclem aliquando publicè infamia notaissent: rursusque deinde ad imperium gerendum revocarent: non, inquit, laudo eos homines, qui eodem vase pro matula, & ad infundendum vinum utuntur. Alian. lib. 13. de var. histor.

C. Marius obscuro genere natus, facinorù militarium commendatione ad Rempub. accessit. Ac primum majorem petiit zdilitatem: ubi sensit ea spe frustrari sese, eodem die minorem ambit: & hac frustratus, haud tamen desperavit, se Romæ civitatis primum fore: docens, quantum in rebus humanis valeat audacia. Plut. in Rom. apoph.

Tacitus Imp. fratri petierat consulatum, nec impetravit: ea repulsa adeò non fuit offensus, ut vehementer etiam lotatus sit: dicens, scit senatus, quem principem fecerit. Vopiscus.

¶ HIEROGLYPHICA.

Antiqui. *hominem qui vel candidatus turpem esset repulsam repulsus: vel partam dignitatem amisisset, Vatiniana aliqua affectus ignominia, ac propterea tanto perfusum pudore, ut in loca frequentiora prodire non audeat, ostendere se vellent, Cervum mare sine cornibus inter virgulta fruticesq; abditum pingere soliti sunt. Pier. Valer. lib. 7. pag. 64. F.*

Per hominem etiam corvis obiectum destinatione, aut quid aliud ita expositum, id hieroglyphico manifesto intelligimus, quod ignominiosè repulsus fuerit eque conspectu submotum. Idem lib. 24. pag. 218. D.

Vide locum de Ambitione, & Honore.

REQUIES.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. Epist. 3. Heroid.

Quod caret æterna requie, durable non est.

Seneca in Hercule furente.

Detur aliquando otium,

Quiesque fessis.

Ovid. Epist. 3. Heroid.

Hæc reparat vires, fessaque membra novat.

Arcus & arma tuæ tibi sunt imitanda Dianæ:

Si nunquam cesse tendere, mollis erit.

Vide Quies, Otium, Somnus.

RERUM COMMU-
nitas.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Satyr. 2. lib. 2.

*Nam propria telluris herum natura, neque illum
Nec me, nec quencquam statuit. Nos expulit ille,
Illum aut nequisses, aut vafri inscitia juris:
Postremum expellet certe vivacior heres.*

Senec. in Hippolyro.

Hoc equidem reor

*Vixisse ritum, prima quos mistos atas
Profudit: nulla his auri fuit
Ceca Cupido: nullos in campo sacer
Divisit agros arbiter populis lapis.
Nondum secabant credula pontum vates.*

Vergil. lib. 2. Georg.

*Antè Iovem nulli subgebant arva coloni:
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Eas erat: in medium querebant, &c.*

Vide sequent. locum de Republica.

REPUBLICA.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Republica nomen universæ civitatis est, pro qua mori & cui nos toros dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus. Cic. 2. de Leg.

Eò omnis vitæ nostræ ratio transmittenda est: ut magnam nostri nominis famam, ex maximis in Rempublicam meritis collatis, posteris relinquamus Cic. in Vat.

Omnibus bonis expedit salvam esse Rempub. Philip. 13.

Laudandus est is, qui mortem opperit pro Republica: qui doceat chariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipfos. Estq; illa vox inhumana & scelerata eorum, qui negant se reculare, quò minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consuetur. Cic. de Finib.

Qui pro Republica vitam reddiderunt: nunquam mehercule est mortem potius, quàm immortalitatem asecuros putari. Cic. pro Planco.

Nihil

Nihil est ex omnibus rebus humanis præclarior aut præstantius, quàm de Republica benè mereri. *Cicer. ad Planc. Familiar. 10.*

Omni timore deposito, debemus liberè Reipub. consulere. *Brut. ad Cic. Famil. 11.*

Majores nostri, iis qui ob Rempublicam mortem obierant, pro brevi vitæ diuturnam memoriam reddiderunt. *Cic. Philip. 9.*

Non potest cuiquam malè de Republica merenti iusta esse causa. *Cicer. Respons. Arusp.*

Magnus est in Repub. campus, multis apertus cursus ad laudem. *Cic. Philip. 14.*

Nostra nos patria delectat: cujus rei tanta est vis, ac tanta natura: ut lithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimæ vir immortalitati anteponat. *Cicer. 1. de Orat.*

Chari sunt liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitè mortem oppetere, si ei sit profuturus? *1. Offic.*

Si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii. Principes sunt. patria & parentes quorum beneficii maximè obligati sumus. *Idem ibid.*

Pro patria, & in patria mori. præclarum. *Cic. ad Attic. 8.*

Nemo est tam ingratus, tam impius, tamquæ nullius humanitatis: qui, si patriæ merita resumere velit. non eam magis quàm seipsum diligeat. *Cic. in Vatim.*

Omnia quæ à nobis geruntur, non ad nostram utilitatem & commodum: sed ad patriæ salutem conferre debemus. *Idem ibid.*

Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ vitandum arbitretur: hæc enim sæpè ipse secum loquitur: non tibi soli, sed etiam, adeo multo potius, natus sum patriæ. Vita, quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum solvatur. *Cic. 4. ad Heren.*

Nihil est præstabilius viro, quàm periculis patriam liberare: beatiq; sunt hi, quibus ea res honori fuerit. *Pro Milan.*

Pericula, labores, dolorem etiam optimus quisque pro patria, & pro suis suscipit: dolores deniq; suscipere mavult, quàm deserere ullam officii partem. *Cic. 1. de Finib.*

§ APOPHTHEGMA.

Solon rogatus, quomodo civitas in optimo statu degeret? dixit: si cives quidem magistratui obediant: magistratus autem legibus. *Plutarch.*

Socrates interrogatus, quznam munitissima civitas esset? respondit, quæ bonos viros habet. Idem, felicem illius Republicæ constitutionem esse dixit, in qua præfecti societate conunguntur. Pronuntiavit item optimam eam esse: in qua plurimæ virtuti præmia proposita sunt. *Erasmus*.

SIMILITUDINES.

Sicuti ex contrariis elementis mira harmonia temperata est mundus: ita diversis hominum studiis constat *Reipub.* *Erasm.*

Ut navis multis iactibus compingitur, clavibus, paxillis: demum ad tempus aliquantum relinquitur: donec coherescant & commissuræque, tum tuto sulcat maria: sic civitas multis iactibus conditur, donec aucta tempore, tutam ac tranquillam vitam præbeat civibus. *Plutarch.*

Ex alvearium strepitu ac tumuleu colligunt apes recte vitæ: contra ex quiete *Reipub.* *Plut.*

Gubernator quædam suis manibus facit, quædam per alios: & aliquando alius ad clavum admittis, ipse in proram demittitur: sic in Republica non debet unus occupare omnia munera: aliis vicissim dare locum. Rectius enim fiunt, quæ multorum manibus peraguntur. *Plutar.*

Qui navem gubernant, aliena voce iussuque, utuntur: sic in Republica gubernant, in seipsis sapientiam habeant oportet, ut non sit opus aliena voce. *Idem.*

Vestalibus tempus erat præstitutum: primum, in quo crederent: alterum, in quo exercerent: tertium, in quo docerent: idem fiebat in sacerdotibus Ephesiarum Dianæ: itidem faciendum est, qui *Reipub.* gerunt. *Plut.*

Ut difficillimum ac periculosum est arborum, quæ jam latè sparsere radices, revellere loco, & aliò transplacere: ita *Reipub.* longo tempore suis inveteratam institutionem, & vitam rationem traducere non licet, citrà maximos tumultus. *Ibidem.*

Gubernator optimos quærit naves: architectus doctissimos quærit ministros: ita princeps eos asciscit amicos, quos *Reipub.* administrandam maxime sint idonei. *Plut.*

Qui sensim ac volentes descendunt in puteum, nihil laquei accedunt ad Republicam moderatè ferunt: qui sese cito injiciunt, eos poenitet. *Plut.*

Ut vinum primum servit, ac parat bibenti: ac paulatim mixtū venis, rapit hominem ac traducit in suos mores: ita *Reipub.*

Rempublicam administrat, initio se populi moribus accom-
modat, post sensim eum ad sua trahit instituta. *Plin.*

Non est infirmior manus, quòd in digitos sit dissecta, sed ad
operandum agilior: ita negotia multis communicata, in Re-
publica plenius conficiuntur. *Plutarch.*

Ut qui animi causa navim ingreditur, ut spectet, aut in ea
inambulet: deindè repente soluta, atque in altum revulsa nau-
seans ac vomens frustrà foràs prospectat: sic qui leviter & qua-
si iusus gratia attingunt Rempublicam, à semel suscepta nò pos-
sunt, sese explicare: negotiorum undis secum hominem & in-
vitum trahentibus. *Plin.*

Ut quibus domi nihil est boni, in foro plerunque versantur,
& obambulant: sic quidam, quia nihil habeant, quòd privatim
agant, ad publica administranda conferunt sese. *Plut.*

Ut equus strigosus imputatur non equi culpæ, sed equiso-
nibus: ita populus male moratus Episcopis aut Principibus.
Erasmus.

Cum bruta solitum nature momentum relinquunt, tem-
pestatis indicium est: hoc est, cum mergi fugiunt maria aut
stagna, cum absconduntur formicæ, aut ova progerunt: lum-
brici è terra fugiunt: ita cum audent facinorosi, tacent integri:
sapit vulgus, desipiunt Principes: Sacerdotes pro terrenis di-
gladiantur: id perniciem humane vitæ significat. *Erasm.*

In corpore, si quid est, quòd reliquo corpori noceat, uri ac
secari quòd nocet patimur: ut membrorum aliquod potius,
quàm totum corpus intereat: sic in Republicæ corpore, ut to-
tum salvum sit, quicquid est pestiferum amputetur. *Cic. Philop. 8.*

Ut contemnendus est, qui in navigando se mavult esse inco-
lumem quàm navim: ita vituperandus est, qui in Reipub. di-
serimine suæ plus quàm communi saluti consulit. *Cic. lib. 4. ad
Herennum.*

Vide Princeps, & Regnum.

REVERENTIA.

§ SIMILITUDO.

A Pud Thessalos capitale est occidere ciconiam, non ob aliud
nisi quòd serpentes interficit: parçitur apud Britannos mil-
vis, quòd urbem raptis extis pecudum repurgent: ita quibusdã
honor habendus, non quòd ipsi digni sint, sed quòd illorum
opera nobis sit usui. *Erasmus.*

§ EXEM.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Reverentiae exempla: Rex Israël, 2. Reg. 6. vers. 21. 22. Dilecti puli, Marc. 9. v. 32. Elizabeth, Luc. 1. v. 43. Populus, 9. v. 41. Actor, 5. v. 13. Ecclesia Gentium, 20. v. 37. & 21. v. 5. Paulus, 26. v. 25. Rom. 12. v. 10.

Vide Dignitas, Honor.

RISUS.

§ SENTENTIAE POETICAE.

Ex Graecis Comicis.

Γέλῳ δὲ ὁ μωρὸς κἄν τι μὴ γελῶν ᾗ.
Ridet fatuus & nulla causa quàm subest.
 Γέλῳ ἀκαίρῳ ἐν ὄροτοῖς δεινὸν ἦναι.
Malum grave est ridere non in tempore.

§ APOPTHEGMATA.

Diogenes dicente quodam: hi te risu prosequuntur: at ego inquit, minime ridiculus sum. *Brusson. lib. 1. cap. 27.*

Plato in risum nimium profusus damnabat. nam effusum risum, inquit, vehemens mutatio sequitur. *Idem lib. 3. de Repub.*

Plistarchus causidico quodam ridicula semper dicenti: non cessabis, ait, à ridiculis continuè dicendis: ne ridiculus fias: ut qui assiduè luctantur, luctatores. *Brusson. lib. 5. cap. 27. ex Plat.*

Cicero consul, quàm L. Murænam à Catone aceusatum defenderet, variis modis Stoicos (quorum sectator erat Cato) philosophosq; illudens, multum risum iudicibus injecit: & ipse quoque Cato subridens: Dii boni, ait, quàm ridiculum habemus consulem? *Brusson. lib. 5. cap. 27. ex Plat.*

Vide Irrisio, Derisio.

ROBUR.

§ EXEMPLA SACRA.

Robustorum exempla: Nimrod, *Genes. 10. vers. 9. Moabites iudic. 3. v. 29. Samson, 14. v. 14. 15. Israëlita & Benjamin 22. v. 46. Cis pater Saulis, 1. Samuel. 9. v. 1. David, 16. v. 18. & 17. v. 34. 35. 36. 2. Samuel. 16. v. 18. Goliath, 1. Samuel. 17. v. 45. & Abisai, 2. Samuel. 23. v. 18. 1. Paralip. 11. v. 20. Jojada & Banajab 2. Samuel. 23. v. 20. 22. 1. Paralip. 11. v. 22. Filii Ulam, 1. Paralip. 2. v. 40. & 9. v. 13. Jesbaam, 11. v. 11. Eleazar, v. 12. vir de Gad, 12. v. 8. filii Meselemiz, 26. v. 1. 2. Robusti Jerusalem, 2. Paralip. 17. v. 14.*

17. v. 14. Robusti de Israël, 25. v. 6. Robusti juvenes, 2. Macchab.
12. v. 27.

Vide Fortitudo.

RUS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Tempus in agrorum cultu consumere dulce est.

Horat. lib. Epodon.

*Beatus ille, qui procul negotiis,
(Vt prisca gens mortalium,)*

*Paterna rura bobus exercet suis
Solistes omni sœnore.*

*Neg; excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare:*

*Forumq; vitat, & superba civium.
Potentiorum limina.*

Seneca in Hippolyto.

Non alia magis est libera, & vitio carent,

Ritesq; melior vita, que prisca colat,

Quam qua relictis manibus sylvas amat.

Non illam amare mentis inflamat furor.

Quis se dicavit montium insontem jugis:

Non aura populi, & vulgus infidum bonis:

Non pestilens invidia: non fragilis favor:

Non ille regno servit, ac regno invidet:

Vanos honores sequitur, aut fluxas opes:

Spei metusq; liber: hand illum niger,

Edaxq; livor dente degeneri petit.

Nec scelera populos, atq; inter urbes sita

Novit, nec omnes conscius strepitus pavet.

Claudianus lib. 1. in Ruffinum.

Hæc mihi paupertas augustior: hæc mihi secta

Culminibus majora tuis: tibi querit inanes

Luxuries nocitura cibos: mihi donat inemptas

Terra dapes. rapiunt Tyrios tibi vellera succos.

Especturat & saturantur murice vestes.

Hic radiant flores, & prati viva voluptas,

Ingenio variata suo: fulgentibus illic

Surgunt structa thoris. hæc mollis panditur herba.

Sollicitum

*Sollicitum curis non abruptura soporem.
Turba salutantum latus tibi perstrepit ades:
Hic avium cantus, labentis murmur arivi,
Vide supra, Agricultura.*

SACERDOS.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, & percuciam eos. *Exod. 19.*

Sic nos existimet homo, ut ministros CHRISTI, & disceptatores ministeriorum DEI. *1. Corinth. 4.*

Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nos, sicut Deo ministros, in multa patientia. *2. Corinth. 6.*

Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum bonum fidelium. *1. Timoth. 4.*

In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum. *Tit. 2.*

Et nunc fratres quoniam vos estis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum cura illorum erigite. *Judith. 8.*

Sacerdotes tui induantur justitia. *Psal. 132.*

Mundamini, qui fertis vasa Domini. *Esa. 52.*

Et viduam & repudiatam, non accipient uxores: sed virginem de femine domus Israël. *Ezech. 44.*

Te ipsum castum custodi. *1. Timoth. 5.*

Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis, tu & fratres tui: quando intrabitis tabernaculum testimonii, ne moriamini. *Levit. 10.*

Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum. *Titum 2.*

Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum, mundum & immundum ostendens eis: & quum fuerit controversia, & stabunt in judiciis meis, & judicabunt. *Ezech. 44.*

Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt: ore ejus: quia angelus Domini exercituum est. *Malach. 2.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Contemnitur clericus, qui sæpè invitatur ad prandium, & non recusat. nunquam petentes raro accipiamus rogationes. *Beatus Hieronymus ad Nepotianum.*

Negotium

Negotiatorem clericum, ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. *Ibidem.*

Clericos illos convenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulli suffragantur: qui autem bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium incurrunt. *Idem in epist. ad Damasium.*

Clericus, qui de bonis suis sustentari potest: si accipit, quod pauperum est, sacrilegium profectò committit: atque per abusionem talium iudicium sibi manducat & bibit. Si egres & accipis, das potius, quàm accipis: si autem non egres, & accipis, rapis. *Idem in alia epist.*

Vehementer Ecclesiam Dei destruit: meliores laicos esse, quàm clericos. *Idem super epist. ad Tit.*

Clericis conceditur ut benè viventes, & altari servientes, vivant quidem: non luxurientur. *Idem in epist.*

Sobriam à turbis gravitatem, severam vitam, singulare pondus dignitas sibi vendicat sacerdotalis. *Ambros. epist. 26.*

Nihil in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quàm quòd sentiat veritatem non liberè pronuciare. *Idem in epist. ad Theod. Imperat.*

Ex inordinata & indisciplinata multitudine sacerdotum hodie datur contemptui Redemptoris nostri venerabile Sacramentum: nam qui debuerant esse vicarii Apostolorum & filii Petri, facti sunt socii Judæ, & præambuli Antichristi. *Idem in quodam serm.*

Qui Christo non credit sacerdotem facienti: postea credere incipit sacerdotem vindicanti. *Cyprian. epist. 69.*

Grandis dignitas sacerdotum, sed grandi ruina: si peccant, letamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimioribus corruisse. nec enim solum pro nostris delictis reddemus rationem: sed pro omnium quorum abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute solliciti. *Hieron. in Ezéch. lib. 2.*

Considera, sacerdotum esse officium, de lege interrogatos respondere: si sacerdos est, sciat legem Domini: si ignorat legem Domini, ipse se arguit non esse sacerdotem Domini. Sacerdos enim est, scire legem, & ad interrogationem respondere de lege. *Idem in Aggeum Prophet.*

Quicquid præter necessarium victum ac simplicem vestitum de altari retines, tuum non est: rapina est, sacrilegium est. *Bernhard. in epist. 2.*

Timeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum,

Etorem, quas possident, tam iniqua gerunt: ut stipendiis, que sufficere debeant, minimè contenti, superflua quibus egeni sustentandi forent, impiè sacrilegèq; sibi retinent: & in usus sua superbiz luxurizq; victum pauperum consumere non verentur: duplici profectò iniquitate peccant, quòd & aliena detripiunt & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur. *Idem serm. 24. super Cant.*

Quid tibi cum fœminis, qui ad altare cum Domino familiaris es? Qualiter eisdem labiis oscularis in altari filiū Virginis, quibus oscularis in lupanari filiam meretricis. *Idem in Epist.*

§ SENTENTIA POETICÆ.

Ovid. lib. 1. de Ponto.

Vaticinor, moneoq; locum date sacra ferenti:

Non mihi, sed magno pascitur ille Deo,

Talia cœlestes fieri præconiâ gaudent:

Vt sua quid valeant numina teste probent.

Plaut. in Rudente.

Quis homo est tanta conscientia,

Qui sacerdotem audeat violare:

At magno cum malo suo fecit herclè.

Tibul. Eleg. 1. lib. 2.

Vos quoq; abesse procul jubeo: discedite ab aris

Cui tulit hesternâ gaudia nocte Venus.

Casta placent superis: pura cum mente venite:

Et manibus puris sumite fontis aquam.

§ SIMILITUDO.

UT vitrum copiâ viluit, alioqui nec auro nec argento cœlurum: ita Sacerdotes ob turbam minoris fiunt: magno in pretio futuri, singulæ civitates singulos haberent Sacerdotes aut olim. *Erasmus.*

§ EXEMPLA SACRA.

Sacerdotum benedictionis exempla: Heli, 1. Sam. 2. vers. 28. Sacerdotum Regis Ezechiz, 2. Paralip. 30. v. 27.

§ HIEROGLYPHICUM.

ERat amiculi sive redimiculi species, cui nomen Titulo prius, mox Titulo fecerunt: ornamentum quippè capitis in sublimem surgens, purpurea vitta redimitum, instar Comæ galericæ rosarum: eo Sacerdotum hieroglyphicè significabant. Quia & uxores & ministræ Flamini, eo erant gestamine insignes. *Plaut. Valer. lib. 41. pag. 398. F.*

SACR.

SACRIFICIUM.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. Epist. 19. Heroid.

Non bove mactato cœlestia numina gaudent:
Sed quæ præstanda est, & sine teste fide.

Persius Satyr. 2.

O curvæ in terris animæ, & cœlestium inanes:
Quid jurat hoc templis nostros immittere mores,
Et bona diis ex hac scelerata ducere pulpa?

Plautus in Rudente.

Atq; hoc in animum scelesti inducunt suum:
Iovem se placere posse omnibus hostiis.
Et operam, & sumptum perdunt: atq; id ideo
Fit; quia nihil ei acceptum est à perjuriis.

Ovid. lib. 2. de Trist.

Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum
Sic capitur minimo thuris honore Deos.

Horat. Oda. 23. lib. 3.

Te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium,
Parvos coronantem marino
Rore Deos, fragil: q; merito:
Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollib; ad versus penates
Farre pio, & saliente mica.

Silius Ital. lib. 4.

Iusta ite precari
Thure pio, cælumq; feros avertite ritus.
Mite, & cognatum est homini Deos.

Ovid. lib. 5. Fastor.

Nos quoq; tangit honos, si stis gaudemus, & aris:
Turbaq; cœlestes, ambitiosa sumus.
Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iovem vidi cum jam sua mittere vellet
Fulmina: thure dato sustinuisse manum.
At si negligimur, magnis injurio pœnis
Solvitur, & justum præterit ira modum.

SAGITTANDI PERITIA

§ APOPHTHEGMA.

Dogenes animadvertens quendam impericè jacularentem, proxime scopum confedit: cur id faceret, interrogantibus fortè, inquit, me feriat. Significans, illum quidvis periculum citius quàm scopum. *Laert. lib. 6.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Sagittariorum exempla: Israël, *Genes. 21. 20.* Philistæi sagittarii, *1. Sam. 31. 3. 1. Paralip. 10. 3.* Sagittarii urbis Raba, *1. Reg. 11. 7. 23. 24.* Benjamitæ, *2. Paralip. 14. 7. 8.* Nechao Regis sagittarii, *35. 7. 23.* Holofernus sagittarii, *Judith. 2. 7. 7.* Filii Coeli, *Esa. 21. 7. 17.* Lydii, *Ierem. 46. 7. 9.*

SALTATIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam: ne forte creas in efficacia illius *Eccles. 9.*

Pro eo quòd elevatae sunt filiae Sion, & ambulaverunt extento, & nubilibus oculorū ibant, & plaudebant. & pedibus composito gradu incedebant, decalvabit Dominus verticem liarum Sion, & Dominus crimen earum nudabit. *Esa. 3.*

§ APOPHTHEGMATA.

Hegesianax. apud Antiochum regem, non amici solum pyrrichiam saltabant in cœnis, sed ipse etiam rex quinquiescens ad Hegesianactem historicum ordo choreae pervenisset, alius gens dixit: nunquid, ô rex, me malè saltantem mavis aspici, an potius mea quaedam scripta benè pronuntiantè audire? Cum dicere jussus esset, ita regi placuit: ut inter ejus amicos familiares cooptaretur. *Athen. lib. 4.*

Cl. Athenes quum nubilem filiam haberet, per præconem jubebat in Olympiis, qui se dignum esse Clisthenis generum putasset ad sexagesimum diem ad Sicyonem veniret: qui quum multi proci convenissent, ex omnibus videbatur magis idoneus Hippocleides Atheniensis, Tisandri filius: sed cum supra modum Laconicos Atticosq; modos ad tibias saltasset, cruribus ac brachiis modularis esset: stomachatus Clisthenes: Tisandri (inquit) fili, defrastrasti matrimonium *Bruson. lib. 3.*

Albertus imp. dicere solebat: venationem esse exercitationem virilem: saltationem autem muliebrem. Notavit autem muliebrem

licem quorundam principum, qui quum se Hercule fortiores esse jactitent, & Hannibalis scientiam militarem sibi ipsis ascribant: majorem tamen vitæ partem, Sardanapalum imitantes in conversatione nobilium matronarum virginumque aulicarum inveniuntur ludentes, molliterque saltantes. *Æneas Sylvius lib. 4. Comment. in res gestas Alphonsi. regu.*

Fridericum Imp. sæpenumerò dicere solitum accepimus: malle se febris teneri, quam saltationi operam dare. *Æneas Sylv. lib. 1. Comment. de rebus gestis Alphonsi.*

Alphonsus Gallos potissimum leves esse dicebat, qui quo magis ætate proveci essent, eò magis saltationis insania sese oblectarent. *Anton. Panorm. lib. 1. de reb. gest. Alphonsi. & Æneas Sylv. de ejus dictis.*

Idem cum fortè mulierem quandam impudentius saltantem aspexisset: expectate, inquit: mox Sibylla edet oraculum. Sentiens, saltationem insanix genus esse. *Panormit. lib. 2.*

Idem audiens, Scipionem saltatione animum relaxasse: saltatorem ab insano nihil differre dixit: nisi quòd hic dum saltat: ille autem dum vivit, insanus est. *Panorm. lib. 1. de reb. gest. Alphonsi.*

Idem cum argueretur, quòd cum à saltatione tanto operè ipse abhorreret: in adventu tamè Friderici Imperatoris tertii, cum ipso Imperatore & Leonora Augusta saltitare palàm visus esset, respondit: eum quidem qui luxuriæ causa saltat, stultum & insanum meritò esse: sed si honoris alicujus gratia fieret, reprehensionem aliquam ex parte effugere: quandoquidem cum magnis viris insanire aliquando decorum videtur. *Panorm. lib. 2. de rebus gestis Alphonsi.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Saltatio: Saltationis sic mentio in Scriptura sacra, *Exod. 15. 20.*
32. 6. 1. Samuel. 18. 7. 2. Sam. 6. 16. Eccles. 3. 4. Matth. 11. 17.
14. 7. 6. Marc. 6. 22. Luc. 7. 31. Ex quibus duo colligi possunt:
 Prius: Saltationum duo genera reperiri in Scriptura. I. Aliæ enim sunt honestæ, Exempla: Maria submerso Pharaone, organis ludens, & choreas agens cum aliis mulieribus, *Exod. 15. 20.*
 David Ephod lineo cinctus totis viribus saltans coràm Domino, *2. Sam. 6. 7. 14. 16.* Mulieres occiso Goliatho præana canentes Davidi, & saltantes, *1. Sam. 18. 7.* II. Aliæ verò turpes, Exempla:
 Populus coràm vitulo confato ludens & saltans, *Exod. 32. 6.* Filia Herodiadis in natalitiis Herodis saltans, *Matth. 14. 6. Marc. 6. 21.* Posterius: Choreas divisas fuisse olim ratione sexus: hoc est, aliæ fuerunt mulierum aliæ virorum choreæ. Nam David solus saltat, non cum matronis aut puellis. Sic Maria inter mu-

lieres & cum mulieribus saltat. Mulieres item præana Davidicæ nentes. Hujusmodi choreæ, apud, decenter, honestè, piè, suo loco & tempore, sine aliorum damno & scandalo a cæta tolerari possunt. Sed heu indomitam præsentis seculi, ut in aliis re omnibus, ita in choreis etiam intemperantiam, accensuram deplorandam! quæ jam apud omnes penè inolevit. Talemetiam Laconicam illam Trichoriam à Tirtzo institutam fuisse tradunt auctores, in qua excluso fœmineo sexu, primus chorus erat senum, canentium suas virtutes & facinora propria, & rebus honestis. Alter chorus juvenum, respondentium senibus, sese jam tales esse, quales senes fuerint. Tertius puerorum chorus longè majora de se promittentium auditoribus & spectatoribus. Herodias etiam sola saltasse legitur: sed elegantius & impudentius quàm deceat probam & honestam.

§ EXEMPLA PROFANA.

Proditur memoria Theseum in Delum insulã appulsum ex Creta, inibi saltationem inisse cum pueris, quæ Labyrinthi proferret errores, orbibus orbis impediens, apud aram *ισογλυφίας* sinistris modo compactam cornibus. *Cælius lib. 5. cap. 3.*

Lacedæmonii Trichoria urebantur saltatione, ex instituto Lycurgi, constabat autem ea saltatio triplici choro: senum, puerorum, juvenum. *Senum prima erat cantio.*

Ἀμεις ποτ' ἤμην ἀλκιμοὺς νεανίους. Id est,

Nos olim fuimus strenui juvenuli

Secunda puerorum.

Ἀμεις δὲ γ' ἐστὶ μεοῦα πολλαὶ καὶ ῥρηστοί. Id est,

Præstantiores nos futuri olim sumus.

Tertia juvenum.

Ἀμεις δὲ γ' εἰ μὲν ἀνθελῆς ἀυζόσδεο. Id est,

At nos sumus: vel experire, si velis.

Plutarchus com. de laude sui ipsius.

Aristonicum Carystium Alexandri fuisse sphæristen, prodixit historia, quem ob artis excellentiam civitate donarunt Athenienses statua quoque erecta. *Cælius lib. 4. cap. 8. A. L.*

Pharsalia saltatrix Thessalica cum à Philomelo Phocensium duce, spoliato phano Delphico, auream coronam Daphnes (Lampascenorum donarium) accepisset: à Daphnes variis ad insaniam redactis in foro discerpta est. *Athen. lib. 3. cap. 28.*

In ludis à Nerone institutis Ælia Catula, xxxc annos nati, nobiliss. & ditissima saltavit. *Xiphil.*

C. Caligula Imperator saltatores urbe à Tiberio exactos, novissimum revocavit, sed ipse etiam plurimum saltavit: & cum aliquantulum

aliquando de nocte accersiri diligenter principes senatus iussisset: tanquam de rebus necessariis ab iis esset consiliū capturus: postquam convenerunt, nihil aliud quàm saltationem instituit.

Dion in eius vita.

Pyrrhus Achillis filius, celebratus saltationis artificio usque adeo est: ut quum speciem illi pulcherrimam adiecisset, *Pyrrhichium* sit ab eo nuncupatum, *Cæl. 5. cap. 3. ex Luciano de saltatione.*

Epaminondas dux Thebanus bellicosissimus, probè saltasse, & cantasse sæpè dicitur: existimans nimirum, saltatione homines agiliores fieri: ut si quando seriò pugnandum esset, eò prompiores forent. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

Dionysius tyrannus quum Syracusanorū in convivio iussisset, ut singuli in veste purpurea saltarent: *Plato* id facere recusavit, his trimetris, è fabula quapiam usus:

Ὀὐκ ἂν δυνάμειν ἦλπιον ἐνδύσαι πολεῖν,

Ἄρρητον περικραῖς, τὸ γένος ἐξ ἄρρητου. Id est,

Multum ego haud quaquam indui queam stola,

Vir natus ipse, & ex virili germine.

Ceterum *Aristippus philosophus* indutus purpura saltaturus, hos versus recitavit ex tempore:

Καὶ γὰρ εὐκαλεῖται

Ὁ γένος ὁ πατρῶν ἐξ ἀκαταρτήσεως: Id est,

Nam in Liberi patris sacris

Mens, quæ pudica est, nesciet corrumpier

Laert. lib. 2. cap. 8.

§ HIEROGLYPHICUM.

A Pud *Philippum* illum, qui Sacerdotum Ægyptiorum lemmata quædam Græcè scripta posteritati tradidit, saltatorem hominem & tibiis deditum, per *Turturem* significari legitur, neque quicquam aliud. nam eam omninò tibiis mirum in modum affici compertum est, quin etiam & cantu in insidias allici arque capi. *Pier. Valer. lib. 2. pag. 208. D.*

SALUTATIO.

§ EXEMPLA SACRA.

Salutationis exempla: *Moyfes & Jethro, Exod. 18. 7.* Angelus salutat *Gedeonem, Iudic. 6. 12.* Exploratores tribus *Dan, Iudic. 18. 15.* *Sani Samuelem, 1. Sam. 13. 10.* *Davidis juvenes Nabal, 25. 5.* *David populum, 30. 21.* *Tou Davidem, 2. Sam. 8. 10.* *populus Abalonem, 15. 5.* *Tobias Angelum, Tob. 5. 6.* *Nicanor, 1. Macc. 7. 29. 33.* *Jonathas & rex Joppe, 11. 6.* *Apóstoli familiã ad quam*

Uuu 3

Ayuntamiento de Madrid

SA SALUTATIO. SANITAS.

ingressuri erant, *Matth. 19. v. 12. Luc. 10. 5.* Christus discipulos
Matth. 28. 9. Luc. 24. 36. Populus Christum, *Marc. 9. 15.* Angelus
 Mariam, *Luc. 1. 28.* Maria Elizabetham, *v. 40.* Paulus Ecclesiam
 Cesarzensem, *Act. 18. 22.* Paulus fratres, *21. v. 7. 18. 19.* Agrip-
 pa & Bernice Festum, *25. 13.* Paulus Priscillam, Aquilam & alios
 quos fratres, & sanctos, *Rom. 16. 3. 7. 8. 9.* Ecclesia Asiae & Co-
 rinthios, *1. Corinth. 16. 19.* &c. Corinthii se invicem, *2. Cor. 13. 12.*
 sancti Philippenses, *Philip. 4. 21.* &c. Aristarchus, Marcus, &
 Colossenses, *Coloss. 4. 12.* &c. Eubulus, &c. Timotheum, *2. Tim. 4. v. 19.* &c. Pauli comites Titum, *Tit. 3. 15.* Epaphras &c. Phile-
 monem, *Philemon. v. 23.* Hebraei suos praepositos, *Hebr. 13. v. 17.*
 Ecclesia Babylone collecta, sanctos *1. Petr. 5. v. 13.* Amici Ca-
 Cajum, *3. Ioan. v. 15.* Salutandi superiores ritus, Exempla Ab-
 ham, *Genes. 23. 7.* Ruth, *Ruth. 2. 10.* Abigail, *1. Sam. 25. v. 23. 24.*
 Mephiboseth, *2. Sam. 9. 6.* Joab, *1. 4. 22.* Absalom, *v. 33.* Beth-
 see, *1. Reg. 1. 16.* Filii Prophetarum, *2. Reg. 2. 15.* salutationes
 foro amabant Pharisei & Scribae, *Matth. 23. 7. Luc. 20. 46.*

SANITAS, ROBUR.

§ SENTENTIAE PATRUM.

Quid boni habeat sanitas, languor ostendit, & in compa-
 ratione gravioris morbi sanos nos esse credimus. *Hieron. in*
quadam epist.

Sanitas, est integritas, & temperantia naturae, ex calido & hu-
 mido, quod est sanguis: unde sanitas dicta est, quasi sanguinis
 status. *Isidor. lib. 4. etymol.*

Qui est mentis gaudio recreatus, facilius membrorum ro-
 pit sospitatem, naturalis siquidem cura est, & gravis dare lætitudi-
 nam fac invalidum gaudere, & sanatus est. *Cassiod. lib. 2. epist.*

§ SENTENTIAE POETICAE.

Seneca in Hippolyto.

Precor furorem siste, teq; ipse adjuva.

Pars sanitatis, velle sanari fuit.

Terent. in Andria.

Facile omnes cum vales, recta consilia aegrotis damus.

Tu si hic sis, aliter sentias.

Horat. lib. 1. Epist.

Si ventri bene, si lateri est, pedibusq; tuis: nil

Divitia poterunt regales addere majus.

§ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Ubique moderatio virium adsit, & tantum, quantum quilibet
 potest, nitatur. *Cic. Cato Major.*

Non modo quod non possumus: sed ne quantum possumus quidem cogimur. *Cato Major.*

Habenda est ratio valetudinis: utendum est exercitationibus modicis. *Cato Major.*

§ APOPHYHEGMATA.

Gorgias interrogatus, quonam usus genere victus in tantam senectutem esset progressus? Nihil unquam voluptatis gratia se aut commedisse, aut fecisse dixit. *Stobæus.*

Hippocrates quærenti consilium de sanitate tuenda, respondit: *Σίτη, ποτή, ύπνος, κίφροδία, πένθη, κίτρη.* id est: Cibi, potus, somni, Venus, omnia moderata sint. *Eod. serm.*

Alcman assererat continentem sanitatis causam in æqualitate facultatum inesse: nempe humidis, sicci, calidi, amari, dulcis, & reliquorum. Una autem ex ipsis præpollente, morbum fieri. *Stob. ibid.*

Plutarchus optimè dictum est, inquit: non satiari cibo, non refugere laborem, seminis substantiam conservare: hæc tria saluberrima esse. *In præceptis de sanitate.*

Diogenes stomachabatur in eos, qui pro bona valetudine sacrificarent, & in ipso sacro epulis immodicis semet ingurgitantes, facerent bonæ valetudinis jacturam. *Laert. lib. 6.*

Thales interrogatus olim, quisnam felix esset? respondit: qui corpore sanus est: animo autem eruditus. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

§ SIMILITUDINES.

Arbores in fœcundæ firmiores sunt fœcundis: ita robustius est corpus his, qui nihil parint in literis, quàm qui sese laboribus exhauriant. *Erasmus.*

Olim in capitolio ubi certabant quadrigæ Latinis feriis, victor absinthium bibebat: ita salubria magis quærenda sunt, quàm jucunda.

§ EXEMPLA PROFANA.

Perse propter exercitationes pueriles modicas, eam sunt consequuti corporis siccitatem, ut neque spuerent, neque emungerentur, nec sufflato corpore essent, inquit *Varro ex Xenophontis lib. 1. κωδίας, victoris lib. 10. cap. 15.*

Indi incolumitatem exercitio quærun, & perfrictionibus. Adhibentur strigiles præcipuè corporum expolitioni, in qua deprehenduntur curiosiores. *Cælius lib. 18. cap. 31. A. L.*

M. Cato corporis constitutionem laboribus suis, sobrio victu, & expeditionibus, in quibus à prima ætate adolevit, per quam paravit abilem, ad robur & sanitatem juxta comparatam. *Plutarchus in Catone.*

Apud Indos propter vitæ frugalitatem, & vini abſtinentiam aut morbi non ſunt, aut ſi qui ſunt, eos ſophiſtæ curant. Sicut lib. 15.

Singulis menſibus triduo purgant ſe Ægyptii, vomendo a quibus teſtina diluendo, gratia ſanitatis conſervandæ: exitum autem omnes languores hominibus creari ex cibis. Herodot. lib. 2.

M. T. Cicero haud temerè ante occaſum ſolis accumbebat non tam diſtrictus occupationibus quàm valetudinis cauſa, obſtetrici imbecillitatem. Fuit alioquin in corporis cura curioſus & nimius: ut ad certum numerum frictionibus, & ambulationibus uteretur. Ad hunc modum habitum, validum & firmum ad labores conſervavit. Plut. in Cicerone.

Veſpaſianus Imp. valetudine proſperriſſimus uſus eſt: quamvis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces, cæteraquæ membra ſibi met ad numerum in ſphæriſterio defricaret, in ediamque eius diei per ſingulos menſes interponeret. Suetonius.

Hadrianus VI. Pont. per ſe cibi parciffimus erat, & in tuenda valetudine apprime diligens & moroſus, tanta horarum definitione: ut denotante architrictinio, paratas eſſe epulas, vel maximarum rerum colloquia protinus abrumperet. Iovius in Hadriano VI.

In Taprobana Inſula longiffimam vitam, ſine ullo languore traduci, Artemidorus teſtatur apud Plinium lib. 7. cap. 1.

§ HIEROGLYPHICA.

Pentagonum ſalutis vel ſanitatis ſymbolum fuiſſe teſtatur Lincianus, eo in libello, in quo agit de quodam qui lapſus erat inter ſaltandum: cujus rei origo talis commemoratur. Antiochiusis, qui *Salsig* cognomento dictus eſt: quum adverſus Galatas pugnaret, nec ſatis ex ſententia res ſuccederet, eſſetque in diſcrimine, per quietem vel vidit, vel ſe vidiffe ſimulavit, ut militum animos in ſpem erigeret: Alexandrum Magnum ſe momentem ut ſalutis ſymbolum aſſumeret. idquæ pro teſtera tribunali daret, eorumquæ veſtibus inſuere: ea re fore, ut victoria potiretur. Symbolum autem illi huiusmodi oſtendiſſe: Triangulum triplicem invicem inferum ex lineis quinque conſtantiem, in quibus *Υγεια*, ſcriptum erat: ſic enim ſalus ſanitasve Græcè appellatur: undè & hoc ſignum in veteribus Antiochi numis adhuc cernitur, quod ſignum Mathematici à quinque angulis Pentagonum vocant. Erudit. quidam lib. 2. Hieroglyph. pag. 183. C.

Vide Robur.

SAPIENTIA.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Est in illa spiritus intelligentiæ sanctus, unicus, multiplex.

Sapient. 7.

Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. *Ibid.*

Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. *Eccles. 1.*

Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita, antè omnē creaturam. *Ibid. 42.*

Ne sis sapiens apud te metipsam. *Proverb. 3.*

Sapientia callidi, est intellegere viam suam, & prudentia stultorum errans. *Ibid. 14.*

In facie prudentis lucet sapientia. *Ibid. 17.*

Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit. *Eccles. 22.*

Dico per gratiam, quæ data est mihi: non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. *Rom. 12.*

Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. *Proverb. 1.*

Sapientiam & disciplinam qui abjicit, infelix est. *Sapient. 3.*

Quàm aspera est valdè imperitis sapientia: nullus enim excors perdurat apud eam. *Eccles. 6.*

Non est enim populus sapiens: propterea non miserebitur eius, qui fecit eum. *Esai. 27.*

Et populus non intelligens vapulabit. *Osai 4.*

Et dixit homini: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia: & recedere a malo intelligentia. *Iob 28.*

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. *Proverb. 3.*

Sapiens timet, & declinat à malo. *Ibid. 14.*

Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inveniet. Cogitare ergo de illa, sensus consummatus. *Sapient. 6.*

Neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole. *Ibid. 7.*

Initium sapientiæ timor Domini. *Psal. 110. & Eccles. 1.*

Radix sapientiæ est, timere Deum, & rami illius longævi. *Ibidem.*

Sapientia & disciplina, timor Domini. *Ibid.*

Beatus vir, qui in sapientia morabitur. *Ibid. 14.*

Et non est sapientia, nequitia disciplina: & non est cogitatus bonus, peccatorum prudentia. *Ibid. 19.*

Consummatio timoris Dei, sapientia & sensus. *Ibid. 21.*

Uuu 5

Sapiens non odit mandata & iustitias. *Eccles. 33.*

Cor suum tradet ad vigilandum diluculo, ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, & in oratione confitebitur Domino. *Ibid. 39.*

Videte fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. *Ephes. 5.*

Estote prudentes, & vigilate in orationibus. *1. Petr. 4.*

Sapientia ubi invenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. *Iob. 28.*

Trahitur sapientia de occultis. *Ibidem.*

Quoniam non cognovi literaturam: Deus docuisti me à juventute mea. *Psal. 70.*

Super inimicos meos prudentem me fecisti. *Ibid. 118.*

Timor Domini principium sapientiæ. *Proverb. 1.*

Fili mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te: ut audiar sapientiam auris tuæ, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiæ: si quaesieris eam, quasi pecuniam, & sicut thesaurus effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei invenies: quia Dominus dat sapientiam, & ex ore ejus prudentia & scientia. *Ibid. 2.*

Principium sapientiæ timor Domini. *Ibid. 9.*

Si retusum fuerit ferrum, & hoc non ut prius: sed heberatum fuerit, multo labore exacuatur, & post industriam sequetur sapientia. *Eccles. 10.*

In malevolam animam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. *Sapient. 1.*

Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia: & facilè videtur ab his, qui diligunt eam: invenitur ab his qui quaerunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. *Ibid. 6.*

Cum sit una, omnia potest: & in se permanens, omnia innovat: & per nationes in animas sanctas se transfert. *Ibidem.*

Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est antè ævum. *Eccles. 1.*

Effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datū suum, & præbet illam diligentibus se. *Ibid.*

Fili, concupiscens sapientiam, conserva iustitiam, & Deus præbet illam tibi. *Ibidem.*

Si in-

Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam; & si dilexeris, audire: sapiens eris. *Eccles. 6.*

Non erudietur, qui non est sapiens in bono. *Ibid. 27.*

Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiam percipiet: qui sapientia replebitur. *Ibid. 38.*

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, & in versutias parabolarum simul introibit. *Ibid. 39.*

Omnia Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam. *Ibid. 43.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Qui se diligit stultum, non proficiet ad sapientiam: nec fiet quisque qualis esse cupit, nisi oderit qualis est. *Augustin. de vera relig.*

Non aliam pures esse sapientiam, nisi veritatem, in qua tenetur & cernitur summum bonum: nullo loco est, nusquam deest, foris admonet, intus docet, dementes in se omnes in melius commutat, à nullo in deterius commutatur: nullus de illa judicat, nullus de illa benè judicat. *Idem de lib. arbit.*

Hæc tota sciencia magna hominis, scire: quia ipse nihil est per se, & quoniam quicquid est, ex Deo est, & propter Deum est. *Idem in Psalm. 70.*

Qui se dicit scire, quod nescit, temerarius est: qui se negat scire, quod scit, ingratus est. *Idem in serm. de ascens.*

Hæc est sapientiæ & scientiæ recta distinctio: ut ad sapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis: ad scientiam verò temporalium rerum cognitio rationalis. *Idem lib. de trinit.*

Sapientia nihil alienum, nisi quod virtuti incongruum, quocunque accesserit: totus et mundus possessio est: quoniam toto eo quasi suo utitur. *Ambros. epist. 36. ad Const.*

Ubicunque accesserit sapiens, ubique civis est, ubiq; sua esse intelligit: nusquam se peregrinum, nusquam hospitem se iudicat. *Idem ibid.*

Qui thesauros effodit terram rejicit, foveam in altum facit, sedulus insistit, donec inventat quod quærit: sic qui thesauros sapientiæ invenire desiderat, omne pondus terrenum à se rejiciat, in se fossam humilitatis faciat, nec quiescat, donec inventiat. *Gloss. Hieron. super Proverb. 2.*

Nihil magis ad sp̄e percipiendæ sapientiæ mentes erigit quàm quum eos, quos in sapientia clarescere miramur, aliquando parvulos & indoctos fuisse meminimus. *Gloss. in 4. cap. Proverb.*

Justo-

Justorum sapientia est, nil per ostentationem fingere, sed sum verbis aperire: vera ut sunt deligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quàm facere: nulla injuriæ ulcionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare: sed hæc justorum simplicitas deridetur: quia & à multis sapientibus puritas virtutis, fatuitas creditur. Quid magis stultius videtur mundo, quàm mentem verbis ostendere: an machinatione callida simulare? nullas injuriis contumeliam reddere? pro maledicentibus orare? paupertatem querere? possessa relinquere? sapienti non resistere? percipientem malam alteram præbere? *Gregor. 10. cap. 27. moral.*

Ad veram sapientiam pervenire non possunt, qui falsæ sapientiæ fiducia desipiunt. *Idem in moral.*

Prima sapientia est, vira laudabilis, & apud Deum pura mens per quam puri puro junguntur, & sancti sancto sociantur. *Nazian. in Apolog.*

Quotnam saperes, & intelligeres, ac novissima providentia saperes quæ Dei sunt: intelligeres, quæ mundi sunt: providentia quæ inferni sunt. profectò inferna horres, superna appetas, quæ ad manus sunt, contemneres. *Bernhard. in quad. Epist.*

Sunt qui scire volunt eò sine tantum ut sciant, & turpissimum est. Et sunt, qui scire volunt, ut scientiam suam vendant: verbi causa, pro pecunia, pro honoribus, & turpissimum est: & sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi, & turpissimum est: sed sunt quoque, qui scire volunt, ut ædificent, & clarificentur: & sunt qui scire volunt, ut ædificentur, & prudentia est. *super Cant. serm. 36.*

Scientia violentia non auferitur, antiquitate non corrumpitur, absconsione minuitur, & communicatione multiplicatur. *Cassiod. in epist.*

¶ SENTENTIA PORTICÆ.

Horat. Oda. 12. lib. 1.

*Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores.*

Boetius Metro. 1. lib. 4.

*Sunt etenim penne volucris mihi,
Quæ celsa conscendant poli:
Quas sibi cum velox mens induit,
Terras perosa despicit.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Mecænat.

*Virtus est vitium fugere & sapientia prima,
Stultitia caruisse.*

Juvenal.

Juvenal. Satyr. 13.

*Magna quidem sacris, quæ dat præcepta libellis
Victrix fortune sapientia.*

Lucret. de Natur. rerum. 1.

*Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere
Edua doctrina sapientum, sempla serene
Despicere. unde queas alios passimq; videre
Errare, atq; viam palantis querere vite,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atq; dies mihi præstante labore,
Ad summas emergere opes, rerumq; potiri.*

Plaut. in Trinummio.

Sapientia etas condimentum 'st: sapiens etati cibus est.

Idem in Trinummio.

Non etate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Horat. lib. 1. Epist. ad Meccen.

*Ad summum sapiens uno minor est love, dires,
Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum.*

Terent. in Phorm.

*Quam scitum est ejusmodi parare in animo cupiditates,
Quas cum adversæ res sient paulò modò possis.*

Idem in Hecyra,

*Isthic est sapere, qui ubicunq; opus sit, animum possis
flectere.*

Plaut. in Bacchid.

*Nullus fugi esse potest homo: nisi qui & bene & malè
facere tenet.*

Fugit convenit esse hominem: peccatus cui sapit.

*Bonus sit bonis, malus sit malis: utcunq; res sit, ita ani-
mum habeat.*

Terent. in Adolph.

O Demea, isthuc est sapere, non quod ante pedes modo est.

Videre: sed etiam illa, quæ futura sunt

Prospicere.

Terent. in Eunucho.

Omnia prius experiri consilio, quam armis sapientiam decet.

Juvenal. Satyr. 13.

Plurima felix

Pauulatim vitia, atq; errores exciit omnes

Prima docens rectum sapientia.

Plaut

Plaut. Pers.

*Si quam rem accures sobriè, aut frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere.
Atq; adepol firmè ut quisque rem accurat suam;
Sic ei procedit. post principia ideniq;
Si malus, aut nequam est, male res vertunt, quas agit:
Sin autem frugi est, eveniunt frugaliter.*

Idem Mil.

Nemo solus satù sapit.

Idem Trin.

Sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Sapientia, est rerum divinarum & humanarum scientia, cognitioq; , quæ cujusq; rei causa est: ex quo efficiuntur ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat. Cic. 4. Tusc.

Mater omnium bonarum artium est sapientia: à cujus amore, Græco verbo philosophia nomen invenit: qua nihil à Divis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum generi datum est. Cic. 1. de Legib.

Sapientia est rerum divinarum atque humanarum scientia in qua continetur Deorum atque hominum communitas, & societas inter ipsos. Cic. 1. Offic.

Sapientia, ars vivendi putanda est. Una est enim, quæ mestitiam pellit ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinit qua præceptrice, in tranquillitate vivi potest, omnium cupiditatum ardore restincto. Cic. 1. Finib.

Sapientia est sanitas animi. Cic. 3. Tuscul.

Sapientia sola est, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet, & ipsius fortunæ modestè ferre doceat injuriam: & omnes doceat vias, quæ ad quietem & tranquillitatem ferunt. Cic. 1. de Finibus.

Sapientia, hominis est custos & procreatrix. Idem 4. de Finib.

Hæc est una omnis sapientia; non arbitrari sese scire quod nesciat: ob eamq; rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus. Idem 1. Academic.

Laudem sapientiæ statuò maximam: non aliundè pendere, nec extrinsecus aut benè aut malè vivendi suspensas habere rationes. Ad Lucejum, lib. 5. Famil.

Nihil est turpius, quàm sapientis vitam ex insipientium sermone pendere. Cic. 2. de Finib.

Qui

Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, is in magnis viris non est habendus. *Cic. 1. Offic.*

Ignobilitas, aut humilitas, aut etiã popularis offensio, sapientem esse non prohibet. *Cic. 5. Tuscul.*

Quùm sapiens & bonus vir. qualis fuit C. Lælius, suffragiis præteritur, non populus à bono consule potius, quàm ille à vano populo repulsam fert? *Idem 5. Tuscul.*

Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerũ humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus, ut mœnibus septus, vinci aut expugnari non potest. *Cicero Paradox. 4.*

Sapientis animus nunquam est in vitio: nunquam turgescit: nunquam tumet: nunquam sapiens irascitur. *Cic. 3. Tuscul.*

Est sapientis, quidquid homini accidere possit, & præmeditari, & ferre modicè, si advenerit. *Cic. Philip. 11.*

Sapientia est una, quæ mœstitiam pellat ex animis, quæ nos exhortescere metu non sinat: qua præceptrice, in tranquillitate vivi potest, omnium cupiditatum ardore restincto. *Cic. 1. de Finib.*

Quisquis est, qui moderatione & constantia polleat, quietus animo est, sibi quæ ipsi placatus: ut neq; tælescat molestiis, neque frangatur timore: nec sitienter quid expectans, ardeat desiderio: nec alacritate futuri gestiens, deliquescat, is est sapiens. *Cic. 4. Tuscul.*

Vir temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, is est sapiens. *Idem 5. Tuscul.*

Omnes quĩ in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes & habebantur, & nominabantur. *Idem 3. Tuscul.*

Qui omnibus virtutibus instructi & ornati sunt, eũ sapientes, tũ viri boni dicuntur. *Cic. 5. Tuscul.*

Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi venit in mentem. *Pro Cluentio.*

Quidquid à sapiente proficiscitur, id continuò debet expletum esse suis partibus: nec est sapientis dicere: Non putabam. *Cic. 3. de Finib.*

Nec quicquam sapere sapientem, qui ipsi sibi prodesse nequit, dicebat Ennius. *Ad Trebat. Famil. 7. 3. Offic. in apoph. 121.*

§ APOPHTHEGMATA.

A B Alphonso Arrogonum rege cùm quidam sciscitaretur, quomodo in tot divitiis pauper effici posset? respondit, si sapientia venditaretur. *Panormitan, in præmio lib. 3. de rebus gestis Alphonfi.*

Idem

Idem sapientiam Dei filiam appellare solitus est. eamq; solam rerum omnium esse immortalem, arque ex omni genere aeternitatem manuum soli homini concessam. *Panormit. in proœmio lib. 3. reb. gest. Alphonsi.*

Alexander in Callisthenem nequaquam sese accommodatum aulae regiae moribus: sed & dictis & gestu prae se ferentem nihil sibi placere: pronuntiavit hunc versiculum?

Μισῶ σοφίην, ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός. Id est,
Sapientem ego odi, qui sibi sapit nihil.

Idem videns Diogenem in dolio decubentem: ô vas, aliquid sapientia refertum! At philosophus assurgens: Regum, inquit, omnium maximè unam abs te fortuna guttam expeto: ut in dolium hoc (quod vocas) sapientiae, illa sum mihi permanent sine quo parum feliciter cum sapientia agitur. *Stob.*

¶ SIMILITUDINES.

UT paulatim umbra remissa, sentimus non magis esse in lumine: ita sensim imminuta stultitia, in sapientia probemus. *Plutarchus.*

Ut qui vehementer esurit aut sitit, nulla re potest avelli: sic nec sedaverit appetentiam: sic omnia posthabenda sitient sapientiam. *Plut.*

Semen licet exiguum, tamen locum nactum idoneum, rivas suas explicat, & ex minimo in maximos actus diffundit: sic ratio sapientiae paucis constat verbis, in opere crescit. *Seneca.*

Sunt qui propius admota non cernunt, quae longius ablati vident: ita nonnulli plus sapiunt in rebus alienis, quam in illis quae ad se pertinent. *Erasmus.*

Ut ingentes obelisci magno quidem negotio statuuntur collocantur, ob immensum molis pondus: sed collocati seculis infinitis durant seculis: ita arduum est virtutis aut sapientiae rare famam, sed parata nunquam intermoritur. *idem.*

Sicuti Maroneum vinum, cujus meminit Homerus, raris tanto aquae mixtum, tamen vigorem suum servat: ita sapientia nullis solvitur voluptatibus. *Plin. lib. 24. cap. 4.*

Ut Castoris & Pollucis faces, si solitariae appareant, dirivum ostentum: sin geminae salutare: ita non oportet potentiam se junctam à sapientia, alioqui pestilentem. *Plin.*

Ut magnes occulta quadam & incognita vi ferrum ad se attrahit: ita sapientia secreta quadam ratione trahit ad se animos hominum. *Plin. lib. 35. cap. 16.*

Sicut Aquilo initio vehemens, desinit lenior contra Aethiopes: ita qui praecipites impetibus impetibus

impetu res aggrediuntur, frigescent in processu: contra qui consilio suscipit, magis ac magis accenditur operis progressu. *Erasmus.*

Sicuti quò directius nos ferit Sol radiis suis, hòc minor est umbra nostrì: quò obliquius, hòc magis increfcit umbra corporis: ita quantò plus quisq; assequutus est veræ sapientiæ, hòc tantò magnificè de se sentit: quò longius abest ab ea, hoc se magis dilacerat stultissima persuasione sapientiæ. *Idem.*

Arundinis radix contrita & imposta silicis stirpem corpore extrahit, item arundinem silicis radix: ita vicissim, & pecunie studium eximit animis amorem sapientiæ, & sapientia studium pecunie. *Idem.*

Ue verus amor ergà mulierem non desiderat restem, sed sat habet, si clamta portatur: ita vir sapiens, recti conscientia contentus: at qui fictè amant, ostentant & jactant. *Plut.*

Ue coelestia humanas manus effugiunt: & ab his qui templa diruunt, aut simulachra constant, nihil divinitati nocetur: ita qui quid sit in sapientem protervè, petulanter, superbe, frustra tentatur. *Seneca lib. quod in sapient. non cadit injuria cap. 3.*

Quemadmodum ergà ægrotos suos medicus, sic ergà alios homines vir sapiens affectus est: eorum phrenesin, maledicta scurrilia, petulantiam patiente fert animo. *Seneca.*

Ue grandio illisa rectis dissultat, magno quidem fragore, verum nulla noxia: sic insultus fortunæ nihil potest in sapientem. *Seneca.*

Ue egregius artifex, non in una materia artifex est: sic sapiens in quavis fortuna se benè gerit. *Seneca.*

Sicuti mundus undique teres, ac rotundus sibi constat: ita sapiens nihil extrà se quærit, se ipso contentus. *Plinius lib. 2. cap. 2.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Hæbræorum sapientiæ signum illud certissimum esse, Josephus lib. 2. contra Apionem asserit: quòd cum Græcorum philosophia in varias sit deducta sectas: Hebræorum semper una permanferit. *Ioan. Metellus.*

Antiquitas Ægyptiorum sacerdotes tantoperè fuit admirata sapientiæ nomine: ut præstantissimi Græcorum philosophi cò peregrinati sint, eruditionis causa. *Strabo lib. 17.*

Chaldei Babyloniorum antiquissimi, eum locum in sua Republica, quem in Ægypto sacerdotes obtinuère, hi per omnem vitam philosophari, astrorum peritiam tenere, nunc auguriis, nunc carminibus sacris, mala hominibus avertere, bono affi-

SA SAPIENTIA. SATELLITIUM.

auguria, insomnia prodigiâq; fida interpretatione explanantur.
Sabell. lib. 2. Enn. 2. ex Diodori. lib. 2.

Septem sapientes Græcia habuit Solonis tempore, qui fuit unâ perhibentur Delphis, & post Corinthi: ubi communi quendam conventum eorum & convivium Periander instituerat. *Theatr. Zuing. fol. 1190.*

Catharina virgo Costi Alexandria principis filia, sacris literis partim studio, partim divini spiritus afflatu adeo fuit imbuta, ut accersitos à patre undecunque doctissimos viros & philosophos ad persuadendam idololatriam, refellendamq; unius Dei religionem, vivacissimis terruerit argumentis, & in suam opinionem pertraxerit. *Theatr. Zuing. fol. 1200.*

§ HIEROGLYPHICA.

Veluti Fortunam rotundo lapidi insidentem pingere res instituerunt: ita Sapientiam in quadrato statuebant, & hoc hieroglyphico volubilem illam: hujus verò sedem firmam & inconcussam indicantes. *Pier. Valer. lib. 39. pag. 381. B.*

Sanè verò cum Minerva consilii prudentiæq; Dea diceret aliquot in ostentis *Noctua sapientiæ* signū fuit: ut quæ in Hecubæ privati adhuc hominis hasta consedissee est, præ bello, quod iniit: nam haruspices hinc eum cautum in consilio futurum prædixere, id quod sapientissimum totius eius vitæ regimen comprobavit. *Idem lib. 20. pag. 188.*

SATELLITIUM.

§ APOPTHEGMATA.

A Gasicles dicebat posse quemvis principem & regem sine satellitio regnare: qui sic subditis imperaret, ut filius patris. *Plut. in apophth.*

Albertus Austriae Dux (qui mortuo Sigismundo Cæsare, imperio suscepit) cum diceret principes amore civium caute oportere: Sigismundus respondit: Et fida custodia imperium excludit. *Aeneas Sylv. comment. de reb. gest. Alphonsi.*

Alphonssus castigatus ab aulicis suis, quod regis majestatem litus, sine satellitibus & satrapis prodiret in publicum: non est, inquit, ut ipse multum sibi timeat, qui neminem habet qui ita læserit: ut aliorum etiam manu sit defendendus. *Panorm. 2. de Alphonso reb. gest.*

Thomas Pontanus subinde dicere solitus est: amorem quilibet incrementum

incertum incedere: dormire autem loriceatum. *Jacobus Spieg. in
secund. Aene Sylvi lib. de reb. gest. Alphonsi.*

Vide Seruitus.

SCELUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Hyppol.

Cur omnium sit culpa, paucorum scelus?

Seneca in Troade.

*Quid iussa cessas agere? ad auctores redit
Sceleris coacti culpa.*

Seneca Thyeste.

Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.

Seneca in Hercule furente.

*Prosperum, ac felix scelus
Virtus vocatur.*

Seneca in Hercule furente.

*Quis nomen unquam sceleris errori dedit?
Sæpe error ingens sceleris obtinuit locum.*

Juvenal. 13.

*Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullam,
Facti crimen habet.*

Horat. i. ferm. 4.

Absentem qui rodit amicum:

Qui non defendit alio culpante: solutos

Qui captat risus hominum, famamq; dicacis:

Fingere qui non visa potest: commissa tacere

Qui nequit, hic niger est: hunc tu Romane ca veto.

Seneca Agamem.

Quod metuit, auget, scelere scelus obruit.

Juvenal. 13.

Sunt qui in Fortuna jam casibus omnia ponant;

Et nullo credunt mundum rectore moveri,

Natura volvente vires & lucis, & anni:

Atque idè intrepidi quæcumq; altaria tangunt.

Ast alius metuens, ne crimen pœna sequatur:

Hic putat esse Deos, & pejerat; atq; ita secum:

Decerna quocumque volet de corpore nostro

XXX 2

*Isis & irato feriat mea lumina sistro:
Dum modò vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.*

Ovid. 1. Metamorph. 12.

*Vivitur ex raptu: non hospes ab hospite tutos,
Non focer à genero: fratrum quoque gratia rara est:
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Luvida terribiles miscet aconita noverce:
Filius ante diem patrios inquiri in annos:
Victa jacet pietas.*

Juvenal. 13.

*Mobilis, & varia est fermè natura malorum:
Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas:
Atque nefas, tandem incipiunt sentire peccatis
Criminibus: tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia. nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Ejectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno
Flagitio?*

Vide Vitium. Item, Malitia.

SCHOLA.

¶ EXEMPLA SACRA.

SCHolarum & Academiæ institutarum exempla: in veteri testamento. I. Samuel Heli discipulus, Samuel apud Heli sacerdotem versabatur, 1. Samuel. 3. v. 1. II. Grex Prophetarum, 10. vers. 5. & 6. v. 12. III. Puer Elisæi, 2. Reg. 9. v. 1. Ex quibus patet in veteri etiam testamento fuisse locum quandam publicum, & personas, à quibus juvenus in vera fide & pietate informaretur. In novo Testamento. IV. Duodecim Apostoli, Luc. 6. v. 13. **CHRISTUS**, enim unicus generis humani Salvator & Doctor, non abrogavit scholas alias usitatas, in quibus juvenus rudimenta artium didicit: sed Theologicum scholam ipse tamen penes se habuit, distinctam ab auditoribus, quibus alias sinceram Dei Doctrinam tradebat: peculiariter enim vocabat duodecim, quos & Apostolos, propter officium, quod gesturi erant, nominabat, Luc. 6. v. 13. alias etiam passim discipuli dicuntur. Eos verò non habebat in uno loco: sicut nec ipse in uno loco commorabatur. nam per totam Judæam innotescere debebat

debat sed quocumque iter faciebat, secum ducebat: ita ut neglectis suis vocationibus prioribus, CHRISTO tantum adherere cogereetur. V. Septuaginta discipuli, *LUC. 10. 7. 1.* Præter duodecim Apostolos, etiam septuaginta eligebat CHRISTUS discipulos, qui in sua schola enutriti, & donis miraculorum ornati & instructi, ablegabantur, *LUC. 10. 7. 1.* ut passim in Judæa Evangelium CHRISTI, prædicarent. VI. Discipuli Joannis, *IOAN. 1. 7. 28.* Joannes Baptista quoque habuit scholam, in qua præ aliis quosdam discipulos habuit, quos in vera doctrina instituit: Patet id ex *IOAN. 1. 7. 28.* ubi de duobus discipulis quorum unus erat Andreas, frater Simonis Petri. Joannes concionatur de CHRISTO: Ecce Agnus DEI: idem testatur historia, quod duo Joannis discipuli sint ad CHRISTUM missi, quaesitum an JESUS esset MESSIAS? *MATTH. 11. 7. 2.* VII. Schola Jerosolymitana, *7. 15.* Scholam aliquam fuisse Jerosolymis, in qua juvenis in studiis præsertim sacrarum literarum informabatur, vel inde colligi promptum est, quod Pharisei etiam suos habuerint discipulos, *MATTH. 22. 7. 15. 16.* VIII. Paulus Gamalielis discipulus, *ACTOR. 22. 7. 3.* ubi commemorat ipsemet Paulus ad pedes Gamalielis legis doctoris diligenter in patria lege institutum esse. IX. Synagoga Libertinorum, *ACTOR. 6. 7. 9.* ubi mentio eorum, qui fuerunt ex Synagoga Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum & Cilicum, & Asianorum, disputantium cum Stephano. Unde apparet diversa scholarum genera fuisse Jerosolymis. X. Schola Atheniensium, *ACT. 17. 7. 18.* Gentes etiam suas habuisse Academias, in quibus artes & Philosophiam tradiderunt, præter profanorum authorum monumenta: constat etiam ex *ACT. 17. 7. 18.* Ubi Atheniensem Philosophorum cum Paulo disputantium fit mentio. XI. Schola Corinthiaca, *ACT. 19. 7. 8.* Et tyrannus quidam Corinthi scholam habuisse dicitur, *ACT. 19. 7. 8.* XII. Domesticæ scholæ: Paulus, *ROM. 16. 7. 5.* & *1. COR. 16. 7. 19.* meminit congregationis, quæ fit in domo Aquilæ & Priscillæ, & *COLOSS. 4. 7. 15.* quæ fit in domo Nymphæ. XIII. Timotheus Pauli discipulus, *2. TIMOTH. 3. 7. 10. 14.* scholas Ecclesiasticas singulos Apostolos, ubicunque locorum egerint aperuisse, non tantum eo videntur, quod passim in Synagogis docuerunt, *ACTOR. 13. 7. 14. 15. 42.* sed etiam quod suos semper habuerunt discipulos, quos in sacris literis instituerunt, & ad ministrum præpararunt. Paulus enim se Timotheum docuisse testatur, *2. TIMOTH. 3. 7. 1. 14.* & *2. 7. 2.* XIV. Schola Alexandria. Alexandria ab antiquo fuisse scholam testatur *EUSEBIUS LIB. 5. CAP. 9.* Fortè cum Marcus ibi Ecclesiam collegit, philo-

fophis & Judæis ad Christianismum converfis, schola illa Ethnica seu Philosophica in Christianam commutata.

Vide Discipulus, Disciplina, Doctrina, Philosophia, Professor.

SCIENTIA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Lucret. lib. 4. de natura rerum.

*Nam nihil egregius, quam res est cernere apertas
Ab dubiis, animos quas ab se proximas abdit.*

Idem lib. 4. de natura rerum.

*Deniq; nil sciri si quis putat, id quoq; nescit
An sciri possit? quo vil se scire fateatur.*

Juvenal. satyr. 7.

*Quis color, et quod sit cause genus, atq; ubi summe
Questio, que veniant diversa parte sagittæ?*

Nosse valunt omnes: mercedem solvere nemo.

Mercedem appellas quid enim scio, culpa docentis,

Scilicet arguitur, quod lova in parte mamille

Nil sapit Arcadico juveni.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

CEdant arma togæ, concedat laurea linguæ. Cic. 1. Off.

Honestum efficitur, animi, non corporis viribus. Ibid.

Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi. Ibid.

*Non viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res
magnæ geruntur: sed consilio & auctoritate & sententia. Cato
Major.*

*Dux ille Græciæ nunquã optat, ut Ajacis similes decem habeat:
at ut Nestoris quandoque, quod si acciderit, non dubitans
quin Troja brevi sit peritura. Ibid.*

§ SIMILITUDINES.

UT agricola libentius vident spicas inclinatâs, quàm erectas
in altum, nam illas onustas fructu intelligunt has inanes
sic adolescens, priusquam profecerunt in philosophia tumens
ubi doctrinæ fructum perceperint, submitunt sese. Plut.

*Quærimus nonnunquã eos, quibuscum stamus: ita quidam
quod sciunt, se scire nesciunt. Seneca.*

*Vide titulos de Artibus, Eruditione & Doctrina.
Item de Sapientia.*

SCORTATIO.

§ APOPTHEGMATA.

Dlogenes formosa scorta similia dicebat mulso lethalibus venenis temperato: quod adferrent quidem initio voluptatē, sed quam perperuus dolor consequeretur. *Laert. lib. 6.*

Idem conspiciens quendam meretrici supplicem, ut impetraret, quod petebat: quid inquit, tibi vis miser? præstat non impetrare, quod rogas. *Laert. lib. 6.*

Demosthenes ferrur, aliquando Corinthum navigasse, illectus fama nobilissimi scorti Laidis: ut & ipse famoso amore potiretur. At quum illa pro nocte stipularetur drachmarum decem millia: deterritus magnitudine pretii, mutavit sententiam, dicens: *ὄχι ἀγὰρ ἐγὼ τὸ σκῆτον παύσω δὴ σκῆτον;* non emo tanti pœnitere, significans, inhonestæ voluptati paratam esse comitem pœnitentiam. *Erasm. lib. 4. apoph.*

Crates visa aurca imagine Phrynes scorti Delphis erecta, exclamavit: ex Græcorum incontinentia trophæum. *Plin.*

§ EXEMPLA SACRA.

S cortationis punitæ exempla: Sodomitæ, *Genes. 19. vers. 24.* Sichimitæ, *34. v. 25.* Israëlitæ, *Numer. 25. v. 1. &c.* Israëlita quidam, *vers. 6.* Benjamitæ, *Judic. 20. v. 44.* filii Heli, Ophni & Phinees, *1. Samuel. 2. vers. 22. 25. & 4. vers. 17.* Israëlitæ, *Ierem. 5. vers. 7.*

Vide Adulterium, Fornicatio, Libido, Luxuria.

SCRIPTIO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Titus Calphurnius Ecloga 4.

Ergò lacepsitas tandem rescribe roganti.

Ovid. lib. 2. de remed. Amor.

Scripta cave relegas blanda servata puellæ:

Constantes animos scripta relicta movent.

Omnia pone feros, quam vis in vitibus, in ignes:

Et dic, ardoris sit rogus iste mei.

Horat. Satyr. 10. lib. 1.

Sapè stilum vertas, iterum, quæ digna legi sint,

Scripturus: neque te ut miretur turba labores,

Contentus paucis lectoribus.

Horat. de arte poetica.

Si quid tamen olim.

*Scripturis: in Metii descendat iudicis aureis,
Et patris, & nostras, no venque prematur in annum:
Membranis intus positus delere licebit,
Quod non edideris.*

Horat. in arte Poetica.

*Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus & versate diu, quid ferre recusent:
Quid valeant humeri? cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Videtur quicquid literis mandatur, id commendari omnium eruditorum lectione decere. Lectionem sine ulla delectatione negligo. Cic. 2. Tusc.

Mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem: hominis est intemperanter abutentis, & otio & litio. Cic. 1. Tusc.

Vide Ars, Disciplina, Doctrina, Eruditio, Professor, Studium. Item, Lectio.

SCURRA.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus Trinum.

*Nihil est profecto stultius, neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque perjurius:
Quam urbani aspidi cives, quos scurras vocant.*

Idem Persius.

*Publicæ rei causa quicumque id facit
Magis, quam sui quæsti, animus induci potest.
Eum esse civem & fidelem, & bonum,
Sed legirupam qui damnet, det in publicum
Dimidium.*

Vide Morio, Stultitia.

SECURI.

SECURITAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nemo securus debet esse in vita ista, quæ tota tentatio nominetur: ut qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiam ex meliore deterior. *Augustin. lib. 10. confessionum.*

Nemo securus est in his bonis, quæ potest in vitium amittere: veritatem autem atque sapientiam nemo amittit in vitium. *Idem lib. 2. de libero arbitrio.*

Sæpè mens, dum virtutis suæ securitate resolvitur, insidiantem adversario inopinatæ culpæ telo perforatur: & inde à DEO in æternum longè fit: unde ei ad tempus sine cautelæ custodia propinquaverit. *Gregor. in moral.*

Sæpè quem tentationis certamen superare non valuit, sua deterius securitas stravit. *Idem in moral.*

Debet in spe esse securitas, sed etiam timor in conversatione: ut & illa certantes & torpentes pungat. *Idem in moral.*

O vita secunda! ubi absque formidine mors expectatur, imò & exoptatur cum dulcedine, & excipitur cum devorione. *Bernhard. ad milites templi.*

Nusquam est securitas, fratres, nec in cælo, nec in paradiso: multo minùs in mundo. In cælo enim cecidit Angelus sub præsentia divinitatis: in paradiso Adam de loco voluptatis: in mundo Judas de schola salvatoris. *Idem in serm.*

Nihil potest esse securus, quàm illi omnia committere, qui novit suis cultoribus congruè profutura præstare. *Cassiodorus in Psalm. 72.*

§ APOPTHEGMATA.

Socrates interrogatus, qui securè viverent: qui, inquit, nihil sibi consciunt mali. *Anton. & Maxim. serm. de curiositate.*

Pyrho, in tempestate conspiciens cæteros animo esse dejectiores, cum ipse nihil moveretur: ostendit porcellum in navi securè edentem, dicens: oportere sapientem eam animantis imitari securitatem. *Laert. lib. 9.*

Vide Apophtegmata de Conscientia, Quiete, & Tranquillitate.

§ HIEROGLYPHICA.

Cum proprium Deorum sit, perpetua frui quiete, neque ullos humanæ vicissitudinis casus in posterum expavescere, securitatem invenias hieroglyphicè plurimum *sellæ* compositam. *Pier. Valer. lib. 43. pag. 421. C.*

Clavem etiam securitatis signum dicunt maximè ejus, quæ regnante Iano passim fuit. Domos enim omnium religione ac sanctitate munitas fuisse prædicant. Idem lib. 48. pag. 477. B.

SEDITIONO.

§ SIMILITUDINES.

UT mare quod natura sua tranquillum est, ventorum vi agitari videmus ac turbari; si populus sua sponte pacatus, hominum seditiosorum vocibus & violentissimis tempestatibus concitari solet. *Cic. pro Cluent.*

Ut tempestates sæpè certo aliquo cæli signo commoventur: sæpè improvise, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur: sic in comitorum tempestate populari, sæpè intelligas quo signo commota sit: sæpè ita obscura est, ut casu excitata videatur. *Cic. pro Muræna.*

Salamandra non nisi magnis imbribus provenit: serenitate deficit: ita quidam non apparent: nisi statu civitatis bello aut seditione turbato: iidem rebus pace compositis emoriuntur. *Plin. lib. 10. cap. 67.*

Sicuti vulgò dicunt Aquilonem noctu exortum nunquam ad tertium durare diem: ita rerum motus, qui non ex altis initiis, sed facili causa subitaq; proficiscuntur, facile sedantur, & conquiescunt in Republica. *Idem.*

§ EXEMPLA SACRA.

Seditionis exempla: Core, Dathan & Abiron, *Numer. 16. vers. 12. 13.* Israëlitz, *vers. 41. 42. & 20. v. 3.* Ephraimitz, *Judic. 11. v. 11.* Absalom, *2. Samuel. 15. v. 10. 11.* Semei, *16. v. 6. 7.* Seba filius Bochri, *20. vers. 1. 2.* Adad Idumæus, *1. Reg. 16. vers. 14.* Raafon, *vers. 23.* Jeroboam, *vers. 26.* Zambri, *16. v. 9. 16.* Malloræ, & Tarsenses, *2. Macchab. 4. v. 30.* Barrabas, *Marc. 15. v. 7. Luc. 23. v. 18. 19.* Theudas, *Actor. 5. v. 35. 36.* Judas Galilæus, *v. 37.* quidam Judæi, *15. v. 1. 2.* Demetrius cum suis, *19. v. 23.* Seditionis crimen Prophetis, & Apostolis, aliisque piis hominibus publico docendi munere fungentibus sæpè, sed falsò ab impiis est obiectum. Exempla: Achab Elitz, *1. Reg. 18. vers. 17. 18.* Consiliiarii Artaxerxis Judæis, *1. Esdr. 4. vers. 12. 13.* Artaxerxes Jerusalem, *v. 18. 19.* Aman Judæis, *Esth. 3. v. 8. & 13. v. 4.* Amasias Prophetæ, *Amos 7. vers. 10.* Alcimus Judæis, *2. Macchab. 14. v. 5. 6.* Judæi Christo. Christus enim duorum atrocissimorum criminum reus peragitur, blasphemiz, *Marc. 16. v. 64. Luc. 22. v. 70. 71. & seditionis, 23. v. 2.* cum tamen omni culpa vacaret: adeò ut non

non verteretur omnium conscientias provocare. *Ioan. 8. v. 46.*
 & cum videret turbam ipsum correpturum, & in Regem crea-
 turum, secesserit. *Ioan. 6. v. 15.* Pontifices & Judæi Apostolis,
Actor. 4. v. 18. & 5. v. 28. Tertullus, *24. v. 5.* Seditio-
 nis puniæ exempla: Core, Dathan & Abiron, cum 250. viris, *Numer. 16. v.*
31. & c. Absalom, *2. Sam. 18. v. 9. & c.* Seba Bochri filius, *20. v. 21.*
 Semei, *1. Reg. 2. v. 41. & 2.* Zambri, *10. v. 18.* Sedechias, *2. Reg. 24.*
v. 20. & 25. v. 6. 7. Theudas cum suis, *Actor. 5. v. 36.* Judas Gal-
 ileus cum suis, *v. 37.* Sublato seditio-
 nis autore. seditio aufertur.
 Exempla: Absalom, *2. Samuel. 18. v. 16.* Seba, *20. v. 22.* Barrabas
 cum suis, *Luc. 23. v. 19.* Demetrius, *Actor. 19. v. 29.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Quo tempore Spartani Leuſtrica calamitate à Thebanis affecti
 sunt, in Argivorum urbe tanta seditio & cædes orta est:
 quanta apud reliquos Græcos nunquam fuisse memoratur.
Diod. lib. 15.

Cùm in bello, quod Romani contra Piratas gesserunt, Populus
 Romanus classem comparasset, huicquæ Pompejum præfecis-
 set contra Senatus voluntatem, repugnantibus patribus: plebs
 seditio-
 nem movit, atq; in Senatores adhuc sedentes impetum
 fecit: quos & ad unum omnes interfecisset, nisi de loco vitæ
 consulentes, abiissent. *Historiam latè describit Dion Nicæus, & ejus
 abbreviator. Xiphilinus in Pompejo.*

Anno Iustiniani septimo, Byzantii orta est seditio, quæ tessaram
 popularem dedit (hac enim nota se invicem conjuncti agno-
 verunt) expulsiq; sunt cives boni, & incensa ædificia int. quæ
 & templum Sapientiæ fuit: sed repressa est à Justiniano, auxilio
 Belisarii, sublaris auctoribus Hypatio, & Pompejo, & trucidatis
 triginta millibus hominum. *Procop. Evagrius lib. 4. cap. 13.*
Niceph. lib. 17. cap. 10.

Quarto Iustiniani anno, ob turpissimam imp. avaritiam, & in-
 tolerabiles subditorum compilationes, seditio orta est Constan-
 tinopoli: in qua Imperator in vitæ discrimen venisse, & amplius
 quàm triginta millia hominum cæsa scribuntur. *Procop. libr. 1.*
bello Persici. Zonaras tom. 3.

Ludo vicus XII. Francorum rex, scholæ Parisiensis statum, stu-
 dioforum privilegia reformare: fori pariter ac judiciorum ab-
 usus emendare & tollere instituit, schola tumultuata seditio-
 nem movit. *Anno 1498. Auctor Chronici.*

Vide Discordia.

SE SEDULITAS. SENECTUS, SENIUM.
SEDULITAS.

¶ EXEMPLA SACRA.

Sedulitatis exempla: Judæorum reducum adversarii. 1. *Ejfr.*
4. v. 23. Judæi reduces, *Nehem.* 4. 23. Joseph & Maria, *Matth.* 1.
14. Judas proditor, 26. 47. Principes sacerdotum & seniores po-
puli, 27. 1. Mulieres piæ, Maria Magdalena, & aliæ Mariæ, *Luc.*
24. 1. duo Discipuli euntes Emaus, *vers.* 32. 33. Christus, *Luc.* 4.
v. 42. 43. *Ioan.* 8. v. 2. Pharisei, 7. v. 30. 31. 32. Maria Magdale-
na, 20. v. 1. Petrus & alter discipulus, *vers.* 3. Credentes, *Actor.* 1.
v. 44. Sacerdotes & Magistratus. 4. v. 1. Apostoli, 5. v. 21. Judæis
9. v. 23. 24. Petrus, 10. v. 9. Paulus, 15. v. 35. 36. 40. 41. & 20. v. 16.
Proverb. 20. v. 13.

Consule titul. de Diligentia, Labore, & Studio.

SENECTUS, SENIUM,
Canities.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Coràm cano capite consurge, & honora personam senis, &
time Dominum Deum tuum. *Levit.* 19.
In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.
Iob. 12.

Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperitur.
Proverb. 16.

Dignitas senum canities. *Ibid.* 20.

Senectus venerabilis est, non diuturna, neq; annorum nu-
mero computata: cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis,
vita immaculata. *Sapient.* 4.

Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis se-
nescunt. *Eccles.* 8.

Quàm speciosum caniciei judicium: quàm speciosa vetera-
nis sapientia, & gloriosus intellectus & consilium. Corona se-
num multa pericia, & gloriam illorum timor Dei. *Ibid.* 25.

Tu loquere, quæ decent sanã doctrinam: senes ut sobrii sint,
pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. *Tit.* 2.

Corona senum filii filiorum. *Proverb.* 17.

Tres species odivit anima mea, pauperem superbum, & divi-
sem mendacem, & senem fatuum, & insensatum. *Eccles.* 25.

Puer centum annorum morietur, & peccator centum anno-
rum maledictus erit. *Esa.* 65.

Egressa

Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. *Daniel. 13.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quum sibi homines optant senectutem, quid aliud optant, nisi longam infirmitatem? *August. de Catech. rud.*

Sit senectus nostra puerilis & pueritia senilis: id est, ut nec sapientia nostra sit cum superbia, nec humilitas sine sapientia. *Idem in Psalm. 113.*

Oportet ut senilis sermo non solum sit gravis: sed etiam brevis. *Idem in serm.*

Infantia nostra innocentia sit, pueritia sit reverentia, adolescentia patientia, juvenus virtus, senium meritum, senectus nihil aliud, quam canus sapiensque intellectus. *Idem ibid.*

Cum cuncta vitia in seneseneant: sola avaritia juvenescit. *Idem ibid.*

Quid naturam accusas, o homo? habet illa impedimenta quaedam, senectutem & infirmitatem: sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior, in consiliis subtilior, ad constantiam subeunda mortis potior, ad reprimendas libidines fortior: infirmitas corporis, sobrietas mentis est. *Ambros. in hexametron. lib. 1.*

Nemo enim tam fractis viribus & decrepita senectutis est: ut non se putet unum adhuc annum esse victurus. *Hieronym. in quadam epist.*

Omnes penè virtutes corporis mutantur in senibus: & crescente sola sapientia, decrescunt ceteræ vires. *Idem in epist. ad Nepos.*

Senectus eorum, qui adolescentiam suam honestis artibus instruxerunt, & in lege Domini meditati sunt die ac nocte, ætate fit doctior, usu certior, processu temporis sapientior & veterum studiorum fructus dulcissimos metit. *Idem ibid.*

Canities tunc est venerabilis, quando ea gerit, quæ canitiem decet: quum verò juveniliter senex conversatur, plus juvenibus ridiculus erit. *Chrysost. super epist. ad Hebr. serm. 7.*

Plus omnibus religioni operam dare senibus convenit, quos presentis seculi florida ætas transacta deseruit. *Cypr.*

Nihil est quod senectuti magis noceat, ac dies hominis abbreviet, quam tristitia, languor animi atque ira. Nihil enim est hilaris senectute jucundius. *Cassiod. in quadam epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Cornelius Gallus.

Stat dubios tremulosque senex. semperque malorum
Credulus & stultus quæ facit, ipse timet.

Laudat

*Laudat præteritos, præsentés despicit annos:
Hoc tantum rectum quod facit ipse putat.*

Et infra.

*Hæ sunt primitiæ mortis, hæ partibus etas
Defluit, & pigris gressibus ima petit.
Non habitus, non ipse color, non gressus euntis.
Non species eadem, quæ fuit ante, manet.*

Ovid. lib. 15. Metamorph.

*Inde senilis hyems tremulo venis horrida passis:
Aut spoliat suos, aut quos habet alba capillos:
Nostra quoque ipsorum semper, requieque sine ulla
Corpora vertuntur, nec quod fuimus ve sumus ve,
Cras erimus.*

Vergil. lib. 9. Æneid.

Nec tarda senectus

Debilitat vires animi, mutatque vigorem.

Ovid. lib. 14. Metamorph.

Sed jam felicior etas

Terga dedit, tremuloque gradu venit egra senectus.

Horat. in arte Poëtica.

*Multa ferunt anni venientes commoda secum:
Multa recedentes adimunt.*

Cornelius Gallus.

*Tu me sola tibi subdus miseranda senectus:
Cui cedit quicquid vincere cuncta potest.
In te corruimus: tua sunt quæcunque fatiscunt:
Ultima queque tuo conficis ipsa malo*

Seneca in Oedipo.

*Prima languescit senum
Memoria, longo lassâ sublabens situ*

Ovid. lib. 5. Fastor.

*Magna fuit capitis quondam reverentia cani:
Inque suo pretio ruga senilis erat.*

Ibidem.

*Nec nisi post annos patuit tunc Curia seros:
Nomenque etatis mite Senatus habet.*

Et infra.

*Verba quis auderet coram sene digna rubore,
Dicere? Censuram longa senecta dabat.*

Juvenal. Satyr. 13.

Improbitas illo fuit admirabilis ævo:

Credabant

Credebant hoc grande nefas, & mente piandum,
 Si juvenis vetulo non affurrexerat: & si
 Barbato cuicumq; puer: licet ipse videret
 Plura domi farra, & majores glandis acervos.
 Tam venerabile erat precedere quattuor annis:
 Primaq; par aded sacra lanugo senectæ.

Ovid. Epist. conf. ad Liv. de morte filii.

Quid numeras annos? vixi maturior annis:
 Acta senem faciunt: hæc numeranda tibi.

Ovid. in Hippolyto.

Letitia juvenem, frons decet tristis senem.

Ovid. 9. Metamorph.

Iura senes norint, & quid liceatq; nefasq;
 Fasq; sit inquirant: legumq; examina servent.

Terent. in Phorm.

Senectus ipsa morbos est.

Horat. de arte Poetic.

Multa senem circumveniunt incommoda: vel quod
 Querit, & inventis miser abstinet, ac timet uti:
 Vel quod res omnes timide gelideq; ministrat:
 Dilator, spe longus, iners, a viduisq; futuris:
 Difficilis, querulus, laudatur temporis acti
 Se puero, castigato, censorq; minorum.

Oid. lib. 3. de Arte amandi.

Ventura memores jam nunc estote senectæ:
 Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Ex Græcis Comicis.

Πρὸς γὰρ τὴν γῆρας, ὡς περὶ ἐργασίαν,
 Ἄπειρος τὸν ἄνθρωπον ποιεῖ φοιτῆ κακῶ.
 Mala ad senectutem, officinam ceu suam,
 Humana tandem congregantur omnia.

Οὐχ εἰ τὸ λῆξαι πεισισὶν αἰ λευκαὶ φρονεῖν
 Ἄλλ' ὁ πρὸς οὐρανὸν ἐστὶ τῆ φύσει γέρας.

Id est,

Canis haud putandi causa sunt prudentias:
 Mores seniles ipsa sed natura dat.

Μὴ τὸ εὐλόγησθαι, εἰ νεώτερος ἴσθαι.
 Ἄλλ' εἰ φρονεῖν τὸ τοῦ λόγου ἀνδρὸς ἐρεῖ;
 Spectare noli, sim ne juvenis qui loquor?
 Viri sed utrum verba prudentis loquar?

Γέρας

Γέρον έρασής έχάτη κική τύχη.

Senex amore captus, ultimū malum.

Ο' χληρός άνήρ έστιν νέοις γέρον.

Iuvenum odiosus vir senex in cœtibus.

Χαλεπόν τὸ γήρας έστιν άνθρώποις βάρβ.

Durum senectus est hominibus mortalibus.

Φοβέ τὸ γήρας; οὐ γδ' έρχεται μόνον.

Metue senectam sola nanque non venit.

Η'ξει τὸ γήρας πᾶσαν αίτίαν φέρον.

Veniet senectus cum querela qualibet.

Πολιά γρόνου μήνισις, οὐ φρονήσεως.

Cani iudices ætatis, haud prudentiæ.

Έφ'όδιον είς τὸ γήρας αίει κωζιτίθε.

Tuam in senectam condito viaticum.

Καλὸν τὸ γηρᾶν: κὶ τὸ μὴ γηρᾶν πάλιν.

Senem esse pulchrum est: pulchrum & esse non senem.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Senectutis, id est proprium: ut adolescentulos doceat, instituat. ad omne officii genus instruar. *Cic. in Catone Maiore.*

Nihil est præclarior, quàm honoribus & Reipublicæ muneribus perfunctū senem posse suo jure dicere, id quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo: se esse eum, undè sibi, si non populi & reges: at omnes sui tamen cives consilium expeterent. *l. de Orat.*

Omnium ætatū certus est terminus: senectutis autem nullus certus est terminus, rectèq; in ea vivitur, quoad munus officii exequi & tueri possit. *Cato Major.*

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defendit. non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt: sed honestè acta superior ætas, fructus auctoritati præbet extremos. *Cato Maior.*

Senibus labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur. *l. Offic.*

Nihil magis cavendum est senectuti, quàm ne languotise, desidiazque dedat: luxuria verò eum omni ætati turpis, tum senectuti foedissima est. Duplex enim inde malum est: quòd & ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentiū impudentiorem intemperantiam. *Ibidem.*

Amplectanda est & amanda senectus: plena est voluptatis si illa scias uti. Gratissima sunt poma, quum fugiunt. Deditos vino potio extrema deletat: quum in se jucundissimū hominis voluptas

nis voluptas habet, in finem suum differt. *Seneca epist. 13.*

Jucundissima est ætas de vix jam, non tamen præceps: quàm dulce est cupiditates fatigasse aut reliquisse? *Ibidem.*

Primum ista tam seni antè oculos debet esse: quàm juveni. Deindè nemo tam senex est, ut improbè unum diem non speret. Unus autem gradus vitæ est: unus autem dies par omni est. *Idem ibidem.*

Senum ut viget animus, & gaudet non multùm sibi esse cùm corpore: portus aliquando petendus, nusquam recusandus. *Idem epist. 16.*

Nihil turpius, quàm senem vivere insipientem. *Idem epist. 12.*

¶ APOPTHEGMATA.

Diogenes percontanti quid esset in vita miserrimum? Senex, inquit, egenus. *Laert. lib. 6.*

Idem anum comptam conspicatus: si, inquit, ad vivos, falsa es: sin ad mortuos, ne cunctare. *Anton. serm. 18. part. 2. Meliss. Maxim. serm. 41.*

Phavorinus dicebat Pythagoram & Platonem senisse, senectutem non esse finem! curriculi hujus terreni appellandam: sed potiùs beatæ vitæ initium. *Stob. serm. 114.*

Beatus quidam, cùm jam annos natus plus quàm septuaginta, thesaurum reperisset: sublato cruce ipsum contempsit, & præterivit: ut qui non amplius usui sibi futurus esset. *Stob.*

Solon lege sanxit, ne quis admodum juvenis ad magistratum aut consulationes admitteretur, quamvis pudentissimus esset visus. *Stob. serm. 112.*

Bion senectutem dicebat portum esse malorum: quod omnes huc confugerent, sperantes miseriarum finem. *Erasm. ex Laert. lib. 4. cap. 7.*

Idem docebat, nulli exprobrandam esse senectutem, ad quàm omnes optant pervenire. Absurdum enim est aliis probro dare, quod quis optat sibi contingere. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Diogenes quærenti, quid esset senectas? respondit, ætas brumalis, tempestatibus obnoxia. *Stob.*

Solon quærenti cuidam, quid esset senectus? respondit, vitæ hyems. *Idem dictum est à Patrocle & Eratosthene philosophis. Stob. serm. 115.*

Cesallius cum triumviris non obtemperaret, & multa liberè de C. Cæsaris temporibus loqueretur: admonentibus amicis, ut sibi caveret: duæ, inquit, res sunt, quæ cæteros reddunt formidolosos: mihi autem maximam suppeditant fiduciam: se-

Yyy

nectus & orbitas, Senex citò periturus est, etiamsi nemo occidat: & orbis nec habet quos curet: nec habet pro quibus timeat. Solet enim ultio in liberos propagari. *Valer. Maxim. lib. 6. cap. 2.*

Theodestus dicebat senectutem & nuptias res esse similes. Utramque enim (inquit) consequi desideramus: postquam vero nacti sumus, tristamur. *Stob. serm. 66.*

Anonymus quidam profectus Lacedæmonem, quàm vidisset honorem, quem juniores præstant senioribus: in sola, inquit, Sparta expedit senescere. *Valer. Maxim.*

Demonax seni crura intumuerant, id videns quidam, quid istuc, inquit, mali est *Demonax*? tum ille: Charon, inquit, me momordit. Pro cane dixit Charontem, innuens: senectutem morti vicinam. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Alexis cuidam videnti ipsum jam senio fessum ægrè lenteque incedere, ac roganti quid ageret? paulatim, inquit, morior: sive pedetentim morior. *Stob. serm. 115.*

Iosephus Ptolomæo Oniam accusanti: veniam, inquit, quæ præsta: non enim te latet, senes, puerosque eandem mentem habere. *Bruson. lib. 9. cap. 7.*

§ SIMILITUDINES.

UT non omne vinum: sic non omnis ætas vetustate coalescit. *Cicero.*

Ut adolescentem in quo senile est aliquid: sic senem, in quo adolescentis probi est aliquid, laudamus. *Idem.*

Ut petulantia & libido magis est adolescentum, quàm senium: nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum sic ista senilis stultitia, quæ deliratio appellari solet, senum est levium, non omnium. *Idem.*

Ut gaudent, qui à furiosis dominis aufugerunt: sic gaudere debent senes, qui ætatis beneficio libidine non infestantur. *Plutarchus.*

Ibi ajunt, ubi consenuit, jamque quod erat turbidum exspiravit, magis aromaticè olere: sic gloria senum tranquillior, & consilia sedatiora. *Plut.*

Ut aqua vino admixta reddit illud moderatius: & sobria Nymphæ Bacchum temulentum compefcunt: sic in Repub. senes admixti, juvenum temeritatem & ambitionem reverentia sui reddunt moderatiorem. *Plut.*

Quemadmodum in nave, quæ sentinam trahit, uni rimæ aut alteri obstititur: ubi plurimis locis laxari cœpit: & cedere, succurri non potest navigio dehiscenti: ita in senili corpore aliqua.

quatenus imbecillitas sustineri & fulciri potest: ubi tanquam in putri ædificio omnis junctura dilabitur: & dum alia excipitur, alia descinditur, circumspiciendum est quomodo exeat? *Senec.*

Ut orbium diversus in contraria natus, motu omnium temperat: ita senum contratio, juvenum in Repub. fervore ac præcipitantia moderatur. *Erasm.*

Ut ciconias nemo advenire sentit, sed advenisse: nemo discedere, sed discessisse, quod noctu clanculumque faciant utrunque: ita juventutem nemo intelligit discedere, sed discessisse: & senectutem non sentimus advenire, sed advenisse. *Plinius lib. 10. cap. 25.*

Novella vitis copiosius gignit vinum, sed vetustior melius: ita plura loquuntur juvenes, sed utiliora senes. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Senectus exempla: Abraham, Sara, *Genes. 18. vers. 11. & 34. 1.* Loth, *19. 31.* Isaac, *27. 1. & 35. 29.* Jacob, *44. 20. & 48. 10.* Josuah, *Ios. 23. v. 1. 2.* Gedeon, *Judic. 8. 32.* Senex in Gabaa, *19. v. 10.* & Noemi, *Ruth. 1. 12.* Eli, *1. Sam. 2. 22. & 4. 18.* Samuel, *8. 1. & 12. 2.* Isai, *17. 2.* Berzollai, *2. Sam. 19. v. 31. 32.* David, *1. Reg. 1. 1. Paralip. 23. 1.* Salomon, *1. Reg. 11. 4.* Propheta quidam, *13. 11.* Afa, *15. 23.* Jojada, *2. Paral. 24. 15.* Tobias senior, *Tob. 13. 1.* Job, *Iob. 42. v. 16. 17.* Simon, *1. Macchab. 16. v. 2. 3.* Zacharias, *Luc. 1. v. 18.* Paulus, *Philem. v. 9.* Joannes, *2. Ioan. v. 1. & 3. Ioan. v. 1.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Quære sub titul. Longævitæ.

¶ HIROGLYPHICA.

Supervacuum videretur, per *Canos* senectutem, locorum ubique significatam, dicere: sed illud commemoratione non injunctum fuerit: quod in hac sententiam ostenta olim præmonstravere. *Galbe* siquidem, cum is provinciâ Hispaniâ Tarracoensem ingressus sacrificaret, intrâ ædem publicanæ accidit: ut puerò è ministris acerram tenenti, capillus repente toto capite canesceret: quod rerum mutationem significare *Aruspices* responderunt, successurumque juveni senem. Nam is *Neroni* alicerum & 30 nato annum, septuagenario major successit. *Pter. Valer. lib. 32. pag. 301. C. & 302. D.*

Amygdali arboris hiærogliphicum, in Divinis Literis accipitur pro *Canitie*, quæ manifestum est *Senectutis* indicium. Fertur ad hanc sententiam locus apud Salomonem ad calcem *Eccllesiastæ*. *Florebit amygdalums & pinguescet iocusta: & dissipabitur capparis. atque hæc inceptabunt, homine jam in domum aternitatis sue*

profectura, hoc est, ut est apud Eucherium: canescet homo, tremebunt pedes, & concupiscentia frigescet. *Pier. Valer. lib. 52. pag. 502. C. & 502. D.*

SEPULTURA.

§ APOPTHEGMATA.

Socrates cicutam bibiturus, à quibusdam interrogatus, quomodo sepeliri vellet? eo modo dixit, quo vobis facillimum fuerit. *Stob. serm. 160.*

Idem Athenienses ridens, qui de sepulchris majorum & ducum suorum gloriarentur, dicebat: Duces & plerosq; majores de quibus superbiebant, extra fines suos sepultos esse: probra verò popularis Reipub. in publicis sepulchris. *Teles de exilio apud Stob. serm. 38.*

Diogenes projici se inhumatum jussit. tùm amici, volucritudine & feris? Minimè verò, inquit: sed bacillum propè me, quò abigam, ponitote. *Qui* poteris? illi ajunt: non enim senties quid igitur mihi ferarum, ait, laniatus obierit, nihil sentientis. *Laert. Cic. lib. 1. Tusc. quæst.*

Idem rogatus à Xeniaide. quomodo sepeliri vellet? in faciem inquit. Percontanti causam: quoniam, inquit, paulò post futurum est, ut inferiora fiant superiora. *Laert. lib. 6.*

Idem interrogatus, num servum ancillamve haberet? negavit. Cumquè percontator adjecisset: quis igitur te effecerit, si moriaris? cui domo, inquit, erit opus. *Laert. lib. 6.*

Anaxagoras cùm Lampfaci moreretur, querentibus amicis vellentè Clazomenas in patriam auferri, ibidemque sepeliri? non necesse est, inquit. Undiq; enim ad sepulchrum tantumdem viæ est. *Cic. in Tusc. lib. 1. Laert. lib. 2. cap. 3.*

Eo die quo *Socrates* bibiturus erat venenum, *Apollodorus* ei pallium multè pretii ad solatium obtulit: ut eo indutus moreretur. At ille recusans donum: quid? inquit, hoc mecum pallium, quod viventi convenit, mortuo non conveniet? *Erasmus lib. 3. apoph.*

Demonactem morientem amici rogabant, quomodo vellet sepeliri: Ne quid, inquit, ista res nos habeat sollicitos: sciet me sepeliet. & dicentibus: indignum facinus si talis viri corpus laceretur à canibus: quid, inquit, incommodi, si & mortuus alicui sim usui. *Erasmus lib. 8. apoph.*

Olympias Alexandri mater, quùm audivisset filii cadaver insepultum fuisse abjectum, inter lamenta dixit hoc quoq;: ò fili,

ru, qu
ne us
comm

Zisc

cùm à
morre
feris c
ni. E
mortu
Sylvia

S Epi
Ab

48.

Exod.

Numer

10f. 24

la. 10.

Abdo

Saul, &

2. Sam

phel,

vid, 1.

verbo

Robo

3. Esdr

7. 37.

10. 34.

fias, 1.

20. 2.

Josias

26. 23.

lita ju

nalles

9. v. 19

Marc.

ejus, 7

affli

2. Reg

Judæi

Joach

7. 28.

tu, qui studebas cœli particeps esse, hunc toto impetu properans: ne us quidem potiri valuisti, quæ sunt mortalium omnium communia, terra ac sepultura. *Idem.*

Zisca Hufitarum Dux & Imperator fortissimus, jam moriturus, cum à militibus interrogaretur, quomodo sepeliri cuperet post mortem? Pellem, inquit, mortuo mihi detrahite, relictoque feris cadavere, ex cute tympanum facite, quo in præliis utamini. Et sic, ut hostes nostri viventis aspectum non ferebant: ita mortui sonum, fugam adornantes, audire nequibunt. Aeneas Sylvius lib. 3. comment. de reb. gest. Alphonsi. reg.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

SEPULTORUM honorificè exempla: Sara, *Genes. 23. vers. 4. 15.* Abraham, *25. 8.* Debora nutrix Rebeccæ, *35. 8.* Rachel, *v. 16.* & *48. v. 7.* Jacob, *49. v. 29. & c. 50. v. 5. & c.* Joseph, *v. 24. 25. 26.* Exod. *13. 19.* Josue, *24. 32.* Rebecca, Lia, *Genes. 49. 30. 31.* Marias *Numer. 20. 1.* Aaron, *v. 28. Deut. 10. 6.* Moses, *34. v. 5. 6.* Eleazer, *10f. 24. 33.* Josuah, *24. v. 29. 30. Iudic. 2. v. 8. 9.* Gedeon *8. 32.* Thola, *10. v. 1. 2.* Jair, *v. 5.* Jephthe, *12. 7.* Abesan, *v. 10.* Ajalon, *v. 11.* Abdon, *v. 15.* Samson, *16. v. 31.* Samuel, *1. Sam. 25. v. 1. & 28. v. 3.* Saul, & Jonathas, *31. vers. 12. 2. Samuel. 2. v. 5. & 21. v. 12.* Afael. *2. Samuel. 2. v. 31. 32.* Abner, *3. v. 31.* Isboseth, *4. v. 12.* Achitophel, *17. v. 23.* Saul, Jonathas, & septem filii ejus, *21. v. 12.* David, *1. Reg. 2. vers. 10.* Joab, *vers. 34.* Salomon, *11. v. 43.* Prophetæ verbo Dei inobediens, *13. v. 29. 30.* Filius Jeroboam, *14. v. 17. 18.* Roboam, *v. 31.* Abia, *15. v. 8.* Asa, *v. 24. 2. Paralip. 16. v. 13. 14.* *3. Esdr. 1. v. 30. 31.* Baasa, *1. Reg. 16. v. 6.* Amri, *v. 28.* Achab, *22. v. 37.* Josaphat, *v. 51.* Joram, *2. Reg. 8. 24.* Ochosias, *9. 28.* Jehu. *10. 34.* Joas, *12. 21. & 14. 16.* Joachas, *13. 9.* Eliseus, *v. 14.* Amasias, *14. v. 19. 20.* Azarias, *15. v. 7.* Joatham, *v. 38.* Ahas, *16. vers. 20. 2. Paralip. 28. v. 27.* Manasses, *2. Reg. 21. v. 18.* Amon, *v. 26.* Josias, *23. v. 29. 30. & 35. v. 24.* Jojada, *2. Paralip. 24. v. 16.* Ozias, *26. 23.* Ezechias, *32. 33.* quidam Israëlita, *Tob. 1. 21. & 2. 3.* Israclita jugulatus, *12. v. 12.* Tobias senior, *14. 2.* Raguel, *v. 16.* Manasses, *Iudic. 8. 3.* Judith, *16. 28.* Mathathias, *1. Macchab. 2. 70.* Judas, *9. v. 19.* Jonathas, *13. 25.* Joannes Baptista, *Matth. 14. 12.* JESUS, *Marc. 15. v. 46. Ioan. 19. v. 38. 39. 40.* Ananias, *Actor. 5. v. 5.* uxor ejus, *v. 9. 10.* Stephanus, *8. v. 2.* Sepultura honorifica carere, afflictio est, & iræ divinæ ac vindictæ signū. Exempla: Jezabel, *2. Reg. 9. v. 33.* Israëlita, *Psal. 70. v. 3.* Joram, *2. Paral. 21. v. 19.* Judæi, *Ierem. 8. v. 1. 2. & 14. v. 16. & 16. v. 4. 5. 6. 7. & 25. v. 33.* Joachim, *22. v. 18. 19.* Sedecias, *34. v. 5.* Antiochus, *2. Macchab. 9. v. 28.* Prophetæ Evangelici, *Apocal. 11. v. 9.* Sepulcrorum ossa ex

sepulchris ejici, & ad Solem expandi iræ divinæ adversus peccatores accensæ signum, *Ierem. 8. v. 1. 2.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

L *Eone Pontifice* à Normannis capto, Pallantis Romæ corpus stupendæ magnitudinis inventum, adhuc in corruptum, cujus hiantia quoque vulnera cernere erat. Præterea lucerna ad caput ardens, in qua neque vento, neq; aqua, nec per foramen ingruente aëre, lumen evanit. Tale huic Epitaphium fuisse fabulantur:

*Filices Evandri Pallas, quem lancea Turni
Militi occidit, mole sua jacet hic.*

Bonfin. lib. 2. Dec. 2.

Dedit Cæsar August. M. Antonio licet hosti: dedit & Cleopatræ reginæ sepulcrum, opere & materia inter pauca memorabile. Sabell. lib. 10. cap. 15.

Lothophagis & Ichthyophagis nulla sepulcrorum habetur cura sed defunctos in mare projiciunt: parum referre arbitrari, igni terra vel aqua absumantur. Alexand. lib. 3. cap. 2. & Rhodigian. lib. 9. cap. 47.

Æthiopes ad certos animos vita exacta, diverso funguntur sortio, exanimiq; corpora vel in flumen dejiciunt, vel vitro operata ita ut integra spectentur, & posteris spectaculo sint, asservant. Alexand. lib. 3. cap. 2.

Æthiopes ditiorum monumenta ex auro: tenuiora ex argenteo faciunt: inopes autem fictilibus vasis sepeliunt. Alexand. lib. 4. cap. 14.

Beleures lignis membra defunctorum incisa, in vas conjiciunt, supraq; saxa accumulunt. Diod. lib. 5. cap. 6.

Condebant Prisci corpora vel arcis lapideis, vel fictilibus, cum funebri tunica: quia nudum jacere cadaver, pro flagitio erat. Alex. lib. 3. cap. 2.

*Memorable est quod historia secunda Thucydides prodicit: accas fuisse ex cupresso, quibus eorum asservabantur ossa qui in bello fuissent cæsi. Id solitum fieri, *Διὰ τὸ ἄσποντος εἶναι*, quod proterelinem arbor nesciat. Confirmat id fides historica, in cæternus. *Calinas lib. 25. cap. 2. A. 1.**

Romani veteres defunctos sic fictilibus doliis condi maluerunt, sicut M. Varro, Pythagorico modo, myrti oleæ atq; populi grææ foliis. Plin. lib. 35. cap. 12.

SERMO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Stattus lib. 4. Sylvar.

*Nobis verus amor, mediocriter Helicone petitus
Sermo, hilaresq; joci brumalem absumere noctem
Suaferunt, mollemq; oculis expelleret somnum.*

Horat. in arte poetica.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Verg. de Est & Non.

*Est, & non, cunctis monosyllaba nota frequentant:
His demptis nihil est hominum quod sermo voluet.
Omnia in his, & ab his sunt omnia: sive negoti,
Sive ot: quicquam est turbida sive quietis.
Qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant?*

Seneca in Medea.

Suspecta ne sint longa colloquia amputa.

§ APOPHTHEGMATA.

DEmocritus audiens adolescentem variis de rebus assiduè loquentem, ait: in speculo faciei figura: in verbis autem animi qualitas uniuscujusq; hominis deprehenditur. *Stob.*

Zeno Citicrus adolescenti confidenter loquenti: non dixerim, inquit, ô adolescens, quæ mihi succurrunt. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Socrates. Quum dives quidam filium adolescentem ad Socratem misisset, ut indolem illius inspiceret: ac pædagogus diceret: Pater ad te, ô Socrates, misit filium, ut eum videres: tum Socrates ad puerum: loquere igitur, inquit, adolescens: ut te videam. *Erasm. lib. apopht. ex Apulejo Flori. lib. 1.*

Chrysippus interrogatus, quid esset mens hominis? sermonis fontem esse, respondit. *Stob. serm. 2.*

§ SIMILITUDINES.

UT in calamitatibus firmissimi, atque optimi, amici adsunt utiliter: sic & sermones optimi. *Plut.*

Ut ædium ostio carentium, & crumenarum absque vinculis nulla est utilitas: ita multò magis oris clastro carentis nullus est usus, *Plutarch.*

Qui in Platone & Demosthene nihil quærunt, nisi puritatem Attici sermonis, quid aliud agunt, quàm iis qui in pharmacis nihil amant, nisi fragrantiam & nitorem: vim purgandi servandiq; negligunt? *Plut.*

Yyy 4.

Quemadmodum Protogenes pictor Apellem ex unica linea cognovit, nunquam alioqui visum: ita ex unico responso ingenium, & prudentiam viri deprehendet, qui ipse sapiens. *Plinius.*

E voce agnoscimus hominem, facie non conspecta: nam sua cuique vox: ita ex oratione licet hominis vitam conjectare. *Erasmus.*

Taurus avis cum sit pusilla, tamen boum vocem imitatur: ita nonnulli cum resint exigui, tamen loquuntur reges ac se trapas. *Idem.*

§ HIEROGLYPHICA.

Sermonis efficaciam persuadendique vim ostentare veteres si voluissent: *Mercurii simulachrum* grandiori jam ætate, barbæ tum, & effæto propemodum corpore: natura tamen obsecratus excitata, eaque tantum parte validissimum, faciebant. *Pier. Valer. lib. 34. pag. 323. A.*

Sermonem verò inanem ostendere volentes, Mercurium eundem juniori specie ac profus impubi cum effinxissent, attracta in pudenda vel desidentia faciebant. In his enim, qui nondum ad ephæbis excessissent, in fecundam & imperfectam esse orationem animadvertierant: utpote quod ætas illa ad prudentiam nondum esset idonea. *Pier. Valer. lib. 34. pag. 323. B.*

Oculum etiam invenimus sermonis esse hieroglyphicum apud Sacerdotes Ægyptios: sermonem ipsum dupliciter considerant. Uno modo, quatenus à natura loquendi facultatem consequimur: altero, quo in hoc vel illud idioma linguam in se cernimus, & in proprio arte & elocutionem adhibemus. Illum simplicem sermonem per linguam tantum figurari: sed si cultum & elegantiam accessisse inuere vellent: linguæ oculum sublinguæum subiiciendum. *Pier. Valer. lib. 33. pag. 306. E.*

Vide Garrulitas, Lingua, Loquacitas, Oratio.

SERVITUS.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Admonere illos principibus & potestatibus subditos esse, debere obedire, ad omne opus bonum paratos esse. *Paulus ad Thimotheum.*

Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam difficultatis. *1. Petri 2.*

Acceptus est rei minister intelligens. *Proverb. 14.*

Non lædas *servum* in veritate operantem: nec mercenariū dantem animam suam. *Eccles. 7.*

Servus sensatus sit tibi dilectus, quasi anima tua: non defraudes illum in libertate, neque inopem derelinquas illum. *Idem ibidem.*

Si est tibi *servus* fidelis, sit tibi quasi anima tua; si læseris eum injustè, in fugam convertecur. *Idem 33.*

Et vos domini eadem facite illis: remittentes minas, scientes, quia illorum & vester Dominus est in cœlis: & personarum acceptio non est apud eum. *Ephes. 6.*

Domini, quod justum est & æquum, *servis* præstate: scientes, quoniam & vos Dominum habetis in cœlo. *Coloss. 4.*

Cibaria, & virga, & onus asino: panis & disciplina & opus *servo*. Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxat manum illius, & quærit libertatem. *Eccles. 33.*

Servus verbis non potest crudiri, quia quod dicitis, intelligit: & respondere contemnit. *Proverb. 29.*

Qui delicate à pueritia sua nutrit *servum* suum, postea sentiet eum conrumacem. *Idem ibidem.*

Jugum & lorum cervicem subigunt: nervus & tormenta *servum* malitiosum. Mitte illum in opus, nec vacet: otium enim multa vitia docuit. Adige eum ad opus, quod officium ejus postulat: quod si non obaudierit suis, grava illum compedibus. *Eccles. 33.*

Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est tributis *serviet*. *Proverb. 12.*

Filio doloso nihil erit boni: *servo* autem sapienti prosperi erunt actus & dirigetur via ejus. *Idem 14.*

Servus sapiens dominabitur filiis stultis. *ibid. 17.*

Servo sensato liberi *servient*. *Eccles. 10.*

Servi obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut CHRISTO: non ad oculum *serventes*, quasi hominibus placentes: sed ut *servi* CHRISTI. *Ephes. 6.*

Servi obedite per omnia dominis carnalibus non ad oculum *servientes*, quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis, timentes DEUM. Quodcumq; facitis, ex animo operamini: sicut DOMINO, & non hominibus: scientes quod à DOMINO accipietis retributionem hæreditatis. *Coloss. 3.*

Quicumque sub jugo *servi*, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen DOMINI & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant,

quia fratres sunt: sed magis serviant: quia fideles sunt, & dilecti
1. *Timoth. 6.*

Servus dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non
contradicientes, non fraudantes: sed in omnibus fidem bonam
ostendentes. *Tit. 2.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Bonus etiam si servit, liber est: malus autem, etsi regnet, ser-
vus est: nec est unius hominis: sed quod gravius est, tot do-
minorum, quot vitiorum. *August. 4. de Civit. Dei.*

Servit quicumque vel metu frangitur, vel delectatione tri-
statur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur,
vel mœrore dejicitur. servilis enim est omnis passio. *Ambrosius*
lib. 2. de Iacob. & vita beata.

Est sapienti servire, libertas: ex quo colligitur, quod stulto
imperare, servitus est: & quod pejus est, cum paucioribus prelo-
pluribus dominis & gravioribus servit. Servit enim propriis
passionibus, servit suis cupiditatibus, quarum dominatio non
nocte, nec die fugari potest: quia intrâ se dominos habet: nec
se servitium patitur intolerabile. *Hieron. in epist. ad Simplic.*

O extrema conditio servitutis! natura liberos genuit, sed
fortuna servos constituit: servus cogitur pati, & nemo sinitur
compati: dolere compellitur, & nemo condolere permittitur.
Sic ipse verò servus est, ut nemo sit sibi: miseri, qui castra
quantur: & miserum est aliena vivere quadra. *Innoc. de vil. homi-
num.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Troad.

Durum invisum, grave est.

Servitia ferre.

Plautus in Captivis.

Decet innocentem servum atq; innoxium,

Confidentem esse suum apud herum potissimum.

Propert. lib. 3. eleg.

Omnis enim debet sine vano nuntius esse:

Majoremque timens servus habere fidem,

Plautus in Milite.

Non homini servo suos

Domitos oportet habere oculos, & manus

Orationemque.

Plautus in Epidico.

Sed taceam optimum est: plus scire satius est,

Quàm loqui servum hominem: ea sapientia est.

Plautus

Plautus in Aſinaria.

Non decet eſſe ſuperbum hominem ſervitum.

Plautus in Perſa.

*Qui hero ſuo ſervire vult, benè ſervit ſervitutem:
 Ne adepol illum multa in pectore ſuo collocare oportet,
 Quæ hero placere cenſeat præſenti atque abſenti ſuo.*

Martial. lib. 2. Epigram.

*Reges & dominos habere debet,
 Qui ſe non habet: atq; concupiſcit.
 Quod reges dominiq; concupiſcunt.*

Claud. lib. 3. in Scilic. laudes.

*Fallitur, egregio quiſquis ſub principe credit
 Servitium: nunquam libertas gratior extat,
 Quàm ſub rege pio.*

Ex Græcis Comicis.

*Δούλε δὲ χεῖρον ἔδν τῶ καλῶ.
 Nil pejus eſt ſervo, vel eo qui ſit bonus.
 Λυπεῖ με δὲ λῶ δεσπότης μείζον φρονῶν.
 Servus moleſtus ſuprà herum ſeſe efferens.
 Ὡς ἡδὺ δὲ λῶ δεσπότης χρεῖσθ' τυχεῖν:
 Quàm dulce ſervo lenem herum nanciſcien,
 Καὶν δὲ λῶ ἢ πς, ἔδν ἢ πλον. Δεσπότης,
 Ἀνθρώπος οὐ πῆς ἔστιν, ἀν' ἀνθρώπῳ ἢ,
 Quamvis ſit iſte ſervus, eſt nihilominus
 Homo, ſi quidem ὁ here, procreatus eſt homo.
 Ὡς κρείττον' ἐστὶ δεσπότης χρεῖσθ' τυχεῖν
 ἢ ζῆν τυπειῶς κῆ κακῶς ἐλευθερον.
 Felicior herum nactus eſt qui commodum,
 Quàm liber eſt qui, victitans durè tamen.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Servitus eſt obedientia fracti animi & abjecti, arbitrio carentis ſuo. Cic. Paradox. penult.

Omnibus grave ſervitutis jugum eſſe debet, in libertate educatis. Idem antequam iret in exil.

Nemini animus benè informatus à natura parcere debet: niſi præcipienti, ut docenti, aut utilitatis cauſa juſtè & legitimè impetranti: ex quo animi magnitudo exiſtit, humanarumque rerum contemptio. Cic. 1. Offic.

Omnis eſt miſera ſervitus. Cic. Phil. 10.

Nihil eſt foediſſus ſervitute: ad decus & libertatem nati ſumus.

Phil. 12.

Cum

Cùm omnis servitus est misera: tùm verò intolerabile est, servire impuro, impudico, effœminato. *Philip. 3.*

Mors est servitute potior. *Philip. 10.*

Mors servituti, turpitudiniq; anteponenda. *1. Offic.*

Qui servitutem contemserit, in qualibet turba dominatium liber est. *Senec. 28. epist.*

Servi sunt, imò homines: servi sunt, imò contubernales: servi sunt, imò humiles amici: servi sunt, imò conservi: si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunæ. Itaque decido istos, qui turpe existimant: cum servo cœnare: superbissimum enim est consuetudo: cœnanti domino stantium servorù turbam circumdare: majestatis suæ diminutionem putant, ad eandem mensam, cum servo accedere, *Idem epist. 47.*

Sic cum inferiore vivas, quemadmodum superiorem tecum vivere velis. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in servum liceat: veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominum: bona ætas est: forsitan habebis. Nescis qua ætate Hecuba servire cœperis, qua Crœsus, qua Darii mater, qua Plato, qua Diogenes. *Idem ibid.*

Servus est, sed fortassè liber animo. Servus est: ostende quid non sit? alius libidini, alius avariciæ, alius ambitioni, omnes timori. Nulla servitus turpiore est, quàm voluntaria. *Idem ibid.*

Paucos servitus, plures servitutem tenent. *Idem epist. 22.*

§ APOPHTHEGMATA.

Julianus Imp. cùm Eunuchis & coquis servos etiam ex palatio minori sumptu vivere posset. *Erasm. lib. 8. apophth.*

Hadrianus Imp. quùm servum videret inter duos Senatores ambulans, misit qui illi colaphum impingeret, diceretque: noli inter eos ambulare, quorum adhuc pores esse servus: simul senatoriæ dignitati consulens, & servi castigans insolentiam, quam de Cæsare hero sumpserat. *Ex Dione Castio.*

Alexander Severus nunquam utebatur cursore, nisi servo factus: dicens, ingenuum currere nisi in sacro certamine, non debere. *Ælius Lampridius.*

Lacena quedam captiva, quùm interrogaretur, quid sciret? probè inquit, regere domum. Et hæc non vulgaris ars est in muliere. *Plutar. in Lacenar. apophth.*

Captiva quedam à licitatore interrogata, num esset futura proba, si ipsam emeret? etiam, inquit, si me non emeris. *Plut.*

Puer Spartanus captus ab Antigone Rege, ac sub hasta venditus: in

tus: in cæteris omnibus, quæcunq; putabat ab ingenuo decen-
ter fieri posse, obsequens erat ei, qui ipsum fuerat mercatus:
cæterum iussus adferre maculam, haud sustinuit: dicens, non
serviam. At quum instaret herus, puer consensu recto, dixit:
sentiens cujusmodi in mercatum feceris? moxq; sese sublimi præ-
cipitem dedit, ac periit. *Plut. in Lacon.*

Antigonus conspiciens filium suum eos, in quos habebat im-
perium, ferocius tractantem, atq; insolentius: an ignoras, in-
quit, fili, regnum nostrum esse splendidam servitutem? *Plut.*

Diogeni erat servus nomine Manes, is quum profugisset à do-
mino, admonuerunt amici, ut fugitivum investigaret: at ridi-
culum, inquit Diogenes: si Manes absq; Diogene vivat: Dioge-
nes absque Mane vivere non possit. *Laert. lib. 6.*

§ SIMILITUDINES.

SI miserum est servire: multò miserrimū est servire iis, quos
non possit effugere. *Plutarch.*

Ut atagen aliàs vocalis, captus obrumescit: ita quibusdam
servitus adimit vocem, qui liberi loquebantur: aut spontè lo-
quuntur, aut canunt nonnulli: si cogas, reticescunt. *Erasm.*

Formicæ triticum arrödunt ea parte, qua germinare incipit,
ne sibi reddatur inutile: sic potentes, quò ministris perpetuò
urantur, premunt: ne si emerferint, tædio servitutis relinquunt
aulam. *Erasmus.*

§ EXEMPLA SACRA.

Servorum frugi exempla: Servus Abrahæ, *Genes. 24. vers. 10.*
12. Jacob, 30. v. 29. Joseph, 39. v. 8. servi Davidis, 2. Samuel. 15.
v. 15. Ethai, & qui cum eo erant, vers. 22. servi hominis peregrè
profecti, Matth. 25. v. 16. 17. Nobilis cujusdam servi, minas ha-
bentes, Luc. 19. v. 16. 18. servi Cornelii, Actor. 10. v. 7. Servorum
in re mala faciliùs obtemperantium exempla: servi Pharaonis,
Exod. 9. v. 34 35. & 14. v. 5. servi Saulis, 1. Samuel. 18. v. 22. 23.
& 19. v. 11. & 28. v. 6. 7. Doëg Idumæus, 22. v. 17. 18. servi Da-
vidis, 2. Samuel. 11. v. 4. Joab, v. 15. 16. & 24. v. 4. servi Absalo-
nis, 13. v. 28. & 14. v. 29. 30. seniores Israël, 1. Reg. 21. v. 9. 10. 12.
Urias Sacerdos, 2. Reg. 16. v. 10. 11. servi Joas, 2. Paralip. 24. v. 21.
servi Nabuchodonosor, Daniel. 3. v. 19. 20. &c. cursores Assueri,
Esth. 3. v. 13. servi Holofernis, Judith. 6. v. 7. 8. Sarcellites Hero-
dis, Marc. 6. v. 17. Custos carceris, Actor. 16. v. 24. Vide Mandatis
impiorum & honestis parentium exempla. Servorum malorum exem-
pla: Pincerna & Pistor Pharaonis, Genes. 40. vers. 1. servi Semei,
1. Reg. 2. v. 39. Giezi, 2. Reg. 5. v. 21. 22. servi Joas Regis Juda, 12.
v. 20.

v. 20. 21. 2. Paralip. 24. v. 25. servi Amon Regis Juda, 21. v. 22. 23. servi Assueri, Esth. 2. v. 21. Servorum malorum descriptio Matth. 24. v. 48. Luc. 12. v. 45.

¶ EXEMPIA PROFANA.

Cum Carya civitas Peloponnesi cum Persis hostibus adversa Græciam consensisset, eamque quantum in se fuit, Xenii prodidisset: Græci oppido bello capto, virisq; interfectis, Caryatides mulieres in servitutum abduxerunt. P. Ærodis ex M. P. truvio Pollione.

Lacedæmonii Helos oppido Messeniæ capto, cives omnes in servitutum rapuere. Hinc quosvis jure belli captos Helotas sive Ilotas dixere. Pausanias.

Lacedæmoniorum ancillæ Chalcides: Argivorū Gymnetæ: Scyriorum Corynephori: id est: Clavigeri, à clave, sive Caranophori: Arcadum Prospelatæ. Alex. lib. 3. cap. 20.

Apud Romanos animadversum, civilibus bellis captos, velut hostes in prædam verti, & venum ire non licuisse: semperq; solvius servitium apud Romanos deditis, quàm captis fuisse: Græcosq; perrarò servitutum servisse: quare illorum nullus mercatoribus dabatur locus. Alexand. lib. 2. cap. 20.

¶ HIEROGLYPHICA.

Rasitatio capitis apud Græcos pariter & Latinos diu servitutum indicium fuit. Pier. Valer. lib. 32 pag. 300. D.

Quod etiam annulus sit servitutum hieroglyphicum, tam mirabile signum attestatur, quod addictum esse viro sponfam indicat: quàm Pythagoræ symbolum exponit, dum nos arctum annulum gestare vetat: quod ex D. Hieronymi interpretatione: non esse anxie vivendum admonet: quippè cavendum, ne nos, in eam servitutum conjiciamus, quæ dura sit & incommoda. Pier. Valer. lib. 36. pag. 300. E.

Apud Onirocritas pedes indicia sunt servorum, utpote quæ totius corporis pondus sustineant: uti opera domi rurique facienda servis incumbunt, & quæ perperam egerint, compediunt supplicio puniuntur. Idem lib. 35. pag. 336. B.

SILENTIUM.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comicis.

Οὐδὲν ἄνωγης ἐστὶ γεννημέντερον.
Vtilior haud est nulla res silentio.

Σίγησις

Σιγή πρὶ ἐστὶν αἰρετωτέρω λόγου:
 Ἐπίοις τὸ Σιγᾶν ἐστὶ κρεῖττον τῷ λόγῳ.
Aliquando verbis melius est silentium.

Κρεῖττον σιωπᾶν ἢ λαλεῖν αὐτῷ, μὴ πρέπει.
Satis tacere, quam loqui quae non decet.

Οὐ δὲ σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ὅπως χρῆσθαι.
Et in loco tacere est in loco loqui.

Ἡ λέξις σιγῆς κρεῖττον, ἢ Σιγῶν ἔχει.
Sile, meliora vel loquere silentio.

Πολλοῖς ἀπάντησις ἢ Σιωπὴ τυγχάνει.
Plerisque responsi vice est silentium.

Εὐχρηστέον τὴν ἐστὶ σιγήν ὡς ἀπὸ πρῶτου.
Taciturnitas est plurimis contemptiva.

Ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστὶν αἰτία κακῶν.
Plerisque lingua dat malis originem.

Ἡ γλῶσσα πολλοῦ εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.
Plerisque lingua funditus pessundedit.

§ ΑΠΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Demosthenes cum adolescens quidam inter pocula multras negas effuicret, & tacere noller: adolescens, dixit: quomodo non didicisti tacere ab illo, a quo didicisti loqui. *Anton. in Meliss. serm. 75.*

Idem cum quis ei objiceret oris factorem: benè dicis, respondit: multa enim secreta in eo computruerunt. Ibidem, et Maxim. serm. 20.

Democritus cum animadvertisset quendam multra imperitè disputantem: hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, sed omninò tacendi imperitus. Maxim. serm. 20.

Diogenes ad quendam, qui se contentiosè philosophum profitebatur: vah miser! inquit, cum id, quod optimum est, in vita philosophi corrupas: verbistamen audes te philosophum iactare. Est autem philosophi munus etiam silere, cum res responsione digna non est. Stob. serm. 31.

Cleantes cuidam ab eo perenti dictum aliquod, quòd crebro occineret filio suo, pròtulit ex Eleetra: Σίγα, σίγα, λεπθὲν ἔχει, id est, tace, tace, tenue vestigiolum. Innuens pueris maxime convenire silentium. Laert. lib. 7. cap. 2.

Zeno Cuiusdam Prolomæi legatis, qui multos eruditos ad convivium invitarent, percontantibus, quid de ipso regi suo essent renunciaturi? ait: Vidissè vos senem, qui in convivio tacere non poterit,

noverit. *Laertius lib. 7. cap. 1. Stob. serm. 32. Maxim. serm. 20.*

Solon inter pocula tacitus, interroganti *Periandro*, an propter verborum inopiam, aut ob stultitiam taceret? respondit: atqui nullus stultorum in convivio silentium præstare potest. *Stobæus.*

Demaratus in confesso quodam rogatus: utrum ob stultitiã an ob sermonis inopiam sileret? atqui, stultus inquit, ne possit quidem silere. *Plutarch. in Lacon. apoph.*

Demonax à quodam interrogatus, quãnam ratione delegatam provinciam ritè administrare posset? respondit: si quã minimum loquens, plurima audieris. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Philippidi Atheniensi, (qui ob virtutem charus ac perquam familiaris *Lysimacho* regi erat) *Lysimachus* cum dixisset: numquid rerum suarum expeteret? respondit: solum, ô Rex, ne a sanctorum tuorum quidquam mihi credas. *Plut.*

Themocritus à *blatone* quodã interrogatus, ubi cras visurus esset ipsum? Illuc, respondit: ubi te ego non videam. *Stob. serm. 32.*

Xenocrates cum in convivio cæteris multa garrulentibus, solus nihil diceret: interroganti, cur unus omnium sileret? quoniam, inquit, loquutum fuisse pœnituit aliquando: siluisse nunquam. *Laert. lib. 4. cap. 2.*

Idem singulas diei partes dividens in actiones certas: quoniam etiam silentio partem reddebat. Docens, silentii rationes utque adhibendas esse. *Maxim. serm. 20.*

Heraclitus rogatus a quibusdam, cur taceret? ut vos, inquit, loquamini. *Brus. Cont. lib. 6. cap. 6. exemplorum.*

Aristoteles interrogatus, quã ob rem, cum alios doceret loquens, ipse taceret? respondit: eos quidem ipsa non scindit: carbonem autem acuit. *Anton. in Meliss. part. 1. serm. 73. Verum hoc ipsi crati adscribit Maxim. serm. 20.*

Idem interrogatus à quodam, quis arcanum sermonem continere posset? respondit: qui carbonem quoque ignicum linguam retinere potest. *Anton. eod. serm.*

Anacharsis à *Solone* exceptus convivio, cum se cubitum recubisset, sic compositus erat: ut sinistra manus ad pudenda appositã esset: dextra autem ori. Interrogatus autem, quã ob rem id faceret? continentiori freno linguam indigere dixit: ne secreta proferret. *Maxim. serm. 20.*

Chilon rogatus, quid esset difficile? arcanum, inquit, retinere. *Laert.*

Aristoteles cum percontaretur, quid esset in vita difficilissimum tacere inquit, quæ loqui non decet. *Maxim. serm. 20.*

¶ SIMILITUDINES.

UT egregius artifex jaculandi statim scopum petit: ita sapiens, qui pauca loquitur, sed ad rem. *Plutarchus.*

Ut mysteria cum silentio spectantur: ita quædam melius laudantur silentio, quàm oratione. *Plut.*

Ut vas experiamur, aquam non vinum infundimus: ita frivolum quiddam aliquando committendum amicis, quò silentii fidem experiamur: ut si effutiant, nihil sit periculi. *Plut.*

Fucata facies nec diù, nec multis imponit: ita simulatio, non nisi ad tempus, & paucos decipit. *Seneca.*

Quemadmodum onerati mero, non continent cibum: ita nec arcantum redundante viño. *Seneca.*

Mura Cicada pro miraculo est, quòd ipsum genus sit garrulum. sunt autem hujusmodi in agro Rhegino: sic magis admirantur constantiam & silentium in fœmina, quòd ipsum genus mutabile sit, & loquax. *Plin. lib. 11. cap. 27.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Silenti & taciturnitatis exempla: Aaron, *Levit. 10. v. 3.* Anna, *1. Sam. 1. v. 13.* Samuel, *3. 15.* Saul, *10. 16. 27.* Abigail, *25. 36.* Eliseus, *2. Reg. 2. 3.* populus Judaicus, *18. 39.* Neh. *5. 8.* Tobias senior verba in juriosa gemitu & lachrimis excepisse legitur, *Tob. 2. 22.* & *3. 1.* Elther, *Esth. 2. v. 10. 20.* Job, *1ob 2. 9.* & *39. 37.* David, *Psal. 32. 3.* Sobna cum collegis, *Esth. 36. 21.* Dominus, *42. 1. 4.* Christus, *Matth. 26. 63.* & *27. 1. 4.* Marc. *15. 5.* Deipara Virgo, *Luce. 2. v. 19.* Petrus, Jacobus & Joannes, *Apolloli. 9. 36.* Judæi, *Actor. 13. 7. 16.* & *21. v. 40.* Sororis Pauli: filius, *23. v. 21.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

A Ngerona Dea, Præses silentii, ob signato ore antiquitus efficta est, sanctæque semper à Romanis culta: ut silentio apto nil melius esse ostenderent. *Alexand. lib. 4. cap. 16.*

Apud Eleusinos capitale erat, quicquam ex mysteriis in vulgus efferre: pariter apud Romanos in sacris Bonæ Deæ. *Theatr. Zuing.*

Numa Pompilius quum vaticiniorum plurima in Musas referre consueffet, unam ex iis præcipuè à Romanis coli voluit de silentii ratione, Tacitam nomine. *Cælius lib. 21. cap. 45. A. L.*

Belgæ quid publico concilio statuendum erat, miro silentio decernebant: si quis autem fremeret aliquo concionante, parte vestis multabatur. *Alex. lib. 4. cap. 11.*

Apollonius Tyaneus quinquennium integrum ne verbum quidem locutus traditur. *Philostatus.*

Medicorum taciturnitatem jurejurando adstringit Hippocra-

SI SILENTIUM. SIMPLICITAS.

res: ne ea quæ zelanda sunt ægrorum vitia, quæ fidei coneretur, cuiquam exoterico effutiant. *Zuing. in Theatr.*

In Pythagoræ schola quinquenne silentium indicebatur auditoribus, quam *ἡσυχία* vocant, à cohibendo sermone: ne questionibus & altercationibus implicarentur: neque à temeraria provocatione: sed à sobrio & attento silentio sapientiam aufpicarentur. *Laert. lib. 2. cap. 1.*

In Turcorum castris noctu tam pertinax silentium: ut patitur captivos dilabi, ne tumultus excitetur. *Cuspinianus.*

Euryclea nutrix Ulysses xx. demum anno domum reversum ex cicatrice, dum pedes ejus lavat, agnovit: & ne cum prodere, sed silentium teneret, rogata respondit:

Ἐξω δ' αἰς ὄρε πρὸς τρεῖς λίθος ἦν ἡ Ἰδύη.

Susanna, de flagitii crimine pertinaci silentio se purgavit, non meditata oratione. *Lud. Vives de Christiana fœmina lib. 1.*

Vide Garrulitas, Loquacitas.

SIMPLICITAS.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Fortitudo simplicis, via Domini. *Proverb. 10.*

Justitia simplicis diriget viam ejus. *Ibid. 11.*

Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum. *Sapient. 1.*

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. *Matth. 6.*

Estote prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbæ. *Ibid. 10.*

Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. *Romanor. 16.*

Deus non projiciet simplicem. *Iob 8.*

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. *Proverb. 10.*

Abominabile cor pravum, & voluntas ejus in his qui simpliciter ambulant. *Ibid. 11.*

Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquet. *Ibid. 20.*

Qui ambulat simpliciter, salvus erit. *Ibid. 28.*

Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. *Jacob. 1.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Habete simplicitatem columbæ, ne cuiquã machinetis dolos: & astutiam serpentis, ne aliorũ supplantemini insidiis quia

quia non multum distat in vitio, aut decipere, aut decipi posse.
Hieron. ad Rustic.

Prudentia absque simplicitate malicia est: & simplicitas absque ratione stultitia nominatur. *Hieron. super Oseam.*

Simplex eris, si te mundo non implicaveris, sed explicaveris: explicando enim te à mundo, simplex: implicando, duplex eris: *Augustin. homil. 2. in Ioan.*

Nihil divitibus viro simplici, quid enim simplicitate divitius? quæ sicut bonus pater familias satis sibi abundat, & sua puritate contenta, non querit alienum: nec abrodit, sed de cæteris fingit: nec se in artes varias sæpè commutat, sicut astutia: quæ ut sit cauta, timet omnia, nec suis consiliis credit, versat ipsa suas sententias: simplicitas autem timere nil novit. *Hieronymus super Oseam.*

Omnibus nobis in conversionis initio, nulla virtus magis necessaria est, quàm simplicitas humilis, & gravitas verecunda: *Bernh. in quod serm.*

Simplicitas sine rectitudine dissoluta est & stultæ. rectitudo autem sine simplicitate, austera nimium existit & dura: verum utraque virtus conjuncta perfectum reddit hominem. *Greg. de temp. Sal. lib. 1.*

§ EXEMPLA SACRA:

Simplicitatis exempla: Abimelech, *Genes. 20. vers. 4. 5.* Jacobus 25. v. 27. & 29. v. 25. 28. Populus, 2. *Sam. 15. v. 12.* David, 1. *Reg. 9. 4. 1. Paral. 29. 23.* Naaman, 2. *Reg. 5. 23.* Job, *Iob 1. 1. & 31. 5. 6.* Judæi, 1. *Macchab. 2. v. 37.* Daniel, v. 60. Godolias, *Ierem. 40. v. 16.* Nathanael, *Ioan: 1. v. 48.* Fideles, *Actor. 2. v. 46.* Paulus, 2. *Corinth. 1. v. 12.*

SIMULACRUM.

§ SENTENTIÆ PŒTICÆ:

Martial lib. 8. Epigram:

Qui finxit sacros auro vel marmore vultus:
Non facit ille deos, qui colit, ille facit.

Ovid. lib. 2. de Pontico:

Felices illi qui non simulacra: sed ipsos
Quiq; Deum coram corpora vera vident.

Scatius lib. 2. Thebaid:

Nulla autem effigies: nulli commissâ metallo
Forma Dei: mentes habitare & pectora gaudet.

zzz z

SI

SIMILITUDO. SIMULATIO.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Quos dedit ars vultus, effigiemq; colo.
Sic homines novère deos, quos arduus ater
Occulit: & colitur pro love forma lovis.

SIMILITUDO.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plaut. in Men.

Nam ego hominem homini similiorem nunquam vidi alterum,
Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi: usquam similium:
Quam hic tui est, tuq; hujus.

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

Oderunt hilarem tristes, tristemq; jocosi:
Sedatum celeres, agilem gnarumq; remissi,

Juvenalis.

Magna inter mores concordia.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Scilicet ingenis aliqua est concordia junctis:
Et servat studii fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubie navita puppis amat.

SIMULATIO.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Simulata æquitas non est æquitas: sed duplex iniquitas, quia
iniquitas est & simulatio. *Augustin. in Psalm. 23.*

Quisquis appetit videri, quod non est, hypocrita est: simulat
enim justum, nec exhibet quia totum fructum in laude homi-
num ponit. *Idem tract. de serm. Domini in monte.*

Hypocrita qui Latine dicitur simulator, avarus est: qui dum
iniquè agens, desiderat de sanctitate venerari, laudem vitæ rapit
alienæ. *Gloss. August. super Job 27.*

Quam multos hypocritas sub habitu Monachorum usque-
quaque dispersit callidissimus hostis, circumeuntes provincias
omnes petunt, omnes exigunt, aut sumptus lucrosæ egestatis
aut simulatæ pretium sanctitatis. *Idem de opere Monachor.*

Latet plerunque sub tristi amictu lascivia, & deformis hor-
ror vili veste obregitur: ut secreta petulantium tegantur ani-
morum. *Ambros. in quodam serm.*

Quid

Quid est vita hypocritæ, nisi quædam visio phantasmatis, quæ hæc ostendit in imagine, quod non habet in veritate? *Gregor. in moral.*

Hypocrisis, est virtutum simulatione clausum vitium abscondere, & arte palliare. *Idem ibid.*

Hypocritæ volunt esse humiles sine despectu, pauperes sine defectu, benè vestiti sine sollicitudine: delicatæ pacis possessores sine labore, aliis adulantes, aliis detrahentes: mordaces ut canes: dolosi ut vulpes: superbi ut leones: intrinsecus autem lupi rapaces: melli dulcedinem, id est, inanis gloriæ & latentis lasciviæ, ut ursi quærentes. Volunt esse sine autoritate iudices, sine visu testes: postremò falsi accusatores, & omni veritate carentes. *Bernhard.*

Serpit hodiè putrida tabes hypocrisis per omne corpus ecclesiæ: & quo tolerantius, eò desperatius, eoque periculosius quò communius. *Idem ibid.*

Hypocrita Græco sermone, in Latino simulator interpretatur: qui dum viriis malus fit: bonum se palàm ostendit. Hypocrita enim falsum criminū iudicium interpretatur. *Isid. 10. Ety.*

Exitus manifestat, quod à principio celabatur: & quæ dubia sunt in origine, probantur à fine. *Hugo de meditatione.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 1. *Æneid.*

Talia voce refert, curisq; ingentibus æger:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Plaut. in *Trinum.*

Sapiens quidem pol, ipse fingit fortunam sibi.

Terent. in *Adelph.*

Simulare certi est hominõ.

Juvenal. 2.

Utrâ Sauromatas fugere hinc libet, & glaciam

Oceanum, quoties aliquid de moribus audent.

Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Publ. Syrus.

Ficta citò ad naturam redierint suam.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam tum, qui palàm est adversarius, faciliè cavendo vitare possis: hoc verò occultum, intestinum ac domesticum malum non modò existit, verùm etiam opprimit antequàm prospicere atque explorare potueris. *Cic. Act. 3. in Verr.*

Facitæ magis & occultæ inimicitæ timendæ sunt, quàm iudictæ & apertæ. *Act. 7. in Ferr.*

In animis hominum multæ sunt latebræ, & multi recessus.

Pro M. Marcel.

Multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscuiusque natura: frons, oculi, vultus per se pè mentiuntur. *Cic. ad Q. fratrem.*

Temerè affirmare de altero, est periculosum propter occultas hominum voluntates, multiplicesq; naturas. *Cic. ad Brat.*

Fronte atque vultu, simulatio facillimè sustinetur. *Cic. Lent. Famil. 1.*

Vultus ac frons, animi est janua, quæ significat: voluntatem abditam ac reclusam. *De pet. Conf.*

Omnis motus animi suum quendam à natura habet vultum, & sonum & gestum. Animi imago vultus est: indices, oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes posse efficere. Oculi enim sunt, quorum tum intentione, tum convictu, tum hilaritate, motus animorum significemus aptè. Nam oculos natura nobis, ut equo & leoni seras, caudam, aures, ad motus animorum declarando dedit. *Cic. 3. de Orat.*

Ex oculorum obtutu, ex superciliorum remissione, aut contractione, facile iudicamus, quantus sit in homine dolor aut metus, aut denique tristitia. *Cic. 1. Offic.*

Vis videri ab hominibus, an non? nunquam bonæ honestæque vis est longa simulatio. Quid de alienis moribus & tuis iudicis multi sunt obligandi, pauci sunt offerendi. *Senec. epist. 80.*

Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi, quàm qualis alius videaris. *Idem epist. 87.*

Nemo potest personam fictam diù ferre, ficta: in naturam suam citò recidunt: quibus autem veritas subest, ut ita dicam, quæcumque ex solido nascuntur, in majus meliusq; procedunt. *Ad Neronem.*

§ SIMILITUDO.

UT vitrum quia pellucidum, nihil celat: ita quidam nihil regere, nihil dissimulare nōrunt: quicquid in animo est, id protinus omnibus palàm est. *Erasm.*

§ EXEMPLA PROFANA.

M. Tullius Tusculanarum quæstionum quinto, scribit Epicurum tantummodò personam induisse philosophi. *Erasm. in Adagiis.*

Hylæes ne ad Trojanum bellum iret, bove & asina junctis retin-

ram proscindere, & falserere cepit: sed astum eis Palamedes detexit. *Cic. 3. Offic.*

Meton Atheniensis Astronomus, cùm infelicem eventum Siculæ expeditionis prævideret, mente se captum finxit, & domum incendit. Itaque insanus iudicatus, liberè demissus est. *Alianus lib. 13.*

L. Iun. Brutus simulata mentis impotentia Tarquiniorum insidias evitavit. *Livius.*

Ramirus ex monacho quintus Arragoniæ rex rumorem divulgavit: se campanam tam magnam conflaturum, ejus sonus per totam Hispaniam audiretur. Excitos ea fama proceres, à quibus imperitiæ nomine contemnebatur, comprehendit, & interfecit. *Matineus lib. 8.*

Romanus scurra Cabba (sive Galba) invitavit ad cœnam, Mœcenatem. Inde eum & uxorem suam cernens inter se annictantes, leni capitis inclinatione dormire simulavit. Intercèa cum quidam ex servis foris arreperet ad mensam, ac vinum interciperet: suspiciens, nescis infelix, inquit, soli me dormire Mœcenati. *Plut. serm. amatorio.*

Dionysius Syracusorum tyrannus hospiti cuidam dono dedit talentum, prætextu quod ab eo audisset insidiatorum quorundam indicia. Eo rumore absteriti fuere insidiatores, ne conceptam jam conjurationem perficerent. *Plut. in regem apoph.*

§ HIEROGLYPHICUM.

Simulationis ex mendacii hieroglyphicum est *Pica*: utpote quæ anteriore parte candida sit: posteriore autem nigricet: amicum scilicet purum atque sincerum affatu primo simulet, mox vel decipiat, vel eludat. *Pier. Valer. lib. 23. pag. 215. A.*

Vide Dissimulatio, Hypocrisis, Mendacium.

SITIS.

§ EXEMPLA SACRA.

*S*itis exempla: Agar & ejus filius, *Genes. 21. v. 14. 15.* Israëlitarum, *Exod. 17. v. 1. 2.* *Nehem. 9. v. 20.* *Num. 20. v. 2.* *Sifara, Iudic. 15. v. 18.* Exercitus regum Israëlitis & Juda & Edom, *2. Reg. 3. v. 9.* *Bethuliani, Iudith 7. v. 13. 14.* *Judæi, Esā. 5. v. 13.* *laetentes parvuli, Thren. 4. v. 4.* **CHRISTUS**, *Psal. 69. v. 22.* *Ioan. 19. v. 28.* *Apostoli, 1. Cor. 4. v. 11.* *Paulus, 2. Cor. 11. v. 27.*

Consule sequentem titulum de Sobrietate.

SOBRIETAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Sobrietas est mentis & sensus, membrorum omnium, corporisque tutela, castitatis pudicitiaque munimentum, pudori proxima, amicitia pacisque serua, honestati semper coniuncta: criminumque & vitiorum omnium, profuga. *Augustin.*

Sobrietas est recti iudicii tenax, memorie recordationisque inseparabilis sapientia, secretorum custos, arcani velamen, lectionum & doctrinae capax, studiorum & artium bonarum disciplina: pariter & magistra ingentorum, & capiendorum pedissequa, bonae famae semper avida, salubria atque utilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum se semper ingerens. *Idem.*

Sobrietas temeritatem fugit: pericula cuncta declinat: mutuis officiis obtemperat: superbiam detestatur: domum familiamque cum moderatione gubernat fidem sibi committentibus servat. *Idem ibid.*

Sobrietatis perseverantia, inestimabilis est animi fortitudo: omnes eam virtutes, & omnes laudum tituli concupiscunt quia sine ipsa ornari aut placere non possunt. *Idem.*

Simplicior victus & mensa medioeris plurimum iucunditatis habet & voluptatis: è contrario verò divitum mensae execrabiles quidem & horridae, ac membrorum contaminationis plenae. *Chrysost.*

Sobrietas omnium virtutum mater est: sic è contrario ebrietas, omnium vitiorum origo. *Orig. homil. 87.*

Sobrietas felix, satietas salutaris, quae quanto copiosius sumitur, tanto magis sobrietatem mentibus donare dignatur. *Castodor. super Psalm. 69.*

Si, quod naturae satis est, replere indigentiam velis: nihil est quod fortunae affluentiam petas. paucis enim minimisque natura contenta est, cujus satietatem si superfluis velis urgere: aut injucundum, quod infuderis, fiet, aut noxium. *Bernhardus in sensid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Satyr. 2 serm. 2.

*Quae virtutes, & quanta boni sit, vivere parvo?
Nec mos hic sermo est, sed quem praecipit Osellus.*

Ibidem.

Ieiunies raro stomachus vulgaria tenuit.

§ SENTEN-

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Esse oportet ut vivas: non vivere ut edas. *Cic. 4. ad Heren.*

Victus, cultusq; corporis, ad valetudinem referantur, & ad vires, non ad voluptatem. *Cic. 1. Offic.*

Tantum cibi & potionis adhibendum est: ut reficiantur vires, non opprimantur. *Cato Major.*

Jucunditas victus est in desiderio, & non in satietate. *Cicer. 5. Tuscul.*

Cibi condimentum est fames, potionis, sitis. *2. de Finib.*

Non intelligunt homines, quàm magnum vectigal sit parsimonia. *Cic. Paradox. 6.*

Quæritur in redomestica continentia laus: in publica, dignitatis. *Cic. pro Flacco.*

Omnium perturbationum fons, est intemperantia, quæ est à tota mente, etiam à recta ratione defestio: si averfa à præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi, nec regi, nec contineri queant. *Cic. 4. Tuscul.*

Mente rectè uti non possumus, multo cibo & potione completi. *Cic. 5. Tuscul.*

Hanc sanam ac salubrem formam vitæ tenete: ut corpori tantum indulgeatis, quantum bonæ valetudinis satis est. Cibus famem sedet, potio sitim extinguat, vestis frigus arceat, domus munimentum sit adversus infesta corporis: hanc utrum cæspes crexerit, an vanus lapis gentis alienæ? nihil interest. Scitote tam benè hominem culmo, quàm auro regi Cogitate nihil præter animum esse mirabile, cui magno nihil magnum est. *Seneca epist. 5.*

Sine fastidio implendus est venter, quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? *Idem epist. 21.*

§ APOPHTHEGMATA.

Quùm *Diogenes* quispiam probri vice objecisset, quòd in caupona biberet: Et in tustrina, inquit, tondeor. Significans, nihilominus esse honestum bibere, quàm tonderi aut radi. *Laert. lib. 6.*

Archidamus quodam pollicente vinum suave: quorsum, inquit, opus? quandoquidem & plus absumentur: & quæ fortes decent viros, ea reddet inutiliora. *Plutarch. in Lacon.*

Leotychidas percontanti cuidam, quamobrem Spartiatæ parcissime biberent? Ne, inquit *Leotychidas*, pro nobis alii: sed nos potius pro aliis consultemus. *Plutarch.*

Cyrus major cum ad hospitem divertisset, rogareturque, quid sibi cœnæ vellet apponi? respondit: Panem tantum: & spe-

rare se propè fluentem aquæ rivulum cœnaturum. *Xenophon.*

Pescennius Niger militibus vinum ab eo perentibus: Nilum habetis, inquit, & vinum quaeritis? *Bruson. Spartian.*

Idem Romanis à Saracenis victis dicentibusque: vinum non accepimus, pugnare non possumus: idem inquit, Erubescite: nam qui nos vincunt, nil aliud quàm aquam bibunt. *Spartian.*

Friedericus imp. studiosissimus temperantiæ ac sobrietatis cultor fuisse dicitur. Is cum audisset, Leonoram uxorem (que paterna in domo nunquam vinum gustaverat) facile filios parituram, si in Germania, tam frigida regione, vinum biberet, dixisse fertur: malle se sterilem uxorem habere, quàm vinosam.

Aneas Sylvius lib. 2. Comment. de reb. gest. Alphonsi.

Alphonsus cum interrogaretur, cur vini expertus viveret, aut vino dilutissimo contempnus sitim expleret? contra omnium regum & aulicorum morem respondit: vino sapientiam obscurari: ideoque non decere regem: ut hoc immodica compositione in animo extinguat, sine quo imperatoris ac regis nominè tueri non possit. *Anton. Panor. lib. 2. de reb. gest. Alphonsi.*

Idem interrogatus, quid sibi vellent quòd vinum aqua diluere ne ebrius fiam, respondit: non enim ignoro, quantum vini intemperantia Alexandri Macedonum regis gloriæ obfuerit. *Pennormit. lib. 2. de dictis & factis Alphonsi Regis.*

Idem ab amico etiam percontatus: cur ad ebrietatis vitium damnaret? idèd, inquit, quia furorem & libidinem ebrietatis filios esse haud ignoro. *Panor. lib. 2.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Sobrietatis & abstinentiæ exempla: *Moyfes, Exod. 24. vers. 11. Uxor Manoah, Iudic. 13. v. 4. Israëlitæ, 20. v. 26. 1. Sam. 4. v. 10. & 7. v. 6. & 14. v. 26. Nehem. 9. v. 1. Dan. 1. v. 8. & 9. v. 3. David, 2. Sam. 23. v. 16. Achab, 1. Reg. 21. v. 27. Rechabitz, Ierem. 35. v. 6. 14. Ezechiel, Ezech. 4. v. 9. Daniel, Dan. 1. v. 8. & 9. vers. 3. & 10. v. 3. Esdras, 1. Esdr. 8. v. 21. Nehemias, Nehem. 1. v. 4. Josphat, 2. Paralip. 20. v. 3. Jechontas & populus, Baruch. 1. v. 5. Joannes Baptistæ, Matth. 3. v. 4. & 11. v. 18. Anna Prophetissa, Luc. 2. v. 37. Apostoli, Luc. 10. v. 7. & 24. v. 42. Ioan. 21. v. 13. JESUS CHRISTUS, Matth. 4. vers. 2. Luc. 4. v. 2. Paulus & Barnabas, Actor. 14. v. 23.*

§ HIEROGLYPHICA.

Vinum perpetuò sitientem per *Orygis animalis* effigiem significabant veteres: quin & remedia sitientibus eò comparabant, liquoze quodam in eius corpore haustus saluberrimi reperro. *Pier. Valer. lib. 10. pag. 90. E.*

Neque

Neque desunt, qui *Amethystum* pro Sobrietate poni dicant: quod eiusmodi lapidem contra Ebrietatem stare compertum est. Non enim vino tentari potest, qui cum gesserit in quo præter nomen, quod ejus est significationis, nihil certi habeo: præterque tamen, qualecunq; sit commentum, placeat. *Pier. Vaier. lib. 42. p. 8. 404. E.*

Vide Abstinencia, Frugalitas, Jejunium.

SOCIETAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Societas nullo modo fit major accedente sive permanente consorte possessionis bonitatis: imò possessionem bonitatis quanto latius, tantò concordius individua sociorum possideat charitas. Non habebit denique istam possessionem, qui eam noluerit habere communem: & tantò eam reperiet amplio- rem, quanto amplius sibi potuerit amare consortem. *Augustinus de civitate Dei.*

Unum verò est potentia, qua vitari societas malorum debeat: ne si fortasse corrigi non valent, ad imitationem trahant: & quum ipsi sua malitia non mutantur, eos, qui sibi conjuncti fuerint, pervertant. *Gregor. in homil. 9. super. Ezech.*

Bonus sic malo connectitur: ut aut pares reddantur, aut citò ab invicem separentur. Amicitia enim pares aut quarunt aut faciunt. *Chrysost. super Matth.*

Rerum natura sic est: ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioreretur: sed ex malo bonus contamine- tur. diversitas enim rerum nunquam potest habere concordiam, & multos sollicitat societas nephanda. *Idem ibidem.*

Viciosus conscientias viciosorum non refugit: & ubi omnes sordent, unus minimè fortè sentitur. *Bernhardus lib. de conside- ratione.*

Melius est habere malorum odium, quàm consortium. Sicut bona multa habet communis vita sanctorum: sic plurima mala societas affert malorum. *Isidor. lib. 2. soliloquior.*

Amabilis socius omnibus est officiosus, & nulli onerosus: quia devotus ad DEUM, benignus ad proximum, sobrius ad mundum: Domini servus, proximi socius, mundi dominus: superiora habet ad gaudium, æqualia ad consortium, interiora ad servitium. *Hugo lib. 3. de anim.*

Reme-

Remedium est, quem converti velle non videris: vitare, si possis. *Cassiod. in Psalm. 119.*

Ipsi quoque homini duplices manus, socias aures, oculos geminos Divina tribuerunt: ut robustius peragatur officium, quod duorum fuerat societate complendum. *Idem lib. 2. epist.*

Melior est societas simplicis inter sapientes nutriti, quàm prudentis cum peccatoribus educari. Dulcior est sapientis aspera vita inter sapientes, quàm dulcis inter insipientes. *Petr. Chryss.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Socii putandi sunt quos inter res communicata est. *Cicer. 1. Actor. in Verr.*

In rebus etiam minimis socium fallere turpissimum est: propterea quod auxilium sibi se putat adjunxisse, qui cum altero rem communicavit. *Cic. pro Rosc. Amer.*

Nemo ferè credit, nisi ei quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissolvere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. *Idem ibid.*

Literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium proferre, palamq; recitare, nihil est aliud, quàm tollere à vita vitæ societatem, tollere amicorum colloquia absentium. multa enim jocosa solent esse in epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse videantur: & multa seria: neque tamen ullo modo divulganda. *Cic. Philip. 2.*

Æque perfidiosum ac nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit: & socium fallere, qui se in negotio conjunxit. *Cic. pro Rosc. Com.*

Necesse est, qui socium fama & fortunis spoliare conatus est, unum se & perfidiosum & impium esse fateatur. *Cic. pro Quint.*

Tecti esse ad alienos possumus: socium verò cavere qui possumus? quem etiam si metuimus, jus officii lædimus. Rectè igitur majores, cum qui socium fefellisset, in virorù bonorum numero non putarunt haberi oportere. *Cic. pro Rosc. Amer.*

Nihil præter laudem bonis atque innocentibus, neq; ex hostibus, neque à sociis reportandum est. *Cic. 3. de Legib.*

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior est, quàm cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate conjuncti. *Senec. epist. 11.*

Nulla res magis animos inhonestos, & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum virorum conversatio. Paulatim enim descendit in pectora, & vim præceptorum obsonet, frequenter aspici, frequenter audiri. *Ibid.*

Convictor delicatus paulatim enervat & emollit: necesse est, aut

aut imitèris, aut oderis. utrunq; autem devitandum est: ne aut similis malis fias, quia multi sunt: ne vel inimicus multis, quia dissimiles sunt. Cum his conversare, qui te meliorem facturi sunt: illos admitte, quos tu potes facere meliores. *Ibidem.*

Nullius rei sine socio jucunda est possessio, non magis utilitati est ager cum redditibus amplis, quàm vicinus æqualis, cum moribus bonis. sit tibi ergà singulos falsi libra sermonis: ut te blandum pueri, comem juvenes, gravem senes metiantur. *Ibid.*

Antè circumspiciendum est, cum quibus edas & bibas, quàm quid edas & bibas. *Ibid.*

Comes facundus in viâ pro vehiculo est. *In Proverb.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Societatis bonorum & ejus fructus exempla: si decem justî inventi fuissent in quinque peccatricibus civitatibus, peperisset DEUS universis, propter illos, *Genes. 18. v. 32.* Laban cum Jacobo, *Genes. 30. v. 30.* DEI cum Jacobo, *35. v. 2. 3.* Josephi cum Phariſæis, *39. 5.* Israëlitarum cum Deo, *Ios. 24. 31.* Ducum Issachar cum Debora, *Judic. 5. 15.* Saulis cum Samuele & Prophetis, *1. Sam. 19. v. 20. 21. &c.* Elisæi cum Josaphato, propter quem impetravit aquas dari exercitui, in quo erant alii duo reges, *2. Reg. 3. v. 14. 17.* Tobiaz cum timentibus Deum cum quibus conversabatur & convivabatur, *Tob. 2. v. 1. 2.* Saræ Raguels filiaz, cū honestis conversantis, *3. 16.* Propter Danielem benè sit Magis, &c. *Dan. 2. v. 24. 25.* propter Judæos Scythopolitanis, *2. Macchab. 12. v. 30. 31.* Spiritus sancti cum fidelibus, *Act. 2. v. 3. &c.* Pauli cum Apostolis, *9. 26.* navigantibus cum Paulo, benè est propter Paulum, *27. v. 24.* Vide *Conversatio.* Societatis malæ fructus, *Genes. 4. v. 8. & 11. v. 31. & 15. v. 7. & 19. v. 4.* Numer. *16. v. 26. & 33. v. 55. Ios. 7. v. 1. Iudic. 1. v. 28. & 2. v. 1. 2. 3. 2. Sam. 13. v. 3. 5. & 15. v. 13. & 21. v. 1. 1. Reg. 22. 32. 2. Paralip. 19. v. 2. & 25. v. 7. Iob. 30. v. 29. Psalm. 120. 5. Esâ. 6. 5. & 7. v. 1. Ezech. 2. 6. Luc. 23. 12. Actor. 2. 40. & 13. 8. & 14. v. 18. 19. Phil. 2. 15.* Societatis malæ fructuum exempla: Cain, Abel, *Genes. 4. v. 8.* Thare, Abraham, Chaldæi, *11. v. 31. & 13. 7.* Sodomitæ, Loth, *19. 4.* Ismael, Isaac, *21. 9.* Esau, Jacob: Jacob non voluit unâ progredi cum fratre suo. Esau, *33. v. 12. 13.* Israëlitz, Dathan, &c. *Numer. 16. 24. &c.* Israëlitz Chanani, *33. v. 51. 52.* Propter Achan Israëlitz percutiuntur, *Ios. 7. 5.* Amnon, à Jonadab amico suo corrumpitur, *2. Sam. 13. v. 3. 4. 5.* Josaphat reprehenditur à Propheta ob societatem cum Ochoziaz initam, *2. Paral. 20. 37. Iob 30. 29. Psalm. 120. 5. Esâ. 6. 5. Ezech. 2. v. 6.* Cœcus natus non fuit inter Christi fideles: donec ejectus non fuit ex Pharisæorum synagoga, *Ioan. 9. v. 34.* jubemur etiam

nos

SO SOCIETAS, SOLITUDO.

nos servare à generatione mala, *Actor. 2. v. 40. Philip. 2. v. 16.*
 cietatem habere cum DEO, *1. Ioan. 1. v. 3.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

EX quo Romani in regni societatem & in civitatem Italos
 carunt, decretum est & Gallis Cisalpinis, & Venetis
 honoris impartire, universosq; Italos Romanos vocare. *Strabo*
lib. 5. Geographia.

Didas & Garapammon Ægyptii pugiles, deprehensi sunt à
una & eadem palma inter se pacta, & pecunia soluta Jovis fimo
lâcra crexisse. Pausanias lib. 5.

¶ HIEROGLYPHICUM.

Licet in duabus confertis manibus fidei foederumque hiero-
 phicum locupletius habeatur: non est tamen illud dis-
 landum, quod de pollicibus est à Cornelio Tacito traditum: mo-
 rem quippè fuisse Regibus quorundam Barbarorum: quos
 in societatem coirent, applicare dexteras, pollicesque inter
 vincire, nodoq; constringere: & ubi mox sanguis in artus exte-
 mos pervenisset, levi vulnere cruorem eliciebant, atque in-
 cem lambebant: idque fœdus arcanum, quasi mutuo cruore
 craturam haberi solitum. *Pier. Valer. lib. 36. pag. 341. B.*

SOLITUDO.

¶ SENTENTIA PATRUM.

Minùs voluptatibus stimulat, qui non est ubi frequen-
 voluptatum: & minùs avaritiæ molestias patitur, qui di-
 rias non videt. *Augustin. lib. de singularitate Cle.*

Sapiens nunquã solus esse potest: habet enim secum omnes
 qui sunt, & qui fuerunt boni: & animum liberum quocunque
 vult, profert & transfert: & quod corpore non potest, cogi-
 tatione complectitur: & si hominum inopia fuerit, loquitur cum
 Deo: nunquam bonus solus erit. *Hieronym. contra Iovin.*

Infinita eremi vastitas te terret: sed tu paradisum mente de-
 ambula quotiescunq; cogitatione ac mente illuc conscenderis
 tories in eremo non eris. *Hieron. in epist. ad Heliodor.*

Qui corpore remotus vivit: sed tumultibus conversationis
 humanæ terrenorum desideriorum cogitatione se infert, non
 est in solitudine: si verò prematur aliquis corporaliter populis
 ribus turbis, & tamen nullos secularium curarum tumultus in
 corde patitur, non est in urbe. *Gregor. lib. 3. moral.*

Malum, quod nemo videt, nemo arguit. ubi autem non ti-
 metur reprehensor securus accedit tentator: licentiùs perpe-
 rat iniquitas. In conventu verò, si qua bona agis, nemo prohibet.

be: Malum autem facere si vis, non licet. si ergo de fatuis virginibus es, congregatio tibi necessaria est: si de prudentibus, tu congregationi. *Bernhard. ad Sophiam virg.*

Quamdiu quis permixtus est turbis & in multitudine fluctuantium volutat: non vacat soli Deo, nec segregatus est à vulgo, nec potest esse sanctus. *Orig. homil. 81. super Levit.*

Solitudo, sicut novit emendatis moribus contemplationem purissimam refecare, & intuitu syncerissimo spiritualium sacramentorum scientiam revelare: ita eorum, qui minus emendati sunt, vitia non solum servare, sed etiam exaggerare consuevit. Tandiu patiens sibi quisque videtur & humilis: donec nullius hominum commiscetur consortio: ad naturam pristinam reverfurus, quàm interpellaverit cujuslibet occasionis commotio. *Joan. Cassiod. de instit. mon. lib. 8.*

§ SENTENTIA PHILOSOPHURUM.

Ligentem timentemq; custodire solemus: ne solitudine maleutatur. Nemo est ex imprudentibus, qui relinqui sibi debeat. Illud enim quod solitudo habet, commodum est non timere judicem. *Senec. epist. 10.*

Quid prodest recondere se, & oculos hominum auresque vitare? Boni conscientia turbam advocat: mala in solitudine anxia est atque sollicita. Si honesta sunt, quæ facis, omnes scient: si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? O te miserum! si contemnis hunc testem. *Idem epist. 92.*

Vivit is, qui multis usui est: vivit is, qui se utitur: qui verò latent & torpent, mortem suam antecesserunt. *Idem epist. 61.*

Omnia nobis mala solitudo persuadet. nemo est, cui non sanctius sit, cum quolibet esse, quàm secum. *Idem ibid.*

Quid tibi præcipuè vitandum existimem, quæris? turbam. Nunquam illi tutè commiseris: nunquam à turba mores, quos exuli, refero. Aliquid ex eo, quod composui, turbatur: aliquid ex his, quæ fugavi, redit. inimica est multorum conversatio: nam aut aliquid vitii nobis ingerit, aut commodat, aut imprimi: quo major est populus, cui miscemur, hinc periculi plus est. *Idem epist. 7.*

Nil tam damnosum bonis moribus, quàm in spectaculo residesere. tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt. *Idem ibidem.*

Amplètendum est otium, quod inter Deos agitur, quod Deos facit: sed fortè conquereris virtutem abscondi. nulla virtus laret, & latuisse, non ipsis damnus est. *Idem epist. 74.*

Solitudinem quærit, qui vult cū innocenribus vivere. *Opr.*

mus animus & pulcherrimus Dei cultor est. *Senec. lib. de morib.*

Non vivas aliter in solitudine, aliter in foro. *idem ibid. 3.*

Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge & unum. Ut pro populo mihi est, & populus pro uno. mihi satis est unus, tuis est nullus. *Idem in epist.*

¶ APOPTHEGMATA.

Cleanthes conspiciens quendam solitariū, ac secum loquentem: haud, inquit, loqueris cum homine malo. Quidam ita referunt: vide. ne cum homine improbo loquaris. Malis enim periculosa est solitudo. *Laert. lib. 7. cap. 2.*

Pyrrhus deprehensus aliquando solus, ac secum loquens: rogatus quid solus ageret? meditator, inquit, esse probus. *Laert. lib. 9. cap. 11.*

Antisthenes rogatus quid emolumentū cœpisset ex philosophia? Ut mecum, inquit, loqui, sive vivere possim. *Laert. lib. 2. cap. 1.*

Antonius, magnus ille Ægyptei monachus, quē ob insignem pietatem Constantinus Imperator plurimum amasse ferunt: adeo vitam solitariam dilexit, ut frequenter dicere solus se quod piscis in arido, hoc monachus in oppido. Putavit autem lethalem esse piscibus extrā undas conversationem: nec minus monachum in periculum cœlestis vitæ & profectiois sacrilegis amittendæ venire, si moras in urbibus trahat. *Nicephor. Calp. lib. 8. cap. 4. Eccles. hist.*

¶ SIMILITUDINES.

UT in aperto posita & exposita negliguntur ac prætercurantur, abstrusa peruntur insidiis: ita qui valde latet, & à vulgofemotus est, in hujus vitam inquirunt homines. *Seneca.*

Ubi complures unā faciunt iter, si quis fuerit lentior, ab aliis pergentibus utcunque protrahitur: si quis æquo properantibus a cæteris retardatur. Contrā, qui solus facit iter, ac studio perveniendi nimium festinat: aut tædio itineris residet & obdormiscit alicubi. Rursum qui solus ambulat, nonnunquam aberrat. Inter multos si quis aberrat, non deest, qui comminoriter viam. Idem accidit in vita solitaria & gregaria. *Erasm.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Tatia Tatii filia, qui Romuli fuit collega in regno, postquam in Numæ Pompiliū matrimonio tredecim annos fuisset decessit: hinc Numa relicta urbana vita plerunque rusticari & arare, solitus fuit, egitque in lucis Deorum, sacrisque pratis solitudinibus. *Plut. in Numa.*

Pythagoras anno integro in subterraneo quodam specu jacuit: ut lo-

ut hominibus aliquando prodesset, ab hominum commercio tantisper abstinere, deorumq; colloquio frui voluit. *Laertius lib. 6.*

Timon Nicæus gaudebat hortorum secessibus ac solitudine. Unde Hieronymus Peripatericus de illo dixisse fertur: quemadmodum apud Scythas, & qui fugiunt, & qui insequuntur, torquent sagittas: itidem inter philosophos, alios persequendo dissepulos capere, alios fugiendo, sequitur fama fugientem: & ob id ipsum avidius expetitur, qui celebritatem vitat. *Laert. lib. 9. cap. 12.*

Timoleon Corinthius, cum fratrem Timophanem tyrannidem affectantem occidi curasset, ejusque rei nomine à matre diris devoveretur, oppressus dolore, instituit se conficere inedia. *Plutarchus in Timoleonte & Diod. lib. 16.*

M. Antonius post cladem Actiacam in Ægyptum vestus, relicta urbe & amicorum consuetudine, domicilium sibi in mari ad Pharum extruxit, projecto in altum aggere. idq; Timonium vocavit, atq; ibi extorris ab hominibus egit. *Plur. in Anton.*

SOMNUS, SOMNIA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

MULTAS curas sequuntur somnia. *Eccles. 5.*

Ubi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumerati. Tu verò Deum time. *ibid.*

Somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia, ante faciem hominis similitudo alterius hominis. *Eccles. 4.*

Non augurabimini, nec observabitis somnia. *Levit. 19.*

Et sicut parturientis cor tuum phantasias patitur: nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, nec dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. *Eccles. 34.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. II. Metamorph.

Est propè Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons carissus, ignava domus ex penetralia somni,
Quo nunquam radiis oriens, mediusve cadensve
Phæbus adire potest: nebula caligine mixta,
Exhalantur humo, dubiaque crepuscula lucis.
Nil vigilales ibi strati cantibus oris.

Aaaa

Evocat auroram, nec voce silentia rumpunt.
 Sollicitive canes, canibusve sagacior anser.
 Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
 Humanæve sonum reddunt convitia lingue.
 Muta quies habitat: saxo tamen exit ab imo
 Rivus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens,
 Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
 Antè fores antri sæcunda papævera florent:
 Innumeraq; herbae, quarum de lacte soporem
 Nox legit, & spargit per opacas humida terras:
 Iam ne verso stridorem cardine reddat.
 Nulla domo tota est custos, in limine nullus:
 At medico thorax est Hebeno sublimis in antra
 Plumens, unicolor, pullo velamine tectus,
 Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.
 Hunc circa passim varias imitantia formas
 Somnia vana jacent totidem, quod messis aristas,
 Sylva gerit frondes, ejectat litus arenas.

Seneca in Hercul. furente.

Veris miscens falsâ: futuri
 Certus & idem pessimus autor.
 Pater ô rerum, portusq; vitæ,
 Lucis requies, noctisq; comes,
 Qui par regi, famuloq; venis,
 Placidus fessum, lenisq; foves.
 Pavidum lethi genus humanum,
 Cogis lentam discere mortem.

Seneca in Hercul. furente.

Volucer matris genis Astrea
 Frater duræ languide mentis

Seneca in Hercul. furente.

Tu ô domitor
 Somne malorum: requies animi,
 Pars humane melior vitæ.

Ovid. lib. 2. Eleg.

Stulte, quid est somniss, gelidæ nisi mortis imago?
 Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Plaut. in Mostel.

Non bonus est somniss homini de prandio.

Seneca

Seneca in Octavia.

Quaecumq; mentis agitat infestus vigor:
Ea per quietem facer, & arcantius refert.
Veloxq; sensus.

Horat. Oda. 3. lib. 1.

Somnus agrestum

Lenis virorum: non humiles domos
Fastidit.

Ovid. lib. 2. eleg.

Tu levis es, multoq; tuis venosior alis:
Gaudiaq; ambigua dasq; negasq; fide.

Tibul. lib. 3. Eleg. 4.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte:
Et pavidas mentes falsa timere jubent.

¶ APOPTHEGMATA.

Dio genes conspiciens adolescentem quendam neglectius dormientem: baculo pungens illum, dixit carmen Homeri:

Εγείρεο, Μήτις σοὶ ἐυδόντι μετὰ φρένας ἐν δόρυ πύξῃ.

Id est,

Surge,

Ne quis dum dormis, à tergo infixerit hastam.

Laert. lib. 6.

Gorgias extremæ jam ætatis, quàm sentiret somnum lethalem obrepere, amico qui assidebat percontanti, quo pacto haberet? Somnus, inquit, jam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim somni fratrem appellat mortem. *Ælianus lib. 2.*

Thales interrogatus, quantum distaret à mendacio veritas? quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens ea demum esse indubitæ fidei, quæ contuemur oculis: fabulis hominum haud tutò credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de somniis, quorum quæ subvolant per portam corneam, vera sunt: quæ per eburneam, vana, Corneæ portæ involucro designans oculos ob coloris similitudinem: eburneæ, os ob candorem dentium. *Erasm. lib. 8 apoph.*

Zeno Eleates dicebat, è suis quenque insomniis deprehendere posse, quantum in philosophia profecisset: si nihil illic vel appeteret nefariæ rei. *Laert. lib. 9. cap. 5.*

Epaminondas quempiam è vigilibus somno oppressum quàm offendisset, gladio hominem transfixit. Objurgatus autem ob tantam severitatem: talem, inquit, cum reliqui, qualem inveni. *Brujon. lib. 6. cap. 2.*

Philo sciscitatus, quid esset somnus? respondit, imago mortis, & cessatio sensuum. *ibidem*.

§ SIMILITUDINES.

Comicus *venuste* dixit de iis, qui lectos inaurant ac deargentant: cum Dii nihil nobis gratis dederint, nisi somnum, cur id sibi magno volunt constare? At cum Dii somnum nobis dederint, curarum & laborum delinimentum, superstitiosus sibi illum reddit carnificinam. *Plut.*

Heraclitus dixit, vigilantibus unum communem esse mundum: sopitos in suum quenque discedere: ac superstitiosus, ne vigilans quidem communi cum aliis mundo fruitur, semper somniantem cogitatione. *Plutar.*

§ EXEMPLA SACRA.

Somniorum & revelationum per illa factarum exempla: *Abimelech*, *Genes.* 20. v. 3. *Jacob*, 28. v. 12. & 31. v. 11. *Laban*, v. 24. *Josephi*, 37. v. 5. 9. *Josephi*, interpretis somnii *Pincernæ* & *Pistoris*, 40. v. 5. *Pharaonis*, 41. v. 1. cujusdam *Midianitæ*, *Judic.* 7. v. 13. *Esdrae*, 4. *Esdrae* 11. v. 1. *Mardochæi*, *Esth.* 10. v. 5. & 11. v. 2. 5. *Nabuchodonosor*. *Daniel.* 7. v. 1.

§ EXEMPLA PROFANA.

A pud *Lucianum* *Micyllus*, per somniorum opulentissimus, corruptus cerdo erat, lro pauperior. *Theatr. Zuing.*
Atlantes *Africae* populi, nulla infomnia vident. *Herod.* lib. 4.
Nero *Cæsar* nunquam somnare solitus nisi post interfectam matrem. *Sueton.*

Otho imp. dicitur ea nocte, quæ eadem *Galbæ* subsecuta est, per quietem pavefactus gemitus maximos edidisse: repertusque à concursantibus humi ante lectum jacens, per omnia piaculorum genera manes *Galbæ*, à quo deturbari expellique se viderat, propitiare tentasse. *Suetonius.*

In *Suecia* septentrionali *Gulo* animal voracissimum capitis pellisejus preciosissima. Dormientibus sub harum pellicum tegumentis evenire solent somnia ejus animalis naturæ conformia, quo ad ingluviem & insidias bestiarum. *Glauc.* lib. 18. cap. 8.

Theserus *Herculis* consobrinus, virtutis ejus usque adeo æmulus: ut præclara illius facta etiam in somnis sibi occurrerent. *Plut. in Thesero.*

Themistocles *Miltiadis* *Persica* trophæa non modò somnium adiebant, sed & somnia condiebant. *Plut.*

M. Marcellus *Coss.* cum *Annibale* dimicandico ferebatur studio:

ditur ut sæpè etiam in somnis singulari certamine cum eò sibi videretur congregari. *Plutar. in ejus vita.*

SOPHISTÆ.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

UT præfignatorum fraudes fallunt & cum voluptate sic sophisticis argutiis capi ridiculum est, non periculosum.

Seneca.

Ut cibi malè olentes, non videntur malè olere his, qui edunt: ita spurcæ Scouistarum & Sophistarum literæ, cum alios melioribus imbutos literis vehementer offendant, ac nauseam moveant: eos qui nugas istiusmodi imbiberunt, nihil offendunt imò bellæ videntur & elegantes. *Erasm.*

Ut panthera benè olet, sed non nisi bestiis, quas ad se trahit: hominibus item non olet: ita Scotus bonis ingenii gravis est, stupidis istis & bardis quouis aromate gratior. *Ibidem.*

Ut bonaso cornua oneri sunt tantum, nulli autem usui: adèd sunt in se reflexa: ita Sophistæ Dialecticam habent, sed qua neminem revincere possint, adèd est intorta. *Plin. lib. 3. cap. 15.*

Vide Simulatio. Item Hypocrisis, Mendacium.

SORTILEGIUM.

§ EXEMPLA SACRA.

SORTILEGIÛ, sive sortium missionis exempla: Super duobus hiis, *Levit. 16. v. 8.* in dividenda terra, *Num. 26. v. 54. 55. 56. 33. v. 54. 36. v. 2.* *Deuter. 1. v. 38. 31. v. 7.* in exploranda furto de anathemate, *Iosua. 7. v. 14.* sors filiorum Juda & Caleb, *15. v. 1. 20.* filiorum Josephi, *16. vers. 1.* tribus Manasse, *17. v. 1.* septem tribuum, *18. vers. 10.* filiorum Aaron, &c. *21. v. 4.* in eligendo rege, populo Israël, *1. Samuel. 10. v. 20. 21.* sors inter Saullem & Jonatham, *14. v. 41. 42.* sortes filiorum Aaron, &c. in assignandis officiis, *1. Paralip. 24. v. 5.* in ordinandis cantoribus, *25. vers. 8.* in ordinandis janitoribus templi, *26. v. 13.* in interficiendis Judæis, *Esdr. 3. v. 7.* sors Nautarum, *1. 1. v. 7.* in dividenda CHRISTI tunica, *Psal. 22. v. 19. Matth. 27. v. 35. Marc. 15. vers. 24. Ioan. 19. v. 23.* ad fungendum sacerdotio, *Luc. 1. v. 9.* in eligendo Matthia in locum Judæ, *Act. 1. v. 26.*

Vide Electio, Fortuna.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Quoniam non derelinquis qui spem in te collocarunt: sua
verò virtute gloriantes deprimis. *Iudith 6.*

Eriam si occiderit me, in ipso sperabo. *Iob 13.*

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo. *Proverb. 3.*

Qui sperat in Domino, beatus est. *Ibid. 16.*

Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia. *Eccles. 2.*

Si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. *Sapient. 3.*

Qui confidunt in illo, intelligent veritatem. *Ibid.*

Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & spera in illum. *Eccles. 2.*

Felix, qui non habuit animæ suæ tristitiam, & non excidit à spe sua. *Ibid. 14.*

In silentio & spe erit fortitudo vestra. Beati omnes qui expectant Dominum. *Esai. 30.*

Scies quia ego Dominus, super quo non confundentur, qui expectant eum. *Ibid. 49.*

Qui fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum. *Ibid. 57.*

Spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est. *Sap. 5.*

Ingrati spes, tanquam hybernalis glacies tabescet, & more inuicilis aquæ diffluet. *Ibid. 16.*

Vana spes & mendacium viro insensato. *Eccles. 34.*

Spes quæ differtur, affligit animam, lignum vitæ desiderium ventens. *Proverb. 13.*

Desiderium si compleatur, deletat animam. *Ibid.*

Si desperaveris lapsus, in die angustæ minuetur fortitudo tua. *Idem 24.*

Qui confidit in divitiis suis, corruec. *Proverb. 11.*

Qui confidit in corde suo, stultus est. *Ibid. 28.*

Spe salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. *Rom. 8.*

Sperantem in Domino, misericordia circundabit. *Psal. 31.*

Beatus vir cujus est nomen Domini spes eius. *Ibid. 39.*

Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. *Ibid. 62.*

Mihi

Mihi adhærere DEO bonum est, ponere in Domino DEO spem meam. *Ibid.* 27.

Qui sperat in Domino, salvabitur. *Proverb.* 28.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Mihi magis videtur fidei filius, qui novit à quo speret, quod nondum habet: quàm qui sibi tribuit quod habet. *August.* de spiritu & liter.

Vita verè mortalis, spes est vitæ immortalis. *Idem in Psalm.* 3.

Qui gaudet in spe, tenebit in rem: qui autem spem non habet, ad rem non poterit pervenire: spes & charitas erunt idem. *Idem de Charitate.*

Fides credit: spes & charitas orant, sed sine fide esse non possunt: at per hæc & fides orat. *Idem in Enchirid.*

De divina miseratione tunc sperandum ampliùs est: cùm prædicta humana defecerint. *Ambros.* in *Hexamer.*

Spes commodi furatur labores, & metum abscondit periculi. *Idem in Psalm.* 12.

Omne opus leve fieri solet, cùm ejus pretium cogitatur: & spes præmii solatium fit laboris. *Hieron.* in *epist.*

Spes in æternitatem animum erigit: & idcirco nulla mala exterius, quæ tolerat sentit. *Gregor.* in *moral.*

De spe incassum præsumit, qui timere DEUM in suis operibus temnit. *Ibid.*

De Creatore desperare, est spem in creatura ponere. *Ibid.*

Futurorum spes laborantibus requiem parit: sicut in agone positus dolorem vulnerum mitigat spes coronæ. *Orig.* super *Exod.* *homil.* 9.

Sibi ipsi fidere, non fidei, sed perfidiæ: nec confidentiæ, sed diffidentiæ magis in semetipso habere fiduciam. Is verè fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus sibi tanquam vas perditum: sed sic perdens animam suam, ut in vitam æternam perdat eam. *Bernh.* *serm.* in *vigil.* *nativit.* *Christi.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. *Epist.* 16. *Heroid.*

Fallitur augurio spes bona sepe suo.

Ovid. *lib.* 1. *de Ponto.*

Quamvis est igitur meritis indebita nostris.

Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Terent. in *Adclph.*

Ego spem pretio non emo.

Seneca in Hercul. furente,

*Turbine magno spes sollicitæ.
Urbibus errant, trepidiq; metus.*

Terent. in Andria.

*Væ misero mihi!
Ut animus in spe atq; in timore usq; antè hac attentus fuit:
Itaq; postquam adempta spes est, lassus cura confectus stupet.*

Ovid. lib. 1. de Ponto.

*Spes igitur pœna menti, Græcine, levande,
Non est ex toto nulla relicta meæ
Hæc dea, cum fugerent scelerata numina terras;
In diis inuisa sola remansit humo.
Hæc facit, ut videat cum terras undique nullas,
Naufragus in mediis brachia jactet aquis
Hæc facit, ut vivat fossor, quoque compede victus,
Liberâq; à ferro crura futura putet.
Sæpè aliquem solers medicorum cura relinquit:
Nec spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem:
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc dea quam multos laqueo sua colla ligantes,
Non est proposita passis perire nece.
Me quoque conantem gladio finire dolorem,
Arguit injecta continuitq; manus.*

Tibul. eleg. ul. lib. 2.

*Iam mala finissim letho: sed credula vitam
Spes foret: & melius cras fore, semper ait.
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratim:
Semina que magno fœnore reddat ager.
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces:
Cum tenues hamos abdidit antè cibus.
Spes etiam valida solatur compede victum:
Crura sonant ferro, spes canit inter opus.*

Stattius lib. 1. Theba.

*Spes anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.*

Idem lib. 2. Thebaid.

*Et qua non gravior mortalibus addita cura,
Spes ubi longa venit.*

Seneca

Seneca in Medea.

Qui nil potest sperare, desperet nihil.

Silius Italicus lib. 7. bel. Pun.

*Spes, heu! fallaces, oblitaq; corda caducum
Mortali quodcumque datur.*

Ovid. Epist. 6. Herod.

Alternant spesq; timorq; fidem.

Ex Græcis Comicis.

*Ἀνθρώπος ἀντιχρῶ σάλειθ' ὑπὸ τῆς ἐλπίδος. vcl,**Ἀνὴρ ἀντιχρῶ δὲ σάλειθ' ἐπιπέσει.**Presso miseria spes salues edumica.**Ἐν ἐλπίσιν ἤσῃ τῆς (οὐδὲ) χεῖν βίαι,*

(Sed quidam ascribunt Euripidi)

*Sapientis in spe vita semper sic decet.**Ἐλπίζει πένθος, μέγιστον γήρας, θνητὸς ὢν.**Mortalis ad senectutem usque spera quidlibet.*

vcl,

*Spei senecta est terminus mortalibus.**Αἰ εἰ ἐλπίδες εὐσοκοῦσι τὰς καινοὺς θεοτῶν.**Vana quibus est mens alere spes illos solet.**Οὐδέποτε ἀθυμῶν τὸν κραιπνὸν παύσασθαι δεῖ,**Ἄνδρες, πὲρ ἐλπίων δὲ παρσδύκων αἰεὶ.**In miseriis nullis labascere conuenit:**Meliora sed sperare semper adfore.*

¶ ΑΠΟΡΗΤΗΡΓΜΑΤΑ.

T Hales sciscitatur, quid maximè commune esset omnibus? Spes, respondit. Hanc enim etiam illi habent, qui aliud nihil. *Stob. serm. 109.*

Bias roganti cuiquam, quid esset dulce hominibus? Spes, ait. *Bruson. lib. 6. cap. 11.*

Diogenes percontatus quidnam in vita extremum esset? Spes dixit. *Stob. serm. 109.*

Herodes ad confirmandos adversus Arabas suorum animos fallax, inquit, spes est, quæ non suis viribus nititur: sed alienis adversis. *Bruson. lib. 6. cap. 11.*

Aristoteles olim interrogatus quidnam esset Spes? respondit: vigilantis somnium. Multa enim sibi promittunt inania, quæ spe futurarum ducuntur. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Lulius Cæsar, obsecrantibus Cæsarem amicis, ut præsidio corpus muniret, multisq; ad id operam suam pollicentibus, ne-

Aaaa 5

gavit se hoc facturum: satius esse dicens semel mori, quam aliquid
dua spe & expectatione pendere. *Plutarchus.*

§ SIMILITUDINES.

Quemadmodum Ægyptii lege jubebantur expectare donec
perperisset: si qua gravida morbo fuisset correpta: ita non
facile abjicienda spes in hominum erratis. *Plut.*

§ EXEMPLA SACRA.

Spei in DEUM exempla: Ezechias, 2. Reg. 18. vers. 5. filii Juda
2. Paral. 13. v. 18. Josaphat, 17. v. 24. & 20. v. 13. David, 2. Sam.
22. v. 2. Psalm. 7. v. 2. & 13. v. 5. & 16. v. 1. & 18. v. 1. 2. 3. &
22. v. 10. & 25. v. 20. & 27. v. 1. 2. & 28. v. 8. & 31. v. 1. 2. & 34.
v. 16. & 52. v. 10. & 55. v. 24. & 56. v. 11. & 57. v. 1. & 69. v. 4.
& 71. v. 1. & 72. v. 10. & 91. v. 9. & 130. v. 5. & 141. v. 5. & 141.
v. 6. & 144. v. 2. Patres, Psalm. 22. v. 5. domus Israël & Aarons
115. v. 9. 10. Tobias, Tob. 2. v. 15. 16. 17. Judith, Judith. 13. v. 17. 18.
Job, Job 13. vers. 15. & 19. v. 25. 26. 27. Jeremias, Jerem. 17. v. 17.
Thren. 3. v. 21. Susanna, Daniel, 13. v. 60. tertius & quartus fra-
tres, 2. Macchab. 7. v. 11. 14. Macchabæus, 15. v. 17. Paulus, Act. 1.
24. v. 14. 15. 1. Timoth. 4. v. 10. Ephes. 1. v. 12. Philip. 2. v. 10. 1. Petr.
1. v. 13. Spes ex præteritis, & jam compertis beneficiis con-
pienda. Exempla: Jacob, Genes. 32. v. 10. 11. Israelitæ, Deuter. 7.
v. 18. & 10. v. 1. David, 1. Sam. 17. v. 34. 37. Josaphat, 2. Paralip.
20. v. 7. David, Psalm. 3. v. 8. & 22. v. 10. & 32. v. 5. & 24. v. 7. &
& 71. vers. 6. 17. & 77. v. 12. & 86. v. 7. & 142. v. 8. & 143. v. 3.
Paulus, 1. Corinth. 1. v. 8. 9. 2. Cor. 1. v. 10. Philip. 1. v. 6. 1. Thess.
v. 24. 2. Timoth. 4. v. 18. Petrus, 2. Petr. 1. v. 3.

§ EXEMPLA PROFANA.

Alexander Macedo proficiscens in Asiam possessiones dome-
sticas, & vectigalia regia amicis pleraque divisit. Unus ni-
hil ex illius largitione accepit Perdiccas, sed rogavit: tibi verò
quid Alexander relinquit? qui ut respondit: Spes meas. ergo
harum, inquit, nos quoque erimus consortes: neque enim nos
tua capere, sed prædam expectare Darii decet. *Plutar. orat. 2. de
Alexandri fortuna.*

Rhodiis quidam ob intempestivam libertatem à tyranno
conjectus in caveam, in qua more nocentis bestie alebatur ad
cruciatum & ignominiam, amputatis manibus, ac fordara vul-
neribus facie, cum ab amicis admoneretur, ut inedia sibi malo-
rum finem quæreret: cuncta inquit, homini, quoad vivit, spe-
tanda sunt. *Erasin. lib. 8. apoph.*

Aristippus

Aristippum philosophum Socraticum ferunt aliquando ad Rhodiensium litus gravi naufragio eiectum, amissis omnibus, vidisse in harena figuras quasdam geometricas: atq; ad comites, mœrore posthabito, hilari vultu exclamasse: bene sperandum est, nam & hic quoque hominum vestigia cernimus. *Laertius.*

C. Marcius obscuro genere natus, facinorum militariū commendatione ad Rempub. accessit. Ac primum majorem petiit utilitatem. Ubi sensit ea spe frustrari sese: eodem die minorem ambit: & hanc frustratus, haud tamen desperavit, se Romanæ civitatis primatē fore: docens, quantum in rebus humanis valeat improbitas. *Plut. in Rom. apoph.*

Idem VI. consul Roma pulsus a L. Sylla, & proscriptus: grandi pecunia in caput eius pronunciata, variis erroribus & periculis agitur, oraculo se potissimum solabatur, quo acceperat, sepius se consulem futurum. Neque cum spes scellit. *Sabellus, lib. 3. Euv. 6.*

§ HIEROGLYPHICA.

Hominem, qui fugitivam rem aliquam nulla consequendi spe spectaretur, indicare si voluissent veteres, *Anguillam* pingebant. quæ manus à cando prehenderet, tanta enim est lubricitate prædita, ut deprensancium manibus elabatur quàm facillime, difficulterque contineri possit. *Pier. Valer. lib. 29. pag. 473. C.*

Quod si certam esse *Spem* de ambigua re quapiam ostendere voluissent, obvolutam eam ficulneo folio pingebant: quod scabritie sua prensanti sit adminiculo, nequaquam irritò: undè proverbium, *τὸ τελευτῆν ἰσχυρῆν*, *ibidem.*

SPECTACULA.

§ APOPTHEGMATA.

Digenes dionysiaca certamina, quæ Athenis in honorem Bacchi magnis impendiis, pompaque celebrabantur appellabat magna stultorum miracula, quod in his nihil non ridiculum ageretur. *Laert. lib. 6. cap. 2. Erasmi. lib. 3. apoph.*

Demonax, cum videret Athenienses hoc agere: ut Barbarorum exemplo gladiatorum spectacula in urbem inducerent: nolite, inquit, o cives, istam crudelitatem prius admittere in civitatem vestram, quam Misericordiæ aram suis demoliti. *Erasmi. lib. 8. apoph.*

Anaxiaris aiebat se admirari, qui conveniret: ut Græci, qui legibus

SP SPECTACULA. SPLENDOR. SPONSA.

legibus suis, violentiam & injuriam puniunt, athletas ob
ipsum honorent, quòd se mutuò percuterent: Salsè damno
crudelè populi voluptatem, ac in moribus inconstanciam
Quodenim injustum est, semper injustum. *Erasm. lib. 7. apud*
ex Laert. lib. 1.

§ SIMILITUDO.

UT admonuit Socrates, cavendum ab iis eduliis, quæ illi
rent ad edendum etiam non esurientes: & à potu, qui ad
bendum invitaret, etiam non sitientes: sic fugienda sunt specta
cula, sermonesquæ, qui pelliciunt sui desiderio eos, ad quæ
hil attinent. *Plutarchus.*

S P L E N D O R.

§ SIMILITUDO.

UT citharædus, cum prodierit optimè vestitus, palla
rata indutus, clamyde purpurea variis coloribus in
cum corona aurea, magnis fulgentibus gemmis illumina
citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distin
ipse præterea formâ sit & specie, staturaquæ; apposita ad dig
tem: si tum magnam populi commoveat his rebus expectat
nem, & repenti silentio facta vocem emittat acerbissimam
cum turpissimo corporis motu: quòd melius ornatus est, &
gis fuit expectatus, eo, magis derisus & contemptus ejicitur
ita si quis incenso loco: & in magnis ac locupletibus
collocatus fortunæ muneribus, & naturæ commodis omni
abundabit: si virtutis & artium, quæ virtutis magistra
egebit, quòd magis cæteris rebus erat copiosus, & illustris
pectatus: eò vehementius derisus & contemptus, ex omni
ventu bonorum ejicitur. *Cicero lib. 4. ad Heren.*

Vide Dignitas, Honor.

S P O N S A.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Sponsam ambiendi & tradendi ritus exempla: Servus
hæz Isaaco, *Genes. 24. v. 49.* Hemor Sichem filio suo, *Tobias*
Tobias Saram, Tob. 6. v. 11. 12. 13. Raguel filiam suam, *Tobias*
v. 13. 14. 15. David Abigail, *1. Samuel. 25. v. 39. 40.* Sponsus
dentibus benè precandi formula: Parentes & cognati Rete
benè precantur ipsi, *Genes. 24. v. 60.* totus populus, & Servus
ipsi Ruth, *Ruth 4. v. 11.* Servitutis propter sponsas exem

thleras ob
Salsè dam
nconstanc
m. lib. 7. 477

Jacob pro Lia & Rachel, *Genes. 29. v. 17. &c.* Fortitudinis & in-
ignis facinoris, propter sponsas præstiti exempla: Othoniel,
Judic. 1. v. 13. David, *1. Samuel. 18. v. 27.*

Vide Conjugium, Nuptia, Matrimonium.

STUDIUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quid est invenire, nisi in id venire, quod quaeritur? quæ au-
tem ultrò occurrunt menti, non dicuntur inventa, quam-
vis dicantur cognita: quia non tendebat anima ad illa quaeren-
da. *August. lib. 9. de Trinitate.*

Legimus aliqua, negligantur: legimus, ne ignoremus: legi-
mus, non ut teneamus: sed ut repudiemus. *Ambr. super Luc. lib. 1.*

Sit ipsa lectio temperata, cui finem consilium, non lassitudo
imponat. nam, ut immoderata jejunia, & ardor abstinentiæ, &
inordinatæ vigiliæ, intemperantiæ coarguuntur, & nimietate
sua pereunt: ut hæc ipsa postea quidem nec mediocriter fieri
possint: ita studium intemperans lectionis in reprehensionem
cadit, & quod laudabile est in genere suo, fit nimietate sui cul-
pabile. *Hieron. ad Demetr. virg.*

Idcirco & desidiosus ingenium sæpè accipit: ut de negligenti-
a justius puniatur: quia quod sine labore assequi potuit, scire
contempsit, & idè nonnunquam studiosos tarditate intelli-
gentiæ premitur: ut eò majora præmia retributionis inveniat,
quò magis in studio inventionis elaborat. *Gregor. in moral.*

Omninò iniquum est: nobilitate ingenia studiis dehonestari
minoribus, & eos, quos ardua & graviora expectant officia,
voluptatis & vanitatis occupationibus agitari. *Petr. Chrysof. de
varial. nugis lib. 1.*

Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit: quæ
enim nescimus, lectione discimus: quæ didicimus, meditatio-
nibus conservamus. *Isidor. lib. 3. de summo bono.*

Punge, & dabit lachrymas: stringe mentem, & dabit intel-
lectum. Nihil enim tam incredibile, quod non dicendo fiat
probabile. *Origen. super Exod.*

Tria sunt studentibus necessaria, natura, exercitium, disci-
plina. In natura consideratur: ut facile audita percipiat, & per-
cepta firmiter retinet. In exercitio: ut labore & sedulitate na-
turalem sensum excolat. In disciplina: ut laudabiliter vivens,
mores cum scientia componat. *Hugo lib. 3. didasc.*

Studium

Studium est assidua ac sagax retractatio cogitationis, & quid involutum explicare nitens, vel scrutans penetrare occultum. *ibid.*

Meditatio est frequens cogitatio, modum & causam & rationem uniuscuiusque rei investigans. *ibid.*

Studiū est animæ assidua & vehemens applicatio ad aliquod agendum, cum summa voluntate occupati. *ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Tibul. Eleg. 8. lib. 1.

At tu dum primi floret tibi temporis ætas,

Vtere: non tardo labitur illa pede.

Claud. de 4. Honoriū consul.

Interea Musis animas dum mollior instet,

Et quæ mox imitère, legas: nec desinat unquam

Tecum grata loqui, tecum Romana vetustas.

Horat. lib. Epist. 1. ad Lollium.

Si non intendes animum studiis, & rebus honestis:

Invidia, vel amore vigil torquebere,

Ovid. lib. 5. de Tristib.

Quot frutices sylva, quot flavas Tybris arenas:

Mollia quot Martis gramina campos habet:

Tot mala pertulimus, quorum medicina quiesq;

Nulla, nisi in studio, fieridumq; mora.

Ovid. lib. 1. de Ponto.

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum:

Tempus & assueta ponere in arte iuvat.

Horat. 1. Epist. 18.

Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:

Qua ratione queas traducere leniter ævum?

Ne te semper inops agitet, vexetq; Cupido:

Ne pavor, & rerum mediocriter utilium spes.

Virtutem doctrina pareat, naturæve donet?

Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum:

Quid purè tranquillet: honos, an dulce lucellum,

An secretum iter, & fallentis semita vitæ?

Propert. 3. 1.

Non datur ad Musas currere lata via.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

STudia te clarum & nobilem efficiunt: sine studio æger est animus. Senec. 21. epist.

Studio

Studio me dabo, omnia alia negligenda sunt: ut huic assideamus. cui nullum tempus satis magnum est: etiam si à pueritia usque ad longissimos ætatis terminos vita perducatur, resistendum est occupationibus. *Senec. in epist. 23.*

Omne quidem tempus idoneum est studio salutari: multi verò inter illa non student, propter quæ studendum est. *Idem ibid.*

Studia etiam salutis corporis profunt. In remedium enim cedunt honesta solatia, & quicquid animu exererit, etiam corpori prodest. *Idem epist. 81.*

Otium sine literis, mors est, & vivi hominis sepultura. Alie lectio ingenium, & studio fargaru: non sine studio tamen reficit: nec scribere tantum, nec legere debemus: altera res confestim vires, & exhauriet, de stylo dico: altera solvet ac diluet, invicem hoc & illo commutandum est, & alterum altero temperandum: ut quicquid lectione collectum est, stylus redigat in corpus. *Idem epist. 87.*

Solet plus prodesse, si pauca sapientiæ præcepta teneas, sed illa in promptu, ut in usu tibi sint: quam si multa quidem didiceris, & illa ad manus non habeas. *Senec. lib. 1. de benefic.*

Certis ingeniis nutriri & immorari oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. *Idem epist. 1.*

Labor scholasticus otium est, sed negotiosum: & quod animum reddit ad honesta sollicitum. *Idem in epist.*

Studius & divitiis pariter vocare non potes: nec animam illam dignatur habitare sapientia, quam videri infectam desideris, & curis temporalibus involutam. *Idem epist. 17.*

Si vis vacare animo, aut pauper sis, aut pauperi similis. Multis enim ad philosophandum obstitere divitiæ: paupertas autem expedita, est segura. *Idem ibid.*

Omnibus quidem prodest subinde animum relaxare. excitatur enim otio vigor, & omnis tristitia, quæ continuatione studii pertinacis adducitur, feriarum hilaritate discutietur. Studia enim leniter tacta delectant, contracta & propius admota fastidio sunt. *Senec. 1. Rhet.*

Studium unicum doloris levamentum est. *Plin. junior. 18.*

Ut in vita, sic in studiis pulcherrimum & humanissimum existimo severitatem comitari; miscere: ne illa in tristitiam, hæc in petulantiam procedat. *Idem ibid.*

¶ SIMILITUDINES.

UT feris aliis aliunde victus: sic hominibus aliis aliunde vivendi ratio: alius philosophatur, alius militat. *Plutarch.*

Ut Androgini sic utrosque imitantur, ut neutrum sint, nec mares

mares, nec foeminae: ita quidam dum & Theologi volunt esse, & Rhetores, à neutris agnoscantur. *Erasm.*

Ut à Scribis mollissima vellera, & ab iisdem durissimum feturum mittitur: sic à quibusdam diversa proficiuntur. *idem.*

Vino modico nervi, & oculi juvantur, eodem copiosiore laeduntur: sic literis modicè gustatis adjuvatur vita, eadem laeditur, si quis immodicè incumbat. *Erasm.*

Vitis, nisi subindè amputetur, ipsa sua foecunditate graeculescit & perit: ita cohibendum est immoderatum studium felicibus ingeniis, ne parùm moderato labore consumantur. *Idem.*

Notatus Protogenes, alioqui summus in pictura artifex, quòd nesciret manum tollere de tabula: ita quidam scriptores immodica diligentia peccant, quibus nihil unquam satis emendatum videtur. *Idem.*

Lusciniis tantum est canendi studium, ut certantes emoriatur, spiritu citius deficiente, quàm cantu: ita nonnulli literarum immodico amore valetudinem extinguunt, & dum à nullis vinci volunt eruditione, pereunt in ipso conatu. *Plin. lib. 11. cap. 29.*

Ut quod majore negotio chalybi, aut marmoris insculptura durat diutius: ita quod majore studio discimus, nunquam obliviscimur. *Erasm.*

Ut qui leviter amant, gaudent quidem amico praesente, abesse, quod amant: sic quidam facile avocantur à studio philosophiae negotiis: at qui verè amant, omnium praeter illa obliviscuntur, nihilquè illis sine illa dulce esse potest. *Plutarchus.*

EXEMPLA PROFANA.

Pomponius libro Pandectarum XL. de fidei commissis. libere apud Julianum inquit: ego discendi cupiditate, quàm soluta vivendi rationem optimam, in octavum, & septuagesimum annum aetatis duxi, memor sum hujus sententiae, quam dixisse fertur Solon: Etsi alterum pedem in sepulchro habere, ab altero addiscere quaedam vellem. *Erasmus.*

Michael imp. Constantinopolitanus studio aurigandi neglecto imperium. Cum enim quodam tempore in curru confisisset, jamquè equi essent carceribus emittendi, nactus allatum fuit, ab Amere Saraceno praefecto, Militaria imminere magna malum. Tum Imperator torvo vultu, quònammodo, inquit, ausus es, scelestè, mihi tam necessario certamine occupato, molestus esse? cum in hoc unum incumberem: ut eum qui mecum certare

tenet, in lævam partem avertam, de quo mihi totum hoc certamen est. *Cedren.*

Vide Ars, Diligentia, Lectio, Philosophia, Scientia.

STULTITIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Rescindenda insipienti potestas est, non adjudicanda libertas. insipientis in libertate ruina vehementior est. *Ambros.*

Stulti tantò intensius de alieno judicant, quantò sua profundius ignorant. *Gregor. in moral.*

Tantò quisque intus amplius stultior fit, quantò conatur exterius sapiens videri. *Ibidem.*

Stultus est, qui per ignominiam non commovetur ad dolorem, & qui non movetur ad injuriam. *Isidor.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. lib. 1. Epist. ad Mecœnatem.

*Virtus est vitium fugere, & sapientia prima
Stultitia carnisse.*

Ausonius in Bia sentent.

Quid stulti proprium? Non posse, & velle nocere.

Plautus in Amphitryone.

*Non tu scis Bacche Bacchanti, si velis, adversariet,
Et insania insanorem facies: feriet sapius,
Si observaveris, una resolvas plaga,
Irritabis crabrones.*

Horat. 4. Carm. 12.

Misce stultitiam consiliis brevem.

Dulce est desperare in loco.

1. Epist. 14.

Stultus uterque locum immeritum caussatur iniqui.

1. Epist. 16.

Stultorum incurata pudor malis ulcera celat.

Plaut. Pseud.

*Benè ubi quod consilium discimus accidisse, hominem cautum
Eum esse declaramus: stultum autem illum, cui vertit malè.*

Horat. 1. Serm. 2.

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Bbbb

§ SENTENTIÆ. PHILOSOPHICÆ.

Stultitia majus est malum, quàm omnia mala & fortuna corporis. *Cic. 3. de natur. Deor.*

Omnium malorum stultitia est mater. *De pet. conf.*

Insapientiã nullum majus malum est. *Cic. 3. Tusc.*

Miserius stultitia quid dicere possumus? *1. de natur. Deor.*

Quid abjectius stultitia dici potest? *1. de Leg.*

Omnes stulti insaniunt. *4. Tusc. & Parad. 4.*

Est proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere: oblivisci suorum. *3. Tuscul.*

Stultorum plena sunt omnia. *Cic. Papirio Peto Famil. 9.*

Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur: stultissimus iniquissimo. *Paradox.*

Stulti malorũ conscientia torquentur: Sapientes bona præterita renovata grata recordatione delectant. *1. de Finib.*

Nullus stultus beatus, & sapiens non beatus. *1. de Finib.*

Multa sunt incommoda in via, quæ sapientes commodorum compensatione leniunt: stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia. *Cic. 1. de natur. Deor.*

§ APOPTHEGMATA.

Bion interrogatus, quid esset stultitia? respondit: proficiendi impedimentum. *Stob. serm. 4. de Imprudentia.*

Stilpo interrogatus, quid statua durius esset? respondit: hominis stolidus. *Stob. serm. 4. de Imprudentia.*

§ SIMILITUDINES.

Ut Apion Homerum ab inferis evocatum, nihil aliud interrogavit, quàm quibus parentibus genitus esse? sic quidam gravissimorum virorum concilio convocato, de meritis negotiorum consulunt. *Plin. lib. 3. cap. 2.*

Ut Cyclops exocularus, manus quoque versum porrigebat nullo certo scopo: ita magnus rex, cui desit prudentia, quidvis agreditur ingenti rerum tumultu, sed nullo judicio. *Erasim.*

Sol, Luna, Stella, Mars, Terra, Arbores, Herbarum, Bruta, & his apes, formicæ, conchæ, denique lucernæ tempestatem præsentiant: solus homo sua mala non præsentit, neque prospicit. *Plin. lib. 18. cap. ultim.*

Ut Conchylia crescente Luna auferunt, decrescendo minuescunt: ita stultus à fortuna pendens, nunc magnus est, nunc pusillus, nunc elatus, nunc supplex, utcumque Rhamnusia mæta taverit sese. *Plin. lib. 11. cap. 102.*

Struthiocamelus, avium maxima, sed stolidissima. *nam ubi collum*

collum occultaverit fructice, latere sese existimat: ita quidem ingenti mole corporis onusti, nimium habent ingenti. *Plinius lib. 10. cap. 1.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Sultorum & stultitiæ, seu stultè factorum exempla: Aaron & Maria, *Num. 12. v. 11.* Israëlitiæ, *Deut. 32. v. 6.* Saul, *1. Sam. 17. v. 13. & 26. v. 21.* David, *21. v. 13. 2. Sam. 24. 10.* Nabal, *1. Sam. 25. vers. 25.* Afa, *2. Paralip. 16. v. 9.* uxor Job, *Iob 2. v. 10.* Princeps Saon, *Esa. 19. vers. 11.* Judæi, *Ierem. 4. v. 22. & 5. v. 21.* Pharisæi, *Matth. 23. v. 16. 17.* Dives quidam, *Luc. 12. v. 20.* duo Discipuli, *14. v. 25.* Gentes, *Rom. 1. v. 21. Galat. 3. v. 1.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Thræces, quorum tanta perhibetur vâcordia: ut ultrâ quatuor numerare nequeant, cùm viderent ducem suum plurimas scalas fabricare, quibus minabatur se ad Junonem ascensurum, illosq; accusaturum, metu percussî, ea quæ imperaverat, fecerunt. *Theatr. Zuing.*

Trojani pariter & Græci, ob unius Menelai & Paridis stultos amores, pro Helena adultera decenniali bello contententes, manifestæ stultitiæ ab Horatio in Epistolis damnantur, ubi de Iliade Homeri scribit:

Fabula, qua Paridis narratur. propter amorem

Græcia Barbaria lento collisa duello:

Stultorum regum & populorum continet æstus.

Arcades olim malè audierunt ob stuporem ingenii. de quorum immanitate multa Athenæus lib. 14. qui primi musicam omnem in civitatem recipere noluerunt: nec ullas liberales disciplinas, quarum cultu mansuescunt hominum ingenia. Eras.

in proverb. Arcadicum germen.

Lesbi & Cumanî in Æolide suprâ Lesbum notati sunt stoliditatis, ut indicat Stephanus.

Atheniensis populi stultitiam ipsorummet Poëtæ & Oratores perstrinxêre: sic Aristophanes in Nubibus:

Φασι γδ δυσβελίαν τῆ πόλει ἀεθσεύειν.

Id est,

Leva consilia ferunt huic adesse civitati.

Abderite in stuporis insanixq; fâbulam abiêre, quod perspicuum est ex Epigrammate Martialis lib. 10.

Abderitanæ pectora plebis habes.

Sannos, fatuus à Cratino comædo introducitur: unde & Latinus subsannationem, & Græci stultos Sannos vocant. Eustath. Odyssæ x.

ST STULTITIA. STUPOR. STYLUS.

Achæus Callicôn cognomine, fictile vas pulvinaris loco capiti supponebat. Verùm quia duritie illius offendebatur, palea implevit, ut mollius haberet cubile. cognomen Callicôn obtinuit, *ὡς καλὸς εἰς τὴν ἡβῆν*, hoc est, *volens* per antiphrasin. *Ensthenes* *Odiss.* x.

Xerxes Persarum rex Helleſponto ſtigmata & verbera infixit atque ad montem Athon miſit epistolâs: noli divine Atho, quæ nubes attingis vertice, operibus meis præbere lapides vaticos & parùm tractabiles: alioquin ipſum te excindam, & in altum projiciam *Plut. de non irascendo.*

STUPOR.

§ EXEMPLA SACRA.

Stuporis exempla: *Iſaac*, *Genes.* 27. v. 33. *Regina Saba*, *2. Paralip.* 9. v. 3. 4. *Iſrælitæ*, *Eſa.* 28. v. 10. & 29. v. 11. *Ierem.* 5. v. 13. *Ozias*, & *Presbyteri*, *Iudith* 10. v. 7. *Exploratores Aſſyriorum*, *vers.* 14. *Daniel*, *Dan.* 8. v. 27. *Turba*, *Matth.* 12. v. 23. *Luc.* 9. v. 43. *Ioan.* 12. v. 37. *Capernaitæ*, *Marc.* 1. v. 22. *Pilatus* & *Judæi*, *Matth.* 27. v. 23. *Discipuli*, *Marc.* 6. v. 49. 52. *Luc.* 18. v. 34. *Petrus*, 5. v. 9. *Actor.* 12. v. 6. *Phariſæi* & *Legis Doctores*, *Luc.* 5. v. 26. & 2. v. 47. *Paulus*, *Actor.* 9. v. 6. *comites Pauli*, v. 7. *Impi*, *Ephes.* 4. v. 18.

Vide Affectus.

STYLUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. 1. ſerm. 10.

*Sæpè ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſint,
Scripturus: neque, te ut miretur turba, labores:
Contentus paucis lectoribus.*

§ SIMILITUDO.

Quemadmodum in ſuperioris *Libyæ* populis, quoniam molliores communes ſunt, ut in *Politiciſ* teſtatur *Ariſtoteles*, filios juxta ſimilitudinem formarum partiuntur: ita conſuſa operum titulis, ſtyli ſimilitudinem, & orationis phraſin oportet ſpectare. *Eraſmus.*

Vide Lectio, Scriptio, Studium.

SUBDI.

SUBDITUS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Subditi Principem facile imitantur, *Proverb. 29. v. 2. Eccles. 10. v. 2.* Exempla: Populus Saulis, *1. Samuel. 15. v. 9.* subditi Jeroboam, *1. Reg. 12. v. 28. 30. & 14. 16.* Majores natu Israel, *2. Reg. 10. v. 5.* subditi Manassis, *21. v. 9. 22.* Subditorum ergà Regem amor & reverentia. Exempla: Davidis militis, *2. Samuel. 21. vers. 17.* Subditorum ergà Magistratum officia. I. Agnoscere gubernatores suos, non casu, sed Dei consilio præfectos esse. Exempla: David agnoscit Saulem pro Christo Domini, *1. Samuel. 24. v. 5. 6. 7. & 26. v. 9.* Abisai similiter Davidem, *2. Sam. 19. 21.* Miphibosech, *v. 26. 27.* Adonias, *1. Reg. 2. v. 15.* Populus Israel, *3. v. 28.* Daniel, *Dan. 2. 37.* II. Favore & amore eos prosequi. Exempla: Jacob, *Genes. 47. v. 7. 10.* Mulier Thecuis, *2. Sam. 14. v. 4. 5. & 6. v. 22.* Ethai, *15. 21.* Chusai, *v. 31. 32. 33.* Berzellai, *19. v. 31. 32.* Esaias, *2. Reg. 19. 6. & 20. 7.* Mardocheus, *Esth. 2. v. 21. 22.* Daniel, *Dan. 6. v. 21.* III. Præstare legibus & mandatis eorum pietati & honestati consentaneis debitam obedientiam. Exempla: Rubenitæ & Gaditæ, *Ios. 2. v. 16. 17. & 23. v. 1. 2. 24.* Isai, *16. v. 17. 18.* servi Davidis, *2. Sam. 15. v. 13. 14.* Banajas, *1. Reg. 2. v. 25.* Nuntius Asa, *15. v. 21.* Milites Jehu, *2. Reg. 10. v. 25.* IV. Conferre sumtus ad gubernationem necessarios, tributum, vectigal, census, decimas, & similia, pro diversa politiciarum ratione, *1. Sam. 8. v. 11. & c. Matth. 22. v. 21. Rom. 13. v. 7.* V. Æquo animo accipere eorum sententiam, & justas pœnas, propter violatas leges. Exempla: Semei, *2. Sam. 19. v. 19.* Miphibosech, *v. 27. 28.* VI. Timere eos, & leviora quædam errata eis condonare, ac tolerare eorum injurias, & sibi temperare ab eorum cæde. Exempla: Israel, *Ios. 4. v. 14.* populus Saulis, *1. Sam. 12. v. 7.* David, *24. v. 9. 10. 11. & 26. v. 6.* Gentes, *1. Paral. 14. v. 17.* VII. Petere à Magistratu auxilium & defensionem. Exempla: Mulier Thecuis, *2. Sam. 14. 4.* Mulier quædam, *2. Reg. 6. 26.* Sunamitis, *8. 3.* VIII. Externis gestibus suam ergà Magistratū declarare reverentiam. Exempla: Jacob, *Genes. 28. 4. & 47. 7.* Fratres Joseph, *50. 18.* Nathan & Bethseba submisso in terrâ vultu adorant Davidem, *1. Reg. 3. v. 23. 31.* IX. Imitari pietatem & cæteras virtutes bonorum gubernatorum. Exempla: Israelitæ, *Ios. 24. v. 31.* Subditi Josiæ, *2. Paral. 34. v. 33.* *Eccles. 10. 2.* X. Orare pro Magistratu, & felicissima quæque ei precari. Exempla: Subditi Saulis, *1. Sam. 10. 24.* Banajas, *1. Reg. 1. 47.* Subditi Salomonis, *39.* Subditi Joas, *2. Reg. 11. v. 11. 12.* Chaldæi, *Ierem. 29. 7.* Satrapæ

SU SUCCESSUS. SUPERBIA.
Regis, Daniel. 3. 7. 9. Regina Balfasar, 5. 7. 10. Satrapaz Darii, 6.
7. 21. Baruch 1. 7. 11. 1. Timoth. 2. 7. 1. 2.
Vide Magistratas, Princeps, Rex, Servitus.

SUCCESSUS.

§ SIMILITUDO.

UT si quis varia spargat, necesse est ut aliqua proveniant: sic
omnia tentanti quædam succedunt. Seneca.
Vide Conatus, Actio, Facilitas, Difficultas, Studium, Exercitatio.

SUPERBIA.

§ SENTENTIA PATRUM.

Magna est miseria, superbus homo: sed major misericordia,
humilis Deus. Augustin. de catech. *2. andis rudibus.*

Cætera vitia in malè factis valent: sola superbia etiam in rectè
factis est cavenda. Idem de nat. gratia.

Audeo dicere superbis utile esse cadere in aliquod apertum &
manifestum peccatum, unde sibi displiceant, qui jam sibi place-
cendo ceciderant. Idem de Civitate Dei lib. 14.

Vitia quippè cætera in peccatis: superbia verò in rectè factis
rimenda est: ne illa, quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis
cupiditate amittantur. Idem in epist. ad Dioscorum.

Si vix toleratur dives superbus: pauperem superbum quis fe-
rerat? Idem serm. 29.

Vermis divitiarum est superbia. difficile est, ut non sit super-
bus, qui dives est, tolle superbiam, & divitiæ non nocebunt.
Idem serm. 31.

Humilitas homines sanctis Angelis similes facit: & superbia
ex angelis dæmones facit: & ut evidenter ostendam, ipsa est om-
nium peccatorum initium, & finis, & causa, quia non solum
peccatum est ipsa superbia: sed etiam nullum peccatum potest
aut potest, aut non poterit esse majus superbia. Idem in epist.

Superbia & cupiditas in tantum est unum malum: ut nec su-
perbia sine cupiditate: nec sine superbia possit cupiditas inven-
niri. Bernh. serm. 37. ad sororem.

Quæ major superbia, quam ut unus homo toti congregatio-
ni iudicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum
Dei? Bernh. serm. 2. in resurr.

Magna superbia, & delictum maximum est, uti datus, tanquam innatis, & in acceptis beneficiis gloriam usurpare beneficii. *Idem de diligendo Deo.*

Septemplex occupavit nos lepra superbiæ: in proprietate possessionum, in gloria pestium, in voluptate corporum: in ore quoque dupliciter, similiter in corde. in ore, quum in adversis murmuramus, & in prosperis arroganter commendamus: in corde propria voluntas, & proprium consilium. *Bernh. in serm. 3. in resurr. Dom.*

Superbus dictus est, quia supra vult videri quàm est. qui enim vult supergredi, superbus est. *Isidor. lib. etymolog.*

Arrogantia, est animi motus, quo quis movetur ad jactandum se habere, quod non habet. *Idem lib. etymolog.*

Jactantia est, fastu mentis id agente, majora quàm sunt, de se promittere. *Hugo.*

Superbia, est elatio vitiosa, quæ inferiorem despiciens: superioribus & paribus satagit dominari. *Idem.*

Superbia in cælo nata est, sed velut immemor, qua via inde cecidit, illuc postea redire non potuit. *Hugo. lib. 1. de anima.*

Quatuor enim sunt, quæ trahunt elationis currum amor dominandi, amor propriæ laudis, contemptus & inobedientia. Rotæ verò sunt, jactantia mentis & arrogantia, verbositas & levitas: auriga in hoc curru est spiritus superbiæ: amatores mundi sunt, qui feruntur in hoc curru: infrænes sunt equi, volubiles rotæ, auriga perversus, & qui portatur, infirmus. *Hug. de claus. anim. lib. 1.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. de 4. Honor. Conf.

Inquinat egregios adjuncta superbia mores.

Claud. lib. 2. de Stil. laud.

*Quin ipsa superbia longè
Discessit: vitium rebus solenne secundis,
Virtutumque ingrata comes.*

Ovid. lib. 6. Metamorph.

*Sum felix, quis enim neget hoc? felixq; manebor:
Hoc quoq; quis dubitet? tutam me copia fecit.
Major sum quàm cui possit fortuna nocere.*

Seneca in Hercule furente.

*Dominare tumidus, spiritus altos gere.
Sequitur superbos victor à tergo Deus.*

Ex Græcis Comicis.

Ὅτ' εὐτυχέϊς μέλιστα, μὴ μέγα φρόνει.
Mittis insolēscē quō magis res prospera.

Ἄλαζονείας ἔπις ἐκφεύγῃ δ' ἄλλω.
Pœnam arrogantia effugit nemo sua.

§ APOPHTHEGMATA.

DEmocrates jam senex, ascendens in arcem Athenis perquam anhelosus: idem se facere dixit, quod universa civitas Atheniensium soleret: nempe se magnum quidem spirare, parum autem valere. *Stob. serm. 22.*

Aristoteles cùm animadvertisset sumptuosa chlamyde adolescentulum, se jactantem: non desines, inquit, adolescentule, ovīs pelle gloriari? *Anton. in Meliss. eodem serm.*

Idem adolescentulum supercilis sublati superbientem conspicatus, sed nulla scientia præditum: adolescentule, inquit, nam talis essem, qualis ipse tibi videris: qualis autem reverentia tales fiant hostes mei. *Anton. Meliss. part. 2. serm. 74.*

Julia Augusti filia, cùm ultrà modum superbiret omni corporis cultu, admonita à quodam: ut se ad paternæ frugalitatis exemplum componeret, respondit: Pater obliviscitur se Cæsarem esse: ego verò memini me Cæsaris esse filiam. *Ibid.*

Evagrius sciscitatus, quid esset superbus animus? respondit: virtutis ventilator: cisterna aquis destituta, diversorium latronum. *Anton. serm. de superbis.*

Phocionis uxor interrogata, quamobrem sola ex aliis in comitu ventu non gestaret ornatum aureum? dixit, quoniam pro ornamento, mariti virtus mihi sufficit. *Stob. serm. 72.*

Æsopius à Chione rogatus, quid faceret Jupiter? excelsus, inquit, deprimi: extollit humilia. *Bruson. lib. 6. cap. 5. ex Stob.*

Idem comatulum juvenem nimium affectato ornatu conspiciens, inquit: si te, inquit, tam exquisitè comas virorum gratia, planè ludis operam: sin mulierum iniquus es aut improbus. *Stob.*

Plato quùm aliquando conscendisset equum, mox descendens, inquit: se vereri, inquit, ne equestris tabula corriperetur. *Laert. lib. 3.*

Socrates interrogatus, quinam essent mechanici? respondit: qui sui similes spernunt. *Stob. serm. 22.*

Antisthenes quùm Platonis superbiam notare cuperet, foras in pompa equum hinnientem frementemque aspiciens, Platonem versus, ait: tu profectò, meo judicio, præclarior fuisset.

fuisse equus. est enim equus animal superbissimum. *Brunson. lib. 6. cap. 5.*

§ SIMILITUDINES.

UT DEUS irascitur, qui fulmen ac tonitruum imitantur, eosq; in tartara præcipitat, ut Salmonicum: sic superbis & elatis indignatur, qui magnitudinem æmulantur, non exprimunt bonitatem. *Plut.*

Si quid in utres velis infundere boni, ventum atque aërem removeas oportet: sic factum ac tumorem eximas oportet ab animo ejus, quem velis docere. *Plut.*

Ut membrum turgidum ac tumidum vitiosè se habet: ita inflatus animus & tumens in vitio est. *Cicero.*

§ EXEMPLA SACRA.

Superbiæ punitæ exempla: in Adamo & Eva, *Genes. 3. v. 16. & c. Eccles. 10. v. 14.* Edificatoribus turris Babylonice, *Genes. 11. v. 5. & c. Agar, 16. v. 5. 6. Sodoma, 19. 24. Ezech. 16. 49. Maria, Num. 12. v. 8. 9. Core, Dathan & Abiron, 16. v. 31. 32. Iscariotis; Deuter. 1. v. 43. 44. Gaal filio Obed, *Judic. 9. v. 37. 38. Goliath, 1. Sam. 17. v. 50. Nabal, 25. 37. Saul, 31. v. 4. Seba filio Bochri, 2. Sam. 20. v. 21. populo Davidis, ob superbiam populi nunciationem, 24. 15. Adonia, 1. Reg. 1. v. 5. Benadad, 20. v. 19. 20. Rabface & Sennacherib, 2. Reg. 19. v. 28. 35. Amasia, qui insigniter humiliatur, 2. Paralip. 25. 23. Ozia contra vocationem superbe Sacerdotis officium sibi usurpante, 26. 15. Ezechia, 32. v. 24. 25. Holoferne, *Judith. 13. 10. Aman, Esth. 7. 10. Damasco, Esai. 8. v. 4. & 17. v. 1. Assur, 10. v. 12. 23. Rege Babylonis, 14. v. 13. 15. Babylone, v. 11. 12. Jerem. 50. 31. & 51. v. 1. 2. 52. 53. Moab, 16. v. 6. 7. Tyro, 23. 8. Ezech. 28. v. 2. 3. 4. Ephraim, *Esa. 28. v. 1. Israël. Ezech. 24. v. 21. Pharaone Rege Ægypti, 29. v. 3. 4. & 31. v. 10. 11. 12. Nabuchodonosor, Daniel. 4. v. 19. 20. Belsasar Chaldæorum Rege, 5. v. 22. & c. Israelitis, *Osai. 5. v. 5. & 7. 10. Capharnaitis, Matth. 11. v. 23. Luc. 10. 15. Phariseo, 18. v. 14. Superbiæ exempla: Adam & Eva: Duabus enim pessimum rebus moti delinquant: prima, quod se deos fore crederent: secunda, quæ impulsit eos & pellexit: fuit gula, & formosa pomorum species, *Genes. 3. v. 5. 6. Eccles. 10. v. 14. Edificatores turris Babylonice, Genes. 11. v. 4. Agar, 16. 4. Fratres Joseph, 37. 8. Aaron & Maria, Num. 12. v. 1. 2. Core, Dathan & Abiron, Num. 16. v. 1. Gaal, filius Obed, *Judic. 9. v. 28. Abimelech, v. 30. 45. Saul, 1. Sam. 13. v. 2. & 15. v. 19. 20. 30. Goliath, 17. v. 42. Nabal, 25. v. 10. 11. Absalom, 2. Sam. 15. v. 4. Seba filius Bochri, 21. 1. David, 24. 1. Adonias, 1. Reg. 1. v. 5. Roboam, 12. v. 14. Jeroboam, 13. 4. Benadad,*******

20. v. 18. Rabasces, 2. Reg. 18. 24. Amasias, 2. Paral. 25. 19. Ozias
 26. v. 16. Ezechias, 32. 25. Pharao & servi eius, Nehem. 9. v. 15. 16.
 Patres & Israëlita, v. 29. Nabuchodonosor, Iudith 1. v. 7. & 11.
 v. 1. & c. Dan. 4. v. 27. & 5. v. 2. Aman, Esth. 3. v. 6. & 5. 13. Filius
 Sion, Esa. 3. v. 16. Rex Babylonis, 14. v. 13. 14. Moabita, 16. v. 6.
 Rex Assyriorum, 47. 7. Azarias & Johanan, Ierem. 43. 2. Tyrius
 Esa. 23. v. 8. 9. Ezech. 27. 3. & 28. 2. Balsafar, Daniel. 5. v. 20. 21.
 & 8. 25. Antichristus, 11. 36. 2. Theff. 2. 4. Israëlita, Ose. 7. 10. &
 13. 6. Amos, 6. 8. Idumzi, Abd. v. 3. Antiochus, 1. Macchab. 1. 27.
 2. Macchab. 5. 21. & 9. 4. Josephus, 1. Macchab. 5. v. 55. 56. 57. Ni-
 canor, 2. Macchab. 8. v. 9. 16. Phariseus, Luc. 18. 11. Pharisei, Iosue
 5. v. 44. Judzi, 9. v. 34. Simon Magus, Actor. 8. v. 9. Herodes, 11.
 v. 21. Agrippa & Bernice, 25. v. 23. Babylonica Meretrix, Apostol.
 17. v. 1. & 18. v. 7. Superbia mala, Proverb. 11. v. 2. & 22. v. 5.

§ EXEMPLA PROFANA.

Pausanias Lacedæmoniorum dux, ad Plataas victor contra
 Mardonium, cum de manubiis tripodem auream Delphi-
 vorum solvisset, suumque nomen inscriberet: Lacedæmoni-
 pertrasi insolentiam epigramma induxerunt, & civitatum no-
 mina inscripserunt. Herodot.

Julianus Imp. quinquennalia edens, ambicioso diademate usus
 est, gemmarum fulgore distincto: cum initio principatus co-
 ronam vilem gestare consuevisset, se Constantii hostem aperte
 profiteri cepit. Sigon. lib. 6. Imp. occid.

Maximinus junior in salutationibus superbissimus erat, &
 genua sibi osculari patiebatur, nonnunquam etiam pedes. quod
 nunquam passus est senior Maximinus, qui dicebat: Dii prohibe-
 beant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.
 Cum pater plerisque honoratis assurgeret: ille residebat. Utitur
 est & aurea lorica exemplo Ptolomæorum: usus est argenteis
 usus & clypeo gemmato inaurato, & hasta inaurata. Fecit &
 spatas argenteas: fecit etiam aureas: & omnino quicquid ejus
 pulchritudinem posset juvare. Fecit & galeas gemmatas: fecit &
 baculas. Capitolin. in Maximino juniore.

§ HIEROGLYPHICUM.

IN Divinis sanè literis pro arrogantia atque superbia Cervix ac-
 cipitur: quare Psalm. 130. Impiorum concisas cervices, legos pro
 edomita superbia. Pier. Valer. lib. 32. pag. 303. B.

Vide Hieroglyph. in loc. de Anima. Consule quo-
 que loc. de Arrogantia & Fastu.

• SUPER-

Demonax
 nunqua
 Ensm. lib. 8
 idem cuic
 monax. pro
 dicitur exi
 tus? Erasmi
 Thurgus.
 luctuque, q
 esse creditis
 facians. Pla
 Leorychid
 convolutu
 portentum
 circumplex
 Socrates c
 esse morige
 sine superb
 ea religio
 form. 22.
 Idem è fi
 cultos dixi
 suspendit: a
 Leorychid
 ria. & his a
 tatis: tam
 phel sacris
 inquit, ô d
 infelicitate
 Annibal
 gnare plac
 to, inquit,
 credere?)
 Lucullus
 rum, & m
 quinquag
 nas Octol
 quodam a
 inauspica

SUPERSTITIO.

§ APOPHTHEGMATA.

Demonax acculatus, quod nunquam sacrificasset Minervæ: nunquam, inquit, existimavi illi meis victimis opus esse. *Erasm. lib. 8. apophth.*

Idem cuidam dicenti: eamus in Æsculapii templum, ô Demonax, pro filii salute deprecaturi Deum: adeone, inquit, superstitium existimas Deum: ut nos nisi in templo non sit auditurus? *Erasm. lib. 8. apophth.*

Lycurgus. Cùm Thebani consulerent *Lycurgum* de sacrificio lectuque, quem illi Leucotheæ solent facere: si inquit, Deam esse creditis, ne ligetis: sin hominem, ne ut Deæ rem divinam facias. *Plut. in Lacon.*

Leotychidas. cùm portæ *Leotychidi* proximæ clavis draco circumvolatus esset complexus, idque augures affirmarent esse portentum: mihi inquit, nequaquam videtur: si clavis fuisset circumplexa draconem, portentum erat. *Plut.*

Socrates dicebat superstitionem superbiz, tanquam parenti esse morigeram: & sanè omnis superstitiosus est superbus: nec sine superbia prodierunt tot superstitiones, falsæ sententiæ circa religionem, & detestandi cultus à superstitione infecti. *Stob. form. 22.*

Idem è ficu quadam fructus decerpenti *Diogeni*, quùm horti custos dixisset: ex ista arbore antè paucos dies homo quidam se suspendit: at ego, inquit, illam purgabo. *Laert. lib. 6.*

Leotychidas. *Philippus* quidam erat profitens *Orphei* mysteria, & his alios initiare solitus. is quùm esset extremæ paupertatis: tamen apud *Leotychidam* dicebat, eos qui apud ipsum *Orphei* sacris initiati essent, post obitum fore beatos: quin igitur, inquit, ô demens, quàm ocyssimè vitam abrumpis: ut desinas infelicitatem tuam ac inopiam deplorare? *Plut. in Lacon.*

Annibal. Rex *Prusias*, cùm apud eum *Annibali* exulanti pugnare placeret, negabat se audere: quòd exia prohiberent: antu, inquit, caruncule vitulinæ mavis, quàm imperatori veteri credere? *Cic. lib. 2. de Devin.*

Lucullus. quùm in *Armenia* cum decem millibus armatorum, & mille equitibus, adversus *Tigranem* tenderet, centum quinquaginta hominû millia habentem in exercitu, pridie nonas *Octobris*, quo die prius *Scipionis* copiz deletæ fuerant: quodam admonente, quòd *Romani* diem illum ut nefasum & inauspicatum metuerent, ergò, inquit, hodie, alacriter pugnemus:

mus: ut hunc quoque diem ex nefasto sineſtoq; Romanis hilarum & auſpicarum reddamus. *Plut. in Rom. apoph.*

M. Crasſo conſicturo cum Parthis, extra è manibus decidere: hoc tùm cæteris ut in auſpicatum interpretantibus ac prelium diſſuadentibus: hujusmodi, inquit, incommoda multa nobis ſeneſtus adfert: at arma tamen nunquam è manibus mihi ceciderunt. *Plut. in Crasſo.*

M. Cato, verus illud Catonis admodum ſciturum eſt: qui mirari ſe ajebat, quod non rideret aruſpex, aruſpicem cum videlicet. *Cic. lib. 2. de Divin.*

§ SIMILITUDINES.

SI fieri poteſt, lippitudinem auferimus ab oculis: ſi id non licet, non tamẽ eruiamus oculum: ita ſi ſuperſtitio tolli profuſus non poteſt, non tamen protinùs credendum, nullos eſſe Deos. *Plutar.*

Licet ſeruis, quibus ſpes non eſt libertatis, ad principis ſtatuam confugere, venditionem poſtulare, mutare domitium durius habiti ſunt, quàm ferre poſſint: ſuperſtitioſis nec hoc licet. *Plut.*

Quidam dùm ſtultè fugiunt latrones aut feras, in avia incidunt, & in barathra, aut præcipitia: ſic quidam ſuperſtitioſi ira fugiunt, ut incidant in impietatem, cum in medio ſit pietas. *Plutarch.*

Ut tremunt, qui urſorum aut draconum luſtra adeunt: ſic ſuperſtitioſi cum tractant divina, exiſtimantes Deos ſemper paratos ad nocendum. *Idem.*

Carbunculi ignis & nomen & ſpeciem habent: cum ignem non ſentiant: undè & apyruſtæ dicti: ita quidã pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum à re ſint alieniſſimi. *Eraſm.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Hetruſci Romanæ ſuperſtitionis magiſtri fuerunt: ad quos ſex patriciorum filii ſingulis annis Religionis addiſcenda ergò mittebantur. *Valer. Max. lib. 1. cap. 1.*

Cuncti Fæminas ſuperſtitionis duces & auctores eſſe exiſtimant. Ex enim ſunt, quæ viros ad Deorum cultus, ad dies feſtos, ad venerationes, ad preces invitent ampliùs: rarumquẽ eſt, ut vir quiſpiam ſine uxoribus ſolus degens, talis reperiatur. *Strab. lib. 7. ex Menandro.*

Rome publicè Febri fanum in palatio dicatum eſt. Orbomæ ad ædem Larium ara: & malæ Fortunæ Exquilis. quam obrem major cœlitum populus etiam quàm hominum intelligi poteſt: cum ſinguli quoq; ex ſemetiſſis totidem Deos faciunt: ju-
nones

nones Geni-
Nationem

gionibus ſer-

De Polono-

ſtianiſimum

Lituani

cos. Arbore-

Cromeræ lib-

Qui ſub

pannum qu-

quicquid p-

rucrit, hoc

mine adora-

Indi omni-

ſictosve ſta-

Zung.

Pervana-

horum ani-

rum ſpecie-

Vide l-

Lysander

ad null-

quidem, in-

Phocion

te unicum

ſaretur: p-

occideretur

bonos into-

lum. Et h-

ne ſuſpicio-

apoph.

Olympia

lippum m-

torius ven-

preter in-

ingenium

beneficii,

habes. Er-

nonnes Genio: quæ adoptando sibi. *Plinius lib. 2. cap. 7.*

Nationem esse omnium Gallorum admodum deditam religionibus scribit. Caesar lib. 6. de bello Gall.

De Polonorum & Sclavorum idololatria antè susceptum Christianismum. Cromerus lib. 3. differit.

Lituani olim superstitionisissimi fuere: Ignem, Fulmen, Lucos, Arbores proceras: Viperas item & Serpentes colebant. Cromerus lib. 15.

Qui sub polo habitant arctico, Solem & Lunam adorant: pannum quin etiam rubeum in pertica suspensum: nonnulli quicquid primo diluculo in cælo, terra vel aquis vivum apparuerit, hoc ipsum usque ad crepusculum eiusdem diei pro numine adorant. *Platus Magnus lib. 3. cap. 2.*

Indi omnes multos diversosq; Deos colunt eos habent pictos fictosve statuis: nempe ligneis, terreis, argenteisve. Theatr. Zuing.

Pervana regio Deos, avium forma, tygridum, cervorum & aliorum animalium exhibet: interdum etiam caudatos Satyrorum specie. Ioan. Metellus.

Vide Religio.

SUSPICIO.

§ APOPTHEGMATA.

Lysander militem, qui de via deflexerat, castigavit: ei dicenti, ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse, ne speciem quidem, inquit, rapturi præbeas volo. *Erasm. lib. apoph.*

Phocion Athenienses cum ex oraculo intellexissent, in civitate unicum tantum esse virum, qui cunctorum sententiis adversaretur: populus vociferans, jubebat illum statim inquiri, ut occideretur. Phocion autem cum varias suspiciones esse in viros bonos intelligeret: Ego sum ille, inquit, de quo dixit oraculum. Et hæc quidem ideò dixit in summo constitutus periculo: ne suspicio ad innocentem aliquem devolveretur. Plut. in Grec. apoph.

Olympias quum accepisset Alexandrum filium (ut alii, Philippum maritum) adamare sceminam, à qua putabatur amatoris venenis corruptus, accersivit ad se mulierem: quumque præter insignem formam comperisset in ea mores liberales, & ingenium egregiè dextrum valeant, inquit, qui te insimulant beneficii, nam tute quidem pharmacum in te ipsa ac philtrum habes. Eras. lib. 6. apoph. eæ Plut.

§ SIMI-

§ SIMILITUDO.

UT morbus in corpore non admittente, quod proprium est multarum noxiarum & absurdarum rerū gignit appetentiam: ita calumnia suspicioq; adversus cognatos & domesticos, malas & noxias aliorum necessitudines inducit. *Plutar.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

Suspicionis exempla: Abraham, *Genes. 20. vers. 11.* Laban, *30. v. 20.* Jacob, *37. v. 33.* Putiphar, *39. v. 19.* Fratres Joseph, *49. v. 18.* Filii Israël, *Ios. 22. v. 11. 12.* Socer Samsonis, *Iudic. 15. v. 2.* Eli, *1. Samuel. 1. v. 13.* Saul, *20. v. 30. & 22. v. 8.* Principes Philisthæorum, *29. v. 4.* Principes filiorum Ammon, *2. Samuel. 10. v. 3. 1. Paralip. 19. v. 3.* Rex Syriæ, *2. Reg. 5. v. 5.* Assuerus, *Esth. 3. v. 11. & 7. v. 8.* Ierias, portæ custos, *Ierem. 37. v. 2.* Atarhas, *43. v. 2. 3.* Tortores Eleazari, *2. Macchab. 6. v. 28. 29.* Discipuli, *Matth. 14. v. 25. 26. Actor. 9. v. 26.* Simon Phariseus, *Luc. 7. 35.* Judæi, *Actor. 2. v. 13. & 21. v. 29.* Plebs & Magistratus, *16. v. 24.* Lyfias, *v. 38.* Barbari, *28. v. 4.*

Vide Calumnia.

TACITURNITAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quam plures vidi loquendo in peccatū incidisse, vix quiete loqui. Scio loqui plerosque, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cum sibi loqui nihil prosit: sapiens est ergo qui novit tacere. *Ambros. lib. 2. de offic.*

Silendi patientia, opportunitas loquendi, & contemptus divitiarum, sunt maxima fundamenta virtutum. *Idem ibid.*

Diū considera, quid loquendum sit, & adhuc tacens provide, ne quid dixisse peniteat. sapiens ut loquatur, multa prius considerat: quid, aut cui, quo loco, vel tempore dicat. *Hieronym. in quadam epist.*

Ille scit rectè dicere, qui & ordinatè novit tacere. *Gregor. in moral.*

Et loqui & tacere perfectio est. Est autem utriusque partis causa, verborum tenuisse mensuram. Aliquoties nimia taciturnitas stultitiæ adscribitur: sicut & verborum nimietas ad fastidium refertur, secundum illud sapientis: est tacens, non habens sensum loquelæ, & est tacens, sciens tempus aperi temporis: de qua re si nostri sententiam requiras arbitrii, jam malo aliquis

aliquis in tacendo stultus, quàm nimium loquendo judicetur
insanus. *Valer. Episc. in quodam serm.*

Hæc regalis procul dubio virtus celerius necessaria sentire,
& tardius in verba prorumpere nescit enim pœnitenda loqui,
qui proferenda suo prius tradit examini. *Cassiod. lib. 3.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Senec. in Hypolito.

Alium silere quod voles, prius sile.

Horat. lib. 1. Epist. ad Quint.

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Ovid. lib. 2. Eleg. sive amor.

Quis minor est autem, quàm tacuisse labor?

Horat. Satyr. 4. lib. 1.

*Fingere qui non visa potest. commissa tacere
Qui nequit; hic niger est, hunc tu Romane cæreto.*

Juvenal. Satyr. 9.

*Hæc soli commissa tibi celare memento:
Et tacitus nostras intra te fige querelas.
Nam res mortifera est: inimicus pumice levius:
Qui modo secretum commiserat, ardet & odit.*

Terent. in Eunuchis.

Tu pol, si sapi, quod scis, nescias.

Horat. lib. 1. Epist.

*Arcanum neq; tu scrutaberis ullius unquam
Commissumq; teges & vino tortus, & ira.*

Ovid. lib. 2. de Arte amand.

*Eximia est virtus prestare silentia rebus:
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.*

¶ APOPTHEGMATA.

Dlogenes apud quendam, qui se philosophum profitebatur,
cum ipsa re non esset: vah miser! dixit: cur id, quod opti-
mum est in vita philosophi corrumpis, & verbis audes te philo-
sophum jactare? *Ibid.*

Aristoteles quidnam in vita difficillimum esset sciscitatus? re-
spondit, tacere quæ dicenda non sunt. *Stob. serm. de arcanis.*

Idem interrogatus, quamobrem cum alios doceret loqui,
ipse taceret? dixit: nempe eos quidem ipsa non scindit: cultros
autem acuit. *Anton. & Maxim. serm. de taciturn.*

Theophrastus juvenem in convivio tacentem animadvertens,
dixit:

dixit: si imperitus taces, peritus es: sin verò peritus imperitus taces. *Eod. ferm.*

Democritus cum animadvertisset quendam multa imperitè disputantem: hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur: sed omninò tacendi imperitus. *Eod. ferm.*

§ SIMILITUDO.

UT monas non exit suum finem: sed semper in uno manet, undè & nomen habet: dyas autem initium differentie infinitum: protinus enim per se duplicatur ad multitudinem: ut sermo donec apud unū manet, verè arcanus est & secretus: quòd si ad alterum transferit, jam spargitur in famam. *Plut.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Exemplar taciturnitatis honestæ *D. Maria virgo*. hanc virginem hancfœminæ omnes imitentur: pauciloquam quidem, sed ad miraculum sapientem. *L. Vires de Christiana fœmina lib. 1.*

Disertissimum *Homerus Ulysses*, maximè taciturnum expressit, filiumq; ejus & conjugem & nutricem: siquidem audiam eam dicentem:

Εἴ ζω δὲ ἢ ὑπὲρ κροτῆσιν ὄφους ἢ ἐ σίδηρος

Non fecies ac fortis quercus ferrum nec tacebo.

Apud *Spartanos* in *Phiditiis* natu maximus commonstratis foribus: ταύτη σὺν ἐξέγραται λόγος, audientibus omnibus proclamabat. *Plut. lib. 2. conj. & in Lycurgo.*

Quum *M. Catoni Uticensi*, etiamnum puero, vitio daretur taciturnitas (nec enim cum pueris exercebatur, nec à quoquam audiri volebat) ait: carpant taciturnitatem: modò vitam probent. Et addit: tùm demum abrumpam hoc meum silentium: cum ea loqui potero, quæ sunt indigna silentio. *Plut.*

Leena meretricula, cum nullis tormentis adduci potuisset: ut consilia *Harmodii* & *Aristogitonis* tyrannicidarum deegeret: statuat apud Athenienses æneam meruit. *Iphicratis* opus *Leena* scilicet, cui ob taciturnitatē lingua adempta esset. *Alc. ab Alex. lib. 1. cap. 30. ex Plin. lib. 34. cap. 8.*

Papyrius obtaciturnitatem eorum, quæ in senatu consultabantur, puer etiamnum prætexta à Roman. senatu donatus est. *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 6. & Gellius lib. 1. cap. 23.*

Cajus *Cæsar* libertinæ mulieri, quod tormentorum nullo cruciatu adigi potuisset: ut patroni crimen proderet, octingentā donavit. *Suetonius.*

§ HIEROGLYPHICUM.

PER numerum 1095. *Ægyptii* soliti sunt Taciturnitatem indicare.

indicare, c

Vide

tium.

O Mnis Offic.

Nihil el sapientis g quod non dubitatio:

Nihil e disjunctiu

Ut hoc falsa, turp

Quid el tum? Cic.

Insigni probatur.

perception Academic.

Temeritas homin

Cavens temerè af

tempus &

Nos re iniquo, q

ducti & c que non p

dere. Cic.

Pleriq; verunt, p

constanti

D Emon ferve

inquit, ar

Demost.

indicare, causas vide apud *Pterium Valerium lib. 38. pag. 362. F.*

Vide Garrulitas, Lingua, Loquacitas, Silentium.

TEMERITAS.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

OMnis actio vacare debet temeritate & negligentia. *Cicero 1. Offic.*

Nihil est temeritate turpius: nec quidquam tam indignum sapientis gravitate & constantia, quàm aut falsum sentire: aut quod non satis exploratè perceptum sit & cognitum, sine ulla dubitatione defendere. *Cic. 1. de Natur. Deor.*

Nihil est à gravitate sapientis, errore, levitate, temeritate disjunctius. *Cic. 4. Acad.*

Uthocpulcherrimum est, vera videre: sic pro veris probare falsa, turpissimum est. *Cic. 4. Acad.*

Quid est tam facile, quàm quidquam approbare non cognitum? *Cic. 1. Acad.*

Insignis est temeritas. cùm aut falsum, aut incognita res approbatur. Ne hoc quidquam esturpius, quàm cognitioni & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere. *Cic. 1. Academic.*

Temerè affirmare de altero, est periculosum: propter occultas hominum voluntates, multiplicesque naturas. *Cic. Brut.*

Cavendum est, ne incognitas pro cognitis habeamus, hisque temerè assentiamus: sed adhibeamus ad considerandas res & tempus & diligentiam. *Cic. 1. Offic.*

Nos refelli, redarguique patiamur: quod hi ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam, destinatisque sententiis, quasi adducti & consecrati sunt, eaque necessitate constricti: ut etiam que non probare soleant, ea cogantur constantiæ causa defendere. *Cic. 2. Tuscul.*

Plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adama-verunt, pugnacissimè defendere, quàm sine pertinacia, quid constantissimè dicatur, exquirere. *Cic. Lucul.*

¶ APOPTHEGMATA.

DEmonax aliquando in balneis cùm refugeret ingredi aquam ferventior, & alius illum appellaret meticulosum: quid, inquit, an hoc pro patria passurus essem? *Erasm. lib. 8. apoph.*

Demosthenes, quum Athenienses gestirent Harpalo ferre sup

Cccc

petias, jamquē in Alexandrum armarent: derepentē apparuit
Philoxenus, quem Alexander maritimis negotiis præceperat
hic, quū populū metu attonitus consilēseret: quid faceret
inquit Demosthenes, si solem videant, qui non possunt obire
lucernam? ita populo temerarios motus exprobravit. *Erasm.*
lib. 4. apophth. ex Plutarcho.

Antigonus cūm audivisset filium in extraordinario confictū
ab hostibus interfectum esse. nihil aliud dixit, quā sero nimis
interiisti, mi fili, qui tam temerē in hostes te conjeceris, neque
tuæ salutis, nec meorum mōitorum memor. *Erasm. in Deinde*
matatione de morte.

Fabius Maximus audiens *Minutium* collegam, qui feliciter
nonnullos hostes jam dejecerat, multum laudari, ait se magis
secundam *Minutii* collegæ fortunā, quā adversam pertimescere.
Sentiens, illius temeritatem periculosissimam esse *Romanæ*
publicæ. *Plutarcho. in Roman. apophth.*

Idem Minutius, quūm *Fabium* tanquam cunctatorem in loco
natum insulasset, quōd præ timore pugnam decretaaret, partem
tusq; esset cū *Fabio* copias, eoq; invito prælium cum *Annibale*
iniisset: ita est, inquit *Fabius*, non celerius, quā rimui, deper
hendit fortuna temeritatem. *Brusoni lib. 3. cap. 16. ex Plutarcho.*

Augustus *Cæsar* eos, qui levem ob causam periculis se exponerent,
similes ajebat esse aureo hamo piscantibus: qui plus de
amni amisso semel hamo acciperent, quā multarum capturarum
lucro posset reparari. *Fulgos. lib. 7. cap. 2.*

§ SIMILITUDINES.

SOL cūm maximē tollitur in altum arduus ad polum sepe
trionalem: tūm minimū movetur: ita quo major est portus
stas: hōc magis coercenda est animi temeritas. *Plutarcho.*

Columbo in volatu pernicitas est: sed dūm plaudit in aere
bi placens, implicatis strepitu pennis capitur ab insidiante
cubi accipitre: ita multi dūm ostendant suās vires, magis quā
utuntur, oblitī sui, præda fiunt inimicis. *Erasm.*

§ EXEMPLA SACRA.

TEMERITATIS exempla: *Israëlitæ*, *Numer. 14. vers. 40. 41. Deuter. 1.*
v. 42. 43. Josaphat, 2. Paralip. 20. v. 22. Joseph & Azarias,
2. Macchab. 5. v. 56. 57. Josias, 2. Paral. 35. v. 22. Petrus, Matth. 23.
*v. 31. Thomas, Ioan. 11. v. 16. Exorcistæ, Actor. 19. v. 13. 16. Temeritatis poenæ exempla: *Israëlitæ*, *Numer. 14. v. 45. Deuter. 1.*
v. 44. Josaphat, 2. Paralip. 20. v. 37. Josias, 35. v. 23. Joseph &
*Azarias, 1. Macchab. 5. v. 59. 60.**

§ EXE

¶ EXEMPLA PROFANA.

A Pud Romanos ignominie causa militibus audacioribus, qui nec animi, nec consilii satis haberent, vena solvebatur: quæ non tam poena, quàm medicina fuit: ut superflua sanguinis parte defluxa, se magis intrâ gyrum rationis continerent. *Alex. ab Alexand. lib. 2. cap. 13.*

Servilius Cæpio consul cum Cn. Manlio, qui quum contrâ Cimbros, in Italiam irruentes, temerariè pugnans, de exercitu xxx. M. hominum amisisset: ex jussu populi Romani, bona ejus publicata, eiqûe imperium primò post Tarquinium abrogatum: ipse in publicis vinculis extinctus: inde tractus & discerptus est ad scalas Gemonias. *Livius lib. 67.*

Vide Audacia, Fortitudo.

TEMPERANTIA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

M Unus temperantiæ est in eo coërendis sedandisque cupiditatibus: quibus contrariamus in ea, quæ nos avertunt à legibus DEI, & à fructu bonitatis ejus, cujus officium est, contemnere omnes corporæ illecebras laudemque popularem. *Augustin. lib. de morib. Eccles.*

Vir temperatus, in rebus hujus vitæ habet regulam utroque Testamento confirmatam: ut eorum nihil deligat, nihil per se appetendum putet. *Idem ibid.*

In temperantia maximè honesti cura, decoris consideratio spectatur & quæritur. *Idem ibid.*

Nec velis delicate vivere, nec ditescere, nec gloriæ cupidus esse: ista enim sunt vitæ corruptio, nos verò non sumus corruptibiles. *Gregor. homil. in Ezech.*

Temperantia facit abstinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudicum, taciturnum, & verecundum. hæc virtus si in animo habitat: libidines frænât, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat, omnia intrâ nos confusa ordinat, cogitationes pravæ removet, scientiam inserit, ignem libidinosæ voluptatis extinguit, mentem placida tranquillitate componit, & toram ab omni semper tempestate vitiorum defendit. *Prosper. de vita contemplat.*

Satius est temerè mittere lapidem, quàm verbum. Pessima res omnibus servire cupiditatibus. Attendamus nobis ipsis: & alios non reprehendamus. multa enim in nobis sunt, propter quæ alio carpinus. *Nisus in sententiis.*

CCCC 2

Cohibe oculos: cum enim non attenderis, circumvolabis.
 Parce utere lingua: sæpe enim profert, quæ melius fuisse cogitasti.
 Corpori solum quantum indiget impende: non quantum cupit. *Idem ibid.*

Delicate vivere ne eligas, amorem enim hujus vitæ conciliat: inimicitia autem adversus DEUM ex utroque nascitur.
 Aversare in vita gaudium: ipsum enim lubricum est, & præcipitat exultantes. *Idem ibid.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Temperantia, est moderatrix omnium commotionum. *Cic. 5. de Finib.*

Temperantia est, qui in rebus aut experendis aut fugiendis ut rationem sequamur, monet: quæ animis pacem affert & quasi quadam concordia placat ac lenit. *Cic. 1. de Finib.*

Nihil reperiri potest tam eximium, aut tam experendum quam istam virtutem, moderatricem animi, temperantiam non latere in tenebris, neque esse abditam: sed in luce esse potestam. *Cic. ad Q. Fr. epist. 1.*

Frugalitatis esse videtur proprium, motus animi appetentem regere & sedare, semperque adversantem libidini, moderantem in omni re servare constantiam. *Cic. 3. Tusc.*

Eas tres virtutes, fortitudinem, justitiam, prudentiam, frugalitas est complexa. *Idem ibid.*

Non potest temperantiam laudare is, qui ponit summum bonum in voluptate: est enim temperantia libidinum inimica. *Cic. 3. Offic.*

Qui voluptatem summum bonum statuit, esse temperantiam nullo modo potest. *Idem 1. Offic.*

Quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore visus velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuasit. *Cic. 2. Tusc.*

His in rebus, quæ tractantur in vita, modum quandam & ordinem adhibentes, honestatem & decus conservabimus. *Idem 2. Offic.*

Mediocritas ad omnem usum, cultumque vitæ referenda est. In omnibus rebus mediocritas est optima. *Idem 1. Offic.*

Modus est optimus: decus ipsum tenere, nec progredi licet. *Orat. ad Brut.*

¶ APOPTHEGMATA.

Alexander quum quidam eum hortarentur: ut Darii filiam uxorem forma præstantes spectaret: turpe futurum dicebat eos qui vicissent viros, à mulieribus vinci. *Curtius.*

Socrates frugalem & rebus suis contentum animi habitum similem esse dicebat vix brevi & amonæ. multum enim gratiæ & parum laboris habet. Laertius.

Idem quærenti, quis ditissimus esset? paucissimis contentus, respondit. Virtus enim suis rebus contenta naturæ opulentiæ est. Stobæus.

Crates cum in forum incidisset, alios ementes, vendentes alios contemplatus: illi, inquit, quod rem inter se contrariam agunt, se beatos judicant: at ego me, quod utriusque, tum emendi, tum vendendi sum immunis. Stob. & Laert.

§ SIMILITUDINES.

UT Athenienses nunquam de pace consultabant, nisi pullati, quemadmodum dicebat Demades: ita nobis non venit in mentem moderator victus, nisi jam febri æstuantibus, & ad motis pharmacis *Plutarch.*

Ut nautæ sereno cælo non nihil laxant vela: cum est suspicio tempestatis, contrahunt: ita corpori rectè affecto non nihil permittendum: contra si quid timebitur morbi, cautius agendum. Idem.

Ut in tranquillitate corpus expeditum redditur adversus imminentem tempestatem: ita tenui victu. parcaquæ, ut medici loquuntur, dicta utendum: ut si incidas in opiparum convivium possis enatare. Plutarch.

Ut navibus sentinæ plenis onus detrahendum: ita corporibus aggravatis subducendus cibus ac potus. Idem.

§ EXEMPLA PROFANA.

Ægyptiorum sacerdotum mores præparet in victu: ac frugè prorsum bonæ, & contemplationi dedita mens, in stuporem usque à Chæremone Stoico narrantur. *Cælius lib. 13. cap. 25. ex D. Hieron. & Diod. Sic. lib. 2. cap. 2.*

Pythagoras philosophus olusculis tantum, & frugibus vescabatur, carnibus abstinebat, potum illi fons tribuit, castus in matrimonio vixit: mox in cœlibatu Damam suam filiam ad virginicitatis votum induxit. Laert.

Demonax philosophus Hadriani tempore, inter alias animi dotes vitam quoque continentissimam egit. Volaterranus libr. 5. Anthrop.

Cleomenes Leonida F. uti in conjugio cum Agiatide Agidis fuit successor: ita quoque studiorum imitator, luxus & voluptatis omnis hostis. Theatr. Zuing.

Numa Pompilius secundus rex Romanorum vitam egit frugalissimam: otio non ad voluptatem & delicias, non ad quæ-

TE TEMPERANTIA. TEMPLUM.

stum: sed ad Deorum immortalium cultum, & ad ipsorum
 turam, quantum poterat, cognoscendam utens. *Plutarch.*

M. Catonis abstinentiæ testis Epirus, Achaja, Cyclades Italia
 maritima pars Asia, provincia Cypros: undè cum pecunia
 deportandæ ministerium sustineret, tam aversum animum ab
 omni Venere, quàm à lucro habuit, in maxima utriusque
 temperantiæ versatus materia. *Valer. lib. 4. cap. 3. Plutarch. in eius
 vita, & Flores in Epitome.*

Tacitus vir consularis, senex & gravis, factus est Romanus
 Imp. omnium assensu: vir temperans, sobrius, & librorum
 ctioni intentissimus. Frugales mensulas holuscis: & legu-
 minibus Pythagoricis instructas, multò lautiores esse dicebat
 quam Milesiorum sumptuosa fastidia. *Guido Bituricensis,*

¶ HIEROGLYPHICA.

PER *Ophiomachum* quem alii *Stellionem* interpretantur, nostræ
 restrem Locustam esse comperimus, Ægyptii *Modestiam*
Temperantiam atque *Continentiam* intelligebant: ea siquidem loco
 pentem oppugnat, voluptatemq; terra prorepentem idem
 lidit. *Vide plura apud Pier. Valer. lib. 28. pag. 263. C.*

Habent etiam Divinæ literæ hieroglyphicum, quod per *Zo-*
nam Cingulata ve significant. præcipuè verò *Temperantiam*, & *Mo-*
derationem, qua fluxæ animorum cupiditates coercentur: Inqui-
 riantia compescuntur, & modus deniq; imponitur rebus. *Vide*
Valer. lib. 40. pag. 393. A.

Vide Abstinentia, Frugalitas.

TEMPLUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

ET sanctuarium meum metuite, ego **DOMINUS.** *Levit. 19.*
 Nunquid spelunca latronum facta est domus ista: in qua
 invocatum est Nomen meum in oculis vestris? *Ierem. 7.*
 Propter malitiam adinventionum eorum, de domo mea
 eiam eos. *Osee 9.*

Facient mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum.
 juxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam
 & omnium vasorum in cultum ejus. *Exod. 25.*

Quis poterit prevalere, ut ædificet ei dignam domum? *Sa-*
 cælum & cæli cælorum capere eum nequeunt, quærens Ego
 sum, ut possim ei ædificare domum? Sed ad hoc tantum: ut ad-
 leatur ingensum coram illo, 2. *Paralip. 2.*

Ergo ne credibile est, ut habitet DEUS cum hominibus super terram? si cœlum, & cœli cœlorum non te capiunt, quanto magis domus ista, quam ædicavi. *Ibid. 6.*

Holocausta eorum & victimæ placebunt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. *Esā. 56.*

Cœlum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum, dicit Dominus. *Ibid. 56.*

Intrabo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. *Ibid. Psalm. 5.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Oda 6. lib. 3.

*Delicta majorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris,
Adesq; labantes Deorum, &
Æda nigro simulacra fumo.*

Propert. lib. 3. Eleg. de Avaritia.

*Torrída sacrilegum testantur limina Brennum:
Dum petit intonsi Pythia regna Dei.
Aut mons laurigero concussus vertice duras
Gallica Parnasi sparsit in arma nives.*

TEMPUS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

OMnia tempus habent, & suis spaciis transcunt universa sub cœlo. *Eccles. 5.*

Omni negotio tempus est opportunitas, & multa hominis afflictio. *Ibid. 8.*

Fili, conserva tempus, & devita à malo. *Eccles. 4.*

Præquam moriaris, in amicum esto beneficus: & pro eo, quod potes, manum illi dando porrige. *Ibid. 14.*

Non defrauderis à die bono, & particula bonæ dici non te prætereat. *Idem Ibid.*

Nemini mandavit impiè agere, & nemini dedit spacium peccandi. *Ibid. 15.*

Videte fratres, quomodo cautè ambuleris: non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus. *Ephes. 5.*

Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater possit in sua potestate. *Act. 1.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Inter temporalia & æterna hoc interest: quod temporale perit, æterna autem non. Diligitur, antequam habeatur: vile scit autem cum advenit, non enim satiat animam, cui verax & certa sedes æternitas, æternum autem ardentius diligitur adeptum, quam desideratum, nulli enim desideranti conceditur plus de illo æstimare, quam si habet: ut ei vile sciat, quum minus invenerit: sed quantum quicquid que veniens æstimare potuerit, plus perveniens invenitur. *August. lib. 1. de doctr. Christ.*

Discernendum est quid præcedat æternitate, quid tempore, quid electione, quid origine: æternitate, sicut Deus omnia in tempore, sicut flos fructum: electione, sicut fructus florem: origine, sicut sonus cantum. *Idem in quod. serm.*

Fallax in temporalibus bonis suavitas: labor & perpetuus mor, & periculosa jucunditas, initium sine providentia: & finis sine poenitentia. *Idem ibid.*

Nil longum, quod finem habet: æternitati comparatum, omne tempus breve est. *Hieron. in Ierem. lib. 1.*

Ne dicas priora tempora meliora fuere, quam nunc sunt: virtutes faciunt dies bonos: vitia malos. *Idem in Eccles. lib. 41.*

Nemo vestrum parvi æstimet tempus, quod in verbis committitur otiosis. Volat verbum irrevocabile: volat tempus irrevocabile: nec advertit insipiens, quid amittat: licet fabulari solent: donec hora prætereat. O donec prætereat hora, quam ad agendam poenitentiam, ad obtinendam veniam, ad accipiendam gratiam, ad promerendam gloriam, miseratio cordis toris indulgeat! donec transeat tempus, quo divinam propitiam re debueras pietatem, properare ad angelicam societatem, discurrere ad amissam hæreditatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem. *Bernh. serm. ad scholares.*

Nil pretiosius tempore, & heu! nihil hodie eo vilius invenitur. transiit dies salutis, & nemo recogitat, nemo sibi perire diem, & nunquam rediturum causatur: sed sicut capillus de capite: sic nec momentum peribit de tempore. *Idem ibid.*

SENTENTIÆ POETICÆ.

Claud. Paneg. 2. in laud. Stiliæ,

*Est ignota procul nostræq; impervia menti,
Vix adeunda deis, annorum squalida mater
Immensa spelunca ævi: que tempore vasto
Suppeditat revocatq; sinus: complectitur antrum,
Omnia qui placida consumit numine serpens,*

Perpetuumq; viret squamis, candamq; reducto
 Ore vorat tacito, relegens exordia lapsu.
 Vestibuli custos vultu longæva decoro.
 Ante fores Natura sedet, cunctisq; volantes
 Dependunt membris animæ; mansura reverendæ
 Scribit jura senex, numeros quid vidit astris,
 Et cerses, stabilesq; moras, quibus omnia vivunt
 Ac pereunt, fixis cum legibus ille recenset;
 Incertum quid Martis iter, certumq; tonantis
 Proficiat mundo, quid relox semita lunæ,
 Pigræq; Saturni, quantum Cytharæa sereno
 Curriculo, Phœbiq; comes Cyllenius erret.

Vergilius lib. 3. Georg.

Et fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Idem lib. 10. Æneid.

Stat sua cuiq; dies, breve & irreparabile tempus.
 Omnibus est vitæ.

Ovid. lib. 10. Metamorph.

Labitur occultè fallitq; volubilis ætas:
 Et nihil est annis velocibus.

Ovid. lib. 15. Metamorph.

Cuncta fluunt, omnisq; vagans formatur imago.
 Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu:
 Non secus ac flumen, neq; enim consistere flumen,
 Nec levis hora potest: sed ut unda impellitur unda,
 Urgeturq; eadem veniens, urgetq; priorem:
 Tempora sic fugiunt pariter, pariterq; sequuntur,
 Et nova sunt semper, nam quod fuit ante relictum est,
 Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta novantur.

Idem lib. 16. Fastor.

Tempora labuntur, tacituq; senescimus annis:
 Et fugiunt freno non remorante dies.

Idem lib. 3. de arte Amandi.

Vtendum est etate, citò pede labitur ætas:
 Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Seneca in Hyppolyto.

Volat ambiguè mobilis alis
 Hora.

Terent. in Andria.

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.

CCCC 5

Vergil. Ecloga 9.

*Omnis fert etas, animum quoque: sepè ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.*

Idem in Elegia de Mæcænatis obitu.

Tempora dispensat ussus, et tempora cultus:

Hæc homines, pecudes, hæc moderantur aves,

Ovid. lib. 15. Metamorph.

Tempus edax rerum, tuq; in vidiosa vetustas

Omnia destruitis. vitiatatq; dentibus ævi

Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Idem lib. 2. de arte Amandi.

Lentescunt tempore cura.

Idem lib. 4. de Ponto.

Tabida consumit ferrum, lapidesq; vetustas:

Nullaq; res majus tempore robur habet.

Cornelius Gallus.

Cuncta trahit secum, vertitq; volubile tempus:

Nec patitur certa currere quemq; via.

Marcial. lib. 9. Epigram.

Quid non longa dies? quid non consumitis anni?

Claudianus lib. 2. in Eutrop.

Quid non longa valebit

Permutare dies?

Olympius Nemesianus Ecloga 3.

Omnia tempus alit, tempus rapit, ussus in arcto est.

Ex Græcis Comicis.

Πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει,

Omnia revelans tempus in lucem eruit.

Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος,

At veritatem tempus in lucem extrahit.

Χρόνος τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

Est tempus orifex atque iudex omnium.

Συμβουλος ἕδεις ἐστὶ βελτίων χρόνος.

Consultor homini tempus utilissimus.

Χρόνος δίκαιον ἀνδρῶν δείκνυει μὲν,

An justus aliquis? tempus id solum indicat.

Χρόνος δ' ἀναρεῖ πάντα, καὶ λήθην ἄγει.

Oblivionem tempus affert omnium.

Μακρὸς γὰρ αἰὼν Συμπορεῖς πολλὰς ἔχει.

Est longa vita plena multis casibus.

Δ' π' π'

Δύτης δὲ πάσης γίγνεται ἰσότης χρόνου.

Medetur omni tempus ægritudini.

Πάντων ἰσότης πῶν ἀναγκαίων καὶ κῶν

Χρόνου ἐστὶν ἴσος, καὶ σε καὶ ἰσότηται.

Quibuslibet necessitas, quæ dat malis

Tempus medetur: & tibi id medebitur.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Effugere nemo potest, quod futurum est, & sapè utile est non scire, quod futurum sit. Miserum est enim nihil proficentem angere. *Cic. 3. de Natur. Deor.*

Nihil est pro certo futurum, quod possit aliqua procuratio ne accidere, ne fiat. *Cic. 2. de Divin.*

Quod semel admissum est, coërceri, reprimique non potest. *Idem de Finib.*

Præterita mutare non possumus. *In Pison.*

Non potest dies esse sæpius, qui semel fuit. *2. de Finib.*

De præteritis non est querendum. *Cic. Cur. Fam.*

Nihil horum temporalium stabile neque solidum est: nos tamen cupimus tanquam aut semper futura, aut semper habituri. *Senec. epist. 69.*

Fluunt omnia, & in assidua diminutione sunt corpora nostra: rapiuntur fluminum more. Quicquid vides, currit cum tempore. homo, fluida est materia & caduca, & omnibus obnoxius casibus. *Idem epist. 67.*

Nemo se iudicat quicquã debere, qui tempus accepit: quum interim hoc unum est, quod ne gratus quidem potest reddere. *Idem epist. 2.*

Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum quotidie est: deterior posterior dies. *Idem in Proverb.*

§ ΑΡΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Thales sciscitatus, quidnam in tota rerum natura esset sapientissimum? respondit, tempus. invenit enim omnia. *Laert. lib. 1. cap. 1.*

Bias dicere solitus erat, vitæ tempus ita metiendum, quasi & diu, & parum victuri simus. *Laert. lib. 1. cap. 6.*

Democritus dixit pretiosissimum impendium esse tempus: πικρὸν καὶ ἀνάλωτον ἀνάλωμα χρόνου. *Plut. in vita Antonii.*

Anaxagoras percontanti, an Lampfaceni montes aliquando mare futuri essent? Anaxagoram respondisse ferunt: ita sanè, nisi tempus defecerit. *Bruson lib. 6. cap. 26.*

Simonides interrogatus, quantum temporis vixisset? Tempus quidem, inquit, exiguum; annos autem multos. *Stob. serm. 9.*

Plinius

Plinius major quàm recitatorem quiddam perpetuam pronuntiantem amicorum quispiam revocasset, & ut repeteret, cogisset: quid, inquit, an intellexeras? quum ille annuisset. Cur ergo, inquit, revocabas? Decem amplius versus ista tua interpolatione perdidimus. tanta erat parsimonia temporis. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Idem nepotem suum ambulantiem videns, objurgavit: poteras, inquit, has horas non perdere. *Idem.*

Cicero, quum accusator Milonis, ex argumento temporis colligens Clodio à Milone structas insidias, subinde rogaret, quo tempore occisus esset Clodius? *Cicero* respondit, seio: voce anticipi significans, è Republica fuisse futurum, si Clodius multò antè fuisset interfectus. *Eras. lib. 3. apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

Sicut unda undam perpetuò propellit: ita dies diem trudit. *Erasmus.*

Ut à corrente flumine tantum habes, quantum hauris: ita ex annis semper euntibus nihil accipis, nisi quod in re duraturas collocaris. *Idem.*

Uri Ciconias nemo advenire sentit, sed advenisse: nemo discedere, sed discessisse: quod noctu clanculumq; faciunt utrumque: ita juventutem nemo intelligit discedere, sed discessisse: & senectutem non sentimus advenire, sed advenisse. *Idem.*

Ut natura non est eadem omnibus locis, neque statuum, nec maris, nec pluviz, nec arborum, nec animantium: ita non oportet hominem ubivis eundem esse, sed cum loco ac tempore variari. *Erasmus.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Veteres *Ægyptii* serpentis imaginem, caudam suam sub guttur attractam, occultantis in manu dextera Saturni stangebant pro anno circuitu, pro tempore, pro ætate, pro immortalitate. Quod verò serpentis in longitudinem porrigitur, & multis complicatur spiris, quæ sunt multarum dierum annorumque series, taciteque proserpit, nullo edito strepitu. Ea quoque causa esse potest suppressæ caudæ, quod tempus aut à præterito, aut à præsentis, aut à futuro consideretur, quæ omnia incerta nobis omninò sunt. Præsens quippè cū instabile sit, & velocissimè transcurrat, vix percipitur. præteritum intueri non possumus: futurum longè minus: quia nondum est, & ejus finis profusus est incognitus. *Pier. Valer. lib. 14. pag. 130. E.*

Annus significatur à veteres, Iani & Apollinis effigiem ponebant

nebant. Vergilius Liberum & Cererem adducit, inquiens in Georgicis:

Vos ò clarissima mundi

Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum

Liber & alma Ceres.

Pier. Valer. ibidem.

Per *Basiliscum* quoque Ægyptii aternitatem significarunt: quod inter serpentium genera, hoc unum interfici vi nō potest: quin imo tanta hinc uni vis inest: ut animalia reliqua solo sibilo fugerent, quo audito ferunt omnes avium cantus coerceri, fruticesq; & herbas non ullo morsu, sed olfactu aspectuque solo enecari.

Pier. Valer. lib. 14. pag. 131. C.

Stella quoque *Temporis* est hieroglyphicum: quia nihil in mundo toto statam temporis legem magis observat, quàm cœlestia corpora, quæ sua quadam lege iterum ac sæpius mota, eodem semper temporis intervallo certisq; periodis eo redeunt, undè ferri ceperant. *Pier. Valer. lib. 44. pag. 437. B.*

Falcem attributam Saturno, cui tempora subjiciuntur, ad significandum *Tempus* nonnulli volunt: quòd tempus omnia metit, execatq; & aufert. *Pier. Valer. lib. 56. pag. 536. E.*

Per *Populum* quoque arborem *Tempus* indicabant: propterea quòd arbor ea bicoloribus sit foliis prædita: ex quo præcipuas ipsius *Temporis* partes, quippè diem ac noctem, referre videantur. *Pier. Valer. lib. 52. pag. 505. C.*

TENACITAS.

§ SIMILITUDO.

IN Chio Dianæ facies est in sublimi posita, cujus vultus intrantibus tristis, exeuntibus exhilarata videtur: ita sordidi quidam adeuntem amicum tristes accipiunt, timentes ne quid petat: aut ne sumptum adferat conviva: at alacres dimittunt abeuntem. *Erasmus.*

Vide Avaritia.

TENTATIO.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Tentationis diabolicæ exempla: in Eva, *Genes. 3. vers. 1. 3.*
2. Cor. 11. 3. Davide, *1. Paral. 21. v. 1.* Jobo, *Iob, 1. v. 11. & 2. v. 7.*
 Christo, *Matth. 4. 3.* Petro, *Luc. 22. 31.* Juda proditore, *Ioan. 13. 2.*
 Anania, *Actor. 5. 3.* Tentare jubemur nos ipsos, num simus in fide, *2. Cor. 13. 5.* Tentationes ad malū non esse à Deo, *Iacob. 1. 13.*

Tentatio

TE TENTATIO. TERRA

Tentatio humana. 1. Cor. 10. v. 13. dicitur illa, quæ ab imbecillitate humana proficiscitur. Tentationes pro lucro ducentes. *Iacob. 1. v. 2.* novit Dominus pios ex tentationibus eripere, 2. Pet. 2. v. 9. nec sinit eos supra modum tentari, 1. Cor. 10. 13. 2. Pet. 2. v. 9. *Apocal. 2. v. 10.* Tentatorum, de quibus fructu tentationis exemplum Abraham, *Genes. 22. 1.* *Iudith 8. v. 21. 22. 1.* *Macchab. 2. 52.* *Hebraic. v. 17.* Jacob: *lucta Jacobi* fuit quædam tentatio, *Genes. 32. v. 14.* *Israëlitarum, Exod. 15. 25. & 16. 4.* *Deut. 8. v. 2. 16. & 13. 3.* *Iudic. 2. 22. & 3. 1.* *Ezechias, 2. Paral. 32. 31.* *David, Psalm. 26. v. 2. & 119. 71.* *Tobias senior, Tob. 2. 12. & 12. 13.* *Abraham, 1. Macchab. 2. v. 54.* *Joseph, v. 53.* *Phinees, v. 54.* *Caleb, 55.* *Josuah, v. 56.* *David, v. 57.* *Elias, v. 58.* *Ananias, v. 59.* Paulus quoque expertum esse spirituales tentationes, & ignita diaboli tela, promptum est colligere ex his locis, 2. Corinth. 2. vers. 11. & 7. v. 5. & 10. v. 4. & 12. v. 7. 1. *Thess. 2. v. 18.* *Ephes. 6. v. 2.*

TERRA.

§ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Lucret. lib. 2. de natur. rerum.

Vnde alma loquentes

*Humorum guttas mater cum terra recepit.
Fœta parit nitidas fruges, arbustaq; leta,
Et genus humanum parit omnia secla ferarum.
Pabula cum præbet, quibus omnes corpora pascunt,
Et dulcem ducant vitam, prolemq; propagent.
Quapropter meritò maternum nomen adepta est.*

Manilius lib. 1. Astronomic.

Ultima subsedit glomerato pondere tellus.

Ibidem.

*Est igitur tellus mediam sortita cavernam
Aëris, & toto pariter sublata profundo:
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem:
Vndiq; surgentem pariter, pariterq; cadentem.*

Lucan. lib. 7. bell. civil.

Capit omnia tellus

Que genuit, cælo tegitur qui non habet urnam.

Lucret. lib. 2. de natur. rerum.

*Cedit item retrò de terra, quod fuit antè
In terras: & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursùm cæli stellantia templa receptant.*

Ovid. lib. 1. de arte Amandi.

Nec tellus eadem parit omnia; ritibus illa

Convenit, hæc oleis: hæc benè farra virent.

Vide Mundus.

TERRÆ MOTUS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

TERRÆ motus exempla: tempore Ozæ regis, *Amos 1. v. 1. Zacharie 14. 5.* Tempore passionis & expirationis CHRISTI, *Matth. 27. v. 54.* Tempore resurrectionis CHRISTI, *28. v. 2.* Tempore Pauli & Silæ incarcerationum, *Actor. 16. v. 26. Vide & Apocalyp. 6. v. 12. & 8. v. 5. & 11. v. 13. & 16. v. 18.*

TESTAMENTUM.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

FILIO & mulieri, fratri & amico, non des potestatem super te in vita tua: & non dederis aliis possessionem tuam, ne fortè te poeniteat, & deprecèris pro illis. *Eccles. 33.*

In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui, distribue hæreditatem tuam. *Ibid.*

Fratres, secundum hominem dico: tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. *Galat. 3.*

Ubi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet, dum vivit, qui testatus est. *Hebr. 9.*

§ SIMILITUDO.

QUISQUIS gravi morbo correptus, tabulas testamenti conscribit, similis est iis, qui marinis fluctibus vehementer agitati, tum primum incipiunt nautica instrumenta debita ordine tractare. *Aristotel.*

§ EXEMPLA PROFANA.

ALEATOR quidam moriens (quasi parum fuisset, in vita lubisse) testamento religiosè cavuit: ut detracta cadaveri suo cute ossibusque omnibus exemptis, ex his tessellæ fierent: ex illa verò membranisque omnibus, mensa, alveolus, fritillaque, quanta fieri posset diligentia, contegerentur. *Pascharius Iustus lib. 1. de Alea.*

Pises 11. eorum Cardinalium testamenta, qui Romæ decessissent, libera esse voluit: qui intestati abiissent, eorum bona ita demum referri in ærarium est passus: si nec propinqui comparuissent. *Campanus in eissè vita.*

TE TESTAMENTUM. TESTIMONIUM.

1109 testamenti à Carolo Magno Saxonibus ademptum. *Ad*
dovico Pio Imp. restitutum. *Amlicus lib. 3.*

Connus Calaois & Cerri comes nobilissimus, Paravione
cà annum salutis 1105. cum liberis careret, reliquit arces
qui prior post obitum suum eas ingrederetur. Estenfer
fortuna primi ingressi, ex legato & Cerri & Calaois facti
domini. *Bernh. Scard. lib. 3. hist. Pat.*

Germanis de bonis testari non licebat: sed si liberi extaren
intestati patris hæreditatem admittebantur: si minus, p
miores propinqui. *Alex. lib. 6. cap. 10.*

TESTIMONIUM ET TESTIS

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.
Exod. 20.

Non junges manum tuam, ut pro impio dicas falsum tes
monium. *Ibid. 23.*

Cum diligentissimè perscrutantes invenerint, falsum tes
dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei, sicut
tri suo facere cogitavit, & auferes malum de medio tui: &
dientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia facer
deant. *Deuter. 19.*

Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur
eius, testem fallacem &c. *Proverb. 6.*

Qui mentitur, testis est fraudulentus. *Ibid. 12.*

Et qui testis est repentinus, concinnat linguam menda
Ibid. ibid.

Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fide
agunt, placent illi. *Ibid.*

Testis fidelis non mentietur: profert mendacium dolo
stis. *Ibid.*

Liberat animas testis fidelis, & profert mendacia veris
Ibidem.

Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loqu
non effugiet. *Ibid. 19.*

Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deridet
iniquitatem. *Ibid.*

Testis mendax peribit. *Ibid. 21.*

Ne sis testis frustrà contra proximum tuum. *Ibid. 24.*

Jaculum & gladius & sagitta acuta, homo qui loquitur
tra proximum suum falsum testimonium. *Ibid. 25.*

Non accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. *Eccles. 4.*

Noli amare mendacium adversus fratrem tuum, neque inimicum similiter facias. *Ibid. 7.*

Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. *Ibid.*

De corde exeunt falsa testimonia, & hæc coinquinant hominem. *Matth. 15. & 19.*

Non falsum testimonium dices. *Exod. 20.*

Deponentes omne mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. *Ephes. 4.*

Nolite mentiri invicem. *Coloss. 3.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Duobus aut tribus testibus stat omne verum: sed illis testibus, qui autè diem hesternum, aut hūdiūstertius non fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci se velint. Inoffensus igitur affectus testium quæritur: ira tamen, ut accusator propius in medium procedat. *Ambr. epist. 66.*

Testibus falsis conjunctis, tardè mendacii falsitas reperitur: quod si separati fuerint, examine judicis citò manifestantur, nam sicut in unitate pravorum grandis est fortitudo: ita in separatione major infirmitas. *Isidor. de sum. bon. lib. 3.*

Testis falsidicus tribus est personis obnoxius, primùm **D E O**, quem perjurando contemnit: consequenter judici, quem mentiendo fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio lædit. *Ibidem.*

Nil est püero teste certius utique quinquenni. nam & ad eos perveit, ut intelligat: & ad eos, quibus fingere non valet. *Ibidem.*

Si quis ea, quæ videt in proximi sui delicto, vel non indicat, vel in testimonium vocatus: non quæ vera sunt, dixerit: peccatum, quod commisit ille, qui celat, ipse suscipiet, & pœna commissi reveritur ad conscium. *Origen. super Levit.*

Sæpè pro malis bonum testimonium dicimus: & de bonis mala dicimus nescientes: & necesse est, ut verècundiam incurrat, qui ignorans aliquid asseverat. Sæpè enim probatur incerta suspicio, quæ viro non convenit Christiano. *Cassiodorus in Psalmo. 118.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenal. Satyr. 8.

Ambiguz si quando citabere testis

Incerteq; rei: Phalaris licet imperet: ut sis

Dddd

*Falsus, & admoto dicitur perjuria taurus:
Summum crede nefas animam præferre pudori:
Et propter vitam vivendi perdere causas.*

Ovid. lib. 1. Eleg. five Amor.

Non bene conducti vendunt perjuria testes.

Plaut. in Truculento.

*Pluris est oculatus testis unus. quàm auriti
Decem: qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciunt.*

Juvenal. Satyr. 13.

*Tàm facile & promum est: superos contemnere testes,
Si mortalis idem nemo sciat. aspice quanta
Voce neget, quæ sit ficti constantia vultus:
Per solû radios, Tarpejaq; fulmina jurant.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

More majorum comparatum est: ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. *Ca pro Rosc. Amer.*

Noluerunt majores nostri (qui judicabant) hanc patere inimicitias viam: ut quem quisque odisset, eum testimonio proferre. Ementiuntur enim sæpè accusatores in eos, quos odierunt. *Pro Fontejo.*

§ APOPHTHEGMATA.

Socrates, eos qui multitudini imperitiæ fidem habent, a se perinde facere: ac si quis tetradrachmû unum contemneret, rejiceret, & acervum è similibus congestum probaret, recipereque. *Erasm. ex Laert. lib. 2. cap 5.*

*Crassus quum Silus testis læsisset Pisonem reum, cui Crassus aderat: prolato crimine, quod se in eum dictum audisse dicebat, potest fieri Silo, inquit Crassus: ut is, undè te audisse dicis, iratus dixerit? annuit Silus. potest etiam, inquit, fieri: ut tu non redire intellexeris, cum id quoq; toto capite annuisset Silus, ut se Crassus daret: subjecit Crassus. potest etiam fieri, ut omnino quod te audisse dicis, nunquam audieris. Hoc adeò præter expectationem, ut Silum testem omnium risus obrueret. *Erasm. lib. 6. apoph.**

*Inter Neronem & Thraseam graves intercedebant inimicitias: verum cuidam multa criminosè jactanti de Thrasea, dicentique causam ab illo perperam esse judicatum: obsticit. Nero exclaimans: utinam me tam Thrasea diligat, quàm est judex reusque & æquus. Hostis hosti testimonium perhibuit de fama periclitanti: nullum autem gravius testimonium, quàm inimici de inimico. *Erasm. lib. 6. apoph.**

§ EXEMPLA BIBLICA.

Testimonii falsi exempla: Doeg adversus Davidem, 1. Sam. 22. v. 9. Psalm. 35. v. 11. Sibæ adversus Miphiboseh, 2. Sam. 16. v. 3. Duorum testium adversus Naboth, 1. Reg. 21. v. 13. Jeriæ adversus Jeremiam, Jerem. 37. v. 12. Principum Sedechiæ adversus Jeremiam, 38. v. 4. Duorum presbyterorum adversus Suttaniam, Daniel. 13. v. 34. Duorum falsorum testium adversus CHRISTUM, Matth. 26. v. 61. falsorum testium adversus Stephanum, Actor. 6. v. 11, 13. Paulum, 24. v. 9.

§ EXEMPLA PROFANA.

MARCUS TULLIUS pro L. Flacco, repudians elevansque Græcorum testimonii fidem: veruntamen, inquit, hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo ei literas, & multarum artium disciplinam: non adimo leporem, ingenio acumen, dicendi copiam: deinde si qua sibi alia sumunt, non repugno. Testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista natio coluit: totique hujusce rei, quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant? Unde illud est, *δαίμων μοι μαρτυρία*: da mihi testimonium mutuum: non Gallorum, non Hispanorum putatur. Totum illud Græcorum est: ut etiam qui Græcè nesciunt, hoc quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. *Theatr. Zuing.*

Tarquinia Vestalis ob donatum Pop. Rom. fundum, qui campo Martio adiacebat: testimonii dictionem inter feminas sola obtinuit. *Plutar. in Poplicola. Gell. lib. 6. cap. 7.* Cajam Tarratiam sine Suffectam vocat.

Leges XII. Tab. falsum testimonium dixisse convictum, de saxo dejici jubebant: quod ab Ægyptiis ductum facile crediderunt, quibus omne perjurium, & veri ludificatio. Dns abjuratio morte luebatur: quod Deo unà atque homines offenderet. Vox subsequens legibus, mitior pœna perjurio data est, quæ verba sunt: perjuri pœna divina: exilium humana dedecus violati jurisjurandi esto. Apud Indos vero de perjurio conatus, manum pedumque, digitis & extremis membris decurabatur. *Alex. lib. 6. cap. 10.*

Lybi vendunt eos omnes, qui testimonium falsum dixerunt, eorumque facultates publicant. *Theatr. Zuing.*

Apud Pisdos, qui falsum testimonium dixissent, de saxo præcipitabantur. *Alex. lib. 6. cap. 10.*

TIMOR

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Qui timet hominem, citò corruet. *Proverb. 29.*
Sicut ornatus arenosus in pariete limpido: & sicut per
in excel'sis, & cæmenta sine impensa posita contrà faciem terræ
non permanebunt: sic contumidum in cogitatione stulti corruet
impetum timoris non resistit. *Eccles. 22.*

Dico vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui occidunt
corpus: & post hæc non habent ampliùs, quid faciant. *Luc. 12.*

Quis est, qui vobis noccat, si boni æmulatores fueritis?
morem eorum ne timueritis, & non conturbemini. *1. Petr. 3.*

Firmamentum est Dominus timentibus eum. *Psal. 24.*

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem circumspiciam
Ibidem 26.

In DEO speravi: non timebo, quid faciat mihi homo
dem 55.

Ne paveas repentino terrore, & irruentes tibi potentias
piorum: Dominus enim erit in latere tuo. *Proverb. 3.*

Servus meus est tu: ne timeas, quia ego tecum sum. *Esa. 41.*

Noli timere: quia redemi te, & vocavi te nomine tuo. Quia
transieris per aquas, tecum ero: & flumina nō operient te: quia
ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non accendet
in te. *Ibid. 43.*

Audite me, qui scitis justum, populus meus, lex mea in
labiis eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphe-
mias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum: sic cor-
det eos vermis: & sicut lanam devorabit eos tinca. *Ibid. 51.*

Quis tu, ut timeas ab homine mortali, à filio hominis
quasi fœnum, ita arefcet? & oblitus es Domini factoris tui:
terendit cœlos, & fundavit terram. *Ibidem.*

Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum: ut eruat
dicit Dominus. *Ierem. 1.*

Si Deus pro nobis, quis contrà nos? *Rom. 8.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 3. *Æneid.*

*Tim verò ancipiti mentem formidine pressis
Obstupui, steteruntq; comæ, & vox facibus hæsit.*

Idem lib. 12. *Æneid.*

*Illi membra noxas solvit formidine torpor,
Arrectæque horrore comæ, & vox facibus hæsit.*

Seneca in Octavia.

Iustum esse facile est, cui vacat pectus metu.

Martial lib. 11. Epigram.

Desperasse jurat, veluti jam rupta sororum

Fila, minus gaudent, qui timuere nihil:

Idem lib. 1. Fastor.

Extimui, sensiq; metu riguisse capillos:

Et gelidum subito frigore pectus erat.

Idem lib. 4. bello civil.

Tam frigidus artus

Alligat, atque animum subducto robore torpor.

Senec. in Hercul. furent.

Frona est timor, semper in pejus fides.

Statius lib. 3. Thebaid.

Tunc plurima versat

Pessimus in dubiis augur timor.

Martial. lib. 11. Epigram.

Res est imperiosa timor.

Vergil. lib. 4. Æncid.

Degeneres animos timor arguit.

Petronius Arbitr. Satyr.

Quantum quisque timet, tantum fugit.

Ovid. Epist. 13. Heroid.

Vires subtrahit ipse timor.

Ovid. Epist. 13. Heroid.

Nos sumus incerte, nos anxius omnia cogit

Que possunt fieri: facta putare, timor.

Senec. in Oedip.

Cujus haud ultra mala

Exire possunt, in loco tuto est situs.

Ibidem.

Solent extrema securos facere mala.

Ausonius in Thaletis sentent.

Crux est, si metuas vincere, quod nequeas.

Seneca in Troade.

Miserrimum est timere, cum spes nihil.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORUM.

NOs & venturo torquemur, & præterito: multa bona nostra nobis nocent. timoris tormentum memoria reducit.

Dddd 3

providentia anticipat: nemo tantum presentibus miser est
Seneca 13. epist.

Plura sunt quæ nos terrent, quæ premunt: & sæpius optine
ne amplius laboramus, quàm re. Citò accedimus opinioni, &
sic vertimus terga, quemadmodum aliquos pulvis motus fugi
pecorum exiit castris, aut quos aliqua fabula sine autore con
terruit: nescio quomodo vana perurbant. Vera enim modum
suum habent: verisimile est, aliquid futurum mali? non istius
verum est, quàm multa inexpectata venerunt: quàm multa ex
pectata nunquam comparuerunt. *Ibid.*

Quid prodest mala accersere, & præsens tempus futuri meti
perdere? Stultum est, quasi ante futurus miser, esse jam mis
rum. Quicquid vereris ne eventas, eventum utique propo
& quodcumque est illud malum, totum ipse metire: actorem
tuum taxa. Intelliges aut non magnum, aut non longum esse
quod metuis. *Idem epist. 24.*

Nemo tam timidus est, ut malit semper pendere, quàm se
mel cadere. *Idem epist. 22.*

Quod nimis volunt miseri, hoc facile credunt: imò quod me
tuunt nimis, nunquam amoveri, nec tolli putant. *Idem in epist.*

Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus: sic om
ne fortuitum incommodum magis instat timentis & aver
Idem in epist. 79.

Multos in summa pericula misit venturi timor ipse malis
fortissimus ille est, qui promptus metuenda patitur. *Ibid.*

Quæ dementia est fugere, cum retroire non possis? quoties
damnatur, qui semper timet. Res vera est, quod qui à multis
timetur, multis timet. Pejuse est regibus, quàm servientibus re
vera: quia isti singulos: illi universos timent. *Idem in Proverb.*

Stultum est timere quod vitari non potest. tutissima est res
nil timere præter Deum. Timidum non facit animum, nisi re
prehensibilis vitæ conscientia mala. *Ibidem.*

¶ APOPTHEGMA.

M Et apontinus quidam Laconi obijcens ignaviam: atqui, in
quit, non parùm alienæ regionis possidemus. ergo inquit
Lacon, non solum ignavi estis, verùm etiam injusti. Signifi
cans, non posse fieri, ut quis meticulosus & imbecillis multum
teneat alienæ ditionis, non fraude partum est. *Ibidem.*

¶ SIMILITUDINES.

C Rocodilus terribilis est in fugaces: fugax contra insequen
tes: ita quidã si concedas ac metuas, tum ferocunt: si stre
nuè contemas & obsistas, statim concedunt. *Plin. lib. 8. cap. 11.*

Ut Cha
rem muta
giant nec
Ut qui
sic nemo
idque tin

T Imidi
17. 11.

Esa. 7. 7.
multi Pri
na, Apocal
exempla:
14. 10. &
1. Reg. 19.

Esa. 7. 7.
25. porce
lena. Ma
vicini Z
Scribæ &
mulierer
28. Luc. 7

melech t
Exod. 14
quinqua
Israëlica
7. 25. Pr
2. Macch

7. 19. 29
Timori
obsterr
31. Israë
5. 7. 8. F
Judith,
Fideles
rio, 10.

A Jun
ut
quæ se
sandre
Soph

Ut Chamæleon, quia pavidissimum animal, subindè colorem mutat: ita qui viribus non polleat, ad varias artes confugiant necesse est. *Plin. lib. 8. cap. 33. & lib. 28. cap. 8.*

Ut qui mortem in malis ponit, non potest eam non timere: sic nemo ulla in re potest id, quod malum decernit, non curare idque timere. *Cicero.*

EXEMPLA SACRA.

Timiditatis exempla: *Israëlitæ, 1. Sam. 13. 6. Samuel, 16. 2. Saul, 17. 11. Israëlitæ, 7. 24. Roboam, 2. Paral. 2. v. 13. 7. Achaza, Esai. 7. v. 2. Nicodemus, Ioan. 3. v. 2. Parentes cæci nati, 9. v. 22. multi Principes, 12. v. 41. Ananias, Actor. 9. 13. timiditatis pœna, Apocal. 21. 8. timiditatis spiritus, 2. Tim. 1. 6. Timoris magni exempla: *Jacob, Genes. 32. 7. fratres Josephi, 43. 18. Israëlitæ, Exod. 14. 10. & 19. 16. Deut. 5. 5. 1. Sam. 7. 7. Saul, 17. 11. & 28. 5. Elias, 1. Reg. 19. 3. minister Elisæi prophetæ, 2. Reg. 6. v. 15. 16. Achaz, Esai. 7. v. 2. discipuli, Matth. 8. 25. & 17. 6. Marc. 6. 49. Luc. 8. v. 25. porcorum custodes, Marc. 5. 15. Petrus, 9. 6. Maria Magdalena, Maria Jacobi, & Salome, 16. v. 5. 8. Zacharias, Luc. 1. v. 12. vicini Zachariæ, v. 65. Pastores, 2. v. 9. Capernaîtæ, 4. v. 36. Scribæ & Pharisei, 5. 26. viri Naïm, 7. 16. Petrus & alii, v. 7. 34. mulieres, 24. 5. Pilatus, Ioan. 19. 8. timor præposterus, Matth. 10. 28. Luc. 12. 5. Timoris, quo mali bonos timent, exempla: *Abimelech timet Abrahamum, Genes. 21. v. 22. 23. Ægyptii Israëlitæ, Exod. 14. v. 24. 25. Saul Davidem, 1. Sam. 18. v. 28. 29. Tertius quinquagenarius princeps Eliam, 2. Reg. 4. v. 13. 14. Gentes Israëlitæ, Nehem. 6. v. 15. 16. Judam Macchacæum, 1. Macchab. 3. v. 25. Principes Demetrii Jonathan, 12. v. 27. 28. Lysias Judæos, 2. Macchab. 11. v. 12. 13. Herodes Joannem Baptistam, Marc. 6. v. 19. 20. custos carceris Paulum & Silam, Actor. 16. v. 27. 28. 29. Timoris Dei exempla: *Abraham, Genes. 22. 12. Joseph, 39. 8. 9. obstetrices Hebræorum, Exod. 1. 17. Ægyptii, 20. Hebræi, 14. v. 31. Israëlitæ, 1. Sam. 12. 18. David, 24. v. 5. 6. 1. Paral. 13. 12. Psalm. 5. v. 8. Babylonii, Cuthzi, 2. Reg. 17. v. 41. Job, Job 1. 8. & 2. v. 3. Judith, 8. v. 8. 9. Eleazar, 2. Macchab. 6. v. 30. Simeon, Luc. 2. 25. Fideles, Actor. 8. v. 2. Ecclesia Christi, 9. v. 31. Cornelius Centurio, 10. v. 2. 22. miles Centurionis, v. 7.****

EXEMPLA PROFANA.

Ajunt *Pisandrum* fuisse quempiã prodigiosa timiditate: adeò ut anxius esset, ne suam ipsius animam alicubui videret, quæ se vivum reliquisset. indè ortum adagium: *Timidior Pisandro. Arasim. in Adag.*

Sophonis, qui se mensibus scripsit, filius, in gratiam Dio-

TI TIMOR, TORMENTUM.

nylii tyranni taxavit Rheginenses: ut ignavos in rebus bellis animique pavidi: quemadmodum testantur Græcorum aliorum collectanea. Hinc proverbium, Rheginis timidi. *Erasmus in Adagis.*

Nerva annum agens circiter sextum & sexagesimum, Romanus princeps factus est. Cum jam undique arcus & stipes eruerentur, aureis que ac argenteis confatis, quas Domitiani locari fecerat, grandis colligeretur pecunia, oborto rumore quasi viveret Domitianus, & afforet: ita trepidare cepit, ut colore mutato, ac voce amissa, vix consisteret: à Parthenio autem confirmatus, recepta fiducia ad solenne delinimentum conversus est, teste *Aurel. Sexto.*

Achill Chironis ferulæ subditus, ejusdem iram timuit: de hoc sic *Ovid. l. Fastor.*

Phyllirides puerum *Athara* præfecit *Achillem:*

Atq; animo molli contudit arte feros,

Qui toties socios, toties perterruit hostes,

Creditur annosum pertimuisse senem.

Quas Hector sensurus erat, poscente magistro,

Verberibus jussas, præbuit ille manus.

Celte Adriæ vicini ad Alexandrum Magnum missis legatis amicitiam illius expectivere: eos ille convivio exceptos rogavit quidnam omnium maximè pertimescerent? responsuros existimans: Alexandri potentiam: cui illi: hoc unum, ne excluderetur. *Strabo lib. 7.*

Vide Metus.

TORMENTUM,

¶ SENTENTIA POETICÆ.

Seneca in Troade.

Coacta dices, sponte quod fari abnuis.

Ibidem.

Verberibus, igne, morte cruciatu eloqui

Quodcuquæ celas adiget in vitam: dolor

E pectore imo condita arcava eruet:

Necessitas plus posse, quam pietas solet.

¶ APOPHTHEGMATA.

*P*heses negavit tormentis opus esse ad explorandam rei veritatem: vino enim id rectius fieri dicebat. *Erasm. Proverb. in vino veritas:*

Clarice

Octaviae Neronis ancillæ, cum ad quæstiones essent pertractæ à Poppea adultera: ut contra Dominam suam testimonium dicerent, responderunt tortoribus: castiora esse muliebria Octaviz, quàm ora ipsorum. Erasm.

Vide Pœna, Punitio.

TRAGOEDIA.

§ APOPTHEGMA.

Gorgius dicebat: Tragœdiam esse deceptionem, qua qui alterum decepisset, & qui deceptus esset, sapientior foret eo, qui non esset deceptus. Fallit quippè Tragœdia, dum tractat rem fictam: sed adeò concinnè, ut verissima esse videatur. Justior autem videtur ille, qui fallendo hominibus prodest: & sapientior est, qui per fabulas confictas discit, quid turpè, quidve sit honestum. *Plut. de audiendâ poetâ.*

Vide Spectacula.

TRANQUILLITAS

Animi.

§ APOPTHEGMATA.

Socrates interrogatus, qui sine perturbatione viverent? qui, inquit, nihil sibi consciant mali. *Ant. in Meliss. part. 2. ser. 77.*
 Bion percontanti quis esset maximè anxius? qui in maximis, inquit, rebus cupit esse fortunatus. Is enim mille curis distorqueatur, ut assequatur ardua, & assequutus æquè torquetur, ne amittat. *Laert. lib. 4. cap. 7.*

Vide Anima, & Animus, Quies.

TREMOR.

§ EXEMPLA SACRA.

Tremoris exempla: Cives Bethel, *Genes. 35. vers. 3.* fratres Joseph, *45. v. 3.* Moab, *Exod. 15. v. 15. 16.* cives Jerichuntini, *Ios. 2. v. 9. 10. 11.* reges Amorrhæorum, *5. v. 1.* Gabaonitæ, *9. v. 24.* Sisara, *Iudic. 4. v. 15.* Philisthæi, *1. Sam. 7. v. 10.* Agag, *15. v. 32. 33.* Syri, *2. Reg. 7. v. 6.* Gentes, *1. Paralip. 14. v. 17.* nationes omnes, *17. v. 21.* Jeroboam, *2. Paralip. 13. v. 15.* Æthiopes, *14. v. 12. 14.* regno Juda vicina regna, *17. v. 10. & 20. v. 29.* viri Juda & Benjamin, *1. Esdr. 10. v. 9.* inimici Israëlitarum, *Nehem. 6. v. 16.*

Dddd 5

TR TREMOR. TRIBULATIO.

Principes Assyriorum & omnes exercitus, *Iudith* 14. v. 17. Perse & Medi, *Esth.* 8. 17. & 9. 2. Job, *Iob* 4. 13. 14. & 21. 5. 6. Ecclesie inimici, *Psal.* 45. 2. & 65. 9. & 76. 6. 8. Ægyptii, *Psal.* 105. 31. Hypocritæ, *Esa.* 33. v. 14. Israëlita, *Ierem.* 30. 5. 6. Ægyptii, *46.* 5. Ammonita, *49.* 5. Ælamita, v. 37. Daniel, & alii quidam, *Dan.* 10. v. 7. 11. populus Judaicus, *1. Macchab.* 7. 18. custodes sepulchri Christi, *Matth.* 28. 4. mulier quædam, *Marc.* 5. 33. Maria Magdalena, & c. *Marc.* 16. 8. discipuli, *Luc.* 24. 22. Moyses, *Actor.* 7. 31. 32. Paulus, *9.* 6. *1. Cor.* 2. v. 3. custos carceris, *Actor.* 16. 29. Felix, *24.* v. 26. Corinthii, *2. Cor.* 7. v. 15.

Vide Formido, Metus, Timor.

TRIBULATIO.

§ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

DE carcere catenisq; interdum ingreditur quis ad regnum & alius natus in regno, inopia consumitur. *Eccles.* 4.

Curatio cessare facit peccata maxima. *Idem* 10.

In paucis vexati, in multis benè disponentur: quoniam Deus tentavit eos, & invenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus eorum. *Sapient.* 3.

Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam rex durus interrogans condemnasti. *Ibid.* 11.

Cum audirent per sua tormenta benè secum agi, commemorati sunt Dominum admirantes in finem exitus. *Ibid.*

Cum das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas: ut bonitatem tuam cogitamus. *Ibid.* 12.

Ad correptionem in brevi turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandit legis tuæ. *Ibid.* 16.

Omne quod tibi applicatum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliactiones. *Eccles.* 2.

Quoniam pius & misericors est Dominus, & remittit in dies tribulationis peccata. *Ibid.*

Vasa figuli probat fornax: & homines justos tentatio tribulationis. *Ibid.* 27.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus. *Psal.* 2.

Posteaquam multiplicatae sunt infirmitates eorum, acceleraverunt. *Psal.* 15.

Disciplina

Disciplina tua correxit me in finem. *Psal. 17.*

Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. *Psal. 22.*

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me.

Psal. 31.

Judex est Dominus his, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu salvabit. *Psal. 33.*

Multæ tribulationes justorum. *Ibid.*

Invoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. *Psal. 49.*

Bonum mihi, quia humiliasti me. *Psal. 118.*

Disciplinam Domini ne abjicias fili mi, ne deficias cum ab eo correperis: quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. *Proverb. 3.*

Sicuti igne probatur argentum & aurum in camino: ita corda probat Dominus. *Ibid. 17.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. II. *Metamorph.*

*Affera crescit hyems, omnique à parte feroces
Cella gerunt venti, fretaque indignantia miscent:
Hic votis numen adorat.*

Idem lib. 3. *Factor.*

*Vincitur Ars vento, nec jam moderator habentis
Utitur: at votis is quoque poscit opem.*

Ovid. *Epist. consol. ad Liviam.*

*Scilicet exigua percussa est fulminis ictu:
Fortior ut possis cladibus esse tuus.*

Vide Afflictio, Adversitas, Miseria, Periculum.

TRISTITIA.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Moror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur. *Proverb. 12.*

Spiritus tristis exiccat ossa. *Ibid. 17.*

Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet corde. *Ibid. 25.*

Date stercram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. *Ibid. 31.*

Summa plaga est mœxor animi, *Ecclesi. 25.*

Tristitiam

Tristitiam longè expelle à te. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. *Eccles. 30.*

A tristitia festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cervicem. In abductione permanet tristitia. *Ibid. 38.*

Quasi tristes semper gaudentes. *2. Corinth. 6.*

Quoniam & si contristavi vos in Epistola, non me poenitet nunc gaudeo. nō quia contristati estis; sed quia contristati estis ad poenitentiam. *Ibid. 7.*

Contristati estis secundum DEUM. quæ enim secundum DEUM est tristitia: poenitentiam in salutem stabilem operatur. *Idem ibid.*

Non contristabit justum, quicquid ei acciderit. *Proverb. 12.*

In mœrore cordis languescit spiritus. *Idem 15.*

Noli esse pusillanimis in animo tuo. *Eccles. 7.*

Fœlix qui non habuit animi sui tristitiam. *Ibid. 14.*

Tristitiam des animæ tuæ, & nō affligas remetipsum in consilio tuo. *Ibid. 30.*

Tristatur aliquis vestrum? oret: æquo animo est aliquis? psallat. *Iacob. 5.*

Mortuum lamentaris, quod sit luce privatus: non minus deploras stultum, quod sensum amisit. *Eccles. 22.*

Modicum plora supra mortuum, quoniam requievit. Luctus mortui septem dies. *Ibid.*

Fili, in mortuum produç lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare: propter delaturam autem amarè fer luctum illius uno die, & consolare propter tristitiam, & fac luctum secundū meritum ejus, uno die vel duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cervicem. *Ibid. 38.*

Flere cum flentibus. *Rom. 12.*

Et qui flent, tanquam non flentes. *1. Corinth. 7.*

SENTENTIÆ PATRUM.

Memoria quasi venter est animi: lætitia verò atque tristitia quasi cibus dulcis & amarus. *Augustin. in lib. confessionum.*

Nulla res ita inebriat, ut animi perturbatio, id est, tristitia: quæ ducit hominem ad mortem, hæc abominanda ebrietas est. *Hieron. super Ioan.*

Vis nunquam esse tristis, benè vive: bona vita semper gaudium habet. *Hug. lib. 3. de anima.*

Qui peregrinationem propriam diligit: dolere etiã inter dolores nescit. Justi autem verba dolore sunt plena: quia quousq; præsentia tolerat, ad aliud loquendo suspirat. *Greg. lib. 7. moral.*

Mitigat

Mitigat vim doloris considerata æquitas ferientis. *Idem ibid.*
 Tanto quisq; perfectior est, quanto perfectius sentit dolores
 alienos. *Idem ibid.*

¶ SENTENTIÆ POËTICÆ.

Martial. lib. 1. Epigram.

*Non luget quisquis laudari Gellia querit
 Ille dolet verè, qui sine teste dolet:*

Claudianus de bell. Get.

Semperque vicissim.

Gaudia præmissi cumulans inopia dolet.

Valer. Flaccus lib. 3. Argon.

*Bis Zephyri jam vela vocant, fiducia mæstis
 Nulla viris: agro assidue mens carpitur æstu.
 Ipse etiam Æsonides, quanquam tristissima rerum
 Castissima ducit, vultuq; præmenda sereno,
 Dulcibus indulget lacrymis, aperitq; dolorem.*

Tibul. lib. 3. Eleg. 2.

Frangit fortia corda dolor.

Ovid. lib. 5. de Tristib.

*Strangulat inclusus dolor, atque cor æstuat intus
 Cogitur et vires multiplicare suas.*

Seneca in Agamemnone.

Magis exurunt, quos secreta lacerant cura.

Ovid. lib. 4. de Tristib.

*Eleg; meos castos: est quedam flere voluptas:
 Expletur lacrymis, egeriturq; dolor.*

Seneca in Troade.

Arbitrio tuo

Implere lacrymis fletus, ærumnas levat.

Ovid. lib. 1. de sine titulo.

At tu ne dubita, minuet vindicta dolorem.

Seneca in Troade.

Lævis est dolor, qui consilium capere potest.

Juvenal. Satyr. 13.

*Quandoquidem accepto claudenda est janua domus.
 Et majoris domus gemitu, majore tumultu,
 Planguntur nummi, quam funera: nemo dolores,
 Emgit in hoc casu, vestem deducere summam
 Contentus roxare oculos humore coacto.*

¶ SENTEN-

¶ SENTENTIA PHILOSOPHICÆ.

Confolationum multæ sunt viæ: sed illa rectissima impetratio, quod dies impetratura est. *Cic. ad Attic. lib. 12.*

Sensim & pedetentim progrediens dolor extenuatur, quod ipsa res immutari solet aut possit: sed id, quod ratio abuerat: usus docet: minora esse ea, quæ sunt visa maiora. *Cic. 3. Tusc.*

Cùm constet ægritudinem vetustate tolli, hæc vis non est die posita: sed in cogitatione diuturna. Ipsa enim cogitatio nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas. *Ibidem.*

Error stultis extenuatur die: ut eùm eadem res maneat, aliter ferant inveterata, aliter recentia. *Cic. 4. Tusc.*

Quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos lucum vetustate tollit, id nos præripere consilio, prudentiaque debemus: neque expectare temporis medicinam, quàm repræsentare ratione possimus. *Cic. Titio Famil. 5.*

Est in tua potestate abjicere dolorem, cùm velis, tempore venientem. *Cic. 3. Tusc.*

Dolor in longinquitate levis, in brevitare gravior esse solet: ut ejus magnitudinem celeritas diuturnitatem alleviatio coalescit. *Cic. 1. de Finib.*

Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. *Serv. Sulpit. Cic. Famil. 4.*

Est tarda illa quidem medicina: sed tamen magna, quam adfert longinquitas & dies. *Cic. 3. Tusc.*

Magnos cruciatus habet morbus: sed hos intolerabiles intervalla faciunt. Summi doloris intensio citò invenit finem. Nemo potest valdè dolere & diù. Sic nos amantissima nostri natura disposuit: ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret. hoc itaq; solatium vasti doloris est. *Senec. epist. 97.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Epictetus interrogatus, quomodo quis hosti dolorem excipere posset? dixit, si quis ita comparet seipsum: ut quàm optime vivat. *Ant. Max. serm. de dolore.*

Idem quomodo expellendus esse dolor, rogatus? respondit: quæ futura sunt, sic æstima, ac sic jam accidissent: deinde addebat. Fac dolore vaces: non ut omninò affectibus carens, breviorum more: nec ut rationis expers, velut insipientes: sed tanquam virtutis cultor rationem habe pro doloris remedio. *Idem.*

Cleanthes perecontatus, quid esset dolor? animæ, inquit, resolutio. *Stob. ferm. 109.*

Democritus dolorem immorigerum animæ torpentis ratione expellendum esse dicebat. *Ibidem.*

Chilon cuidam, propter sua mala dolentis, dixit: si aliorum omnia mala perpenderit, minus ægrè feres tua. *Stob. ibid.*

Quirinus Sophista amicis cum de morte filii consolantibus: quando, inquit, potius apparebo vis, quàm nunc? sentiens, dolorem quidem esse acerbum: sed hoc fortitudinis laudem fore splendidiorem. *Philostatus.*

Hominem Spartanum, sed ruri agentem, quidam objurgavit, quòd prorsus fletui & lacrymis ex intimis visceribus manantibus indulgeret. At is libere, rejectaque animi dissimulatione, respondit: quid facerem, inquiens? non enim ego: sed natura mea mihi luctum excutit. *Ælian. lib. 8. de var. histor.*

Amasis ad quendam filio privatum dixit: si non tristatus es, cum nondum filius esset: ne nunc quidem dolere debes, cum amplius non est. *Stob. ferm. 121.*

Demonax quendam filii mortem inconsolabiliter lugentem, & in tenebris abdutum, adiit: certò promittens se filii umbram ab inferis revocaturum; si tres ex hominum numero sibi nominare posset, qui nullius luxissent obitum. Cumq; is cogitationem per omnes notos circumferens, ne unum quidem reperisset luctus expertum: quid igitur, inquit, te ipsam discrucias homo, quasi novum aliquid acciderit? *Erasm. lib. 8. apoph.*

§ SIMILITUDINES.

UT onera contentis corporibus facilius feruntur: remissis opprimunt: similiter animus intentione sua pressus depellit omnia pondera: remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. *Cic. lib. 2. Tusc. quest.*

Sic in prælio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac viderit hostem, abjecto scuto fugiat: ob eamque causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore: cum ei, qui steterit, nihil tale evenerit: sic qui doloris speciem ferre non possunt, abijciunt se, atq; ita affecti & exanimati jacent: qui autem restiterint, discedunt sapissimè superiores. *Cic. eod. lib.*

Ut in causis non semper utimur eodem statu: sed ad tempus, ad controversiæ naturam, ad personam accommodamus: sic in agitudine lenienda, nam quàm quisque eurationem recipere possit, videndum est. *Cic. lib. 3. Tusc. quest.*

Quæ natura sunt amara, his admixtis quibusdam dulcibus gratiam addimus: ita res per se tristes ratione sunt allevandæ. *Platarchus.*

Ut

Urmusca à lævibus locis veluti speculis dilabuntur: asperitas & cavis insident: sic quidam bonorum oblici, tristitium memoriam urgent ac premunt. *Plut.*

Ut rosa, flos unus omnium longè gravissimus, de spinis nascitur: sic è tristibus & asperis laboribus fructus capitur jucundissimus. *Erasm.*

Ut sapiens gubernator in tranquillitate tempestatem expectat: ita rebus tranquilliss ad dolorem aliquem præparandus est animus. *Plut.*

Ut medica terra diù retinet semina propter asperitatem: ut ferò emergant: ita morborum, ac dolorù causæ in hominibus aliquoties diù latent: donec voluptas in febrem erumpat. *Plutarchus.*

Ut medici in vehementi fluxu pituitæ, non statim succurrunt pharmacis: sed foris admovent, quod tempore coquat humorem, ac tum medentur: ita in recenti dolore tacendum donec tempore mitior admittat consolationem. *Plut.*

Avari cum multa congerant, non fruuntur præsentibus, sublata deplorant: sic qui lugent extinctos, vivis non fruuntur. *Plutarchus.*

Ut suus cuique arbori fructus: ita luctus non est alius fructus, quàm lacrymæ. *Plut.*

Ut semel admissum intrò hospitem, non facilè expellas: ita luctum receptum tua sponte non possis, cum velis depellere. *Idem.*

Qui lippiunt aut alioqui laborant oculis, non sinunt alios admolari manum: atqui lugent, quibusvis sese tractandos exhibent, ut malum, quo laborant, exacerbetur. *Ibid.*

Ut mœstis conducit, si se ad lucem conferant à tenebris: ita lugentibus, si à tristibus cogitationem ad læta transferant. *Plutarchus.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Tristitiæ exempla: In Isaaco & Rebecca, *Genes. 26. vers. 31. Esau, 27. vers. 34. Rebecca, vers. 46. Jacob, 37. vers. 34. Piftore & Pincerna, 40. v. 7. Josepho, 42. v. 24. Jacobo, 43. v. 6. Josepho, v. 40. Samuele, 1. Samuel. 15. v. 35. Jonatha, 20. v. 34. Davide, 2. Samuel. 1. v. 11. & 6. v. 8. Psalm. 35. v. 13. & 38. v. 7. & 42. vers. 6. & 43. vers. 2. & 55. v. 3. Thamar sore uxore Absolonis 2. Samuel. 13. vers. 19. Achab, 1. Reg. 21. v. 5. Esdra, 1. Esdr. 9. v. 3. Nehemia, *Nehem. 2. v. 1. 2. Judæis, Esth. 3. v. 15. Nehem. 8. v. 9. Esdra, 3. Esdr. 8. vers. 72. Tobia & uxore, Tob. 10. vers. 7. Mardocheo, Esth. 4. v. 1. Jobo, Job 1. v. 20. Jeremia, Jerem. 8. v. 21. Daniel, Daniel. 6. v. 10. Demetrio, Herode, *Matth. 23. 22. Confervis.***

110. Daniel. 6. v. 14. Antiocho, 1. Machab. 6. v. 8. 2. Machab. 4. v. 37. Demetrio, 10. v. 22. Alexandro, v. 68. Romanis, 14. v. 16. Herode, Matth. 14. v. 9. Discipulis, 17. v. 23. & 26. v. 22. Ioan. 16. v. 22. Confervis, Matth. 18. v. 31. Divite adolescente, 19. v. 22. CHRISTO, Matth. 16. v. 37. Petro, Ioan. 21. v. 17. Paulo, Rom. 9. v. 2. 2. Cor. 2. v. 3. Philip. 2. v. 27.

¶ EXEMPLA PROFANA.

C N. Pompejus ex acie Pharsalica fugiens, ad Ptolemaeum Ægypti regem confugit: hunc Cornelia uxor comitata, in navicula à Septimio, & Achilla Ægyptio miserè trucidari vidit. *Plutarchus in Pompejo.*

Philoxenus poeta Dithyrambicus, cum Dionysii tyranni poemata non probaret, utpote indocta, in lapidicinas ab eo destrusus est; deinde revocatus illinc amicorum precibus: ubi denuò Dionysium sua carmina pronunciantem audisset, surrexit: & rogatus à Dionysio, quid esset rei? respondit: satius ac potius esse in lapidicinis vitam degere, quàm illius audire poemata. *Erasm. in Adag. is.*

Vide *suprà Dolor, Consolatio.*

TRIUMPHUS.

¶ APOPTHEGMATA.

Q *Vintus Servilius*, vir inter optimates clarus, indignabatur Pompejo concussum triumphum: atque etiam milites complures obsistebant, ne triumphus ageretur: non quòd inviderent Pompejo: sed munera quædam poscebant, quali largitionibus ab ipsis esset emendus triumphus: alioqui milites minabantur, se direpturos pecuniam, quæ in triumpho ferretur. eoquæ Servilius Glauciaque suadebant: ut eam potius inter milites divideret, quàm diripi sineret. Verùm ubi Pompejus respondit, se citius omissurum triumphum, quàm militibus blanditurum: simulquæ laureatos fascēs eis objecit: ut illinc inciperent direptionem: nunc, inquit Servilius, te, Pompei, verè magnum video, dignumquæ triumpho. Non judicabat esse speciosum triumphum: nisi qui citrà ambitum, citraquæ largitiones benè factis redderetur. *Plutar. in Rom. apoph.*

Chrysippus. Cum in triumpho C. Cæsar's oppida eburnea fuissent circumlata, ac paucis post diebus in triumpho Fabii Maximi lignea deportarentur: *Chrysippus* ludens, dixit eas esse thecas oppidorum Cæsar's. Solent enim res pretiosæ thecis muniri. *Eruson. lib. 6. cap. 5.*

Eccc

Stratonicus cum apud Sicyonios vicisset adversum se cithara certantes, consecravit in Æsculapii templo trophæum, cum hac inscriptione: Stratonicus à malè cithara canentibus. *Athenæus.*

Epaminondas. cum Chabrias circa Corinthum paucos Thebanos sub mœnibus avidius pugnantes prostravisset, atq; ob id trophæum erexisset: *Epaminondas* deridens hominem dixit: hinc sanè decebat, non trophæum, sed Hecatæum erectum esse. Veteres enim antè portas in triviis congruenter Hecates imaginem statuere solent, vel ad indicandam viam, vel in gratiam sepulchrorum. *Plut. in apoph.*

Vide Victoria.

TURPITUDO.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nihil est tam tectum, nihil tam aspernandum, nihil hominibus indignius, quàm turpitudine. *Cic. 2. Tusc.*

Nihil est tam contrà naturam, quàm turpitudine. *3. Offic.*

Periculum minus fugiendum est, quàm turpitudine. *Phil. 7.*

Ne turpitudine suscipiatur vitæ cupiditate. *Phil. 13.*

Nihil est malum, nisi quod turpe aut vitiosum est: *2. Tusc.*

Si unum in locum collata sint omnia mala, cum turpitudinis malo non erunt comparanda. *2. Tusc.*

Misera est ignominia iudiciorum publicorum & cujus bonis ex edicto possidentur: hujus omnis fama & æstimatio cum bonis simul possidetur. *Pro Quintio.*

¶ SIMILITUDO.

Ut apud Jureconsultos etiam qui frigidam suffundunt, famili notantur infamia: ita culpandus, qui ad turpia hortatur, non is solum, qui turpia facit. *Erasmus.*

Vide Ignominia, Vitium. Item, Decorum, Honestum.

TYRANNIS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Oedipo.

Qui sceptrâ duro servus imperio regit:

Timet timentes, metus in autorem redit.

Seneca

Seneca in Hercul. furente.

Qui morte multos luere supplicium jubet,
Nescit tyrannus esse: diversa irrogat.
Miserum veta perire felicem jube.

Juvenal. Satyr. 10.

Ad generam Cereris sine caede, & vulnere pauci
Descendant roges, & sicca morte tyranni

Senec. in Hercul. Oeteo.

Quot a pars moritur tempore facti?
Quos felices Cynthia vidit,
Vidit miseros abitura dies,
Rarumq; est faelix idemq; senex.

Valerius Flaccus lib. 5. Argon.

Nec vulgi cura tyranni
Dum suasit modo tuta salus.

Claud. de 4. Honorii Conf.

Qui terret, plus iste timet, fors ista tyrannis
Convenit: in videant claris, fortesq; trucidant.
Munit gladiis vivant, septiq; venenis:
Ancipites habeant artes, trepidiq; minentur.

Perian. per Auf.

Multis terribilis, caveto multos.

Ovidius.

Quem metuit, timet, & quisque perire cupit.

Publ. Syrus.

Multos timere debet quem multi timent.

Malè imperando summum imperium amittitur.

Ex Græcis Comicis.

Εἴτ' οὐχ ἂ πάντων ἐστὶ τὸ μέγιστον κακόν.
Μίχιστον ἀνθρώποισι, τὴν βλάβερῶτατον.
Temulentia ergo nonne maximum omnium
Malorum hominibus pariter & teterrimum?

Τυραννίδος δὲ τῆς πείλει Ἰπυλλεμῆης
Τὸ μὲν πρῶτον πονηδὸν, τὸν δὲ μὲν δὲ Λυπηγῆ.
Vultu tyrannis est quidem latissimo:
Intus dolores sed foet gravissimos.

§ APOPHTHEGMATA.

B las rogatus, quodnam esset ex animalibus perniciosissimū?
Sylvestrium, inquit, tyrannus: domesticorum, adulator.

Plutarchus.

Eccc 2

TY

TYRANNIS.

Thales sciscitatus, quid difficile unquam vidisset? Tyrannum inquit, senem. *Plut.*

Diogenes percontanti quo pacto *Dionysius* uteretur amicis? Ut viribus, inquit: pleni suspendit, inanes abjicit. Significans à tyranno divites occidi, pauperes negligi. *Laert. lib. 6.*

T. Quintius contrà *Philippum* Macedonem missus, quum in colloquium venisset, & *Philippus* obsides postularet: quoniam apud Romanos multi essent Duces: ipse autem solus inter Macedones: scito scommate illius tyrannidem taxans *Quintius* tu nempè, ait, te solum effecisti: quippè qui amicos & cognatos occideras. *Plut.*

M. Antonius quum *Rhodium* insulam vi cœpisset, & in ingressu su salutareretur rex atque dominus: nec rex sum, inquit, nec dominus: sed regis ac domini interfectior. *Plut. in Ant.*

Ælianus si quis (inquit ex *Æsopo*) suem tetigerit, clamat & meritò. Nec enim vellera sus habet, neque lac, nec alud quiddam præter carnes. Statim igitur somniat mortem, cum sciat quibus usibus præstandis usurpari possit. Sunt autem *Æsopici* sui simile tyranni: qui omnia suspicantur & metuunt. Sciant enim, quod sicuti fues: ita & ipsi vitam omnibus debeant. *Var. histor.*

Phalaris dicere solebat: ego, qui expertus utrunque sum: tyrannidi malim subesse, quàm esse. Subditus enim aliorum malorum securus, unum tyrannum metuit: tyrannus autem à eos qui foris insidiantur, & illos per quos servatur. *Stobæus sermone 47.*

Ptolemæus Philadelphus, dicebat in tyrannide cum alia multa esse gravia, tum illud maximè, quòd immeritos occidere coguntur, utilitatis suæ gratia. *Ibid.*

Batto Dalmata à *Tiberio* interrogatus, cur toties cum suis defecisset, & Romanis tantam cladem intulisset? respondit: vos in causa estis, qui ad greges vestros custodiendos non canes distis, aut pastores: sed lupos. *Dion. in August.*

Caligula Antoniz aviz pro sua autoritate monenti, ut quiddam secus ageret: memento, ait, mihi omnia in omnes licere. *Erasm. ex Suet.*

Scurra quidam *Claudii* tyrannidem alludens, ait, in uno abnulo bonos principes posse scribi, atque depingi omnes. *Erasm. lib. 6. cap. 21.*

Ludovicus XII. Gall. Rex, plebem & rusticos dicebat esse paucos seu tyrannorum & militum: tyrannos autem & milites paucos esse dæmonum. *Annal. Franciæ.*

TY

Anaximenes

esse? Tyrannum

Antisthenes

tam in cerro

nes in iusti

Stob. serm. 47.

Timon

ait: macte vi

magnam en

Demosthenes

quit, malus

bus contrar

Argemone

sepulchro q

Hojer

E

Jure periur

nati estis. N

in apoph. La

Aristippus

utilitatis ab

fulsem: no

rari voluiss

U T sigla

deris, i

tissimi viri

vulnerare:

gistratus t

nem nunq

publ. trunc

Quem

asparagur

rum, quâ

pestilens,

Plut. Plin.

Ut hyc

ferarum p

dium: sic

rectione

Catob

los intue

Anaximenes

Anaximenes interrogatus, quid ad familiaritatem difficile esset? *Tyrannus*, dixit. *Stob. serm. 47.*

Antisthenes carnifices tyrannis longè præferrebat: cujus causam interroganti cuidam, respondit: à carnifice quidem homines iniusti interimuntur: à tyranno autem etiam infantes. *Stob. serm. 47.*

Timon Alcibiades crudelitatem notans, redeunti, à concione, ait: maeste virtute adolescens: autoritate tua potentiam auge, magnam enim huic Reipub. perniciem augebis. *Plut.*

Demosthenes audiens quorundam improbari tyrannidem: inquit, malus, & tyrannus, res est inimica bonis civibus, & legibus contraria. *Phavor.*

Argæus iter aliquando faciens per Siciliæ Selinuntem: cum in sepulchro quodam hoc elegiacum legisset:

Hocce Selinuntis quicumque tyrannida Maroris

Extinxere ferus perdidit in foribus.

Jure peristis, inquit, qui ardentem tyrannidem extinguere conati estis. Nam permittendum potius fuit totam cremari. *Plut. in apoph. Lacon.*

Aristippus, cum Dionysius exprobraret *Aristippo*, quod nihil utilitatis ab eo accepisset: verum ais, dixit: si quid enim tibi profuissem: non secus à tyrannide, quàm à comitiali morbo liberari voluisses. *Stob. serm. 47.*

§ SIMILITUDINES.

UT si gladium parvo puero, aut si imbelli seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat: sin ad modum vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa, vel ferri viribus vulnerare: ita cum hominibus enervatis atq; exanguibus magistratus tanquam gladius est datus, qui per se pungere hominem nunquàm potuissent: hic magistratus nomine armari, Rempubl. trucidaverunt. *Cic. pro Sext.*

Quemadmodum agricola non incidit spinam priusquàm asparagum inde ceperit: & Libyes non antè incendunt famentum, quàm thus collegerint: ita Deus non excidit genus regū pestilens, priusquàm hinc fructus aliquis bonus contigerit. *Plut. Plin. lib. 28. cap. 8.*

Ut hyenæ fel, & phocæ coagulium, atque aliæ pessimarum ferarum partes adversus magnos morbos efficax habent remedium: sic Deus pessimis tyrannis utitur nonnunquam ad correctionem vitiorum. *Plut.*

Catoblepas & *Basiliscus* solo aspectu necant. maximè si oculos intueare: ita tyranni nonnulli, solo oculorum coniectu,

nonnullos ad laqueum adigunt. *Plinius lib. 8. cap. 21.*

Aspis pestilentissimum malum non vagatur, nisi cum com-
pare, ea interfectorem pertinacissime persequitur: ita tyranni
filium, aut alium tyrannidis successorem adiungunt, ne delicti
ultor, si quid acciderit. *Plin. lib. 8. cap. 23.*

Crocodylus patitur trochilum aviculam carpere escam e fuc-
cibus suis, non illius amore: sed sui ipsius causa, repurgat enim
rostrum suo os illius: ita tyranni, etiam si quid alicui concedunt,
semper ad suum referunt commodum. *Plin. lib. 8. cap. 25.*

Aquilarum pennæ quoque; aliarum avium pennis admixtas,
cas devorant: ita tyrannis penitus infixa vis est spoliandæ plebis:
ut mortui quoque aliquid auferunt. *Plin. lib. 10. cap. 3.*

Crocodylus, invictum alioqui & perniciosum animal, ta-
men Tentyritas adeo metuit: ut ad vocem etiam expavescat:
ita tyranni cum omnes contemnant: tamen cruditorum lre-
rastiment. *Plin. lib. 8. cap. 15.*

§ EXEMPLA SACRA.

Tyrannorum nequitia & crudelitas. Exempla: Gigantes,
Genes. 6. vers. 4. Nimrod, *10. v. 8. 9.* novus Pharaon, *Exod. 1. v.*
10. 11. 16. 22. & 5. v. 2. 5. 6. 7. Adonibezech, *Judic. 1. v. 7.* Abime-
lech, *9. v. 5. & 23. v. 17. & 27. v. 1. 2.* Jesubenob, *2. Sam. 21. v. 16.*
Jeroboam, *1. Reg. 13. v. 4.* Jezabel, *19. v. 2.* Achab, *22. v. 26.* Ma-
nasses, *2. Reg. 21. 16.* Sennacherib, *Tob. 1. 21.* Nabuchodonosor,
Ind. th. 2. 5. Dan. 2. v. 11. 12. & 3. 19. Holofernes, *Judith. 3. 8. &*
Aman, Esth. 3. 6. hostes Davidis & Ecclesie, *Psalm. 2. 2. & 3. 14.*
& 69. 13. & 80. 14. & 119. 2. 3. Sedechias & Principes ejus, *Ierem.*
38. v. 5. 6. Rex Babylonis, *39. 6.* Antiochus, *1. Macchab. 1. v. 35.*
24. v. 63. 2. Macchab. 6. v. 29. 30. & 7. 1. Demetrius, *7. & 1. 17.*
Tryphon, *13. vers. 15. 16.* Andronicus, *2. Macchab. 4. v. 34.* Rex
Ptolomæus, *v. 46. 47.* Herodes A scalonita, *Matth. 2. 16. & 14.*
v. 9. 10. Marc. 6. v. 26. 27. Pilatus, *Matth. 27. v. 18.* Herodes te-
trarcha, *Luc. 23. 8.* Herodes Agrippa. *Actor. 12. v. 1. 2.* Magistra-
tus impius, *16. v. 22. 23. Festus, 24. v. 27. & 25. v. 2. 12.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Perside liberata à fœda Magorum tyrannide, cum inter septem
tyrannicidas de rerum summa consultaretur. & Otanes qui-
dem democratiam: Megabyzus aristocratiam, Darius verò Hy-
staspis F. regium statum amplectendum censisset: Dario reli-
qui quatuor assenserunt: qui paulò post astu equitum Oebaris
Persarum rex fuit electus. *Herodot. lib. 3.*

Cum *Hyperion Agamemnonis filius*, qui postremus Megaris re-
gnavit

gnavit, pro-
fuit: non
sed annuos
creandos, F

Mardonius
profectus
constituit.

Viginti
bilis, ac f
convellere
ne condit
fuit. Qui
esse velle,

P. Mutius
rio Cassio
nis libera
nus eam p
vem tribu
sul. 3. 413.

Sejanus
cum Drus
sum & ip
lato, Tib
stros & u
pinavit. E
evectura
condem
insultavi

NECTE
nem
magno h

Quo
sed Tyra
Polypum
tionem
nere pa

Vic
tus.

gnavit, propter superbiam & crudelitatem à Sandione occisus fuisset: non esse amplius uni parendū, Megarense censuerunt: sed annuos magistratus, qui vicissim summæ rerum præsent, creandos. *Pausanias in Atticos.*

Mardonius Gobryæ F. Darii gener, in Siciliam cum exercitu profectus, eiecit tyrannis, popularem ibi statum in civitatibus constituit. *Herodot. lib. 6.*

Viguit in Rom. civitate *Tiberii & Caii Gracchorum* summa nobilitas, ac spes amplissima: sed quia statum civitatis conati erant convellere, insepulta cadavera jacuerunt, supremusque humanæ conditionis honos filiis Gracchi, & nepotibus Africani defuit. Quinetiam familiares eorum, ne quis Reipub. inimicus esse vellet, de robore præcipitati sunt. *Val. Max. lib. 6. 3. ex Plut.*

P. Mutius Tribunes plebis omnes collegas suos, qui duce Spurio Cassio id egerant: ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit: unus tribunus eam pœnam novem collegis inferre ausus est, quam novem tribuni ab uno collega exigere exhorruissent. *Theat. Zuing. fol. 347.*

Sejanus homo potens apud Tiberium Cæsarem & superbus, cum Druso aliquando alapam dedisset, eaque de causa, & Drusum & ipsum Tiberium metueret, simulq; speraret. Druso sublato, Tiberium sibi magis opportunum fore: per quosdam ministros & uxorem Juliam stupro sibi cognitam, venenum ei propinavit. Eum verò tandem Tiberius ad magnam auctoritatem evehit, desponsaque Julia Drusi filia, curavit à Senatu capitis condemnandum: ejusq; cadaveri per triduum projecto vulgus insultavit: deindè in Tiberim projecit. *Zonaras.*

§ HIEROGLYPHICA.

N *Tetricorax*, Tyrannidis in hieroglyphicum, ob occultationem scilicet consiliorum, quæ dissimulare potentiores pro magno habent negotio. *Pier. Valer. lib. 20. pag. 190. D.*

Quod si hominem Ægyptii municipii sui longè principem: sed Tyrannica in cives dominatione utentem, notare vellent: *Polyppum & Locustam* appingebant. Locustæ siquidem dominationem videntur exercere in Polypos, primasq; inter eas obtinere partes. *Idem lib. 27. pag. 256. E.*

Vide Regnum, Rex. Item Princeps, Magistratus.

VENIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nullus debita gravioris pœnæ accipit veniam, nisi qualem-
cunque: etsi longè minorem, quàm debeat, solverit po-
nam. *Augustin. de vita Cleric. lib. 10.*

Audisti formam, si septuagies septies **CHRISTUS** peccata
tibi donavit: si hucusque ignovit, & ultra negavit: pone & ulte-
riorem, & ulterius noli ignoscere. *Augustin. de verb. Domin.*

Dicit Dominus, dimitte, & dimittetur tibi. Si ergo prior
dimisi, dimitte illis postea, nam si non dimiseris, revocabo te
& quicquid dimiseram, replicabo tibi. *Idem.*

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito-
ribus nostris. Ne dicas in lingua, ignosco: & corde differas no-
vire enim cum dicas. Vocem tuam audit homo: conscientiam
tuam Deus inspicit. Melius est enim, dum non clamas ore, &
dimittis in corde: quàm blandus ore, crudelis in corde. *Idem de
verbis Domini. serm. 15.*

In hac petitione si mentitur, torius orationis nullus est fru-
ctus. pecuniam aliquando reperere conceditur: sed debitis peccato-
rum petenti veniam, nunquam justè negatur. *Augustin. super
Matth. 6.*

Discas frequenter ignoscere, nec indignationè tenere, nihil
est enim quo possit offendi, cui ignoscendi est consuetudo. *Am-
brosius in Lucam.*

Tantæ pietatis est Dominus **JESUS**: ut ipsi Judæ donaret
veniam, si Christi expectasset misericordiam. *Ibid.*

O formidolosa sententia! si parva fratribus non dimitti-
mus: magna nobis à Deo non dimittuntur. *Hieronymus in Matth.
cap. 24.*

Plurimum interest quo animo quisque parcat: sicut enim
aliquando est misericordia puniens: ita & crudelitas parcens.
Augustin. epist. 64.

Citò parcendum est injurianti, ne veniæ viam tibi interclu-
das. *Idem lib. 4. de civitate Dei.*

Veniam delicti assequutus: si iterum peccat, gravius judi-
cium sibi præparat. *Basiliius in sum. moral.*

Sis humilis ad petendam veniam, facilis ad dandam: & sic
membra erunt in pace. *Bernh. in verb. Apost. serm. 1.*

Multi aliorum vitia cernunt: sua non aspiciunt: & cum ipsi
maximis criminibus obnoxii teneantur, peccata minora fra-
tribus non dimittunt. *Isidor. lib. 3. de summo bon.*

§ SENTEN-

Nostr.
Dum

Det il

Qui, n
Postul
PeccaE Paminona
rat. Pelor
illo rogante
accipi oport
sed quemada
dum est, cui

Artes Phil

donat in g
pissimæ qu
temerè Aca
missaque car
siculum illu

Soph

Sapie

Hac arte co

P Eritam à
stri men
hieroglyphi
referrent, qu
Nemescos, c
diderunt. P

Vide R

Ev

Pag

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Terent. in Phorm.

*Nostrapte culpa facimur, ut malis expediat esse:
Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos.*

Senec. in Agamem.

Det ille veniam facile, cui venia est opus.

Horat. Satyr. 3. lib. 1.

*Qui, ne tuberibus propriis offendat amicam
Postulat: ignoscat verrucis illius. equum est
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.*

§ APOPTHEGMATA.

E Paminondas homini contempto, qui leve quiddam admiserat. Pelopida pro eo deprecante, non ignovit: sed amica pro illo rogante dedit veniam: dicens, ejusmodi munera à scortillis accipi oportere, non à militibus. Paratus erat ad ignoscendum, sed quemadmodum non quævis damus omnibus: ita spectandum est, cui, & in qua causa gratificemur. *Plut. in Græcor. apoph.*

Arius Philosophus. potius Alexandria Cæsar, multis vitam donarat in gratiam *Arii* philosophi: Solstratum tamen, promissimæ quidem linguæ virū: sed qui Cæsari displiceret: quod temerè Academicus haberi vellet, rejecit. At is squalidus promissaquæ cana barba, cepit *Arium*, quocunq; iret, insequi: versiculum illum in ore habens:

Σοφῆς σοφούς σώζειν, ἀν' ἄπιν σοφοί.

Sapientes sapientes servant, si fuerint sapientes.

Hac arte coëgit Cæsarem ignoscere. *Eras. lib. 4. apoph. ex Suet.*

§ HIEROGLYPHICUM.

P Ecitam à Diis sermonis veniam, cum obsecratione, ne nostri memores delicti, ulcisci cogitarent, eo exprimebant hieroglyphico: ut proximum à minimo digitum ad aurem dextram referrens, quod tacto prius ore institutum. Est enim locus ille Nemescos, quàm gestu hoc, ut in aure ostensum, conciliari crediderunt. *Pier. Valer. lib. 344. E.*

Vide Reconciliatio. Item Pœna, Punizio.

V E N U S.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Græcis Comiciis.

*Ἐν πλεθμονῇ γὰρ Κύπρις. ἐν δὲ τοῖς κερῶσι
Πρόσοισιν ὁσὴ ἔστιν Ἀφροδίτη ὄρωτις.*

Ecce 5

Vt saturitatis affecla est semper Venus:

Sic refugit illos, quos premit penuria.

Vide Adulterium, Amor, Libido, Luxuria, Voluptas.

VERBUM.

§ SENTENTIAE PORTICAE

Horat. de arte Poëtica.

Nescit vox missa reverti.

Idem lib. 1. Epist. ad Lollium.

Et semel emissum volat irre vocabile verbum.

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

Quid de quoque viro, & cui dicas sæpe videto.

Ovid. lib. 2. Eleg.

Verba puellarum foliis le viora caduci:

Irritaq; ut visum est, ventus & unda ferunt.

Ovid. lib. 1. Eleg.

Impia sub dulci melle venena latent.

Terent. in Adelphis.

Neq; tu verbis sol ves unquam, quod mihi in re malefeceris.

Horat. in arte Poëtica.

Et sylve foliis pronos mutantur in annos,

Prima cadunt: ita verborum vetus interit etas:

Et juvenum ritu florent modò nata, vigentq;.

Et infra.

Mortalia facta peribunt,

Ne dum sermonum stet honos, & gratia viva.

Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentq;.

Quæ nunc sunt in honore vocabula: si volet usus,

Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

§ APOPTHEGMATA.

A Nicula Theophrasto licitanti quiddam, idq; admodum Atticè hospes, inquit, non vendo tanti: notans illum, quasi non esset Atticus natura, qui supra modum affectaret Atticissimum. id enim solent hospites: dum in aliena lingua volunt videri disertum. *Erasin. lib. 6. apoph.*

Phavorinus ad adolescentem priscarum & jam obsoletarum vocum affectatorem: *Curcius*, inquit, & *Fabricius* dilucidè cum suis fabulati sunt: neque *Aruncorum*, *Sicanorum*, aut *Pelagorum*, qui primi Italiam incoluisse leguntur: sed ætatis suæ verbis lo-

bis locuti sum

loquaris: ver

vis quæ loqu

Roterodam. lib

Melanthos

non vidi, in

quæ se penur

æsi & dndem

Demonax

lebat arguer

sophum velt

lib. 8. apoph.

Cicero M.

conscriptis,

fecissem opo

similiter des

natum offea

Demonax

quaquam ve

interrogo: a

memnon. E

Vide Ga

P Ulchra vi

lum in fa

dum prog: e

tuus. Specu

ipsum vocis

aurem: vox

plina verecu

lib. 1. cap. 19.

Est enim

topa tuior e

davit eum,

lus oratione

ibidem.

Ubique i

individuus,

gnitas. ter

bis locuti sunt: tu verò perindè quasi cum matre Evandri nunc loquaris: verbis jam olim desitis uteris. Quod si intelligis non vis quæ loqueris, non hoc abundè consequèris tacens? *Erasm. Roterodam. lib. 6. apoph.*

Melanthes interrogatus, quid sentiret de tragœdia Diogenis: non vidi, inquit, notavit affectationem Diogenis in scribendo, quæ sæpenuerò non minima obscuritas causa est. *Plus. in lib. 1. de dicit.*

Demonax Phavorini dictionem, ut nimium compositam solebat arguere ridiculè: quod cum ille ægrè tulisset ait: ut philosophum vestis neglectior: ita oratio decet in affectata. *Erasmus lib. 8. apoph.*

Cicero M. Lepidus cum Romæ in senatu dixisset, Patribus conscriptis, ne dicam circumscriptis: Ego, ait *Cicero*, non tanti fecisse in *ὀργιστῶν*. Affectavit autem Lepidus schema vocatæ similiter desinentium: at satius erat schema perdere, quàm Senatam offendere. *Erasm. lib. 4. apoph.*

Demonax quum interrogasset quendam: atque is verbis nequaquam vulgaribus respondisset: Ego, inquit amice, te nunc interrogo: at tu perindè respondes, quasi viveret adhuc Agamemnon. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Vide *Garrulitas, Lingua, Loquacitas, Oratio.*

VERECUNDIA.

SENTENTIÆ PATRUM.

Pulchra virtus est verecundia, & suavis gratia: quæ non solum in factis, sed etiã in ipsis spectatur sermonibus: ne modum progrediatis loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis plerumque in verbis refalget: ipsum vocis sonum liberet modestia, ne cuiusquam offendant aures: vox fortior deniq; in ipso canendi genere: prima disciplina verecundia, imò in omni usu loquendi. *Ambrosius de offic. lib. 1. cap. 19.*

Est enim verecundia pudicitia comites, cujus societate castitas ipsa tutior est. Nonne hæc prætulit publicanum, & commendavit eum, qui nec oculos suos audebat ad cælum levare? Paulus orationem deferri præcepit cum verecundia & sobrietate. *Ibidem.*

Ubiq; in virgine comes singularum virtutum est pudor: hic individuus, debet esse virginitalis. sine quo non potest esse virginitas. tenetur officii pudor, audacia emicat: risus obrept modestia

destia solvitur, dùm urbanitas affectatur. *Ambros. de virginis.*
 Erubescere debemus, & condemnare peccatum, non defendere: quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumularur. *Idem de Abel. & Cain.*

Ingenua liberaliter educata facilius verecundia, quàm metus superat: & quos tormenta non vincunt, interdum vincit pudor. *Hieron. ad Pammach.*

Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare. *Idem ibid.*

Quid amplius verecundo adolescente? quàm pulchra & quàm splendida gemma morum est verecundia, in vita & vultu adolescentis? quàm vera & minimè dubia bonæ spei nuncia, bonæ indolis index? Virga disciplinæ expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientia, fama custos, vitæ decus, virtutis sedes virtutum primitivæ, naturæ laus & insigne totius honesti. *Bernh. super Cant. serm. 86.*

Verecundia foror est continentia: nullum æquè manifestum indicium columbinæ simplicitatis: & ideò etiam relictis est innocentia. lampas pudicitia mentis jugiter lucens: ut nil in ea turpè vel indecorum residere attentet, quod non illa illicò perdat. *Idem ibid.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plaut. in Amphit.

Decet verecundum esse adolescentem.

Plaut. in Trinummo.

Verecundari neminem apud mensam decet.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Custos virtutum omnium, dedecus fugiens, & laudem proximam consequens, verecundia est. *Cic. Part. Orat.*

Moderator cupiditatis est pudor. *Cic. 2. de Finib.*

Sine verecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum. *1. Offic.*

Maximum amicitia ornamentum tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Itaque in eis perniciosus est error, qui existimat libidinum, peccatorumq; omnium patere in amicitia licentiam. *In Lelio.*

Sæpè videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincuntur. *2. Tusc.*

Pudor in bello est maximè periculosus. *Planc. Cic. Famil. 10.*

Grave est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, quo se benè meritum putet: ne id quod petit exigere magis quàm rogare: & in mercedis potiùs, quàm beneficii locum rare videatur. *Cic. Curiõni Famil.*

Pudoris discernit: a tur, virorum mirab.

Verecundium officio pra alienis, rens vultum

Bonum i suffunditur.

est, & tene

Quidam au sunt, quasi c

Nutriend quis erit bon

Recta ing cia. *Idem in 1*

Turpia n tur. *Idem ibid*

Verborum

T Heophras de, inqu part. 2. serm.

Pythias A colorum on

genius gign

M. Cato s quàm qui p

pallor auter

Socrates h prudentiam

in serm. 41.

Verecun 7. 15. M

3. 7. 33. Eliz

A Pud Ph unde de

Cato Major rat, absterfa

Pudoris etiam disciplinam inter defuncta corpora natura discernit: ac si quando cadavera necatorum fluctibus evolvuntur, virorum supina fluctuant, prona foeminarum. *Solin. lib. de mirab.*

Verecundia parens est omnis honesti consilii, tutela solennium officiorum, magistra innocentiae, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore favorabilem praese ferens vultum. *Valer. Max.*

Bonum in adolescente signum est, quum illi ex alto rubor suffunditur: magis in juvenibus apparet, quibus & plus caloris est, & tenera frons: veteranos nihilominus & senes tingit. Quidam autem non magis, quam cum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint. *Senec. 11. epist.*

Nutriendus est pudor: qui quandiu in animo duraverit, aliquiserit bonae spei locus. *Idem epist. 25.*

Recta ingenia debilitat verecundia: prava confirmat audacia. *Idem in Proverb.*

Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor per verba discutitur. *Idem ibid.*

Verborum turpium licentia impudentiae nutritrix. *Idem ibid.*

§ APOPTHEGMATA.

Theophrastus adolescentem erubescens conspicatus: confide, inquit: talem enim virtus habet colorem. *Ant. in Meliss. part. 2. ferm. 71.*

Pythias Aristotelis filia, quum a quodam interrogaretur, quis colorum omnium esset praestantissimus? is, inquit, quem in ingenius gignit pudor. *Erasm. lib. 8. apoph.*

M. Cato sibi magis placere juvenes dicebat, qui rubescerent, quam qui pallecerent: quod rubor arguat probam indolem: pallor autem non item. *Plut. in apoph.*

Socrates hortabatur juvenes, ut haec tria haberent: in animo prudentiam: in lingua silentium: in vultu verecundiam. *Max. in ferm. 41.*

§ EXEMPLA SACRA.

Verecundiae exempla: Sem & Japhet, *Genes. 9. v. 23.* Sara, *18. v. 15.* Mulier sanguinis fluxu laborans, *Matth. 9. v. 20.* *Marc. 5. v. 33.* Elizabeth, *Luc. 1. v. 24.*

§ HIEROGLYPHICUM.

A pud Philologos hieroglyphicum verecundiae Os videtur esse, unde de impudentibus dici solet: Os eos non habere. Hinc Cato Major Lentulo, qui sputum in ejus faciem ejaculatus fuerat, absterse tantum facie, dixit, *Affirmabo omnibus Lentule, falli eos, qui*

eos, qui te negant Os habere. arguè vulgatam hominis impudentiam notando, quamvis de spūti copia dicere videretur. *Pier. Valer. lib. 33. pag. 314. F.*

Vide Pudicitia.

VERITAS.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Veritatem requirit DOMINUS. *Psal. 30.*

Ecce veritatem delexisti. *Psal. 50.*

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque. *Psal. 118.*

Aperite portas, ut ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem. *Esa. 26.*

Veritatem tantum & pacem diligite. *Zach. 8.*

Veritatem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia. *Ephes. 4.*

Fructus lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. *Ibidem 5.*

Quibus adempta est veritas, qui existimant quæstum esse pietatem. *1. Timoth. 6.*

Super omnia vincit veritas. *3. Esdr. 3.*

Omnes populi clamaverunt, & dixerunt: magna est veritas & prævalet. *Ibidem 4.*

Labium veritatis firmum erit in perpetuum. *Proverb. 12.*

Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendaciorum inruditionis tuæ confundere. *Eccles. 4.*

Charitas non gaudet super iniquitate: congauget autem veritati. *1. Corinth. 13.*

Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. *2. Corinth. 13.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Veritas dulcis est, & amara. quando dulcis est, parcit & quando amara, curat. *August. ad Christ.*

Veritas panis est: mentes reficit, nec deficit. mutat vescentem: nec ipsa in vescentem mutatur. *Idem super Ioan.*

Veritatis & sapientiæ pulchritudo, nec multitudine audientium constipata excludit venientes, nec peragitur tempore, nec mitigatur locis, nec nocte interruptitur, nec umbra intercluditur, nec sensibus corporis subjacet. *Idem lib. de liber. arbitr.*

Si de veritate scandalum sumitur: utiliùs permittitur nasci scandalum, quàm veritas relinquatur. *Ibidem.*

Nullus

Nullus rep
nim aut int
sultat, serend
diendus. *Aug.*
Errat qui
quiter vivit.

Qui verita
reus est: ille,
Idem ibidem.

Liberè &
præva vitæ ar
gloss. in 1. ad C

Hæc est co
quantur: sic
rantur. libent

quod nolunt
Mentiri at
in te sit veri

Idem ad Celan
Non mere
Idem in Ezecb.

Nihil est a
veritate facil

Inquirimu
In nobis, nos
compatiendo
Bernhard. de g

Veritas

Quid v

Nat

Obsequ

A'yei d

At ver

T'áλθ

Aliqua

Nullus reprehensor formidandus est amatori veritatis. et enim aut inimicus reprehensus est, aut amicus: si inimicus insultat, ferendus est: amicus autem, si errat, docendus est, & audiendus. *Augustinus. lib. 8. de Trin.*

Errat quisquis se veritatem cognoscere putat, qui adhuc nequiter vivit. *idem lib. de agone Christi.*

Qui veritatem occultat, & qui prodit mendacium, uterque reus est: ille, quia prodesse non vult: iste, quia nocere desiderat. *Idem ibidem.*

Liberè & sine adulatione veritatem prædicantes, & gesta pravæ vitæ arguentes, gratiam non habent apud homines. *Ambrosius. gloss. in 1. ad Cor. 9.*

Hæc est conditio veritatis, ut eam semper inimicitia persequantur: sicut per adulationem perniciosæ amicitia comparantur. libenter enim quod delectat audimus, & offendit omnes, quod nolimus. *Hieron. ad Galat. 4.*

Mentiri atque jurare lingua tua prorsus ignoret: tantumquæ in te sit veritatis amor: ut quicquid dixeris, juratum putes. *Idem ad Celanti.*

Non meretur audire veritatem, qui fraudulentè interrogat. *Idem in Ezéch.*

Nihil est ad defendendû puritate tutius: nihil ad dicendum veritate facilius. *Idem in homil.*

Inquirimus veritatem in nobis, in proximis, in sui natura. In nobis, nosmetipsos dijudicando: in proximis, eorum malis compatiendo: in sui natura, mundo corde contemplando. *Bernhard. de grad. hum.*

§ SENTENTIÆ PORTICÆ.

Seneca. in Troade.

Veritas nunquam latet.

Seneca in Oedipo.

Quid verba queris? Veritas odit moras.

Terentius in Andria.

Namquæ hoc tempore

Obsequium amicos: veritas odium parit.

Ex Græcis Comicis.

Άγει δὲ πῶς τὴν ἀλήθειαν χροῖς

At veritatem: tempus in lucem extrahit.

Ἐρχεται

Τῆς ἀλθείας εἰς φῶς ἐπίστ' ἔχεται χρόνος

Aliquando non quesita prodit veritas.

Ἡ γλῶσσ'

Ἡ γλῶσσο' ἀμαρτάνουσα τὰ ληθῆ λέγει.
Inesse lingue veritas lapsa solot.

Ἐλευθέριον γὰρ ἀνδρὸς τὰ ληθῆ λέγειν.

Qua vera sunt loqui virum ingenium decet.

Ἀεὶ κερύβειον ἐστὶ τὰ ληθῆ λέγειν,

Ἐν πινυλῇ καί εἰ. πύτ' ἐγὼ παρεγυῖμ

Εἰς αἰσφάλειαν τῶ ὄϊω πλῆ-σεν μείρο.

Est temporum omni vera proloqui optimum;

Hoc facere adhortor: quippe quod sit roboris

Secure ad ævum transigendum maximi.

Οὐκ ἔστιν οὐτε ζῶντος φος μὲ τούς θεούς,

Οὐτ' ἀνδρίων τὸ ποιός, ὅσις ἀν πλάσσει

Κάλλος τειῆτον, οἷος ἢ ἀληθεί' ἔχει.

Haud arte tantam pictor ullius affe qui

Statuariusve pulchritudinem queat,

Tantum & decorem, veritatis quantus est.

¶ ΑΠΟΡΗΤΗΓΜΑΤΑ.

Aristippus interrogatus, quàm ob causam sic ipsum argueret Dionysius? ob eandem (inquit) ob quam cæteri. Significans, philosophi libertatem omnibus esse molestam: non igitur mirandum, si Regi. *Laert. lib. 2.*

Thales olim interrogatus, quantum à mendacio distaret veritas? Quantum, inquit, oculi ab auribus. *Erasm. lib. 8. apophthegm.*

Demosthenes interrogatus, quid DEO simile haberent homines? respondit: Benignè facere, & veritatem amare. *Maximus ferm. 8.*

Themistocles Eurybiadæ quiddam adversum eum dixisset, ille quæ baculum intentasset: verbera, inquit, intrepidè: modo quæ dico audias. Noverat enim ea, quæ dicturus erat, è Republica fore. *Ælian lib. 3. de var. histor. Plut.*

Pythagoras interrogatus, quid DEO simile facerent homines? cum veritatem exercent, respondit. *Stob. ferm. 11.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Veritas odium parit. Exempla: Fratres Josephi, *Genes. 37. vers. 4. 8.* Balaam, *Numer. 24. vers. 10. 11.* Abimelech *Judic. 9. vers. 2.* Saul, *1. Samuel. 20. vers. 33.* Baasa, *1. Reg. 16. vers. 7.* Achab, *22. vers. 27.* 2. *Paralip. 18. vers. 26.* Acha, *2. Paralip. 16. v. 10.* Joas, *24. v. 21.* Ozias, *26. v. 19.* Holofernes & ejus magnates, *Judith 5. vers. 24. 25. 26.* Sedecias, *Ierem. 32. v. 3.* Joacim, *36. vers. 23.*

vers. 23. Principes Juda. *38. vers. 4.* Babylonii, eò quòd Daniel probavit Bel non esse DEUM verum, indignantur, eumquè in locum Leonum conscribendum curant, *Dan. 14. v. 27.* Herodes *Matth. 14. v. 4. Luc. 3. v. 19.* Principes Sacerdotum & Pharisei, *Matth. 21. v. 45.* Pharisei & Legisperiti, *Luc. 11. v. 33. 54.* Principes Sacerdotum & Scribæ, *20. v. 19.* Mundus, *Ioan. 7. v. 7. & 17. v. 14.* Pharisei, *9. v. 28.* Judæi, *15. v. 24. Luc. 4. v. 28. Act. 7. v. 57.* Principes Sacerdotum, *5. v. 33.* Hostes Pauli, *9. v. 23. 29.* Galatæ, *Galat. 4. v. 16.* Veritas tandem vincit, *Proverb. 28. v. 23.* Veritas CHRISTUS, *Ioan. 14. v. 6.* Evangelium, *2. Petr. 1. v. 12.* Veritas cinctorium renum, *Ephes. 6. vers. 14.* Veritas DEI in promissionibus, *Genes. 32. v. 16.* Veritas in Judicibus, *Exod. 18. vers. 21.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Persæ filios tam sanctis moribus imbuerunt: ut illorum disciplina nil addi posse videretur: & per omnes ætatis gradus illud præcipuè suis inculcarunt: ut fugientes mendacium, veramper loquerentur. *Herodot. lib. 1. & Plutarchus in libello ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀναγκαστικῆς.*

Aldus Abbas veritatis studiosissimus fuit. De eò tria commemorat *Heraclides* in sua historia: quod nunquam sit mentitus: nunquam alicui maledixerit: nunquam citrà necessitatem locutus sit. *Heraclid. Theatr. Zuing.*

Epaminondas Thebanus tam severus veritatis cultor fuit: ut in loco quidem mentitus sit. *Alexander ab Alexandro libr. 9. cap. 10.*

T. Pomponius, Eques Romanus, & amicus Ciceronis (ob linguam Atticus dictus) mendacium nec ipse dicebat, nec pati poterat. quapropter omnes ei res suas amici curandas certatim dabant: consiliumquè ab eo de Republica, dequè rebus magnis petebant. *Corn. Nepos.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Gypcii veritatem ex humano corde gutturi appenso ἕρπον γλυφικῶς indicabant. de quo vide prolixè apud *Pier. Valer. lib. 41. pag. 135. C.*

Sol veritatis est hieroglyphicum, quia ratione videlicet is solus unus est. duplicia enim & multiplicia sunt veritati contraria. simplex igitur sit necesse est, quod verum censeari debeat. *Pier. Valer. lib. 44. pag. 430. F.*

Quod si etiam *Ægyptii Pomum Persicum* adherescente folio uno tantum pinxissent, *Veritatis id signum erat*: quippè quòd ea species aquam cordi conjunctam ostendit, ac perinde sermo cordis

FFF

VE VESTIS, VESTIMENTUM.

ipſius penetralia adaperiat: non aliud quippè ſentiat, aliud præloquatur. *Pier. Valer. lib. 54. pag. 527. F.*

Vide Mendacium.

VESTIS, VESTIMENTUM.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non induetur mulier veſte virili: nec vir utetur veſte feminea, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hoc. *De ſernom. 22.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Nolo, ut de ornamentis auri vel veſtis properatim habeat prohibendo ſententiam: niſi in eis, qui neque conjugii ſunt, neque conjugari cupientes, cogitare debent, quomodo placeant Deo. *Auguſtin. ad Poſſido.*

Animadvertendum eſt, non in ſolo rerum corpore ornamento atque pompa: ſed etiam in ipſis ſordibus luſoſis eſſe præjactantiam, & eo periculoſiorem, quò ſub nomine ſervituti Dei decipit. *Idem lib. de ſer. Dom.*

Quanta amentia eſt, effigiem mutare naturæ, pieturâ quæſere? tolerabiliora propemodum in adulterio erimina ſibi ubi enim pudicitia: hæc natura adulteratur. *Idem ibid.*

Ornamentorum ac veſtigium inſignia, & lenocinia fornicularum, non niſi proſtitutis & impudicis fœminis congruunt: nullarum ferè pretioſior cultus, quàm quarum pudor vilis eſt. *&c. Cyprian. de habitu virginum.*

Vince veſtem, quæ virgo es, quæ Deo ſervis: vince aurum, quæ carnem vincis & ſeculum: nec monilium aut veſtium queſere ornamenta, ſed morum. *Idem ibid.*

Fœminæ manus Deo inferunt, quando id, quod ille formavit, reformare & tranſfigurare contendunt: neſcientes, quod opus Dei eſt omne quod naſcitur: Diaboli quodeunque mutantur. *Idem ibid.*

Deleſ pieturam Dei, mulier: ſi vultum tuum materiali colore oblinias: ſi exquiſito rubore perfundas. *Ambr. in hexamer.*

Veſtes pullas æquè devita, ut candidas: ornatus & ſordes parimodo fugiendi ſunt: quia alterum delitiis, alterum gloria dolet. *Hieron. in epiſt. ad Nepo.*

Inter ſericum & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & formoſus, intellige te nudum, conſeſſum, ſordidum, mendacem. *Idem in epiſt.*

VE

Si vir vel n vocaverit: eſt patietur æter Hieronym.

Quod pro res ipſa teſtat ab aliis non p Vanum co enim ſuperflu dum enta, an poris cultus, Bernhard. in a

Sericus & p ſunt: auro & mentis & cor

¶ Rates à M rem Ath phraſtum vol ostenderet fla phraſtum, qu Greci à con omnibus ad u ne in conſtrin

Ariſtoteles videret: adole temperabis, e Xantippe Se ſic ad ſpectar

¶ Grandi cauſa: Diſtor.

Diogenes eſt depellendum ſic enim tunc

¶ Diogenes cu videret: non indecorum e ſibi vendicari

¶ proficentur ſ ub. 6.

¶ Idem cum

¶ Si

Si vir vel mulier se ornaverit, & vultus hominum ad se provocaverit: etsi nullum inde sequatur damnum: iudicium tamen patietur æternum: quia venenum attulit, si fuisset qui bibere. *Hieronym.*

Quod pro sola inani gloria vestimentū pretiosius quæritur, res ipsa testatur: quia nemo vult ibi pretiosi vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri. *Gregor. in homil.*

Vanum cor, vanitatis notitiam ingerit corpori. Exterior enim superfluitas: Interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta, animi molliciem indicant. non tantū curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus: *Bernhard. in Apolog.*

Serico & purpura indutæ. Christum sincerè inducere nō possunt: auro & margaritis adornatæ, & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdidit. *Cyprian. lib. de habitu virgin.*

§ APOPTHEGMATA.

Crates à Magistratu objurgatus, quod præter leges ac morem Atheniensium sindone vestiretur: ait, quid si Theophrastum vobis ostendam sindone amictum? dissidentes, ac ut ostenderet flagitantes adduxit ad constrictam, ostenditq; Theophrastum, qui tūc fortè tondebat, linteo amictum, quod Greci à contegendis humeris ἀμυγλιον vocant: submonens omnibus ad usum uti licere. Nam si per se turpe esset uti linteis: in constricta quidem esset honestum. *Laert. lib. 6. cap. 5.*

Aristoteles cum adolescentem sumptuosiori toga comptum videret: adolescens, ait, num aliquando à cultu isto immodico temperabis, oviū virtute parto? *Stob.*

Xantippe Socratis, cum vellet quandam vestem induere, atque sic ad spectandam pompam prodire, ille dixit: hanc non spectandi causa: sed potius, ut specteris habes. *Ælian. libr. 7. de var. hist.*

Diogenes cum ab *Antisthene* Atheniensi petisset tunicam ad depellendum frigus, iussit Antisthenes, ut duplicaret pallum: licet enim tunicæ speciem præbiturum, admonens, oportet hominem uno vestitu contentum esse. *Laert. lib. 6.*

Diogenes cuidam sibi placenti, quod Leonis exuvio reclusus incederet: non tu desines, inquit, virtutis stragulas pudefacere? Indecorum esse censuit, quod homo mollis Herculis amictum sibi vendicaret. Idem dici potest de iis, qui prodigioso amictu profitentur sanctimoniam, vita non respondente. *Æraf. ex Laert. lib. 6.*

Idem cum adolescens quidam comptior Diogeni proposuif-

VE VESTIS. VESTIMENTUM.

set quæstiunculam: non tibi prius, inquit, responsurus sum, quam sublati vestibus ostenderis, utrum masculus sis, an femina? ex cultu parum virili, notavit illius molliciem. *Laert. lib. 6.*

Idem cum videret adolescentem quempiam sese ornantem: Si ad viros, inquit, frustra: si ad foeminas injuste. *Erasmus de Plutarcho.*

Idem divitem quendam indoctum, sed splendide vestitum, *ἄεσσιμηλον* appellat, hoc est, ovem aureo vellere. *Laert. lib. 6.*

Pausanias Cleombroti F. admirantibus quibusdam barbarorum vestium sumptum: Melius esset, inquit, ipsos multifici, quam multifacienda possidere. *Erasm. ibid.*

Lysander pretiosas vestes, quas Dionysius ad filias ipsius miserat, non accepit, dicens: vereor, ne his amictæ turpes videantur. *Plutar. in Lacon. apoph.*

Demonax cuidam, qui purpura indutus sese insolentius ostentabat, in aurem dixit: Heus tu, hoc antè gestabar ovis: significans illum nihilominus stupidum esse, si gestaret purpuram. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Alexander Severus cum humili vestitu contentus sæpenumero incederet, reprehensus ob id, aulicis suis respondit: Imperatoriam majestatem constare virtute, non corporis cultu. *Lamprius.*

Idem Gemmas omnes, quas reperit in palatio, vendidit: & aurum in ærarium contulit, dicens: viris gemmas usui non esse: matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo atque inauribus & baccato monili, & corona in qua sacrificarent: & unico pallio auro sparso, & cyclade, quæ plus sex uncis auri non haberet. Hic cultus hodie vix sufficit negotiatorum uxoribus. *Lamprid.*

Alphonsus quum vestitu cultuque corporis non multum differeret à popularibus suis: admonitus à quodam, ut regio ornata incederet, respondit: Malo moribus & autoritate meo excellere, quam diademate & purpura. *Panorm. lib. 1. de reb. gest.*
Alphonsi. Aeneas Sylv. de ejus dictis.

§ SIMILITUDO.

Quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frena: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est, æstimat. *Seneca.*

Vide Ornatus.

VETI.

VETITA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 3. Eleg. five Amor.

Nititur in vetitum semper, cupimusq; negat:
Sic interdictus imminet eger aquis.

Ovid. lib. 2. Fastor.

Quoque minor spes est, hoc magis ille cupit.

Idem lib. 3. Eleg. 4.

Quicquid servatur cupimus magis, ipsaq; firens
Præda vocat: pauci, quod sinit alter amant.

Seneca in Hercule Oerco.

Illicita amantur, excidit quicquid licet.

Plautus in Trinummio.

Minus placet magis quod suadetur: quod dissuadetur,
placet.

Ovid. lib. 3. Eleg.

Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas
*Semina nequitie languidiora facit.**Vide Abstinencia, Temperantia.*

VETULÆ.

¶ APOPTHEGMATA.

LAmiam meretricem senescentem Demetrius Rex amabat, parum sobriè. quum igitur de ea rex apud aliam, quæ & Demetrius dicebatur, gloriaretur, & appositis bellariis diceret: vides quam multa mihi mittat Lamia? Plura, inquit, tibi mittentur a matre mea: si velis cum ea dormire. notans anus solere donatæ, à quibus subiguntur. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Phryne jam anus dixit: à multis hæcem emi propter vini gloriam. sentiens, multos ideò secum congregari: ut gloriari possent cum Phryne rem habuisse. Sicut vini magni nominis etiam sex emitur. ut jactare possint. se tale vinum habere domi. *Ibid.*

Vide Mulier, Uxor.

VICINIA.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Mercatore.

*Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:**Aliquid mali esse propter vicinum malum.*

ffff 3

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

Ecquid
At te post paulò ventura pericula sentis.
Nam tua res agitur paries cum proximus ardet:
Et neglecta solent incendia sumere vites.

Juvenal. Satyr. 2.

Dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures. Sicut grex totus in agris
Vires scabie cadit, & porrigine porci,
Vraque conspecta livorem ducit ab ura.

Juvenal. Satyr. 15.

Inter finitimos vetus atque antiqua simultas:
Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Laudanda est, vel etiam amanda vicinitas: retinens veterem illum officii morem: non infuscata malevolentia, non infusa mendacii, non fucata, non fallax, non crudita artificiosum mulationis, vel suburbano, vel etiam urbano. Cic. pro Planc.

¶ APOPTHEGMATA.

Hesiodus scitè dixit: tantum damnum est ex malo vicino, quantum ex bono commodi: & nactus est premium, quia nactus est bonum vicinum. In operibus.

M. Cato admonēbat eos, qui agros empturi essent: ut ante omnia adnīmadverterent: ne malum haberent vicinum. Erasmus Roterod. lib. 5. apoph.

Themistocles cum pradium quoddam vendere vellet, hoc quoque praconem addere iussit: ὅτι καὶ ἀγαθὸς ἔχει γείτονες: id est, Quod vicinos haberet etiam bonos: quasi vicini commendatione futurum esset longè vendibilius. Stob. serm. 35.

Tullii Drusii ædes pluribus ex partibus vicinorum prospectatebant. hoc incommodum faber se quinque talentis emendare velle promittebat. Tum Drusius: decem talenta tibi dabo: si domum meam ita pares: ut undequaque pateat omnium oculis, quò non vicini tantum: sed omnes cives perspicere possint, quomodo domi meæ vivatur? Erasmus lib. 6. apophthegm. Plutarch.

Diogenes, Lacone quodam laudante Hesiodi carmen scilicet: Non peribit bos utique, nisi affuerit malus vicinus: Diogenes excipiens: atqui, inquit, & Messenii perire, & corundem vcs. Idem.

Una præ
quia pro
das vicinitas
Utin re r
sed magni r
fatis est, si te
bus habeas c

A Thoms
ces vicin
corum mori
gere consue
ntenses, qui
in Adagis.

Messenii c
Cynicus cui
stus Carme

Ovid
Nec p

Diogenes:
onia vobis c
ordæ monii:

lib. 21. cap. 33
Norum e

Man

Vide C

Ipsa r

Ordin

Non

Aure

Cessa

Verf

Pom

§ SIMILITUDINES.

Una præcipue movet inferiora, non quod efficacior, sed quia propior: ita multum habet momenti ad res conficiendas vicinitas. *Erasmus.*

Utin re rustica non satis est, teipsum bonum esse colonum: sed magni refert cuiusmodi habeas & vicinum: sic in vita non satis est, si teipsum integrum virum præstes: sed refert cum quibus habeas consuetudinem. *Plin. lib. 10. cap. 5.*

§ EXEMPLA PROFANA.

Ἀττικὸς πείροικε & id est, Atticus advena: in violentos & feroces vicinos dicebatur. Duris apud Zenodorum ait, ex Atticorum moribus natum, quod olim finitimos è sedibus suis exigere consueverint. Craterus inde manasse putat: quod Athenienses, qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint. *Erasm.*

Μεσσηνίου ob viciniam Spartanorum periêre Id quod Diogenes Cynicus cuidam Spartiatæ exprobravit. (laudanti Hesiodium illud Carmen, in *ἑρῶσις*;

Οὐδ' ἂν βῆς ἀπόλοιτο, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. Id est,

Nec pereat bos utique, nê affuerit vicinus malus.) Respondit

Diogenes: atqui & Messenii periêre & corundem boves, in vicinia vobis constituri. Quippè Messenam bello afflixerant Lacedæmonii: quod disertissimè amplius persequitur. *Pausan. Cæl. lib. 21. cap. 39. A. L.*

Norum est illud Maronianum:

Mantua, heu! misera nimium vicina Cremona.

Vide Conversatio, Consuetudo.

VICISSITUDO
Rerum.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. ad Pisonem.

*Ipsa vices natura subit, variatâq; cursum
Ordinat, in versis & frontibus explicat annum.
Non semper fluidis adopertis nubibus æther,
Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis.
Cessat hyems, madidos & siccatur capillos:
Ver fugit æstates: æstatum terga lacepsit
Pomifer autumnus, nubibus cessaturus, & undis.*

FFFF 4

Terent. in Eunucho,

Omniū rerum vicissitudo est.

Plaut. in Amphyt.

*Nam in hominum etate multa eveniunt hujusmodi;**Capiunt voluptates, mox rursus miseriae:**Irae interveniunt: redeunt rursus in gratiam.**Verum irae, si quae forte eveniunt hujusmodi**Inter eos, rursus si revertuntur in gratiam est:**Bis tantò amici sunt inter se, quam prius.*

§ SIMILITUDO.

UT in rerum natura, quae spectatissimè florent, celeriter marcescunt, veluti, Rosae, Lilia, Viola, cum alia durent in hominum vita, quae florentissima sunt, citissime verentur in diversum. *Erasmus.*

Vide Fortuna.

VICTORIA.

§ SENTENTIAE POETICAE.

Ovid. lib. 2. de arte Amandi.

Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

Idem lib. 1. Eleg. 21

*Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem?**Cedamus: leve fit quod bene fertur onus.**Vidi ego jactatas mota face crescere flammās:**Et vidi nullo concutiente mori.*

Seneca in Hercule furente.

*Cum victor arma posuit, & victum decet**Deponere odia.*

Seneca in Troade.

*Noscere hoc primum decet,**Quid facere victor debeat, victus pati.*

Seneca in Troade.

*Quodcumq; libuit facere victori, licet.**Minimum decet libere, cui multum licet.*

Statius lib. 8. Thebid.

*Si decidit hostis,**Ire super satis est, vitamq; relinquere victo.*

Vergil. lib. 2. Aeneid.

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

§ APO

¶ APOPTHEGMATA.

Diogenes in Olympiis præconem ita pronuntiantem, Doxipus viros vicit: correxit Diogenes: Hic, inquit, mancipia: sed ego viros. Significans, eos qui tertarent Olympia, non esse viros: sed gloriæ mancipia. Philosophus vincit viros. *Laert. lib. 6.*

Mithrydates victus à Cn. Pomp. non tantum seipsum & filios, sed totum etiam regnum victori sua sponte obtulit: præfatus, neminem alium neque Romanum, neque ullius gentis virum futurum fuisse, cuius se societati commissurus foret, quam Cn. Pompejum. Proinde omnem sibi adversam vel secundam, cuius auctor ille esset fortunam, tolerabilem futuram. Non enim esse turpe ab eo vinci, quem vincere esset nefas: neque ei inhoneste aliquem submitti, quem fortuna super omnes extulisset. *Vellejus Patere. & Cuspinianus in Consulibus.*

Brennus capta urbe à Gallis Senonibus, diuque obsidione oppresso Capitolio, pactum est inter Romanos Brennumque Galorum Regem: ut obsidio ea lege solveretur: ut Romani mille pondo auri penderent. In illa fortè auri pensatione Brennus, de altera lance gladium cingulumque ferreum apposuit: interrogante autem Sulpicio, quid hoc esset? quid aliud, inquit, nisi opprobrium victis? *Plut. in Camillo.*

Phæbidus, cum essent Lacedæmonii in pugna Leuctrica Martis aleam experturi, cuidam dicenti: Hic dies declarabit virum bonum: Præclarus, inquit, dies, qui possit declarare virum bonum in columem præfagiens, in eo prælio plurimos egregios viros fortiter occubituros, quos ipse patriæ maluisset incolumes. *Plut. in Lacon.*

Alphonseus, cum gravi atque diutino bello confecto jam triumpharet: victos tamen & captos hostes triumphantium more currum præire non passus est? Ob hostes servatos rectius, quam cæcos, triumphandum esse dicens. *Panormit. lib. 1. de Alphonse reb. gestis.*

Lysander, Lacedæmonii præficiabant pædotribas, qui pueros ad luctam exercebant: ut virtutis esset certamen, non artis. Unde & *Lysander* interrogatus, quo pacto à Charaonte victus esset? respondit, vario artificio. *Plutarch.*

¶ SIMILITUDINES.

Inscito in oculos sago, legi sine ullo negotio capitur, alioqui inexpugnabilis: ita facillimum est potentissimum etiam domare, modo cognitum sit illius ingenium. *Erasmus.*

Sicuti Leo citius sævit in virum, quam in scæm inam: pueros

Ffff 5

non nisi summa fame coactus attingit: simplicibus ac prostratis parcit: ita potentes infirmioribus debent ignoscere: vires alios experiri, quos vincere pulchrum sit. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Victoriæ exempla: Vide Bellorum divina virtute confectorum exempla.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Hostilius Manlius Consul, cum triginta millia milicum sub signis haberet, à quatuor Numantinorum millibus victus, fœdus cum illis icere coactus est, sibi & Reipublicæ ignominiosum. *Theatr. Zuing.*

M. Servilius vir conf. vicies & ter amplius pugnavit ex provocatione, ac semper victor in castra reversus est hostilibus spoliatus. *Sab. lib. 4. cap. 6. ex Plut. & Paul.*

Ioan. Petrus Surra Bergomensis, decies septies ex provocatione victor evasit. *Ioannis lib. 12. hystor.*

Demetrius Antigoni F. CLXXX. navibus Ptolemæi ducentas naves ad Cyprum vicit. Ptolemæus citato cursu, cum solis oculo navibus profugit: neque enim plures ex omnibus evasere. Ceteræ parum in prælio depressæ. LXX cum propugnatoribus & sociis navalibus captæ. *Plut. in Demet.*

Xerxis Persarum regis exercitus Leonidam Spartanorû Regem cum ccc. sociis ad internecionem cæcidit. *Herodotus.* Græcorum XI. myriades, hoc est, centum decem millia, cum xxx. myriadibus Persarum (præter auxiliares Græcos, quorû non erat numerus) ad Platæas contrâ Mardonium Xerxis ducem feliciter pugnarunt. *Herodot. lib. 9.*

Epaminondas Thebanorum dux, quatuor hominum millibus ex quibus cccc tantum equites erant, Lacedæmoniorum exercitum viginti quatuor millium peditum, equitum verò mille sexcentorum vicit. *Front. lib. 4. cap. 2.*

Syracusii novem triremibus invadentes centum & viginti triremes Carthaginensium longè superiores exiterunt. *Alian. l. 4.*

Leonidas Spartanorum Rex, cum ccc. sociis ad Thermopylas, Xerxis Persarum regis exercitum sustinuit: ut quamvis omnes cæsi fuerint: victores tamen eo ipso censi debeant, quod Xerxem paulò majoribus copiis vinci potuisse ostenderunt. *Sab. lib. 6. cap. 7. & Volat. lib. 16. Anthrop.*

Conon dux Atheniensium, navali prælio victus à Lyfandro Lacedæmoniorum duce, eundem post terrestri prælio victi, & Atheniensibus libertatem restituit. *Plut.*

Nicephorus lib. 7. cap. 47. dicit Constantinum Magnum bello contrâ

contrâ Byzantium cruci signo hostes 49. auctorem ydiss

MAlta

pluri

Romano

Athenie

volatus in

figatos h

lib. 20 pag

Propte

rum cono

ter esset ex

gnificaret.

idem lib. 2

Vide

QUæ

secre

litus est,

fiat. 1. T

Anys

minacit

Vidu

buncur a

cur furo

viduz, &

Vidu

Via

moniu

Vigil

qui

contra Byzantios, cum jam bis victus esset, iterum vidisset signum crucis in caelo stellis effigiatum, hac inscriptione: *In hoc signo hostes omnes vinces.* idq; postmodum sic accidisse. *Idem lib. 7. cap. 49.* auctor est, cum in bello contra Scythas, tertio crucem illam vidisset.

¶ HIEROGLYPHICA.

M *Altatus bos*, quales ubiq; locorum conspiciuntur, *victoriae* plurimum partiq; triumphus signum erat: praesertim apud Romanos. *Pier. Valer. lib. 3. pag. 37. D.*

Atheniensibus vero *Noctua* indicium *victoriae* fuit, cujus etiam volatus in adagium cessit: *γλαυξ ἰπταται, Noctua volat.* cum profligatos hostes, & subsequutam victoriam innuerent. *Pier. Valer. lib. 20. pag. 188. F.*

Propter eas dotes, quas *Accipitri* natura supra volatiliū aliorum conditionem elargita est, factum; ut in universum *Accipiter* esset excellentiae hieroglyphicum, praecipueque *victoriam* significaret. nam reliquas omnino volucres volatu antecellit. *Idem lib. 21. pag. 198. F.*

Vide Triumphus.

VIDUA.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Quæ verè vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Nam quæ in delectis est, vivens mortua est. & hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. *1. Timoth. 5.*

Ans similiter in habitu sine, qui religionē deceat: non criminatrices, nō multo vino servientes, ut honesta doceant. *Tit. 2.*

Vidua & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt uxores vestrae viduae, & filii vestri pupilli. *Exod. 22.*

Vidua eius benedicens benedicam. *Psal. 131.*

Vide Castitas, Celibatus, Conjugium, Matrimonium, Virginitas.

VIGILANTIA.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est: Caro autem infirma. *Matth. 26.*

Vigilate

Vigilate itaque, omni tempore orantes. *Matth. 21.*

Qui se existimat stare, videat ne cadat. Evigilate itaque iusti, & nolite peccare. *1. Corint. 10. & 15.*

Sobrii estote, & vigilate. *1. Petr. 5.*

Si non vigilaveris: veniam ad te tanquã fur, & nescies quando veniam ad te. *Apocalyp. 3.*

Beatus vir qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quocumque die. *Proverb. 8.*

Vigilia honestatis tabefaciet carnes. *Eccles. 31.*

Qui vigilaverint ad illum, inveniet benedictionem. *Ibid. 32.*

Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. *1. Corinth. 16.*

Orationi instate, & vigilantes in ea cum gratiarum actione. *Coloss. 4.*

Vigilate & estote parati: quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit: & quia nescitis diem neque horam. *Matth. 24. & 25.*

Videte, vigilate, & orate. nescitis enim quando tempus veniat. *Marc. 13.*

Vigilate ergo? nescitis enim quando Dominus domus veniat: serò, an media nocte, an galli cantu, an manè? ne cum venerit repente inveniatis vos dormientes. *Ibidem.*

Estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. *Luc. 12.*

Beatus qui vigilat. *Apocal. 16.*

§ SENTENTIA POETICÆ.

Horat. lib. 1. Epist. ad Lol.

*Vt jugulent homines surgunt de nocte latrones:
Vt te ipsum serves non expergiseris? si non
Intendes animum studiis, & rebus honestis:
Invidia, vel amore vigil torquebere.*

Ovid. lib. 1. de arte Amandi.

*Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes:
Curaq; & immenso qui fit amore, dolor.*

Martial. lib. 9. Epigram.

Nam vigilare leve est: pervigilare grave.

Plaut. in Rudent.

*Vigilare decet hominem,
Qui vult sua temporis conficere officia.
Nam qui dormiunt libenter sine lucro, & cum malo
quiescunt.*

§ APOCALYPTICÆ

§ APOPTHEGMATA.

P Lato somnolentiam improbat, coque scripsit in legibus:

Κοιμώμενος ἔδειξ ἔδρανος ἀξιῶ.

Id est,

Nemo dormiens ulla re dignus est.

Laert. lib. 3.

Philippus in exercitu quodam tempore dormiens, experrectus: turo, inquit, dormivi: vigilavit enim *Antipater*. Subindicans, non esse regium indulgere somno, praesertim in bello: nisi habeat fidum ac vigilem praefectum. *Plut. in apoph.*

Idem quum interdiu dormiret, Graeci ad fores convenientes criminarentur illum: nolite admirari, *Parmentio* inquit: si nunc *Philippus* dormit. nam quando vos dormiebatis, ille vigilabat. *Plut.*

P. Amilios cum in bello contra *Persem* instituisset. ut milites sine armis vigilias agerent: rogatus a quodam, cur suis arma negaret? respondit: ut metu hostium, sublata resistendi fiducia, adversus somnum pugnarent. *Plut.*

M. Cato eo milite sibi opus esse nequaquam dicebat, qui inter quodam manus: inter conflegendum pedes agitaret: quiq; stertendo, quam hostibus in clamando longius sentiret. *Plut.*

§ HIEROGLYPHICA.

Agyptii sacerdotes per *Leporis* hieroglyphicum vigilantiam in primis intelligebant. Causam ponit *Horace*, quod *Lepus* oculos inter dormiendum apertos ostendat. *Pier. Valer. lib. 13. pag. 118. E.*

Per *Leonis* etiam caput iidem Sacerdotes vigilantiam atque custodiam ostendebant. causam addebant: quod solum hoc ex animalibus recurvos unguis habentibus, simul atque natum est, cernit. *Idem lib. 1. pag. 2. F.*

Vide Somnus.

VINDICTA, ULTIO.

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non queras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. *Levit. 19.*

Nedicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei: & reddam uniuersum quod fecerit mihi. *Proverb. 25.*

Omnis injuriæ proximi ne memineris: & nihil agas in operibus injuriæ. *Eccles. 10.*

Ego

Ego dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percussit
in dextram maxillam, præbe illi & alteram. *Matth. 5.*

Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. *Ibid. 26.*

Nulli malum pro malo redde. noli vinci à malo: sed vince
bono malum. *Rom. 12.*

Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper
quod bonum est, sectamini invicem, & in omnes. *1. Thess. 5.*

Mea est ultio, & ego retribuam. *Deut. 32.*

Sanguinem servorum suorum ulciscetur. *Ibid.*

Deus non faciet vindictam electorum suorum, clamantibus
ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis
quia citò faciet vindictam illorum. *Luc. 18.*

Qui injuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit. *Coloss. 3.*

Scimus qui dixit: Mihi vindictam, & Ego retribuam, *Hebr.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenal. Satyr. 13.

*At vindicta bonum vita jucundius ipsa:
Nempè hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut levibus videas flagrantia causis.
Quantulacunq; adeò est occasio, sufficit ira.
Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaleti
Ingenium, dulciq; senex vicinus Hymetto,
Qui partem acceptæ se va inter vincla cicutæ
Accusatori nollet dare.*

Et post paulum.

*Semper et infirmi est animi, exiguiq; voluptas
Ultio.*

Juvenalis ibidem.

*Continuò sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet, quam fœmina.*

Claud. de bello Getico.

*Que vindicta prior, quam cum formido superbos
Electis, et assuetum spoliis affligit egestas?*

Seneca in Hercule furente.

Sepè vindicta obsuit.

Ovid. lib. 1. Eleg.

Ah tu! ne dubita, minuet vindicta dolorem.

§ APOPTHEGMATA.

Diogenes interrogatus à quodam, quo pacto maximè possit
ulcisci inimicum? si ipsum, inquit, probum & honestum
virum præstiteris. *Lært. lib. 6.*

Idem ingressus aliquando juvenum convivium. capite semitonso; non solum non comiter exceptus est, sed multis plagis onustus dimissus: quos ille hac ratione est ultus: Nomina juvenum, à quibus fuerat exsus, albo inscripsit; itaq; obambula-
bat soluto pallio: plagarum notæ loquebantur, quid esset pas-
sus, & album prodebat autores? Hoc pacto juvenes inhumanos
omnibus objurgandos ac reprehendendos exposuit. *Laertius*
lib. 6.

Theodosius ab amicis interrogatus, cur neminem eorum, à
quibus afficeretur injuria, capitis supplicio damnaret? Utinam
(inquit) mihi daretur, & mortuos ad vitam revocare. Docuit
hoc dicto sapientissimus princeps, ad privatas injurias homi-
nem debere esse facilem ad ignoscendum. *Erasm. lib. 8. apoplit. est*
lib. 1. Eccles.

Chilon fratri querenti, quod Ephorus ipse non crearetur,
quum ille esset? Ego, inquit, injuriam ferre novi: tu non. *Dis-*
sertus Laert. in eius vita.

Thales rogatus, quo pacto quis facillimè ferret infortunium
suum? si quis videat hostes majoribus malis obnoxios. *Laert.*
lib. 1. cap. 1.

Pittacus habens potestatem puniendi quempiam, qui contu-
meliosus in ipsum extiterat, dimisit, inquiens: venia ultione
melior est. Illa namque mitis est ingenti: hæc autem ferini-
tas. *Sob. serm. 17. Anton. in Meliss. part. 1. serm. 27. Max. serm. 6.*

Alcibiades nuntianti, quod ipse cum comitibus morte dam-
natus esset Athenis: at nos, inquit, demonstrabimus illi Alcibia-
dem vivere, simulq; sese ad Lacedæmonios contulit, ac bellum
Decelicum, ab urbe Decelia cognominatum, excitavit in Athe-
nienses. *Plutarch.*

§ SIMILITUDINES.

Cibo utitur juxta naturam is, qui esurit: ac vindicta debet
uti, qui nec sicit eam, nec esurit. *Plut.*

Ut pater videns puerum volentem incidere quidpiam, arre-
proferro id facit: ita ratio vindictam eripiens iræ utiliter casti-
gat. *Idem.*

Quædam remedia tristiora sunt ipso morbo: ut satius sit op-
terere mortem, quàm his aucupari salutem: velut fugere san-
guinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: ita quan-
doque satius est ferre injuriam, quàm majore incommodo ul-
tisci: ferre pacem, etiam si parum commodam aut æquam,
quam bellum cum immensis malis suscipere. *Erasmus.*

Ut amnes quidam repente se condant sub terram: nihil omni-
nus

nus eò perferuntur, quò tendunt: ita numinis ira licet occultat, tamè in extremas calamitates aufert aliquando nocentes. *Plut.*

Ut Medici quibusdam morbis occurrunt priusquam appareant: ita Deus quòsdam punit, ne fiant. *Idem.*

Qui nos docuit sagittare, non vetuit jaculari: sed vetuit, ne aberramus à scopo: ita non est interdicta punitio, sed in tempore & aptè facienda. *Plut.*

Quemadmodum reus paribus sententiis absolvitur, sic sapiens ubi paria maleficiis merita sunt: magis meminit benefactorum, quàm injuriarum. *Seneca.*

Aspis pestilentissimum malum non vagatur, nisi cum comparè, ea interfectorem pertinacissimè persequitur: ita Tyrannus filium, aut alium tyrannidis successorem adjungit, ne desit ultor, si quid acciderit. *Plin. lib. 8. cap. 23.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Vindicta acceptæ injuriæ, Deo committenda, Exempla: Joseph, *Genes. 50. v. 19.* Saul, *1. Sam. 11. 13. & 24. 12.* David, *2. Sam. 16. v. 10. & 19. v. 22. 23.* Rex Israël, *2. Reg. 6. 23.* David, *Psalm. 7. 5.* Christus, *Esai. 53. 7. Luc. 23. 24.* Stephanus, *Actor. 7. 60.* Vindictæ expetitæ & eorum quæ inde consecuta sunt, Exempla: Filii Jacob, *Genes. 34. v. 25. 26.* Samson, *Judic. 14. v. 5. 6.* Abner, *2. Sam. 3. v. 9.* Absalom, *1. 4. v. 30.* Aman, *Esth. 3. 6.* Vindictam interdum Sacerdotes & Prophetæ vi corporali exercuerunt, Exempla: Moyses per filios Levi jubet occidi idololatrias, *Exod. 32. v. 26. 27.* Phinees occidit Zambri & Cozbi, *Num. 25. v. 7. 8. 1. Macchab. 2. v. 54.* Samuel Agagum, *1. Sam. 15. v. 32. 33.* Elias Propheta Prophetas Baal, *1. Reg. 18. v. 40.* Vindictæ propriae poenæ Exempla: Idumæi, *Ezech. 25. v. 12. 13.* Palæsthini, *v. 15. 16.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Darius Persarum Rex, ut ei nunciatum est, Sardes captas incensasquæ ab Atheniensibus atq; Ionibus, & hujus comparandæ classis fuisse auctorem Aristagoram Milesium: fertur cum primùm hæc audivit, dixisse: Iones nihil fecisse: probe sceleris, non fuisse illos præ contemptu sui rebellaturos: deinde interrogasse: quinam essent Athenienses? Id cum audisset: tum arcum poposcisse, eoquæ summo sagittam, quàm imposuerat, in cælum excussisse, & dixisse: ô Jupiter! contingat mihi, ut Athenienses ulciscar. Atq; hæc locutus, cuidam famulorum præcepit: ut sibi semper apposita cœna ter diceret: *Here memento Atheniensium.* *Herodot. lib. 5.*

Isther ait, moris fuisse Athenis: ut cognati eorum, qui violenta morte periissent, in efferendo funere hastam adhiberent, aut in tumu-

in tumulo defigerent: eaque ratione interfectoribus ultionem denunciant. *Sudas in voce ἐπιεργασίη.*

Semiramis Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis occupata nuntiatum esset, Babylonem defecisse: altera parte crinitum adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam occurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in potestatem suam, redegit. Quocirca statua eius Babylonae posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate praecipiti tetenderat. *Valer. lib. 9. cap. 3.*

C. Iul. Caes. audiens in Gallia aliquot militum agmina concisa esse, iuravit se non ante capillos rasurum, quam ab interfectoribus poenas repetivisset. Haec res magnam ei benevolentiam omnium conciliavit. *Polynætes lib. 8.*

§ HIEROGLYPHICUM.

PER Leonem telo confossum, ulciscendi studium plerique pingere instituerunt. Vulneratus enim Leo, mira quadam observatione percussorem novit: & in quantalibet multitudine unum appetit: & si detur copia, foedissimè lacerat, & discerpit. *Pier. Valer. lib. 1. pag. 9. 4.*

VINUM.

§ APOPTHEGMATA.

A *Nacharsis*, quidam in convivio videns uxorem *Anacharsidis*: Uxorem, inquit, deformem duxisti, *Anacharsi*. Hic *Anacharsis*: prorsus ita mihi videtur, inquit: sed heus puer! infante mihi meracius: ut eam reddam formosam. indicans, vinum edimere homini rectum iudicium. *Athen. lib. 9.*

Idem dicebat, vitem ferre tres botros: primum voluptatis, alterum ebrietatis, tertium molestiae. Sentiens, parcum vinum esse jucundum, quia sedat sitim: largiorem gignere temulentiam, largissimum parere rixas, caedes ac morbos. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

§ SIMILITUDO.

IT multi calcitratus vino crebro inhibetur: ita mulieris petulantia vino provocatur. *Erasm.*
Vide Ebrietas.

Gggg

VIOLENTIA.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Nemo invitus benè agit, etiam si bonum est, quod facit. *Augustin. lib. 1. confess.*

Multa bona præstantur invitis, quando eorum consultitur utilitati, non voluntati: qua ipsi sibi inveniuntur esse inviti. *Idem in Enchirid. 72.*

In Ecclesia non coactum, sed acquiescentem oportet ad meliora converteri. Non est enim, qui curare possit invitum. *Chrysostr. in dialog. lib. 2.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Plus valet quod violentia cogit, quàm quòd suadet & præcipit verecundia. *Valer. Max. lib. 3.*

Nulla res tam facilis, quin difficilis sit, si invitus facias. *Seneca in epist.*

Da operam, ne quid unquam invitus facias. Non enim qui jussus aliquid facit, miser est: sed qui invitus. Itaq; sic animum componamus: ut quicquid res exigit, id velimus: & in primis finem nostri sine tristitia cogitemus. *Senec. epist. 62.*

§ APOPTHEGMATA.

Lysander. cùm Argivi de ditionis finibus ambigerent cum Lacedæmoniis, asseverarentq; se justiore habere causam: Lysander stricto ense, qui hoc, inquit, superior est: is optime de finibus disputat. Ab æquo & bono vir insolens ad vim provocavit. *Plut. in Lacon.*

Themistocles quùm apud Andrum argentum peteret: duos, inquit, ad vos adduco Deos, vim ac suasionem: significans, si minùs impetraret suadendo, se vi crepturum. At illi responderunt, apud se quoque duas magnas esse Deas, inopiam & impossibilitatem, per quas non liceret dare, quæ petebat. *Plutar.*

Quidam ex his quos *Cæsar* de proroganda provincia Romam miserat, stans in senatu: simulatq; cognovit Cæsari senatum non dare prorogationem, manu capulum percutiens: at hic, inquit, dabit: vim Reipub. minitans. *Erasm. lib. 4. apoph.*

Vide Vis. Item Injuria.

VIR,

VIR, MAS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. in arte Poëtica.

*Conversis studiis etas animusque virilis
 Querit opes & amicitias: inservit honori:
 Commississe cavet, quod mox mutare labores.*

Ovid. Epist. 18. Heroid.

*Vtimur igne pari, sed sum tibi viribus impar
 Fortius ingenium suspicior esse viris.
 Ut corpus teneris, sic mens infirma puellis:
 Deficiam, parvi temporis adde moram.*

Ovid. de faciei medica.

*Nectamen indignum, si vobis cura placendis
 Cum comptos habeant secula nostra viros.
 Fœminea vestri potiuntur lege mariti:
 Et vix ad cultus nupta, quod addat, habet.*

Ovid. lib. 15. Metamorph.

*Excipit autumnus posito fervore juvenem.
 Maturus, mitisq; inter juvenemq; senemque
 Temperia medius, sparsis quoque tempora canis.*

Horat. lib. 1. Epist. 16.

*Vir bonus est quis?
 Qui consulta patrum, qui leges, juraque servat.*

Horat. 3. Carm.

*Iustum, & tenacem propositi virum,
 Non circum ardor prava jubentium,
 Non vultus instantis tyranni
 Mente quatit solida: neque Austro.
 Dux inquieti turbidus Hadria,
 Nec fulminantis magna lovis manus,
 Si fractus illabatur orbis,
 Impavidum ferient ruina.*

§ SIMILITUDO.

*T fragantia aromata suo odore circumfusum complent aë-
 rem: sic boni viri præsentia proximos juvat. Anton. in Meliss.
 2. serm. 31.*

Vide Bonus vir. Item, Homo.

Gggg 2

Ayuntamiento de Madrid

VIRGINITAS.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Quid prodest integra caro, mente corrupta? Melius est humile conjugium, quàm superba virginitas. *Augustinus in Psalm. 29.*

Quæ est virginitas mentis? integra fides, solida fides, synœcra charitas. *Idem in Psalm. 17.*

Dominica virgo debet agnoscere, quibus præceptis conveniat insistere: vel à quantis vitiis debeat abstinere: si vult in seculo posita cum Deo esse: & cum eodem post hujus vitæ resolutionem in claritate cœlesti regnare. *Idem lib. ad sacras virgines.*

Dominica virgo primum publicos debet vitare conspectus, & platearum frequentiam devitare: atque in domo posita operlanifico insistere, vel lectioni divinx. *Ibid.*

Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis aut lætis: sed crinibus ad terram cum vultu demisso procedat: ne in se viles inducat amores: non pereat, nec aliis causa perditionis existat. *Ibidem.*

Dominica virgo ab omni inverecondo sermone vel risu debet se penitus abstinere: cum silentio & disciplina omnem vitam suam ornare. *Ibidem.*

Dominica virgo, ut docet Apostolus de viduis, casta judicari non potest, sermone garula, aut loquacitate verbosa, vel curiositate superflua, imò prostituta & ad luxuriam magis accensa. *Ibidem.*

Dominica virgo ne sermonis jactantia, nec divitiis, nec generis nobilitate se debet extollere: sed in humilitate & paupertate spiritus Christo accepta, debet, quandiu vixerit, permanere. *Ibidem.*

Quanta est virginitatis gratia: quæ meruit à Christo elegi ut esset corporale Dei templum, in qua corporaliter habitavit plenitudo divinitatis: virgo genuit mundi salutem: virgo peperit vitam universorum. *Ambros. lib. de Off.*

Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines angelis assimilantur. Major tamen est victoria virginum, quàm Angelorum. Angeli enim sine carne vivunt: virgines verò in carne triumphant. *Idem de viduis.*

Virginitas in eo facilior est, qui carnis incentiva non novit, & viduitas in eo sollicitior: quod præteritas in eo recollet voluptates. *Hieron. in epist.*

Plus est virginitas, sors martyrism, sors actio bona. In hoc

virginitas, in campo martyrium, bonum opus in thalamo.

Gregor. in Ezech.

Virginitas, altus mons est, ad quem Angelus hortatur: sed qui inde se non posse ascendere, maneat in Segor, id est, in legitimo matrimonio: quia melius est mediocri bono uti, quàm per scripta libidinum præcipitari. *idem gl'os. in 19. Gen.*

Nunc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior est gloria, major est cura. Flos enim est illic Ecclesiastici germinis locus, atque ornamentum gratiæ spiritualis illustrior portio regis CHRISTI. *Cypr. in lib. virgin.*

Virginitas est soror Angelorum, victoria libidinum, regina virtutum, possessio omnium bonorum. *Ibidem.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus in Persa.

Virgo atque mulier nulla

Erit, quin sit mala quæ præter sapiet, quàm placet parentibus.

§ EXEMPLA PROFANA.

Pollodorus apud *Zenodorum* ait, *Eripham* anum quandam fuisse, quæ dicta sit *ἔριφος*: quod in virginitate convaluisset: perinde quasi eadem & anus esset per ætatem, & puella, quod adhuc innupta: sic in proverbium abiisse.

Eucham nonnulli ferunt *Herculis* & *Myrthus* *Mencæii* filiae & sororis *Pærocli* filiam esse: hanc in virginitate defunctam solum apud *Bæotios* & *Locros*: & ejus per omnia fora, ara esse simulacrum, eiquè antè nuptias sponsi sponsæque sacrificant. *Ibid. in Aristide.*

Dama à patre *Pythagora* ad virginitatis votum perpetuumque candorem inducta: virginitatem servavit, & virgines ea temperate discipulas habuit quàm plurimas, quas voto virginitatis firmavit. *Timæus.*

Diodorus Socraticus quinq; filias virgines dialecticas habuit: quarum vitam *Philo*, *Carnædis* magister, plenissimè descripsit. *Laertius.*

Bona Dea (quæ apud Romanos *Calendis Maiis* colitur) apud Græcos *Θεοῦ γυναικῶν* dicitur, quàm *Varro* filiam *Fauni* tradidit, adeò pudicam: ut extrà *Gynæceium* nunquam sic egressa: nec nomen eius in publico fuerit auditum: nec viram unquam viderit, vel à viro visa sit: propter quod nec vir in templum ejus ingreditur. *Macrob. lib. 1. cap. 12.*

Lala Cyzæna *M. Varronis* tempore, perpetua virgo fuit in civitate *Romæ* excellens. *Plinius lib. 35. cap. 11.*

Gggg 3

VI VIRGINITAS. VIRTUS.

Apud Eleos virginibus ludos Olympios spectare licebat: matronis non item. Pausanias lib. 6.

Legimus raptas plerumque feminas, dimissas esse ab insolentissimis militibus, tantum respectu virginalis nominis, quod videlicet virgines se esse affirmassent: nefas enim existimabant, propter brevissimam & momentaneam delectationis umbram tanto bonum imminuere: malebatque unusquisque tanti facinoris auctorem quamvis potius esse, quam se. Ludov. Vives de Christiana femina, lib. 1.

§ HIEROGLYPHICA.

Incorruptam *Virginitatem* & castum animi propositum, per *Apem* significari id argumento est: quod ipsæ homines à corruptis olidos acriter oderunt: ut Plutarchus in præceptis conjugabilibus testatur. *Pier. Valer. lib. 26. pag. 274. D.*

Sunt qui perpetuo claroque *Smaragdi virore* considerato signum id esse *virginitatis* velint, idque insuper argumento addunt: in patrandæ re *Veneræ*, si quis lapidem attingat, cum sponte frangi. *idem lib. 41. pag. 403. C.*

Vide Castitas, Cælibatus, Conjugium, Matrimonium.

VIRTUS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

In hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est, id est diligere prudentia est: nullis inde averci molestus, fortitudo est: nullis illecebris, temperantia est: nulla superbia, iustitia est. *Augustin. epist. ad Macedonium.*

Virtus eo pluris æstimanda est, quò plura contemnit. Magnæ virtutis est cum felicitate luctari: magnæ felicitatis est à felicitate non vinci. *Idem in quodam sermone.*

Mens non potest habere regnum virtutum: nisi prius excuserit regnum vitiatorum. *Ibid.*

Non virtus est, non posse peccare: sed nolle: atque ita tenere perseverantiam voluntatis: ut voluntas, infantiam: usus imitetur naturam. *Ambros. super Lucam.*

Qui deficit sibi, ut virtuti adhæreat, amittit quod suum est: accipit quod æternum est. *Idem in Psalm. 118.*

Nulla sine labore virtus est: quia labor processus est virtutis. *Idem ibidem.*

Omnes virtutes sibi ita cohererent: ut qui una caruerit, omnibus

bus careat: qui ergò unam habet, omnes habet. *Hieron. in epist.*
 Sicut quibusdam visum est: ut de primis quatuor virtutibus loquar: prudentia, temperantia, fortitudine atque iustitia: quanto perfectiores sunt singulæ, tanto sibi sunt conjunctiones: disjunctæ autem perfectæ esse nequaquam possunt: quia nec prudentia vera est, quæ iusta & temperans, & fortis non est: nec temperantia perfectæ, quæ fortis non est: nec temperantia perfectæ, quæ fortis, iusta & prudens non est: nec fortitudo integra quæ prudens, fortis & temperans non est. *Gregor. in moral.*

Quid est virtus, nisi medicamentum? & quid est vitium, nisi vulnus? quia ergò nos de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum: ut qui virtute percutimur, vitio curemur. *Ibidem.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenal. Satyr. 8.

*Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi
 Iustusq; tenax, factus dictusq; mereris.*

Ibidem.

*Ne collapsa ruant subductis tecta columnis:
 Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos.
 Esto bonus miles, tutor bonus: arbiter idem
 Integer.*

Silius Italicus lib. 12. bel. Pun.

*Perge, age, vince omnem miles virtute laborem:
 Et quantum humani possunt se tendere passus,
 Arduus accelera.*

Valerius Flaccus lib. 1. Argonaut.

Vos quoque vires animosque afferte paternos.

Ibidem.

*Ite viri mecum, dubisq; vincite rebus
 Que meminisse juvet, nostrisq; nepotibus instans.*

Ibidem lib. 5.

*Surge, age, & in duris haud unquam desice: cælo
 Mox aderis, teque astra ferent.*

Silius Italicus lib. 1. bel. Pun.

*At dura invigilant mentes, & molle reponunt
 Noctis opus: clausos acuunt extrema pericli:
 Et fractis rebus violentior ultima virtus.*

Ovid. lib. 5. de Tristib.

*Rara quidem est virtus quam non fortuna gubernat;
 Quo maneat stabili, cum fugit illa, pede.*

Gggg 4.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

*Per seque petenda est,
Externis virtutes incommittat a bonis.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Mœcenatem.

Vilius argentum est auro: virtutibus aurum.

Ibidem.

Virtus est vitium fugere.

Juvenal. Satyr. 1.

Probitas laudatur, & alget.

Vergil. lib. 5. Æneid.

Gratior est pulchro veniens e corpore virtus,

Ovid. lib. 4. de Ponto.

*Excitat auditor studium, laudataq; virtus
Crescit: & immensum gloria calcar habet:*

Seneca in Hercul. furente.

Virtus est, domare que cuncti pavent.

Silius Italicus lib. 13. de bel. Pun.

Ipsa quidem virtus sibi met pulcherri ma merces.

Claud. in Consul. Manlii.

*Ipsa quidem virtus pretium sibi, sola que late
Fortuna securo nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausu ve petit clarescere vulgi:
Nil opis extreme cupiens, nil indiga laudis:
Divitiis animosa suis, immotaq; cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce:
Hanc tamen in vitam blandè vestigat, & ultrò
Ambit honor, & docuit à rure profectus
Licetor, & in mediis consul questus aratri.*

Plaut. in Amphit.

*Virtus premium est optimum: virtutes omnibus
Rebus anteit profectò: libertas, salus, vita,
Res, parentes, patria & prognati, tutantur, servantur?
Virtus omnia in se habet: omnia ad sunt bona que penes est virtus.*

Vergil lib. 1. Æneid.

*Sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus.*

Ovid. lib. 1. de Ponto.

*Se modo non census, nec clarum nomen avorum:
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit.*

Juvenal.

Juvenal. Satyr. 8.

*Tota licet veteres exornent undiq; cere
Atria, nobilitas, sola est atq; unica virtus.*

Seneca in Hercul. Octeo.

*Sed locum virtus habet inter astra,
Vere dum flores venient tepenti,
Et comam sylvis hyems recedent,
Vel comam sylvis revocabit astra,
Pomaq; autumnos firente cadent,
Nulla terris capiet vetustas.
Tu Comes Phæbo, comes ibis astris.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Quintium.

*Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.*

Silius Italicus lib. 9. bel. Pun.

*Nam virtutes futile nomen
Nè decus ad fuerit patièdo, ubi tempora lethi.*

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Sed tendit in ardua virtus.

Silius Italicus lib. 2. bel. Pun.

*Ardua virtutem profert via: pergite primi,
Nec facilem populus, nec tam invadere laudem.*

Vergil. de litera Pythagoræ.

*Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni,
Humane vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert:
Sed requiem præbet fissis in vertice summo
Molle ostentat iter via lata: sed ultima meta.
Præcipitat captos, volvitque per ardua saxa,
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit: ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam, luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopisque simul miserabile transiget ævum.*

Juvenal. Satyr. 10.

*Tanto major fama sitis est, quam
Virtutis. Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas?*

Juvenal.

Gggg 5

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Errare mihi videtur, qui dixit:

Gratior est pulchro veniens è corpore virtus.

Non enim ullo honestamento eget: ipsa magnum sui est decus, corpus suum consecrat. Potest ex casa vir magnus exire: & ex deformi humiliquæ corpusculo, formosus animus, ac liber & magnus. *Senec. epist. 67.*

Nulla possessio, nulla vis auri, & argenti, pluris quàm virtus æstimanda est. *Seneca in epist.*

Unusquisque commendat virtutem, in qua viget: & reprehendit vitium, in quo deliquit. *Idem ibid.*

Omnia beneficia in luce se collocari volunt: sed tamen nulum theatrum virtuti conscientia majus est. *Idem ibid.*

Unum hominis bonum, ipsa virtus est, quæ inter hanc fortunam, & illa superba incedit, cum magno utriusque contemptu. Virtus rectorem ducemquæ desiderat: sed sine magistro virtutis discuntur. *Idem ibid.*

Nulli non virtus, & vivo & mortuo retulit gratiam: si illam bona secutus est fide. *Idem ibid.*

Pone ex una parte virum bonum divitiis abundantem: sed in se omnia benè disponentem: utroquæ modo æquè vir bonus erit, etiam si fortuna dispari utatur. *Idem ibid.*

Nulli præclusa est virtus, omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat: non eligit dominum, non censum, nudo homine contenta est. *Idem ibid.*

Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas amat. *Idem in Proverb.*

§ APOPTHEGMATA.

Demetrius Phalerens quum audivisset Athenienses destruxisse statuas, quas illi posuerant: at virtutem, inquit, non everterunt, cujus gratia illas posuerunt prius. *Laert. lib. 5. cap. 5.*

Lysander interroganti Persæ, quàm Rempub. maximè probaret? Eam, inquit, in qua fortibus viris ac meticulosis congrua utriusque redduntur. Sensit virtutem invitari præmiis: ignavos excitari ignominia. *Plutarch. in Lacom.*

Solon interrogatus, undè Respublica maximè vigeret: si boni, respondit, præmiis incitantur ad virtutem: mali autem & virtutis negligentes, coercantur pœnis. *Stob. serm. 41.*

Socrates interrogatus, quomodo civitas ritè gubernari possit? respondit: cum boni invitantur præmiis: iniusti dant pœnas. *Ex Platone recitat Brunson. lib. 5. cap. 8.*

§ SIMILIA.

O Palum

experin

fic imitantu

lucem profe

Carbu

non sentian

nionem & i

lib. 57. pag. 5

Ut celeri

rum: ita cie

ben admix

vehementer

tur aliqua v

Ut equus

idonens no

siderantur

ad virtutem

Ut obscuro

rum corpor

obscuretur

Orat.

Ut salute

virtutis uti

tur & frui

vela contra

sive adaper

tranquillitat

Non ex

etiam ex ar

set, quale e

licebit, in d

rit, in patri

mus miles:

tunam acco

stola 86.

Ut Solis

modo virtu

mus fulget:

est, & mor

epist. 93.

Quema

§ SIMILITUDINES.

O Palum gemmam indiscreta similitudine adulterant Indi: experimentum in sole tantum: ita virtutes quædam vitia sic imitantur, ut difficilimum sit dignoscere: nisi ad summam lucem proferantur. *Plin. lib. 37. cap. 6.*

Carbunculi ignis & nomen & speciem habent, cum ignem non sentiant, unde & apyrustæ dicti: ita quidam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum à re sint alienissimi. *Plinius lib. 57. pag. 5.*

Ut celerius inebriantur, qui dilutum bibunt, quàm qui merum: ita citius inficiunt animum, quæ sobrietatis aliquid habent admixtum, quàm quæ simpliciter obscæna sunt. Nam à vehementer obscænis refugit animus: contra, illa blandiuntur aliqua virtutis specie. *Erasm.*

Ut equus indomitus, quamvis natura benè compositus sit, idoneus non potest esse ad eas utilitates, & aptus ad ea, quæ desiderantur ab equo: sic homo indoctus, quamvis ingeniosus, ad virtutem non potest pervenire. *Cic. lib. 4. ad Herenn.*

Ut obscuratur & effunditur luce solis lumen lucernæ: sic rerum corporearum æstimatio splendore virtutis & magnitudine obscuretur & obruatur atque intereat necesse est. *Idem lib. 2. de Orat.*

Ut salutaria citrà gustum tactumque odore proficiunt: ita virtutis utilitatem etiam ex longinquo & latens fundit, sive potitur & fruitur suo jure, sive precarios habet accessus, cogiturque vela contrahere, sive oriosa muta que & angulo circumscripta, sive ad aperta: in quocunque habitu sit, prodest. *Cicero lib. 1. de tranquillitate vite, cap. 3.*

Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulachra, sed etiam ex ære: & si adhuc viliores materiam obtulisses, fecisset, quale ex illa optimum fieri posset. sic sapiens virtutem, si licebit, in divitiis explicabit: sin minus, in paupertate: si poterit, in patria, sin minus in exilio: si poterit, imperator, sin minus miles: si poterit æger, sin minus debilis: quamcunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. *Idem epistola 86.*

Ut Solis lux integra est, etiam si aliquid interjaceat: eodem modo virtuti opposita nihil detrahunt. Non est minor, sed minus fulget: nobis forsi: an non æquè apparet ac nitet: sibi eadem est, & more Solis obscuri in occulto vim suam exercet. *Idem epist. 93.*

Quemadmodum primum militiæ vinculum est religio, & signorum

signorum amor, & deferendi nefas: tunc deinde facillè cetera exiguntur, mandanturque ad jusjurandum adactis: ita in his quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundamenta jacienda sunt, & insinuanda virtus. *Cicer. epist. 96.*

Quemadmodum visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari: sic & nos, si aciem animi liberare impedimentis voluerimus, poterimus percipere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, & humilitate, & infamia objacentibus. *Idem epist. 116.*

Ut aromata pannos, ac laceras vestes, odoratas reddunt: contra byssus sudore infecta male olet: sic quævis vita jucunda si virtus accesserit: contra, malitia etiam quæ splendida videntur, molesta reddit & intoleranda. *Plutarch.*

Ut acer equus suapte natura facillè cutrit: ita qui ardet amore virtutis, non eget admonitore. *Idem.*

Ut amanti omnia placent in amato: sic in eo, in quo virtutem amamus, etiam gestum, incessum, & aspectum imitari gaudemus. *Idem.*

Ut non est verus amor, qui caret zelotypia: ita non amat vehementer virtutem: nisi qui ardet æmulatione rectè factorum ab aliis. *Idem.*

Alibi diligenter expenditur, non quid habeat quisque: sed quid habeat suum: itidem hominem suis propriis bonis oportet æstimare. *Seneca.*

Ut ingentes obelisci magno quidem negotio statuuntur, & collocantur ob immensum molis pondus: sed collocati semel, infinitis durant seculis: ita arduum est virtutis aut sapientiæ iter. *Plinius.*

Uti Sol quò magis in alto est, hoc minores jactat umbras: quò terræ propinquior, hoc majores: puta manè ac vesperi: ita virtus quò major est, & excelsior, hoc minus videri cupit, minusque sese ostentat: contra qui minus ipsa re valent: magis sese dilatant ostentatione. *Erasm.*

Lotos quàm Latini fabam Græcam vocant, ramenta ligni habet amarissima, fructum dulcissimum: ita conatus ad summam virtutem durus est, fructu nihil suavius. *Plin. lib. 17. cap. 2. & lib. 13. cap. 37.*

Sicut primum pictura cœpit ab umbris & lineis: deinde monochromata: mox accessit lumen & umbræ, unâ cum colorum varietate donec ad summam artificii pervenit admirationem: ita virtus in nobis non statim absoluta nascitur: sed paulatim quotidianis auctibus ad summum perducitur. *Erasm.*

Iris gem-

Iris gem
nec ita ut ip
bus caret: t
sed in obsc
veluti repræ

B Onorur
sua inte

vio absorpt
pessimos, e
inter Ægy
Heli filios,
rum inter I

45. Tobia
servos Assu
scendisse di
concapto

Ezech. 2. v.
tras, Daniel
apostatas &
Israelitas, I

Marc. 15. v.
19. v. 39. C

Bonorur
Genes. 4. v.

Galat. 4. v.
tas, Exod. 1

Saul Davi
15. v. 14. J

6. v. 30. 31
dochzum

Jerias & P
buchodon

donosor I
6. v. 16. &

7. 63. 64. J
Triphon J

Baptistam
34. Marc.

dotu Apo
13. v. 48. &

tate Phil

Iris gemma, non nisi in opaco reddit colores arcus cœlestis: necita ut ipsa habeat in se, sed parietibus illidat: in Sole coloribus caret: ita quidam varia virtutum simulachra præ se ferunt: sed in obscuro, & quod in se habent: tamen in aliorum animis velut repræsentant ac gignunt. *Erasmus.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Bonorum inter malos latentium exempla: Noë cum domo sua inter filios DEI à filiabus hominum corruptos, & diluvio absorptos, *Genes. 6. vers. 9. & 7. v. 7.* Loth inter Sodomitas pessimos, *13. v. 11. 13.* Abraham inter Chananæos, *v. 12.* Joseph inter Ægyptios, *39. v. 7. 8.* Samuel inter perversos & impios Heli filios, *1. Sam. 2. v. 25. 26.* Elias cum septem millibus virorum inter Israëlitas idololatrias, *1. Reg. 19. v. 9. 10. 18. Rom. 11. v. 45.* Tobias inter concaptivos, *Tob. 1. v. 2. 3.* Mardocheus inter servos Assueri, *Esth. 3. v. 2.* Job qui gentilis fuisse, & de Esau descendisse dicitur inter reliquos gentiles, *Iob 1. v. 1.* Jeremias inter concaptivos, *Ierem. 43. v. 1. 2. 3. 4.* Ezechiel inter scorpiones, *Ezech. 2. v. 6.* Daniel, Sidrah, Misach, Abdenago, inter idololatrias, *Daniel. 3. v. 16. 17. & 6. v. 10.* Mathathias & filii eius inter apostatas & idololatrias, *1. Macchab. 2. v. 19. 20.* Centurio inter Israëlitas, *Matth. 8. vers. 10.* Joseph Arimathæus inter Judæos, *Marc. 15. vers. 43.* Nicodemus inter Pharisæos, *Ioan. 3. v. 1. 2. & 19. v. 39.* Cornelius Centurio inter gentes, *Actor. 10. v. 1. 2.*

Bonorum per malos oppressionis exempla: Cain Abelem, *Genes. 4. v. 8.* Sodomitæ Loth, *19. v. 9.* Ismaël Isaacum, *21. v. 9.* Galat. 4. v. 29. Esau Jacobum, *Genes. 27. v. 41.* Ægyptii Israëlitas, *Exod. 1. v. 11. 12.* Abimelech septuaginta fratres, *Iudic. 9. v. 5.* Saul Davidem, *1. Sam. 19. v. 1. 9. 10.* Absalom Davidem, *2. Sam. 15. v. 14.* Jezabel Eliam, *1. Reg. 19. v. 1. 2.* Joram Elisæum, *2. Reg. 6. v. 30. 31. 32.* Joas Zachariam, *2. Paralip. 24. v. 24.* Aman Mardocheum, *Esth. 3. vers. 5. 6.* Phassur Jeremiam, *Ierem. 20. v. 1. 2.* Jerias & Principes Sedechiæ Jeremiam, *Ierem. 37. v. 14. 15.* Nabuchodonosor tres adolescentes, *Daniel. 3. v. 19. 20.* Nabuchodonosor Daniele bis eum in lacum leonum conjiciens, *Dan. 6. v. 16. & 14. v. 30.* Antiochus fideles Israëlitas, *1. Macchab. 1. v. 63. 64.* Bacchides Judam, & commilitones eius, *9. v. 12. 13.* Triphon Jonatham & filios eius, *13. v. 22. 23.* Herodes Joannem Baptistam, *Matth. 14. v. 6. 7. 8. 9. 10.* Judæi CHRISTUM, *27. v. 34. Marc. 15. v. 27. Luc. 23. v. 33. Ioan. 19. v. 18.* Principes Sacerdotum Apostolos, *Actor. 5. v. 57. 58.* Judæi Paulum & Barnabam, *13. v. 48. 49. 50.* Judæi & Magistratus Paulum & Silam de civitate Philippis expellunt, *Actor. 16. v. 18. 23. 24.*

¶ EXEM-

¶ EXEMPLA PROFANA, & HIEROGLYPHICA.
Quære sub titulis singulorum Virtutum.

VIS.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Seneca in Octavia.

Quicquid exprimitur grave est.

Horat. lib. 3. Oda 4.

Vim temperatam Dii, quoq; provehunt

In majus: iidem odere vires,

Omne nefas animo moventes.

Ovid. lib. 3. de arte Amandi.

Iudice me, frans est concessa repellere fraudem:

Armaq; in armatos sumere jura sinunt.

Horat. lib. 3. Oda. 4.

Vis consilii expers mole ruit sua.

Valer. Flac. lib. 4.

Nec solis viribus equum

Credere: sepe acri potior prudentia dextra.

Ovid. lib. 5. Trist. 8.

Sed cedit viribus equum:

Victaq; pugnaci jura sub ense jacent.

¶ SIMILITUDINES.

A Pis cum minimum sit insectum, tamen admirabile facit opus, & mira ratione politionam moderatur: ita in pusillis corporibus summa nonnunquam ingenii vis. *Erasmus.*

Quò majus est animal, hoc minus est fecundum: minuta numerosi fetus sunt: adè ut acanthis minima avicula duodenos pariat pullos: ita quæ minus valent pondere, numero sunt pensanda. *Idem.*

Vide Violentia.

VISIO.

¶ EXEMPLA SACRA.

Visiones servis DEI olim valde frequentes. *Num. 12. v. 6. Exempla: In Jacobo, Genes. 46. v. 2. Samuele, 1. Sam. 3. v. 7. Nathan Propheta, 2. Sam. 7. v. 17. Addo vidente, 2. Paral. 9. v. 29. Esaiâ, Esa. 6. v. 1. Jeremia, Jerem. 4. v. 1. 2. Ezechiele, Ezech. 1. v. 4.*

1. 7. 4. 19. & 8. 7. 1. 2. & 10. 7. 1. & 6. & 11. 7. 22. & 6. & 34. 7. 1.
 3. & 37. 7. 1. Daniele, Daniel. 7. 7. 2. & 8. 7. 2. & 10. 7. 5. Amos,
 Amos 8. 7. 1. Zacharia, Zach. 4. 7. 2. & 5. 7. 2. 6. & 6. 7. 1. Christo,
 Luc. 4. 7. 5. Petro, Actor. 10. 7. 11. Paulo, 16. 7. 9. & 22. 7. 18. & 26.
 7. 13. & 27. 7. 23. 2. Cor. 12. 7. 1. 2. Joanne, Apocal. 1. 7. 12. & 4.
 7. 2. & 5. 7. 1. & 6. 7. 2. & 7. 7. 1. 2. & 8. 7. 2. & 10. 7. 4. & 11. 7.
 4. & 12. 7. 1. & 13. 7. 1. & 14. 7. 1. & 15. 7. 1. & 17. 7. 5. & 18. 7. 1.
 & 19. 7. 11. 17. & 20. 7. 1. & 21. 7. 1. & 22. 7. 1. Vide apparitio-
 num & peculiarium DEI revelationum exempla. In visione
 raro se manifestabat DEUS tempore Heli in Silo, 1. Samuel. 3.
 7. 1.

Vide Divinatio, & Somnia, vel Somnus.

VISUS.

§ SENTENTIAE BIBLICAE.

- A**verte oculos meos, ne videant vanitatem. *Psal. 118.*
 Oculi tui recta videant, & palpebrae tuae praecedant gres-
 sus tuos. *Proverb. 4.*
 Sapientis oculi in capite ejus: stultus in tenebris ambulat.
Eccles. 2.
 Melius est videre quod cupias: quam desiderare quod ne-
 scias. *Idem 6.*
 Dulce lumen & delectabile est oculis, videre solem. *Ibid. 11.*
 Venustatem & pulchritudinem desiderabit oculus tuus, &
 super haec virides saturationes. *Eccles. 40.*
 Qui annuit oculo, dabit dolorem. *Proverb. 10.*
 Oculi stultorum in finibus terrae. *Ibid. 17.*
 Exaltatio oculorum, & dilatatio cordis, lucerna impiorum
 peccatorum. *Ibid. 21.*
 Memento quoniam malus est oculus nequam: nequius ocu-
 lo quid creatum est? *Eccles. 31.*

§ SENTENTIAE PHILOSOPHORUM.

- Q**uocunque in loco quisquis est, idem est ei sensus, & eadem
 acerbitas ex interitu rerum & publicarum & suarum: ta-
 men oculi augent dolorem, qui ea, quae caeteri audiunt, intueri
 congruntur, nec avertere à miseriis cogitationem sinunt. *Cic. ad
 Terq. Famil. 6.*
 Acerba audire tolerabilius est quam videre. *Cic. Curio. Famil. 7.*
 Facilius ad ea, quae visa sunt, quam ad ea, quae audita sunt,
 oculi mentis feruntur. *Cic. 3. de Oratore.*

A consue-

A consuetudine oculorum animum abducere difficillimum est. *Cic. 2. de Natur. Deor.*

Nihil est difficilius, quàm à consuetudine oculorum mentis aciem abducere. *Ibidem.*

¶ APOPTHEGMATA.

I Sess à quodam, qui elegantissimam ostenderat feminam, interrogatus, num formosissima videretur? respondit *περὶ οὐκ ὀφθαλμοῦν*, id est, desit laborare ab oculis. *Philosrat. in Sophist.*

Diogenes animadvertens, Olympionicem, quendam fixis oculis scortum formosissimum intuentem: Ecce, inquit, ut ait *Martius* à puella publica, obtorto collo vincetus abducitur. *Laert. lib. 6.*

Pericles Prætor collegam fortitus est *Sophoclem* poetam, cumquæ in navigatione *Sophocles* vidisset adolescentem formosissimū, ait: En quàm speciosus adolescens! respondit *Pericles*: Decet ô *Sophocles*! prætorem non modò manus, sed oculos & linguam habere abstinentes. *Plutar. in apoph. Stob. serm. Cic. lib. 1. Offic.*

¶ SIMILITUDO.

UT venatores non sinunt canes quidvis olfacere, aut mordere: sed integros eoservant feræ: sic oportet aures & oculos non sinere quovis vagari, sed rebus necessariis reservare. *Plat.*
Vide Abstinentia.

VITA.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

NE glorieris in crastinum: ignorans quid superventura præteriat dies. *Proverb. 27.*

Tempus nascendi, & tempus moriendi. *Eccles. 3.*

Nemo est qui semper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam. *Eccles. 9.*

Quæ est vita nostra? vapor est ad modicum parens. *Iacob. 4.*

Id enim quod in præsentia est, momentaneum est. *2. Cor. 4.*

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

Longitudinem vitæ hujus sentire non facit, nisi spes viventium nam nihil videtur esse celerius, quàm quicquid in ea jam præteritum est. Quùm ergò dies judicii venerit, tunc sententiam peccatores: quoniam non sit longa nimis vita quæ transit. *Augustin. super 1. salm. 6.*

Si toto

Si toto tempore illo viveres, ex quo Adam de Paradiso emissus est, usque in hodiernum diem: certè videres vitam tuam nõ fuisse diurnam, quæ sic evolasset. Unius autem cuiusque vita hominis quanta est? adde quantoslibet annos, duc longissimam senectutem, quid ergò? Nõne hora matutina est? ergò longè sit dies Iudicii, quando erit retributio justorum & iniustorum: tuus certè ultimus dies abesse non potest longè: adhuc ut præterea. qualis enim exieris de hac vita: talis redderis illi vite. *August. in Psalm. 39.*

Longam cœnam malam nemo vult habere nec ferre: longam vitam malam penè omnes volunt habere. utiq; si grande est quod vivimus, bonum sit ipsum grande. *August. in serm.*

Tantis malis hæc vita repleta est, ut comparatione ejus, mors remedium putetur esse, non pœna. nam idè brevem illam Deus facit: ut molestiæ ejus, quæ prosperitate vinci vel tolli non poterant, temporis exiguitate finirentur. denique sanctus Job dicit: Militia est vita hominis super terram. *Ambrosius in serm. 40.*

Qui Dei æternitate perspecta, breve, & penè ad puncti instar humanæ vitæ spatium cogitaverit, antè oculos suos habebit semper interitum, & erit humilis atque dejectus. *Hieronym. ad Ephes. 2.*

Secreto Dei consilio agitur: ut huius peregrinationis tempore electorum vita turbetur. Via quippè est vita præsens, qua ad patriam tendimus: & idcirco hîc occulto iudicio frequenti perturbacione conterimur: ne viam pro patria diligamus. *Gregor. in moral.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 10. Æneid.

*Stat sua cuiq; dies, breve, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ.*

Horat. Oda. 4. lib. 1.

*Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam:
Iam te premet nox, fabulæq; manes.
Et domus exulis Platoniæ.*

Idem Oda. 14. lib. 2.

*Heu, heu! fugaces Posthume, Posthume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & instanti senectæ
Adferet, indomitæque morti.*

Hhhh

Idem lib. 2. Epist. ad Flor.

Singula de nobis anni prædantur euntes.

Juvenal. Satyr. 2.

Festinat, enim decurrere velox

Flosculus, angusta miseraque brevissima vite

Portio, dum bibimus, dum ferta, unguenta, puellas

Poscimus: obrepat non intellecta senectus.

Senec. in Odip.

Labimur sevo rapiente fato:

Ducitur semper nova pompa morti.

Plautus in Captivis.

Et si pervivo usque ad summam etatem: tamen

Breve spatium est.

Terent. in Adelph.

Ita vita est hominum, quasi cum ludas tessaris:

Si illud, quod maxime est opus, jactu non cadit,

Illud quod cecidit sorte, id arte ut corrigas: necesse est,

Horat. Satyr. 6. lib. 2.

Vive memor quam sis ævi brevis.

Martial. lib. 10. Epigram.

Vitam quæ faciunt beatiolem,

Iucundissime Martialis, hæc sunt.

Res non parta labore, sed relicta:

Non ingratus ager, focus perennis:

Lis nunquam, toga rara mens quietæ:

Vires ingenuæ, salubre corpus:

Prudens simplicitas, pares amici:

Convictus facilis, sine arte mensa:

Nox non ebria, sed soluta curis,

Non tristis thorax, attamen pudicæ.

Somnus qui faciat breves tenebras

Quod sis, esse velis, nihilquæ malis:

Summum nec metuas diem: nec optes.

Senec. in Thebaid.

Vbique mors est: optimè hoc cavet Deus

Eripere vitam nemo homini potest:

At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

Ex Græcis Comicis.

Σφόδρ' ἐστὶν ἡμῶν ὁ εἶος οἶνον παροφρεῖς

Ὁταν ἢ τὴ λοιπὸν μικρὸν ὄξος γίγνεται

*Est nostra vino vita quam simillima:
Acescit, est quàm reliqua parva portio.*

Οὐκ ἔστι βίον εὐρεῖν ἄλυπον ἐν ἔδνι.

Est vita vacua nemini molestis.

Τὸ ζῶν ἀλύπως, ἀνθρώπος ἐστὶν εὐτυχῆς.

Cui vita vacua molestiū, beatissē est.

Ἀμελουῶνται τοῦ ζῆν ὁσὶν ἔνεσ' ἐυαχημοῦν.

Qui negligit vitam haud honeste vixerit.

Βιοῖ μὲν ἄθεῖς ὁ ὡσεὶ αἰρεῖται βίον.

Haud vivit ullies quod genēs vita cupit.

Βίος ἐστὶν ἀντις τῷ βίῳ χαίρει βίῳ.

Est vita demum quàm lubens vivit aliquis.

Ζῆν βουλόμηνος, μὴ πρῶτ' ἐθανάτου ἄξια.

Ne morte facito digna, si vix vivere.

Κρεῖσσον τὸ μὴ ζῆν ἐστὶν, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Ζωῆς πονηρῆς θάνατος αἰρετάτερος.

Satius mori, quàm calamitosē vivere.

Ζῆν αἰχρὸν οἷς ἐφθόνησεν ἡ τύχη.

Vitam invidente sorte turpe vivere.

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν μὴ φθονέσης τῆς τύχης.

Quàm vita dulcis, quando fors non invidet.

Πάντες καλῶς ζῆν ἐθέλωμεν, μὴ οὐ δύναμεθα.

Benè vivere omnes cupimus, at non possumus.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Nemo quàm benè vivat, sed quandiu, considerat: cùm omnibus possit contingere, ut benè vivant, ut diù nulli. *Senec. 11. epist.*

Vita non est imperfecta, si honesta est. Ubi cunq; desines, si benè desinas tota est: sed & fortiter desinendum est. Non est res magna vivere, omnes servi tui & animalia vivunt. *Idem epistola 78.*

Quidam tunc incipiunt vivere, quùm desinendum est: imò quidam antè desierunt vivere, quàm inciperent. *Idem epist. 23.*

Pulchrum est consummare vitam antè mortem: & expectare securè reliquam temporis partem. *Idem epist. 32.*

De partibus vitæ omnes deliberamus: de tota nemo deliberat. *Idem epist. 72.*

Longa vita bonis oprabilis: bonis fruitur bona conscientia.

Malis hominibus utilissimum est citò fugere. *Senec. in epist.*

Hhhh 2

Hoc unum discas, vitam contemnere, nemo illam bene-
xit, nisi qui contempserit. Nulli potest secura vita contingere
qui de producenda nimis cogitat. *ibid.*

Sapiens cogitat semper qualis vita, non quanta sit: non enim
vivere bonum est: sed bene vivere. *ibid.*

Homo vitæ commodatus, non donatus est. Heu quàm mu-
ta pœnitenda occurrunt diu vivendo! *Idem in Prov.*

Malè vivunt qui se semper victuros putant: volunt homines
ita præceptum esse, ut vivant: non ita vivere, ut præceptum est.
Idem ibid.

Non vivit, cui nihil est in mente, nisi ut vivat. Ede & bibas
ut bene vivas: non vivas, ut tantum edas & bibas. *Socrates in
exhort.*

§ APOPHTHEGMATA.

DioGENES cum dixisset mortem nihil differre à vita: reprehē-
sus à quodam, qui diceret: cur igitur non moreris? qui re-
spondit: hæc nihil inter se differunt. *Laert. in vita Diag.*

Simonides interrogatus, quantum temporis vixisset? tempus
quidem exiguum respondit: annos verò multos. *Stobæus
mon. 96.*

Diogenes dicenti miserum esse vivere: non inquit, vivere mi-
serum est: sed malè vivere miserum est. *Laert. lib. 6.*

Speusippum cruribus resolutum **Diogenes** hortabatur: ut
ipsum vita privaret: cui ille: non cruribus, inquit, vivimus: sed
mente. *Stob. sermon. 116.*

Philippus quum appararet in loco amœno castra metaturus
moneretur, illic non esse pabulum pro jumentis: qualis, inquit,
est nostra vita: si etiam ad asinorum commoditatem vivere cogi-
mur? *Plut. in apoph.*

Epicharmus inter confabulandum cum amicis, quum audisset
disceptantes de vivendi spatio: & quidam tres quidam quatuor
alii plures annos sibi tribuerent adhuc vivendos, dixisse fertur:
quid mutuo contenditis & litigatis de paucis diebus? Omnes
enim, qui convenimus, quodam fato propinqui sumus mortis.
Itaque tempus est nobis omnibus ocyus discedendi, antequam
aliquod senectutis damnum experiamur. *Alianus lib. 2. de
histor.*

Philosophus quidam interrogatus, qualis esset hominis vita:
cum parumper se ostendisset, mox se abscondit. quo indicere
voluit, momentaneam & perbreve esse hominis vitam. *Re-
duiphus Agricola lib. 1. cap. 24. de inventione.*

§ SIMILITUDINES.

¶ Athletæ non ferunt coronam, nisi vicerint: sic bonis viris præmia felicitatis non antè contingunt, quàm peracto huius vitæ certamine. *Erasmus.*

¶ Plato confert hominis vitam ludo tesserarum: quid jacta cæcitas non est in nobis situm: at quod cecidit, rectè disponere in nobis est: sic eventus in nobis non est: quod obvenit, id in bonum vertere nostri muneris est. *Plur.*

¶ Ut in fidibus ac tibiis, quamvis paululum discrepent: tamen in scientie animadverti solet: sic etiam vivendum est in vita, ne ante quid discreper: vel multò etiam magis quò major & memor actionum, quàm sonorum accentus est. *Cicero libro primo*

¶ Histrioni, si paulò se movit extrà numerum, aut si versus protractatus est syllaba una brevior, aut longior, exhibetur & exoditur: vita autem omni gestu moderatur, animusque versu prior esse debet. *Idem Parad. 3.*

¶ Ut ad cursum equus, ad arandum bos ad indagandum canis: homo ad duas res, intelligendum scilicet & agendum natus, quasi mortalis Deus. *Idem lib. 2. de Finib.*

¶ Ut histrioni actio, saltatori motus, non quivis, sed certus modus est datus: sic vita agenda, certo genere quodam, non solibet. *Idem lib. 3. de Finib.*

¶ Quemadmodum serenitas cœli, non recipit majorem adhuc puritatem in sincerissimum nitorem repurgata: sic hominis corpus animumque curantis, & bonum suum ex utroque nequeis perfectus est status, & summum voti sui invenit: si nec animo est, nec dolor corpori. *Senec. epist. 67.*

¶ Quemadmodum per frequentia urbis loca properanti, in multos incurritandum est, alicubi labi necesse est, alicubi retineri, alicubi respergi: ita in hoc vitæ actu dissipato & vago multum pedimenta, multæ querelæ incidunt. *Idem lib. 3. de ira.*

¶ Ut qui variis tempestatibus hùc & illùc jactatus est, nec tandem pervenit: non muleum navigavit, sed multum jactatus est: qui diù vixit, nec profecit ad bonos mores, non diù vixit, sed nihil profecit. *Idem fuit Seneca.*

¶ Quomodo fabula, sic vita: non quàm diù, sed quàm benè acta refert. *Senec.*

¶ Suprà modum deditus vino facem quoque exorbet: sic admodum vitæ avidus, qui ne extrema quidem senecta vult mori. *Seneca.*

§ HIEROGLYPHICA.

Ignem & aquam vite Hieroglyphicum esse, authores docent. Scimus enim ignem & aquam vitæ auspicia dedisse, vitamque, quam diu vitales auras carpinus, conservare. *Pier. Valer. lib. 4. pag. 455. B.*

At Vestalis ignis ille, quem tanta diligentia Romæ virgines nutriebant, sublimiorem, divinioremque; vitam præ se ferre videbatur, hunc itaque; & custodia, & nutrimento adjuvabant, quod Superioris illius vite symbolum æternum videretur. Idem lib. eodem pag. 449. B.

Vide Aetas, Longævitæ, Senectus, Tempus.

VITIUM.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Tibi non tam expellanda sunt vitia, quam refellenda. quibus utique facilius est, non suscipere, quam suscepta semel deponere: nec eorum tanta dulcedo est: ut ea debeamus præferre virtutibus, cum nec in omnibus sit delectationis illecebra: & a plerisque etiam ea, quæ videntur dulcissima, respiciuntur. *Hier. ad Demetr.*

Duo sunt ex omnibus vitia, quæ maximè homines decipiunt sui voluptate, gula scilicet ac libido: quæ deponere eò difficilius est, quò eis uti dulcius. At hæc vitia tam molesta, tamque delectatione sui periculosa, ita à multis calcari vidimus: ut tota ætate sua virgines permanserint in sua abstinence. ut de illa taceam, qui post deliciarum longum luxum, & inveteratum usum libidinis castitati ac temperantiæ se dederunt: & utrinque vitium contraria sibi virtute mutaverunt. Aliorum vitiorum est longè diversa ratio, quæ cum nihil jucunditatis, sed multam amaritudinis habeant: quæ cum ad vitandum sint faciliora: raro tamen à quibus vitentur, invenies. *Ibid.*

Summa tibi scientia, summa notitia sit, vitia virtutesque distinguere: quæ quanquam sibi contraria semper sint, aliqua tamen ex eis tanta junguntur similitudine: ut discerni omnino vix possint. *Ibidem.*

Vitium est affectus naturalis, præter ordinem, supra mensuram ordinem transgrediens, quando movetur ad ea, quæ non debet: mensuram excedens. quando movetur plusquam debet. *Hugo.*

Iniqua

Iniqua via est, quæ nos perducit ad vitia: recta verò virtutū:
quæ nobis indulgentiam tribuit ad salutem. *Cassiod. in Psalm.*

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Horat. Satyr. 3. lib. 1.

Denique te ipsum

Concute, num quæ tibi vitiorum inserit olim

Natura, aut etiam consuetudo mala? nam quæ

Neglectis urenda silex innascitur agris.

Claud. lib. 2. Eutrop.

Sed quia cecus inest vitis amor: omne futurum

Despicitur: suadent brevem presentia fructum:

Et iuit in vitium damni secuta libido.

Horat. Satyr. 3. lib. 1.

Nam vitis nemo sine nascitur. Optimus ille

Qui minimis urgetur.

Perfius Satyr. 1.

Auriculas asini quæ non habet?

Propert. lib. 2. eleg. ad Heremum.

Vnicuiq; dedit vitium natura creato:

Mis fortuna aliquid semper amare dedit.

Martialis lib. 12. Epigram.

Erin: ruber, niger ore, brevis pede, lumine lætes:

Rem magnam præstas Zoile, si bonus es

Horat. 2. Carm. 16.

Nihil est ab omni

Parte beatum.

Horat. 1. Carm. 3.

Audax omnia perpeti

Gens humana ruit per vitium nefas.

Catullus 21.

Suis cuique attributus est error:

Sed non videmus, mantica quod in tergo est.

Perfius 4.

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:

At præcedenti spectatur mantica tergo

Juvenalis 14.

Fallit enim vitium specie virtutis, & umbra.

Cum sit triste habitus, vultuque & veste severum.

Hhhh 4

Ovid. i. Remeda.

*Et mala sunt vicina bonis errore sub illos
Pro vitio virtutis crimina sepe tulit.*

Horat. Art.

Decipimur specie recti.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Vitia nostra, quæ amamus, defendimus: & malum excusare illa, quàm excutere. *Senec. epist. 117.*

Serpunt vitia, & contactu nocent, & in proximum quenque transfiliunt. *Idem de tranquill. vitæ.*

Multum prodest vitia projecisse, sic cum alienis rixandum est. *Idem epist. 13.*

Vitia te mercede sollicitant: avaritia pecuniam promittit: luxuria multas ac varias voluptates, ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam, & quicquid potentia ponit. *Idem epistola 59.*

In vitia alter alterum trahimus: quomodo ad salutem vocari potest, quem nullus retrahit, & populus impellit. *Idem epist. 40.*

§ SIMILITUDINES.

Viator, qui semel in saxum impeerit, aut gubernator in rupem, non solum horret eadem, verum etiam similia: sic qui vitium agnoscit suum, etiam à confinibus cavebit. *Plut.*

Si miseri sunt, qui duros nacti sunt dominos: quanto infeliciores, qui dominis serviunt vitis, à quibus non possunt aufugere. *Plut.*

In bello nunquam remittendæ sunt excubiæ: ita semper adversum vitia nobis dimicandum. *Plut.*

Ut qui desperat se fore divitem, largius impendit: at qui jam spe vicinus est opulento, is nec pusillam contemnit lucellum, & minimis parcat: ita qui confidit se fore bonum virum, & minima vitia studet corrigere, & nihil negligit, quod aliquo modo conducat ad bonam mentem. *Plut.*

Qui lignum ob imperitiam rectum facere nesciunt, distortum in diversam partem: sic quidam fuga vitii in aliud vitium incidunt gravius. *Plut.*

A prava uxore facile divortium feceris: malicia visceribus insidet, nec potes illi repudium scribere. *Plut.*

Ut corporis vitia quæ graviora sunt, faciunt ulcus: ita quædam animi vitia ob id sunt graviora, quod vehementius perturbant.

bant. minus enim cruciatur, si quis non credat esse Deos, quàm si quis supersticiosè timeat Deos. *Plut.*

Ut mendum, quod inducitur, ac diutius inhæsit, difficilè tollitur: ita vitia inveterata non facillè corriguntur. *Plut.*

Ut oculi diutino morbo difficiles facti, quovis Solis radio offenduntur: sic vitia, multa & assidua contracta temulentia, durant & sobriis. *Seneca.*

Ut scarabeum, aut viperam, aut araneum in gemma redditas à natura non horremus, sed amplectimur, effigie delectati: sic vitiorum crudita pictura delectamur in historicis ac poetis. *Erasmus.*

In cassam facilis illapsus est, sed exitus difficilis: sic decliviter in vitia, reditus ad meliorem frugem, non perinde facilis. *Idem.*

Ut est quædam venenorum contraria natura: sic ut sæpenu-merò venenum veneno pellatur: sic vitium vitio pellitur, & ma-
lissimo obicitur. *Idem.*

In aspidis ictu nullum est remedium, nisi ut partes contactæ amputentur: ita quædam vitia sola morte sanari possunt. *Plin. lib. 8. cap. 23.*

§ HIEROGLYPHICUM.

Theologi nostri veteres, *Catenas* significare *Vitia* contendunt quòd illa se invicem gignere, atque arctissime completi: consuevèrunt. *Pier. Valer. lib. 48. pag. 474. E.*

Vide Malitia, item Virtus.

VITUPERIUM.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ex Comicis Græcis.

Ἦθος δικαίων φιλῶν οὐ ψάει λόγος.

Attingere probos verba non queunt mala.

Νικᾶ γδ' αἰεὶ διαβολὴ τὰ κρείττονα.

Calumnia solet opprimere quod eminent.

Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, αἰσθρὸς κακῶν.

Laudare & infamare eundem, est improbi.

§ SIMILITUDO.

Plestricæ corpus humilitant, ut alios dejiciant: ita quidam seipso vituperant, ut videantur admirari familiares. *Erasmus.*
Vide Convitium, Contumelia, Correctio.

Hhhh §

UNITAS.

§ EXEMPLA SACRA.

Unitatis & consensus exempla: Israëlitz, *Exod. 19. v. 8. & 11. v. 21. Iudic. 20. v. 1. 1. Sam. 11. v. 7.* Universæ Tribus Israël. *2. Sam. 5. v. 1.* majores nam Israël, & subditi Salomonis, *1. Reg. 8. v. 1. 2. 3.* Israëlitz, *1. Esd. 2. v. 46. Nehem. 8. v. 1. 1. Macchab. 7. v. 28. 29. & 13. v. 6.* Bethuliani, *Iudic. 6. v. 14. & 7. v. 18.* Apostoli & fideles omnes, *Actor. 1. v. 14. & 2. v. 1. 44. 46. & 5. v. 14.* Apostoli, *4. v. 24.* Fideles Jerosolymitani, *vers. 32.*

Vide Concordia.

VOLUNTAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Mala voluntate non solum quisque miser efficitur; sed inferiori potestate, quâ desiderium malæ voluntatis impletur. *Augustin. lib. 3. de Trinit.*

Quum se voluntas relicto superiore ad inferiora convertit, efficitur mala: non quia malum est, quod se convertit: sed quia perversa est ipsa conversio. *Idem de civit. Dei lib. 12.*

Nemo quærat efficientem causam voluntatis malæ: non est efficiens, sed deficiens: quia nec effectio, sed defectio est. *Ibid.*

Nihil omnino tam facile est bonæ voluntati, quam ipsa libèrè & hoc sufficit Deo. *Idem.*

Voluntas aversa ab incommutabili bono, & conversa ad proprium bonum: aut ad exterius, peccat. Ad proprium convertitur, quum suæ potestatis vult esse. Ad exterius, quum aliorum propria, vel quæcunque ad se non pertinent, cognoscere studet. Ad interius, quum voluptatem corporis diligit. *Idem lib. de Libero Arbit.*

Voluntas cum nihil liberum habeat, nisi se, merito non judicatur, nisi ex se: siquidem nec tardum ingenium, nec labilis memoria, nec inquietus appetitus, nec sensus obtusus, nec vis languens reum per se statuerunt hominem: sicut nec contrarium innocentem: & hoc non ob aliud, nisi quia & hæc necessario ac præter voluntatem posse provenire probantur. *Idem ibid.*

Si cui non contingat facultas concubendi cum uxore aliena: planum tamen sit, aliquo modo cupere: & si potestas deesse esse futurum: non minus est reus, quam si in ipso facto deprehenderetur. *Idem ibid.*

Si propterea non facis furtum, quia timens ne videaris: imo in corde

in corde fecisti: furti reus teneris, & nihil tulisti. *Idem ibid.*

Bona voluntas est, qua appetimus rectè honestèque vivere, & ad summam sapientiam pervenire. *Idem de vera relig.*

Quum vult, non potest: quia quando potuit, noluit: ideò per malum velle perdidit bonum posse. *De ver. apo.*

Sola voluntate miser quisq; efficitur: sed inferior, quum desiderium malæ voluntatis impletur. *Idem supra.*

Cesser voluntas propria, & infernus non erit. In quem enim desæviet ignis ille, nisi in propriam voluntatem? Nam propria voluntas Deum impugnat, & adversus eum extollitur: ipsa est, quæ paradysum spoliat, infernum dirat, sanguinem Christi evacuat, & ditioni diaboli mundum subjugat. *Bernh. serm. 3. de Resurrectione Domini.*

Voluntati nec leges imperant, nec principes dominantur. libera est, & maximè si spiritu ducitur: quia ubi spiritus, ibi libertas. *Bernh. in epist.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ovid. lib. 9. Metamorph.

Temerata est nostra voluntas:

Vt nihil adyciam, non possum innocia dici:

Quod superest multum est in vota, in crimina parvum.

Idem lib. 3. de Pont.

Vt desint vires: tamen est laudanda voluntas:

Hac ego contentos auguror esse Deos.

Hec facit, ut veniat pauper quoq; gratus ad aras:

Et placeat casus, non minus agna bove.

Idem ad Pisonem.

Quod si digna tua minus est mea pagina laude:

At voluisse sat est, animum, non carmina jacto.

Juvenal. Satyr. 13.

Hæc patitur pœnas peccandi sola voluntas.

Nam scelus intrâ se tacitum qui cogitat ullum,

Facti crimen habet.

Propert. lib. 2. ad Musam.

Quod si deficient vires: audacia certè

Laus erit: in magnis & voluisse sat est.

Terent. in Andr.

Quoniam non potest fieri, id, quod vult,

Id relinquit quod possis.

Terent. in Heaut.

Non licet hominem esse sepe, ita ut vult: si res finit:

Perlius

Perlius Satyr. 5.

*Mille hominum species, & rerum discolor usus
Velle suum cuiq; est, nec voto vititur uno.*

Terent. in Phorm.

Verum ita est,

Quot homines, tot sententia: suis cuiq; mos.

Vide Affectus.

VOLUPTAS.

SENTENTIÆ PATRUM.

MINUS voluptatibus stimulat, qui non est, ubi frequentia est voluptatum. Minus avaritiæ molestias patitur, qui divitias non videt. *August. de sing. cleric.*

Nihil prodigæ satis est voluptati. Semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri. *Ambros. in Luc. lib. 6.*

Semper voluptas famem sui habet, & transacta non faciat. *Hieronym. in epist. ad Dama.*

Licet sæpe in medio carnalium Deus protegat vitam electorum: tamen satis rarum est, ut quisque inter seculi voluptates positus, à vitiis maneat illibatus: in quibus, & si non cito implicetur: aliquando tamen attrahitur: nec enim diu potest esse securus, qui periculo fuerit proximus. *Isid. lib. 3. de summo bono.*

Voluptas est cum quadam lubrica suavitate ad illicita facta mentis inclinatio. *Idem in Synonym.*

Qui dat pro modica delectatione illud, pro quo Christus se tradidit: stultum Christum reputat mercatorem. *Augustinus in quodam sermone.*

Delectatio cæcidit & præterit: vulneravit & transiit: miserum fecit & abiit: infelicem reddidit, & reliquit. *Ambros. in quodam sermone.*

Quicumque à puericia se dederit deliciis: manebit in servitute, ut vivens mortuus sit. *Idem in quodam epist.*

Hi frequenter majores tribulationes ex carne suscipiunt, qui carnis voluptatibus delectantur. *Gregor. lib. 12. moral.*

Sicut impossibile est, ut ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est computationem cordis vigere in deliciis. Contraria enim hæc sibi sunt invicem, & peremptoria: illa enim mater fierus, hæc mater est risus: illa cor constringit, ista dissolvit. *Chrysost. in lib. de compunct. cordis.*

Centum, si placeat, annos demus deliciis, adde & alios centum: si liber, adde & decies centum; quæ erit ex his ad æternitatem

tatem compensatio? Nonne tempus vitæ hujus, quo deliciis frui videmur? & indulgere libidini, quasi noctis unius somnium ad æternitatis comparationem videtur? *Chrysoft. de reparat. lapsi.*

Mens afflueta deliciis, nec exultat disciplinæ sarculo, multas contraxit sordes. *Bernh. in quadam epist.*

Facile onus afflictionis sentiunt, qui uti suavis deliciis consueverunt. *Cassiod. lib. 4. epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. lib. 7. *Metamorph.*

*Vsque ad eò nulla est sincera voluptas,
Solicitemq; aliquid letis interuenit.*

Idem lib. 6. *Fastor.*

*Scilicet interdum miscentur tristia letis:
Nec populum toto pectore festa iurant.*

Idem lib. 4. *de Pont.*

*Nulla dies ad eò est australibus humida nimbis:
Non intermissus, ut fluat imber aquis.*

*Nec sterilis loca ullis ita est: ut nemo sit in illo
Mixta ferè duris utilis herba rubis.*

Idem lib. 1. *Eleg.*

Impia sub dulci melle venena latent.

Horat. Oda. 16. lib. 2.

*Letus in presens animus, quod ultra est
Oderit curare; & amara leto
Temperet risu: nihil est ab omni
Parte beatum.*

Juvenal. Satyr. 10.

*Sed que preclara & prospera tanti?
Vt rebus letis par sit mensura malorum.*

Senec. in Thyeste.

*Nulla fors longa est: dolor ac voluptas
In vicem cedunt: breuior voluptas:
Ima permutat breui hora summis.*

Boëtius Metro. 7. lib. 3.

*Habet hoc voluptas omnis:
Stimulis agit fruentes,
Apiumque par volantium
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & minus tenacè
Terit icta corda morsu,*

Plaut.

Plautus in Amphitruo.

Ita quoique comparatum

*Est in etate hominum: ita Dii placitum: voluptati ut meri
Comes consequatur.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium.

Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

Vergilius Ecloga 2.

Trahit sua quæquæ voluptas.

SENTENTIÆ PHILOSOPH.

IMitatrix est boni Voluptas: malorum mater omnium, cuius blanditiis corrumpuntur, quæ natura bona sunt. *Cicer. 1. de Legib.*

Morum esca, voluptas: quæ homines capiuntur, ut hamo pisces. *Cato Major.*

Voluptate capiuntur omnes. *1. de Leg.*

Voluptates blandissimæ dominæ, sæpè majores partes animæ à virtute detorquent. *2. Offic.*

Maximas virtutes jacere oportet, voluptate dominante. *Attic. lib. 5.*

In voluptatis regno non potest virtus consistere. *Cato Major.*

Qui voluptati deditus est: huic omnia sensu, non ratione sunt judicanda: eaque dicenda optima, quæ sunt suavissima. *de Finib.*

Impedit consilium voluptas, rationi inimica: ac mentis, ita dicam, perstringit oculos: nec habet ullum cum virtute commercium. *Cato Major.*

Semovenda est voluptas, non solum ut recta sequamur: sed etiam ut loqui deceat frugaliter. *2. de Finib.*

Voluptas quod est major, eò magis mentem à sua sede & situ dimovet. *Parad. 1.*

Nemo est dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse voluptate. *2. de Finib.*

Qui voluptatibus ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dederunt, missos faciant honores, ne attingant Rempublicam, patiantur viros fortes labore, se esse suo perfrui. *Pro Sest.*

Nihil altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tam contemptam. *In Lelio.*

Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniteret: & multarum rerum jucundissimarum voluptatem

rietatem d
corroborat
Pluriqu
tum in mo
runt: sapè
Finib.
Nulla ca
à natura d
Fluit vo
causas po
Omnib
mum est.
Quis h
quosdam
quibus in
mi ferrim
fuerunt, f
non fruun
Senec. 28. e
Nobis
quo nunc
Voluptates, c
Voluptati ce
cedend

NOn e
tum,
lib. 2. de F
Sicut i
nascuntur
tantum o
hoc super
tis, sed ac
Stat. Sen
Sicut r
terarum
ventis m
coeperun
num ser
Ueloc
dent, & f
rietatem

ritatem dedit, quibus non modò prima ætas, sed etiam jam corroborata caperetur. *Pro M. Cælio.*

Plurimiq; propter voluptatem & parvam & non necessariam, tum in morbos graves, tum in damna, tum in dedecora incurrun: sæpè etiam legum judiciorumq; pœnis obligantur. *1. de Finib.*

Nulla capitalior pestis, quàm corporis voluptas, hominibus à natura data est. *Cato Major.*

Fluit voluptas, & prima quæque evolat: sæpiusq; relinquit causas pœnitendi, quàm recordandi. *2. de Finib.*

Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est. *2. de Orat.*

Quis hostis in quenquam tam contumeliosus fuit, quàm in quosdam voluptates suæ? Quidam se voluptatibus immergunt, quibus in consuetudinem abductis, carere non possunt: ob hoc miserimi sunt, quòd eò pervenerunt: ut illis, quæ supervacua fuerunt, facta sunt necessaria: serviunt itaque voluptatibus, non fruuntur: & mala sua, quod malorum ultimùm est, amant. *Senec. 28. epist.*

Nobis quoque militandum est, & quidem genere militiæ, quo nunquam otium datur. Debello dæ sunt in primis voluptates, quæ ut vides, sæva quoque ingenia rapuerunt. Si voluptati cesserò, cedendum est dolori, cedendum est simul labori, cedendum est paupertati. *Idem ibid.*

¶ SIMILITUDINES.

Non est necesse, tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere. *Cic. lib. 2. de Finib.*

Sicut in arvo, quod segeti profcissum est, aliqui flores inter nascuntur: non tamen huic herbæ, quamvis delectet, oculos, tantum operis insumptum est: aliud fuit serenti propositum, hoc supervenit. Sic voluptas non est merces, nec causa virtutis, sed accessio. Nec quia delectat placet: sed quia placet, delectat. *Senec. lib. de beata vita.*

Sicut navigatio in mari Syrtico periculosa est: & captarum ferarum sollicita possessio: sæpè enim laniant dominos: ita habentis magnæ voluptates, in magnum malum evasere, captæq; ceperunt: quæ quò plures majoresq; eò ille minor, ac plurimum servus est, quem felicem vulgus appellat. *Idem eod. lib.*

Ut ulcera quædam nocitura manus appetunt, & tactu gaudent, & scædam corporum scabiem delectat quicquid exasperat: non alites

non aliter dixerim his mentibus, in quas voluptates velut mala ulcera erumpunt, voluptati esse laborem vexationemque. *Idem lib. 1. de tranquill. vite. cap. 2.*

Quemadmodum scelerū, etiamsi non sint deprehensa confiterent, sollicitudo non cum ipsis abiit: ita improbarū voluptatum etiam post ipsas pœnitentia est. *Idem epist. 27.*

Ut major dolor obscurat minorem: sic animi voluptas corporis delectationem. *Plut.*

Si ebbrii comessatores irrumpant in domum lectu functam, non solum nihil adferent hilaritatis, sed ejulatum potius excitabunt: ita voluptates in corpore ægro offendunt quoque. *Plutarchus.*

Lysimachus ob sitim coactus est se dedere Scythiis: deinde cum frigidam bibisset aquā: Dii boni, inquit, quā brevis voluptatis causa quantam deposui felicitatem! ita nobis cogitandum, postquam ob potatiunculam intempestivam aut Venerem longum morbum incurrimus. *Plut.*

Qui corpus ægre affectum ad balneas, ac voluptates trahit quasi putrem, ac laceram navem deducit in mare. *Plut.*

Uelatronum genus, quod Ægyptii Philistas vocant, in lectis amplectuntur, ut strangulent: sic voluptates, dum blandiuntur, necant. *Senec.*

Ut æquè mortuus est, qui conditus est in odoribus: qui vitatur unco: ita æquè sunt infelices, & qui voluptatibus vitantur, & qui ambitiosis negotiis vacant. *Senec.*

Qui biberint ex Clitorio lacu, iis vini rædium oboritur: qui semel gustarint poetice, abhorrent à philosophiæ præceptis, aut contrā: sive qui se mundanis voluptatibus ingurgitant, abhorrent ab honestis illis ac veris oblectamentis. *Erasm.*

Sicuti Maroneum vinum, cujus meminit Homerus, non tanto aquæ mixtum, tamen vigorem suum servat: ita sapientia nullis solvitur voluptatibus. *Plin. lib. 14. cap. 4.*

Ut fonti non deest humor, semper ex eo scatenens: sic pro viro semper adest gaudium, etiam si res externæ mutantur. *Plutarch.*

Quemadmodum plantæ ac semina in regionibus montosis ac asperis non ita lasciviunt, ut in campestri, & molliore terra: sic homines, hominum quoque mores ad regionis habitum immutantur: & mollis ac fertilis regio molles ignavosque reddit homines. *Plut.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Celeberrimi omnium ob delicias Persiæ, quorum reges Sisyam abant

hyemabant: æstatem degebant Ecbatanis. Susa ob loci amænitatem vocata fuisse, scriptum reliquit Aristobulus: ac etiam Chares. est enim Susum, lilium. Versantur per autumnum in Persèpoli, ac reliquam totius anni partem in Babylonia. Parthorū reges Rhagis vere commorantur: hyemant in Babylonia.

Byzantii notati sunt à Græcis, ut acolaſti, & intemperantes, quod in Venerem & vinum ferrentur præcipites. Plurimum enim versabantur in caupona. *Theat. Zuing. fol. 2204.*

lanum mollities quondam abiit in proverbium. Primi unguenti, coronarumque conviviis dandarum, & secundæ mentis consuetudinem repererunt. *Hinc Horatius:*

Motus doceri gaudet Ionicos

Matura virgo.

Theopompus de Thessalorum deliciis scribit lib. 4. quod cum Sybariticibus vivunt, ac in orchestris alii taxillis ac potu diem consumunt: sumptuosissimi sunt omnium Pharsalii, ac pigerri-
mi. Athen. lib. 12. cap. 10.

Lydorum mollitiem. *Athen. lib. 12. cap. 4. enarrat.*

Sybaritæ, populi Calabriae, deliciis & voluptatibus adè inculserunt: ut luxuriosa omnia dicebantur Sybaritica. Hinc Sybariticus luxus: & Sybaritici libelli, id est, impudici. Convivia celebraturi, anno prius per feminas sumptuosissimè vestitas invitabant. Erant & fastu præurgidi: hinc adagium: Sybaritæ per plateas. Artes, quæ sono constabant, è civitate eiciebant, ne quaratione interPELLARETUR quies. *Athen lib. 12. cap. 16.*

Syracusani opibus florentissimi, voluptatibus ac deliciis adè delictissimi fuere. Undè & Syracusana mensa transit in proverbium. *Ravissus.*

Campani edè deliciarum proveci sunt: ut ad gladiatorum patria convivis invitarent ad cœnam, numerum eorum pro cœnæ dignitate definientes. Cùm verò Hannibali sese dedissent, exercitum eius in hybernis ita corrupuerunt: ut Hannibal ipse, viros sese introduxisse: Fæminas eduxisse affirmaret. *Strabo lib. 9. Valer. lib. 9. cap. 1.*

Tarentini, populari primùm dominatione potentissimi fuere: posterioribus annis illecebrosæ invaluere delictæ, propter fortunas nimium secundas: adè ut plures dies per annum impenderent ludis, festisq; celebrandis, quàm reliquis rebus. *Athen. lib. 12. cap. 7. & Strabo lib. 6.*

Tyrhenorum regionem nequitæ officinam. *Athen. lib. 12. cap. 5. molis verbis describit.*

§ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Quæ sanctificaveris, & voveris Domino, tolles: & venies ad locum, quem elegit Dominus, & offeres oblationes tuas. *Dent. 12.*

Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requireret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, &c. *Ibid. 23.*

Homo qui votum fecerit, & sponderit animã suam Deo, sub æstimatione dabit pretium. *Levit. 27.*

Si quis virorum votũ Domino voverit, aut se constrinxerit juramento, non faciet irritum verbum suum: sed omne, quod promisit, implebit. *Num. 30.*

Mulier si quippiam voverit, & se constrinxerit juramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognoverit pater votum quod pollicita est, & juramentum quo obligavit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est, & juravit, opere complebit. *Ibid.*

Rogabis eum, & exaudiet te, & vota reddes. *Iob. 22.*

Vovete, & reddite Domino Deo vestro. *Psal. 75.*

Ruina est homini denotare sanctos, & post vota retractare. *Proverb. 20.*

Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. *Eccles. 5.*

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Quia jam vovisti, jam te adstrinxisti: aliud tibi facere non licet. Non taliseris, si nõ feceris quod voluisti, qualis mansisses, si nihil tale vovisses. Minor enim tunc esses, non peior: modò autem quod absit, inferior, si Deo fidem fregeris: quanto beator, si persolveris. *August. in epist. ad Armentarium & Paulinum.*

Ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum liceret nobis eorum non impendere: tamen causa dilectionis impendimus. *Hieronym. ad Polentiam.*

Non te vovisse poeniteat: imò gaude jam tibi nõ licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Felix necessitas, quæ in meliorem compellit. *Aug. in hist. ad Arment.*

In vovendo fuit stultus, qui discretionem non adhibuit, & in reddendo impius. *Hier. in epist. ad Iephth.*

In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum.

erum. Quod incautè vovisti, non facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur. *Isid. lib. 2. soliloquio.*

Bonum quidem votum, si tamen ibi nihil admisceatur aduersum. Nam licet ubique deceat iustitiam custodiri: in illis tamen rebus maximè necessaria est, quæ divinis obtutibus offeratur: ne putemus ignorare Deum unde accipiat, si fraudatis oblationibus acquiescat? *Cass. lib. 3.*

Melius est non vovere, quàm vovere illud, quod sibi is, cui committitur, nolit exsolvi. *Bernh. in quod. ser.*

Abque necessitate remissio voti, non dispensatio, sed prævolutio est: & restrictio contra voluntatem, murmur est, non defectus. *Idem de precepto & dispensat.*

Iuste exigitur ad solvendum, qui non cogitur ad vovendum. *Idem in epist.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Otorum exempla: Jacob, *Genes. 28. vers. 20. 21. & 31. 13.* Israel, *Exod. 36. 3. Num. 21. 2.* Jephthæ, *Judic. 11. 30.* Michæ mater, *1. Sam. 1. 11.* Saul, *1. 4. 24.* Absalom, *2. 15. 4. 7. 8.* Pater regis Asa, *1. Reg. 15. 15.* Asa, *2. Paralip. 15. 18.* Ifthara, *1. Paralip. 29. 9.* Judith, *16. 22.* David, *2. Paralip. 5. 1. Psalm. 134. & 61. 9. & 66. vers. 13. 14. & 116. 14.* Nautæ, *Ion. 1. 16.* Jonas, *2. Machab. 3. 35.* Paulus, *Act. 18. 7. 18.* quidam Judæi, *13. vers. 12. 14.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Lodovicus Francorum rex ad Tolbiacum oppidum cum Alemannis congressurus, humana spe destitutus, ad opem cœlestem implorandam versus, fidei uxori Clotildi in paciscendis precibus data memor: Christum servatorem se professurum vovisse: si victor domum rediret. *Amilius lib. 1.*

De navigatione Thesei sic scribit *Plato* in Phædone: Theseus profectum in Cretam cum bis septem hominibus, votum accepisse: si ipse salvus salvos suos reduceret, singulis annis speculum Delphos ducturum ad Apollinem: quem morem Athenienses adhuc suo tempore servarent, ut ipsam eandem Theseidem coronatam Delphum mitterent: quo toto navigationis tempore, quousque ad Piræum, nefas sit quenquam supplicio aut afficere. *Theat. Zuing.*

Albanus rex Britonum, à Normannis afflictus, votum vovit, si assensu subditorum suorum: si Deus sibi victoriam largiretur: sese decimam partem omnium bonorum suorum Deo & beato Petro Romam missurum. *Regino lib. 2.*

Lacedæmonis Argivis agrum, qui Thyrea dicebatur, abstule-

VO VOTUM, URBS.

rant. concursum utrinque infestis signis: Lacedæmonii tamen victores evasere. Ex eo tempore Argivi tonsa coma devoverunt sese, ne prius comam alerent, neve mulieres aurum ferrent, quàm Thyreas recuperassent. Lacedæmonij contra, quam tonsi essent, in posterum comati esse voluerunt. *Herodot. lib. 1. Plutarch. in Parallelis.*

Saraceni, capicibus & mentis abrais, sibi diras horribiles precari solent: si è prælio nisi victores excedant. Oserius lib. 5. prurum Emmanuelis.

*Germani milites, quum eos Georgius Fronspergus & Sithius Caroli V. Cæsaris duces ad Papiam, ad pugnam hortarentur, in genua procubuerunt, & truci murmure, quodam carmine enunciato cava manu, collectum solo pulverem in terra presserunt: qui mos erat antiquissimus eorum, qui se pro principis victoriaque devoverent, ac jurarent, se nisi victores domum non esse redituros. *Jovius lib. 5. in Piscar.**

Vide, Promissio.

URBS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Plautus.

Quid id quod vidisti, ut munitum muro tibi visum est oppidum.

*Si incolæ benè sunt morati, pulchrè munitum arbitror:
Perfidia, & peculatus ex urbe, & avaritia si exsulant,
Quarta invidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio.
Septima perjurium, octava indiligentia,
Nona injuria, decimum quod pessimum aggressu scelus.
Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus secundis parvis.*

§ APOPTHEGMATA.

Lycurgus percontantibus cur prohibuisset urbem cingi muribus, quoniam, inquit, non caret mœnibus civitas, quæ non laetibus, sed viris cincta est. *Plutarch.*

*Agis Archidami F. cum præteriret Corinthiorum mœnia, conspiceretque excelsa munitaque esse, & in longum porrecta spectum: quæ sunt (inquit) mulieres, hunc locum inhabitantes innuens, fortibus viris non esse opus mœnibus. *Plutar. in Læone apoph.**

Agésilas, quum quidam interrogasset, cur Sparta mœnia

non cingeretur? cives armis instructos & unanimes ostendit,
& ait: hi, hi sunt urbis mœnia. *Plut. in Lacon.*

Theopompus cuidam ostendenti civitatis suæ mœnia, ac per-
contranti: nûm valida & alta viderentur? minime, inquit. si qui-
tem sunt mulierum. Sentiens civitatem satis munitam esse, si
vros habeat: sin minus, nihil prodesse quamlibet operosa mu-
nimenta. *Plut. in Lacon.*

Panthoidas legatus missus in Asiam, ostendentibus ipsi mu-
rum probè munitum: per Deos (inquit) ô hospes, bellum con-
dave mulierum. *Plut. in Lacon.*

Isæus Sophist. cùm olim Lacedæmonii inirent consilium de ci-
vitate mœnibus cingenda, *Isæus Sophista*, aliis consultantibus
Homeri hæc recitavit verba:

Scutum hæsit scuto, galea galeæ, atque viro vir.
Et adjecit: sic mihi state Lacedæmonii, & muris cincti sumus.
Philip. in Sophistis.

Vide Civitas, Respublica.

USURA.

¶ SENTENTIÆ PATRUM.

ET esca usura est, & vestis usura est: & quodcunque forti ac-
cedit, usura est. quod velis ei nomen imponas, usura est. *Am-
brus. lib. i. de David.*

Similis est pecunia usurarii, morsui aspidis percussus enim
ab aspide quasi delectatus vadit in somnum, & per suavitatem
soporis moritur: quia tunc venenum latenter per omnia mem-
bra decurrit: sic qui sub usura accipit, sub tempore quasi benefi-
cium sentit: sed usura per omnes ejus facultates decurrit, & to-
tum convertit in debitum. *Chrysost. super Matth.*

¶ SENTENTIÆ PŒTICÆ.

Lucan. lib. i. bell. civil.

Hinc usura vorax, avidumq; in tempore sensus:

Et concussa fides, & multis utile bellum.

Ausonius in Ecloga. de ambig. vitæ elig.

Si turpia lucra

Fœnoris, & velox inopes usura trucidat.

¶ APOPTHEGMATA.

A Gesilanes, quum Agidi persuasisset: ut debitorum fœnerato-
rumque nomina, tabulæque unâ comburerentur, apporta-
tae sunt in forum Clarium, ac coacervatae, supposito igni, donec
concremarentur. abeuntibus ergo fœnerantibus ac divitibus

cum tristitia: *Agessilaus* illorum calamitates irridens: nunquam se ignem puriorem vidisse jactabat. *Plutarch.* in *Lacon apoph.*

Rutilius quum aliquando Romæ adisset *Musonium*, rogavit: dic mihi *Musoni*: Jupiter Servator, quem tu imitaris, num foeneratur? Notans illius inopiam, qui cogeretur interdum accipere mutuum. Ad hoc arridens *Musonius*: at Dii ne foenerant quidem, *Rutili*: turpius est ad foenus dare, quàm accipere. At *Rutilius*, cum ipse faceret quod gravius esset, objecit illi quod erat levius. *Eras.* lib. 6. apoph.

M. Cato. Ex *Catone* Censorio quum quispiam percontaretur, quid in re domestica maximè expediret? respondit: Benè pascere, benè vestire, & benè agrum colere: & illi qui quaesierat quid foenerari? *Cato*, quid, hominem (inquit) occidere? *Cic.* lib. 2. *Offic.*

Vide Fœnus.

U S U S.

§ SENTENTIAE POETICAE.

Ovid. lib. 1. amor. Eleg. 8.

Ara nitent usu, vestiu bona querit habere:
Canescunt turpi tecta relicta situ.

Idem ad *Pisonem*.

Abdita quid prodest generosi vena metalli,
Si cultore caret? quid inertis condita portu,
Si ductoris eget, ratis efficit? omnia quamvis
Armamenta gerat, tereti quæ fluentia malo
Possit, & excusso dimittere vela rudente?

Ovid. lib. 1. de art. amandî.

Ferreas assiduo consumitur annulus usû:
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo, quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Ovid. lib. 4. de *Ponto*.

Gutta cavat lapidem: consumitur annulus usû:
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Lucret. lib. 1. de nat. rer.

Quinetiqum multum solum redeuntibus annis,
Annulus in digito subter tenuatur habendo,
Stillicidæ casus, lapidem cavat: uncus aratri
Ferrens occulto decrescit vomer in arvis.

Idem lib. 4. de natura rerum.

*Nam leviter quamvis, quod crebro tunditur ictu:
Vincitur in longo spatio tamen, atque labascit.
Nōne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humorū, longo in spatio pertundere saxa?*

Propert. lib. 2. Eleg. ad Cynth.

*Sed tamen obsistam: teritur rubigine mucro
Ferream, & parvo sepè liquore silex.*

Horat. in arte Poëtica.

*Multa renascentur, quæ jam cecidère, cadentque;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.*

Claud. de rap. Proserp. lib. 3.

Rerumque remotas

*Ingeniosa vias paulatim exploret egestas:
Vique artes pariat solertia, nutriat usus.*

Ovid. lib. 2. de arte amandi.

*Adde quod est illis operum prudentia major:
Solum & artifices qui facit, usus adest.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperunt, quicquam magna laude dignum, sine usu & exercitatione consequi possunt. *Cic. 1. Offic.*

Usus, magister est optimus. *Pro C. Rabirio Posth.*

Usus frequens omnium magistrorum præcepta superat. *Cic. 1. de Orat.*

§ SIMILITUDINES.

Nihil projectius excrementis animantium, & tamen stercoreandis agris præcipuum habent usum: ita nulla res est tam nihili, quæ non aliquâ proffit, si noris uti. *Erasm.*

Sicuti Scorpius, si post ictum admoveatur vulneri, venenum ad se retrahit: ita nihil est tam noxium, quin secum adferat remedium sui mali, si quis modo uti noverit.

Vide Abusus.

UTILITAS.

§ SENTENTIÆ PATRUM.

Uttilior est in conflictu lorica ferrea, quàm stola lineæ: licet hæc coneri sit; illa honori. *Bernh. in quotid. serm.*

Iij 4

Hæc dicta sunt de sermone, de virtute, de pecuniis, de omni dispensatione, quæ unicuique commissa est. Unumquemque enim ad communem utilitatem uti oportet his, quæ habet, sive sapientia, sive principatu, sive divitiis: non ad nocementum conservorum. *Chrysof. super illud Matth.*

Commodum enim debet esse, cum modo tantum: si mensuram æqualitatis excesserit, vim sui nominis non habebit. *Cassiod. lib. 2. epist.*

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ansonius in Periandri sentent.

Nunquam distedat utile à decoro.

Terent. in Hecyra.

Multa, ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Turpe quidem dictu: sed si modo vera fatemur:

Vulgus amicitias utilitate probat.

Cura quid expediat prior est, quam sit honestum?

Et cum fortuna statq; caditq; fides.

Nec facile invenies multas de millibus unum,

Virtutem pretium qui putet esse sui.

Ipse decor recti: facti si premia desint,

Non movet: & gratis pœnitet esse probum.

Nil nisi quod prodest, charum est. en detrahi menti

Spem fructus avidæ, nemo petendus erit.

At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit

Vtile, sollicitis computat articulis.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHORUM.

Qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam pestem, ut particeps parem. *Cic. 2. Tusc.*

Quod cuique obtigerit, id quisque teneat: eo si quis plus appetet, violabit jus humanæ societatis. *Idem 1. Offic.*

Animadvertamus cum alios juvare velimus, ne quos offendamus. Sæpè enim aut eos lædimus, quos non debemus: aut eos, quos non expedit. Si imprudentes, negligentis est: si scienter, temeritatis. *Cic. 2. Offic.*

Res familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudinis: conservari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri. *Cic. 2. Offic.*

Nostræ utilitates nobis adimendæ non sunt, aliisq; tradendæ: cum iis ipsi egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat, servandum est. *Cic. 2. Offic.*

Alicnum

Aliennum

quid de ali

Non est

puerimus.

Suum c

alterius co

Rei fan

randa: sed

Detrah

do suum a

mors, qua

aut corpo

patitur: u

mus. Neq

tam legib

continecy

modi cau

lunt, inco

Omne

re aliter u

aut quis p

Officiorum

Nemo

vincit uti

dignitate

Cum u

detur: fit

tem cura

Hæc r

quàm pr

A Jun

se&ta

quidem

nos, & u

ex huma

precare

Via

Alienum est à justitia, ad quam nati esse videmur: detrahere quid de aliquo quod sibi assumat. *Cic. 3. de Finib.*

Non est permillum, ut impunè nobis liceat, quod alicui exi- puerimus, id alteri tradere. *Cic. 4. Act. in Verr.*

Suum cuique incommodum ferendum est potiùs, quàm de alterius commodis detrahendum. *Cic. 3. Offic.*

Rei familiaris amplificatio nemini nocens: non est vitupe- randa: sed fugienda semper injuria. *Ibidem.*

Detrahere aliquid alteri: & hominem hominis incommo- do suum augere commodum, magis est contrà naturam quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt, aut corpori accidere, aut rebus externis. Illud enim natura non patitur: ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes, augea- mus. Neq; verò hoc solum natura, id est, jure gentium: sed et- iam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus Respub. continetur, eodem modo constitutum est: ut nò liceat sui com- modi causa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc vo- lunt, incolumem esse civium conjunctionem. *Cic. 3. Offic.*

Omnes expetimus utilitatem, ad eamque rapimur, nec face- re aliter ullo modo possumus. Num quis est, qui utilia fugiat? aut quis potiùs, qui ea non studiosissimè persequatur? *Idem 3. Officiorum.*

Nemo est, qui in putet expetendam maximè dignitatem: sed vincit utilitas plerunque, cum subest ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri. *Cic. 2. de Orat.*

Cum utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se vi- detur: fit ut distrahatur deliberando animus, afferatque ancipi- tem curam cogitandi. *Cic. 1. de Orat.*

Hæc res plus proficit si proponatur spes utilitatis futuræ, quàm præteriti beneficii recordatio. *Idem 1. de Orat.*

§ HIROGLYPHICUM.

A Junt, qui sacerdotum Ægyptiorum commenta curiosus sectantur, Tritonem idèò bisiformem, pingi solitum: superiori quidem parte hominem: inferiori verò piscem: ut ex honore nos, & utilitatem, & damnum consequi moneremur: cum illi ex humana natura bonum: ex pisce, non nisi perniciem inter- pretarentur. *Pier. Valer. lib. 31. pag. 284. F.*

Vide Damnum.

VULGUS.

¶ SENTENTIÆ POETICÆ.

Juvenal. Satyr. 10.

*Turba tremens sequitur fortunam semper, & odit
 Damnatos: idem populus si Nursia Thusco
 Favisset: si oppressa foret secunda senectus
 Principi, hac ipsa Sejanum diceret hora
 Augustum.*

Seneca in Hercule furente.

Invidia factum, ac sermo popularis premet.

Idem in Hippolyto.

*Tradere turpi fasces populus
 Gaudet, eosdem colit, atq; odit.*

Seneca in Octavia.

*O funestus multis populi,
 Dirusq; favor! qui cum flatu
 Vela secundo ratu implevit,
 Vexitq; procul: languidus idem
 Deserit alto, se voq; mari.*

Idem in Herc. furent.

*Illum populi favor attonitum.
 Fluctuq; magis mobile vulgus
 Aura timidum volvit inani.*

Horat. lib. 1. Epist. ad Mecœn.

*Non ego ventose plebis suffragia venor
 Impensis cœnarum, & trita munera vestis.*

Ovid. lib. 5. Metamorph.

*Tùm verò indomitas ardescit vulgus in iras,
 Telaq; conjiciunt.*

Vergil. lib. 1. Æneid.

*Sevitq; animis ignobile vulgus:
 Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.*

¶ APOPTHEGMATA.

Polycarpus, cùm fidei suæ rationem Herodi proconsuli reddere paratus esset, diemq; postularet, quo cum proconsule agere posset. Proconsul voluit, ut coram populo se excusaret. Cui Polycarpus: non faciam, inquit, cum principibus & potestatibus honos debeat, modò Deo non sit contrarius: populo autem furenti, satisfacere nemo possit. *Euseb. lib. 4. Eccles. hist. cap. 15.*
Diogenes

Diogenes
 lum niter
 id faceret
 sapientis
 re. Laert. li
 Alcibia
 emprum d
 dam. ac p
 faceret? u
 rius rei si
 libenter l
 lis implo
 Plat. in Gr
 Hippom
 landum,
 cussit eun
 quon hi t
 Polycle
 dem ad v
 turus aut
 muravit
 proposui
 ludibrio
 hoc. inq
 factum e
 tus. *Alian*
 M. Cat
 bar: qua
 ducem se
 Thoc
 repreh
 plebs: si p
 lulum re
 Idem c
 bar om
 probari
 piam di
 vulgo, q
 VUl
 laqu
 illius in

Diogenes quodam die theatrum ingressus, ipse adversus populum nitens ingrediebatur. Interrogatus autem, quàm ob rem id faceret? Hoc, inquit, in omni vita facere studeo: sentiens, hoc sapientis esse viri, in omnibus actionibus à multitudine diffidere. *Laert. lib. 6.*

Alcibiades habebat canem quendam insigni pulchritudine, emptum drachmarum septem millibus: huic amputavit caudam, ac per urbem obambulare passus est: demirantibus cur id faceret? ut hoc, inquit, de me loquantur Athenienses: nec alterius rei sint curiosi. Norat ingenium populi, qui de claris viris libenter loquitur male: scimus, vulgi mores esse: ut belli periculis implerent opem fortium virorum: in pace verò contemnāt. *Plut. in Græcor. apoph.*

Hippomachus, quùm discipulus suus aberraret arte inter fistulandum, & nihilominus plausum auditorum assequeretur, percussit eum baculo, dicens: perperam fistula cecinisti: nam alioquin hi tibi non applauderent. *Ælian. lib. 4. de var. hist.*

Polycletus eodem tempore duo simulachra fecit: alterum quidem ad vulgi arbitrium: alterum juxta artis regulas. Gratificaturus autem plebi, ad singulorum in accessum transposuit, & commutavit aliquid: morem gerens uniuscujusq; voluntati. *Mox* proposuit utrumque: & alterum omnes admirationi: alterum ludibrio ac risui habuerunt. Respondens igitur *Polycletus*: ac hoc, inquit, quod viruperatis & reprehenditis, à vestra arte profectum est: quod verò suspicitis, ego mea facultate sum fabricatus. *Ælian. lib. 16. de var. hist.*

M Cato populum Romanum gregi pecudum conferre solebat: quæ singulæ nemini obtemperant: universæ autem gregis ducem sequuntur. *Plut.*

Phocion populum Atheniensem in concione quùm liberius reprehenderet, eiq; *Demades* diceret: Laniabit te *Phocion* plebs: si paululum insanierit: quin, inquit ille, te potius, si paululum resipuerit. *Brus. lib. 7. cap. 17.*

Idem orationem habens apud Atheniensem populum, placebat omnibus: cumq; videret ab omnibus pariter sermonem approbari, conversus ad amicum: quid (inquit) nùm mali quippiam dixi imprudens? Adcò persuasum habebat: nihil placere vulgo, quod à recto judicio proficisceretur. *Plut. in apoph.*

¶ SIMILITUDINES.

Vulgò qui caprat aves, earum voces imitatur: ut alliciat in laqueos: sic, ut multitudinem in tuam adducas sententiam, illius ingenio obsecundes & observas oportet. *Plut.*

Inte

fuli reddo-
nsole age-
aret. Cui
potestati-
populo au-
hist. cap. 17.
Diogenes

Inter agathallos & acanthylides tantum est odium: ut si sanguis eorum vi misceatur, continuo separent se rursus ac dissociant: sic inter patricos & plebem, etiam si quando pro rerum usu conjunguntur: durat tamen usque odium naturale. *Plutarch.*

Nihil magis prestandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem: pergentes, non quod eundem est, sed quod itur. *Seneca.*

Ut qui in ludo versantur gladiatorio, cum iisdem vivunt ac pugnant: ita vulgus hominum inter sese dimicat, & alijs alium spoliat vel amicissimum. *Idem.*

Ut majore cum voluptate cantionem audimus noram quam ignotam: etiam si melior sit: ita iis literis impensius vulgus delectatur, quas didicit. *Erasm.*

Vide Populus.

VULNUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Vergil. lib. 3. Georg.

Hoc tamen ulla magis præsens fortuna malorum est;

Quàm si quis ferro potuit rescindere summum

Vlceris: alitur vitium, vivitque tegendo.

Continuo culpam ferro campeste: priusquam

Dira per incautum serpat contagio vlunus.

Ovid. lib. 1. Metamorph.

Cuncta prius tendanda: sed immedicabile vulnus

Ense rescindendum est: ne pars sincera trahatur.

Ovid. lib. 2. de Ponto.

Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit;

Non hoc tractari tutius esse puto.

Idem lib. 3. de Ponto.

Curando fieri quædam majora videmus

Vulnera, quæ melius non tetegisse fuit.

§ APOPTHEGMATA.

Alexander frequenter dicere solitus est: ut maximè sanetur vulnus quod illatum est: manet tamen cicatrix. Sensit vir clarissimus, vulnus facile quidem sanari posse, ut dolor omnis auferatur: cicatricem tamen, hoc est injuriæ factæ memoriam, semper versari ob oculos. *Erasmus & apoph.*

Timotheus audiens quendam acceptum in bello vulnus prædicantem: ac corporis cicatrices ostentantem: & me inquit, produxit.

duit, quod eum ego in Samo dux vester essem, catapultra telum
propè me ceciderat. Significans, hoc vulnus illi non factum in
prælio cominus pugnanti, sed procul. Sic sunt hodiè Thraaso-
nes, qui vulnèra, à bombardis corpori inflicta ostentant omni-
bus, fortitudinis gloriam ancupantes: cum vulnus eminè pu-
gnando fortassis à puero, vel ignavissimo timidissimoquè ho-
mine acceperint. *Erasm. lib. 5. apoph.*

VULTUS.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Ovid. ad Pisonem.

*Talis inest habitus, qualem nec dicere castum,
Nec fluidum: letum sed terribitate decorum
Possumus: ingenita stat nobilitatis in illo.*
Seneca in Thyeste.

*Multa, sed trepidus solet
Detegere vultus: magna volentem quoque
Consilia produnt.*

Idem in Agamemnone.

*Quid tacita versas?
Licet ipsa sileas, totus in vultu est dolor.*
Seneca in Hercule Octo.

*Licet ipsa neges,
Vultus loquitur quodcumque negas.*
Juvenal. Satyr. 1.

*Euse velut stricto quoties Luciliss ardens
Infremuit: rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus: tacita sudant præcordia culpæ
Inde ira, & lachrymæ.*

Vide Forma, Pulchritudo.

UXOR.

§ SENTENTIÆ POETICÆ.

Seneca in Octavia.

Amor perennis conjugis castæ manet.
Plautus in Stichon.

Pudicitia est pater

Eos magnificare, qui nos socios sumpserunt sibi.
Juvenal. Satyr. 6.

*Si verum excutias, facies, non uxor amatur:
Tres subeant, & se cutis arida laxet:*

Fiant

*Flant obscuri dentes, oculiq; minores:
Collige sarcinulas, dicit libertus & exi,
Iam gravis es nobis.*

Seneca in Octavia.

*Probitas, fidesq; conjugis, mores, pudor,
Placeant marito.*

Plautus in Mercatore.

Vxor contenta est, quae bona est, uno viro.

Ovid. lib. 2. de Tristib.

*Cumq; fefellit amans aliqua novitate maritum
Blanditur, magno palma favore datur.*

Juvenal. Satyr. 10.

Nos animorum

*Impulsu, & caeca magnaq; cupidine ducti
Conjugium petimus, partumq; uxoris: at illis
Notum, qui pueri, qualisq; futura sit uxor?*

Juvenal. Satyr. 6.

*Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta jacet, minimum dormitur in illo:
Tunc gravis illa viro: tunc orba tigride peior,
Cum simulat gemitus occulti conscia facti,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat,
Vberibus semper lachrymis, semperq; paratis
In statione sua, atque expectantibus illam
Quo jubeat manare modum.*

Ex Comicis Graecis.

*Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῆ,
Κακὸν μὲν ἔστιν, ἀλλ' ἀναγκαῖον κηρυγν.
Est ducere uxorem, malum: (vera ut loquar)
Malum necessarium putari, sed decet.*

*Μὴ ἐγαμεῖν γὰρ ἂν εἴ' ἀπαξ λάθης, φέρεται
Μύσσειν τε πολλὰ πηροῖκα καὶ γυναικεία, δαί.
Ducas cave uxorem: sed ubi eam duxeris,
Fer conjugem dotemq; connivens dehinc.*

*Ἀγαθῆς γυναικὸς ἔστιν, ὡ Νικοστράτη,
Μὴ κρείττον' εἶναι τὰνδρὸς, ἀλλ' ὑπεήγοον.
Γυνὴ ἢ νικῶσ' ἀνδρα κακόν ἔστι μέγα.
Proba uxor, o Nicostrata, marito suo
Non debet esse superior: sed obsequens.
Nam grave malum uxor est superans virum suum.*

Οικία δ' οὐ ἢ πάντα παροτρύνει γυνή,
 Οὐκ ἴσ' ἤ τις πάποσ' οὐκ ἀπώλετο.
*Haud una salva mansit unquam familia:
 Partes priores uxor in qua gesserit.*

Ὅστις γυναικὶ ἐπίκληρον ἐπιθυμῆι λαβῆται
 Πλουτῶσιν, ἢ τοι μῆνιν ἐκτίνει θεῶν,
 Ἢ ὄλετ' εὐτυχῆν, μακρότερον καλέμμε.
*Qui ducere uxorem cupit praedivitem:
 Pœnas vel ille pendit irati Deis:
 Vel, dum beatus audit, esse vult miser.*

Οὐ πάντες ἔτε δυστυχῶσιν ἐν γάμοις
 Οὐτ' εὐτυχῶσι. συμφορὰ δ' ὅς ἀν' τύχη
 Κακῆς γυναικὸς: εὐτυχῆ δ' ἐδδλῆς τυχεῖν.
*Non conjugali semper infelicitas
 Felicitas ve semper est comes toro:
 Sed prout uxor obtigit proba, aut secum.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Tales roganti matri, ut uxorem duceret: nondum esse tempus, dixit: dein major natu: non amplius esse tempus. *Scob. serm. 66. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.*

Socrates rogatus ab adolescente quodam, utrum melius censeret, uxore ducere, an non ducere? Utrumcunq; (inquit) feceris, pœnitebit, indicans, & cœlibatum & conjugium habere suas molestias: ad quas perferendas esset præparandus animus. *Laert. lib. 2. Val. Max. lib. 7. cap. 2.*

Menedemus cuidam sciscitanti: num sapienti ducenda esset uxor? num ego, inquit, videor tibi sapiens? quum annuisset: ego, inquit, uxorem duxi. *Laert. lib. 2.*

Aristippus mulierem parvam, sed pulchram conspicatus: parvum, inquit, malum, sed magnum pulchrum. Vel si mavis invertere sententiam: parvum quidem pulchrum: magnum autem malum. *Anton. in Meliss. part. 2. serm. 33.*

Antisthenes adolescenti consulenti: cujusmodi uxorem ducere expediret? si formosam duxeris, inquit, habebis communem: si deformem, habebis pœnam. *Aulus Gell. lib. 5. cap. 11. hoc dictum Bianti tribuit. Laert. autem lib. 4. Bionis. Maximus verò serm. 39. Soloni.*

Democritus interrogatus, cur homo proceræ staturæ, tam parvam duxisset uxorem? ego, inquit, in malo eligendo, quod minimum erat, elegi. *Ans. part. 2. serm. 34. Meliss.*

Aurcolica

Aureolus philosophus rogatus: pauperne an dives uxor ducenda esset? pauperem, ait, alere difficile est: divitem verò ferre, tormentum. *Brus. lib. cap. 22.*

Phocionis uxor in complurium fœminarum coetu interrogata? cur sola ex omnibus aureo non uteretur ornatu? Satis, inquit, uxori magnus ornatus viri sui virtus est. *Anton. in Meliss. part. 2. serm. 33.*

Lycurgus cuidam percontanti, quam ob causam lege cavissent ut sine dote virgines elocarentur? Ut, inquit, neque propter inopiam illæ reliquerentur in nuptæ, neque ob divitias expectarentur: sed ut juvenum quisque ad puellæ mores respiciens, castitatem faceret electionem. *Plut.*

Pericles duobus filiam eius ambientibus quorum alter dives ac imperitus erat: alter verò pauper & studiosus, elocavit eam pauperi: inquit, illum, qui dives fieri possit, meliorem esse quàm qui jam sit. *Stob. serm. 68.*

Olympias quum accepisset, adolescentem quendam alicum duxisse uxorem, eleganti quidem forma, sed famæ parum secundæ: ille, inquit, non sapit, qui uxorem oculis non etiam auribus duxerit. *Erasim. 6. apoph.*

Plato interroganti cuidam: an uxore ducta philosophari deberet? cum nescias, respondit, te solum servare an uxorem quoque super humeris te servaturum speras. *Stob. serm. 66.*

Protagoras rogatus, ob quàm causam dedisset filiam inimico nuptam? quia, inquit, nihil ei dare poteram deterius. *Anton. serm. 34. part. 2. Meliss.*

Philoxenus, cum quidam eum percontaretur, cur Sophocles bonas introduceret fœminas: ipse autem malas? quia, inquit, quales oporteat esse fœminas, Sophocles dicit: ego verò quales sint. *Anton. serm. 34. part. 2. Meliss.*

Diogenes quum aliquando vidisset mulieres ex oliva pendentes laqueo præfocatas: utinam, inquit, & cæteræ arbores similem ferrent fructum. *Laert. lib. 6.*

Phyonenes legumlator moriens, fratri dixisse fertur: ad famam felicitatem nihil mihi defuisset, si uxor defuisset. *Brus. lib. 7. cap. 22.*

Epaminondas sciscitatus: quidnam utilitatis caperet vir in nuptis? respondit, pro patria mori non dubitare. *Stob. serm. 66.*

Cicero rogatus ab *Hirtio*, ut post *Terentiæ* repudium sororem eius duceret, negavit, dicens: nō posse se uxori, & philosophiæ simul dare operam. *Bruson. lib. 7. cap. 22. Hieronymus contra Iovinianum.*

§ SIMILITUDINES.

Sponsæ quæ statim offensæ moribus virorū, eos deserunt, perindè faciunt, ac si quis iustus ab apibus, mel relinquat. *Plut.*

Ut inutile speculum est, auro gemmisq; adornatum, nisi representet similem imaginem: ita inutilis uxor, quantumvis opulenta, si viro mœsto sit hilaris, hilari mœsta. *Plut.*

Ut nemo sentit, qua parte stringat calceus: nisi qui indutus est: ita nemo novit ingenium mulieris: nisi qui duxit uxorem. *Plutarch.*

Luna, cum Soli conjungitur, tùm obscuratur & occultatur: cum adest, lucet: contrà, proba uxor præsentem marito maximè conspicere debet: eodem absente maximè condici ac latere. *Plut.*

Ut tibicen per alienam vocem sonat: ita mulier quædam non gravabitur per virum loqui. *Plut.*

Cum spirat Boreas, conatur vi vestem revellere: at homo magis adstringit pallium: quod si Sol tepido vento demulserit, tum sponte & tunicam abjicit: sic uxor quæ conatur convitiis maritum à luxu revocare, magis irritat: si placidè ferat & roget, magis efficit. *Plut.*

Qui ministrant elephantis, non sumunt lucidam vestem: qui auris, purpuream non induunt: nam his coloribus efferantur: frigides tympanorum strepitum non ferunt: ita uxor ab iis detestatur abstinere, quibus senserit maritū vehementer offendi. *Plut.*

§ HIEROGLYPHICA.

Viperæ suo quodam ingenio prædita, extrâ ordinem, sua habet hieroglyphica, quorum illud præcipuum: quod mulier quæ virum oderit suum, cui mortem etiam intenter: neque nisi coitus tantum gratia blandiatur, per pictam viperam sacerdotibus illi intelligebant: ea siquidem, ut apud Horum est, cum viri copulatur, caput eius ori inferat suo atque in concubitus confectum, nimia voluptatis vi superata, capite maris, mordicus percussato, maritum extinguit. *Pier. Valer. lib. 14. pag. 133. B.*

Non absurdè etiam voluptatem & usum, qua soleant ex uxoria consuetudine, unanimiq; concordia percipi, qualem Homerus sacrificè commendat, per Ignem & Aquam interpretabimur: cum nihil ferè sit in rerum natura igne jucundius, nihil aqua utilius, quæ sola ex rebus omnibus, necessitatibus innumeris, opem affert: quare aquam Pindarus Optimam, Aristotele etiam comprobante, nuncupavit. Igneum etiam ardorem auri pari Eloquio profequutus. *Idem lib. 46. pag. 455. B.*

Vide Conjugium, Matrimonium.

Kkkk

ZELOTYPIA.

¶ APOPTHEGMATA.

Cajus Sulpitius uxorem suam repudiavit, quod aperto capite ædes egressa esset: Lex, inquit, tibi meos unius oculos præfinit, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato: his esto speciosa non aliorum oculis placens. *Erasmus lib. 6. apoph.*

Alphonsus dicebat: ita demùm matrimonium tranquillè exigi posse: si uxor cæca, maritus autem surdus fiat. Innuit autem fœmineum genus esse Zelotypiz obnoxium: & marito molestiam esse uxoris garrulitatem, qua molestia cariturus est, si fiat surdus. *Erasm. lib. 8. apoph.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Sunt qui per *Camelum Zelotypiam* significant: propterea, quod animalia reliqua, tempore, quo rei veneræ cupidine, vel rabie potiùs incitata, gestiunt, in suum tantum genus sæviunt: *Camelus* autem in hominem etiam atque in unum quodque aliud animal efferascit, & usque ad eò sibi timet ab omnibus: ut solitudines petat: & id temporis ab omnium consortio separatus, solam fœminam affectetur. *Pier. Valer. lib. 12. pag. 117. 4.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Idas & *Lyncæus*, *Arvernes* & *Aphareï filii*, pro *Leucippi* filiabus *Phœbe* & *Ilaria*, adversus *Castora* & *Pollucem* propè *Spartam* dimicarunt: in quo congressu periit *Castor*: *Polluci* autem profuit immortalitas. *Theat. Zuïng.*

Perse in amoribus gravi æmulatione præditi sunt: ut non ille modò, qui appellaverit & attigerit regis pellicem: verùm etiam qui propius id itinere præterlatus fuerit & prætervertus quibus portantur plaustra, capite luat. *Plutarch. in Ardoxerxe.*

Excandescit *Catullus* in *Gelliū rivalem*: ut puellæ suæ furem: Idem ægrè fert, *Gellium* sibi ob pulchritudinem à *Lesbia* præpositum. ubi ait

Gellius est pulcher, quidni? quem Lesbia malit:

Quam te cum tota gente, Catulle tua.

Circe venefica ægrè ferens, *Scyllam* Nympham à *Glauco* mari: fontem (in quo se levabat) infecit veneno, cujus virtute *Scylla* in monstrum marinum mutata est. *Theat. Zuïng. fol. 117.*

ZELUS

ZELUS.

§ EXEMPLA BIBLICA.

Eli boni Exempla: Moses, *Exod.* 32. v. 19. 20. Phinees, *Num.* 25. v. 7. 8. 2. *Macchab.* 2. v. 54. Josuah, *Ios.* 7. v. 24. Filii Israël, *1. Reg.* 22. v. 11. 12. *Judic.* 20. v. 1. 2. 3. Elias, *1. Reg.* 18. v. 21. 40. 19. v. 10. Jehu, *2. Reg.* 10. v. 11. 16. 25. 27. Ezechias, *18. v. 4.* Jo-
 nis, *23. v. 6.* Zacharias Jojada filius, *2. Paralip.* 24. v. 20. Esdras,
1. Esdr. 9. v. 3. Nehemia, *Nehem.* 13. v. 25. Mathathias, *1. Macchab.*
 2. v. 23. 24. David, *Psal.* 69. v. 19. Joannes Baptista, *Matth.* 3.
 1. & 14. v. 4. CHRISTUS, *21. v. 12.* *Ioan.* 2. v. 15. Petrus,
1. Cor. 5. v. 3. Stephanus, *7. v. 51.* Paulus, *13. v. 10.* & 17. v. 16.
1. Cor. 9. v. 2. 3. 2. *Corinth.* 11. v. 2. 29. *Galat.* 3. v. 1. & 4. v. 19. Bar-
 thas & Paulus, *Actor.* 14. v. 13. 14. Apollos, *18. v. 24. 25.* Vide
 superius Heroici exempla. Zeli indiscreti exempla: Josuah,
1. Reg. 11. v. 27. 29. Abisai, *2. Samuel.* 16. v. 9. Filii Prophetarum,
1. Reg. 2. v. 15. 16. Jonas, *Ion.* 4. v. 1. 2. 3. Petrus, *Matth.* 16. v. 21. 22.
 Discipuli, *Marc.* 10. v. 13. 14. Joannes, *Luc.* 9. v. 49. Joannis Ba-
 ptista discipuli, *Ioan.* 3. v. 26. 27. Principes sacerdotum cum suis,
1. Cor. 5. v. 17. Judæi, *7. v. 57.* & 13. v. 45. *Rom.* 10. v. 2. Pau-
 lus, *Actor.* 22. v. 3. & 26. v. 9. 10. *Galat.* 1. v. 13. 14. 1. *Timoth.* 1.
 12. 13.

§ EXEMPLA PROFANA.

Lato vir summus, & Xenophon, haud expertes fuisse credun-
 tur talis affectus: id indicio est, quod neuter alterius memi-
 nit unquam cum multa uterque scripserit: ambo clari, & inter
 alioqui noti, Socraticæque sapientiæ ambo alumni. *Sabellicus*
1. 6. cap. 9.
Barvius & Mavrus ineptissimi. poetæ, Virgilio suam inviderunt
 gloriam. De quibus ipse *Vergil. in Bucol.*
Qui Barvium non odit: amet tua carmina Mavi.
Asinius Pollio ad eum fuit infensus nomini Ciceronis: ut ejus
 laudes audire nequiverit. Nam quum Sextilius poeta carmen
 de reculisset: *Deslenda Cicero, patrieq; silentia lingua:* Asinius ea
 permotus, audire ulterius noluit.
Hyarbita Maurus, dum Timagenem philosophum inter po-
 etas declamantem vellet imitari, & non posset, invidia crepuit.
1. lib. 1. epist.
Rupit Hyarbitam Timagenis emula lingua:
Dum studet urbanus, tenditque disertus haberi.

Kkkk 2

LECTORI CANDIDO

Josephus Langius S. P. D.



VT STUDIUM NOSTRUM SINCERUM quæ tui juvandi desiderium, lector benevole, clarius perspiceres: Indicem hunc Fabularum, Emblematum, & Symbolorum: arduo quidè, utili tamen labore ab ornatissimo adolescente JOANNE PHILIO, Franco, nobis instigantibus, collectum, Florilegio nostro adjungere volumus. Quod enim opusculi hujus perfectio magnoperè videbatur exigere: ut videlicet Apologi & Fabulæ, quæ non majorem sæpè ad delectandum, quàm ad persuadendum vim habent, suis locis, hoc est, post exemplorum classes plenè insererentur: id cum portentosa chartarum moles, tum verò temporis ad procudendum concessi angustia vehementer respuebat. Optimè igitur hac ratione incommodum illud sarciri posse rati sumus. Neq; enim valde difficile erit Lectori huius ductum Indicis secuto, ex volumine Fabularum à JOACHIMO CAMERARIO collectarum (ad illud enim paginarum numerus & ratio in hoc Indice refertur) ea venari, quæ ad institutum suum accommodata judicabit. Quia verò in eodem Florilegio nostro Hieroglyphica & Emblemata easdem ob causas minore, quod ajunt, finiendæ erant pomærio. placuit eidem operi clarissimorum virorum ANDRÆAELCIATI, J. C. & JOACHIMI CAMERARII Medici Noribergensis doctissima Emblemata & Symbola in eundem conjicere Indicem: ut inopiam, quam prolixi operis peperisset necessitas, aliquo modo compendiosa Indicis levaret

ID evarer industria. Accedit insuper id commodi:
 miclector, quod in Indice, selectissimas quasque
 Materias & scribendi & dicendi, ordine Alphabeti-
 co consignatas, uno quasi intuitu comprehendis &
 SINCERIS reliquas indagare discis, in cujusque literæ ac
 m, lector illabæ principio, ad oram paginarum, vel in fine
 : Indicem quocunq; loci notato atque expresso: quas res si-
 a, & Sym- ne materias tibi quærendas aut tractandas propo-
 e ab orna- nisti. Proinde, mi Lector, tu voluntatem nostram
 franco, no- uni consulens, hoc Indice ad tuam commodita-
 tro adjun- tem salvus utere, frueri.
 s perfectio
 et Apologi
 ctandum
 locis, hoc
 rentur; id
 o temporis
 nenter re-
 mmodum
 valde diffi-
 uto, exvo-

A



ABSTINENTIA, Camerarius, Emblemate 72.
 centuria 3. symbolo. *Sobrietas*. Alciatus Embl.
 24. symb. *Prudentes vino abstinent*. Idem Embl.
 31. symb. *Abstinentia*. Id. Embl. 34. symb. ἀνέχῃ
 καὶ ἀπέχῃ. Camer. fabula. *De vulpe & ura*.
 fol. 157.

ABUSIO, **ABUSUS**, Alciat. Embl. 52. symb. *In receptatores si-
 cariorum*. Id. Embl. 73. symb. *Luxuriosorum opes*. Idem Embl. 91.
 symb. *Ocni effigies, de ijs qui meretricibus donant, quod in bonos usus
 verti debeat*.

ACTIO, Cam. Embl. 1. cent. 1. symb. *Si serenus illuxerit*. Id. Embl.
 37. cent. 1. symb. *Sic vitam invenies*. Id. Embl. 70. cent. 1. symb.
Dum respicis erigor. Idem Embl. 91. cent. 1. symb. *His ornari aut
 mori*. Id. Embl. 61. cent. 3. symb. *Vnde auri per ramos aura refulsit*.
 Id. Embl. 65. cent. 3. symb. *Viraq; felicitas*. Id. Embl. 91. cent. 3.
 symb. *Sine iniuria*. Id. Embl. 100. cent. 3. symb. *Vt vivat*. Alc.
 Embl. 1. symb. *Supra insigni Ducatus Mediolanensis*. Cam. fab.
Cuculus & avicula, fol. 390.

ADMONITIO, Cam. fab. *Bos & juvenctus*, fol. 227.

ADOLESCENTIA, Cam. fab. *Cancris*, fol. 206. Id. fab. *De patre
 & filio literato*, fol. 366.

ADHORTATIO, Cam. fab. *De leone & homine*, fol. 338. Id. fab.
De love & plebejo, fol. 376.

ADVERSITAS, Cam. Embl. 58. cent. 1. symb. *Gaudet patientia
 duris*. Id. Embl. 22. cent. 1. symb. *Serenabit*. Id. fab. *Canis & Co-
 lumbus*, fol. 92.

Kkkk 3

INDEX LOCOR. COM.

fab. *Cervi dimicantes*, & *vulpes*, fol. 280. Id. fab. *Vrsus*, *Venator*, *Lupus*, fol. 286. Id. fab. *De avaro* & *familia*, fol. 378.

AUDACIA, AUDACES, Alc. Emb. 68. symb. *Impudentia*. Cam. fab. *Lupus* & *agnus*, fol. 164. Id. fab. *Venator* & *pastor*, fol. cod. Id. fab. *Talpe deprecatio*, fol. 368.

AULA, AULICI, AULICA VITA, Alci. Emb. 86. symb. *In aulicos*. Cam. fab. *Simiorum regnum*, fol. 186.

AURUM, Cam. Emb. 85. cent. 1. symb. *Sic opibus mentes*.

AUXILIUM, Camer. Embl. 32. cent. 1. symb. *Opis indiga*. Idem Embl. 69. cent. 2. symb. *Vulnus saless* & *umbram*. Idem Embl. 6. cent. 3. symb. *Via non usitata vehor*. Alciat. Embl. 160. symb. *Mutuum auxilium*. Cam. fab. *Pulex*, fol. 108.

B

BELLUM, Cam. Emb. 23. cent. 1. symb. *Erit altera merces*. Alc. Emb. 125. symb. *Ex damno alterius: alterius ut litas*. Id. Emb. 177. symb. *Ex bello pax*.

BENEFICENTIA, Cam. Emb. 36. cent. 1. symb. *Valere vulnera sano*. Id. Emb. 37. cent. 1. symb. *Sic nos non vobis*. Id. Emb. 52. cent. 2. symb. *Sua alienaque nutrit*. Alciat. Emb. 162. symb. *Gratie*.

BENEVOLENTIA, Camer. Emb. 48. cent. 1. symb. *Benevolus atq; benignus*. Id. fab. *Vrsi præceptum*, fol. 206.

BLANDILOQUENTIA, Camer. Emb. 90. cent. 2. symb. *Nil solidi*. Id. fab. *Fæta canis*, fol. 173.

BONITAS, BONUM, Cam. Emb. 70. cent. 1. symb. *Dùm respicis erigor*. Id. Embl. 41. cent. 3. symb. *Audentes obstat*. Id. fab. *De hirundine*, fol. 161. Id. fab. *Arbores grandes* & *pufilla*. fol. 234. Id. fab. *Origo murorum*, fol. 282.

BONUS VIR, Cam. Emb. 17. cent. 1. symb. *Semper immota*. Alc. Emb. 32. symb. *Bonus à divitiis nil timendum*.

C

CÆCITAS, Camer. Emblem. 94. cent. 2. symb. *Circumfusa tenebris*.

CALUMNIA, Cam. Emb. 5. cent. 3. symb. *Ergò mo vehor*. Id. fab. *Taurus* & *hircus*, fol. 165.

CALLIDITAS, Cam. Emb. 68. cent. 2. symb. *Effugia perdunt*. Alc. Embl. 62. symb. *Aliud*. Cam. fab. *Canis* & *gallus gallinæ*, fol. 93. Id. fab. *Aquila* & *Cornix*, fol. 178. Id. fab. *Viatores duo*, fol. 349. Id. fab. *Leo porcus*, fol. 363. Id. fab. *Aquila* & *regulus*, fol. 391.

CANTUS, Alciat. Emb. 183. symb. *Insignia poetarum*.

CAPTI-

- CAPTIVITAS, Cam. Emb. 29. cent. 3. symb. *Spoisse non vi. Id. fab. Anseres & grues, fol 107.*
- CASTIGATIO, Camer. fab. *Leporinum caput, fol. 319. Id. fab. Duo vicini, fol. 333.*
- CASTITAS, Camer. Emb. 59. cent. 1. symb. *Servari & servare meum est. Id. Emb. 13. cent. 2. symb. Hoc virtutis amor.*
- CAUSSA, Camer. Emb. 3. cent. 2. symb. *Non impunè feres. Idem fab. Puer & mater, fol. 100. Idem fabul. Canum ergà feras odium, fol 266.*
- CIVITAS, Alciat. Embl. 125. symb. *Ex damno alterius, alterius nititur.*
- CLEMENTIA, Cam. Emb. 77. cent. 1. symb. *Severitas abdita, clementia in promptu. Id. Embl. 83. cent. 1. symb. Quò mollis, eò suavis. Id. Embl. 52. cent. 2. symb. Sua alienaque nutrit. Idem Emb. 1. cent. 3. symb. Cuiq; suum. Alc. Embl. 148 symb. Principis Clementia.*
- COGITATIO, Cam. Emblem. 1. cent. 1. symb. *Si serenus illuxerit. Id. Embl. 57. cent. 1. symb. Sic vitam invenies. Idem Embl. 70. cent. 1. symb. Dum respicis erigor. Id. Emb. 99. cent. 1. symb. His ornari aut mori. Idem Emb. 14. cent. 3. symb. Non captus facilis. Idem Emb. 100. cent. 3. symb. Ut vivat. Alc. Emb. 4. symb. In Deo letandum. Id. Emb. 5. symb. Sapientia humana stultitia est apud Deum. Cam. fab. De nauta, qui agriculturam vellet exercere, fol. 399.*
- COGNITIO SUI, Alciat. Emb. 186. symb. *Dicta septem sapientum.*
- COMMISERATIO, Cam. fab. *Panthera, fol. 195.*
- CONATUS, Cam. fab. *Hircus & Cribrum, fol. 323. Id. fab. Canum conatus ebibendi mare, fol. 389. Idem fab. Cuculus & avicula, fol. 390.*
- CONCORDIA, Camer. Embl. 14. cent. 1. symb. *Nec incidi, nec evelli. Id. Embl. 57. cent. 3. symb. Concordes vivite. Alc. Embl. 10. symb. Fœdera. Id. Emb. 38. symb. Concordia symbolum. Idem Emb. 40. symb. Concordia insuperabilis.*
- CONJECTURA, Cam. fab. *Cervus, fol. 108.*
- CONJUGIUM, Cam. Embl. 60. cent. 3. symb. *Et sine labe fides. Id. Emb. 63. cent. 3. symb. Fida conjunctio. Id. Emb. 94. cent. 3. symb. Mens ignis ab ortu.*
- CONSCIENTIA, Alciat. Emblem. 102. symb. *Que supra nos, nil ad nos.*
- CONSILIUM, Camer. Embl. 46. cent. 3. symb. *Vsq; diu licet. Alciat. Embl. 1. symb. Super insigni ducatus Mediolanensis.*

INDEX LOCOR. COM.

- Idem Emb. 4. symb. *In Deo letandum*. Id. Emb. 12. symb. *Non vulganda consilia*. Id. Embl. 14. symb. *Consilio & virtute Chimeram superari*. Id. Emble. 41. symb. *Vnum nil: duos plurimum posse*. Id. Embl. 145. symb. *Consiliarii principum*. Id. Embl. 173. symb. *Partem delinquentis & sua foris culpam esse*. Cam. fab. *Vulpeculae*, fol. 76. Idem fab. *Hirundo & ariculae*, fol. 181. Id. fab. *Asinus & lupus*, fol. 203. Id. fab. *Vulpes & formica*, fol. 216. Id. fab. *Lena & amator*, fol. 281. Id. fab. *De Vulpe & passere*, fol. 304. Id. fab. *Viatores duo*, fol. 349.
- CONSTANTIA**, Cam. Emb. 11. cent. 1. symb. *Concussa uberior*. Id. Emb. 50. cent. 1. symb. *Hinc rectè facies*. Id. Embl. 56. cent. 3. symb. *Mersus mergam*. Id. Emb. 88. cent. 3. symb. *In axetantum*. Idem Emb. 98. cent. 3. symb. *Scabriusq; tenacius heret*. Alc. Emb. 13. symb. *Nec questioni quidem cedendum*. Cam. fab. *Asinus & leo*, fol. 216. Id. fab. *Mus inter caricas*, fol. 256.
- CONSUETUDO**, Cam. Emblem. 81. cent. 1. symb. *Dulcescit amarium*. Id. Embl. 59. cent. 2. symb. *A teneris assuescere multum est*. Id. fab. *Vulpes & leo*, fol. 75. Id. fab. *Camelus*, fol. 136. Idem fab. *Leo iuvenca, capra, ovus*, fol. 173. Idem fab. *Pastor & cocus*, fol. 393.
- CONTEMPTUS**, Cam. Emble. 46. cent. 2. symb. *Et infima profunt*. Id. fab. *Aquila & scarabeus*, fol. 73. Idem fab. *De leone sospito & mure*, fol. 152. Idem fab. *Leo & musculus*, fol. 181. Id. fab. *Grus & pavo*, fol. 208. Idem fabul. *Abies & dumeta*, fol. 209. Id. fab. *Gula deditus*, fol. 242. Id. fab. *Aquila & cuniculus*, fab. 253.
- CONTENTIO**, Alc. Emb. 179. symb. *Doctos doctis obloqui nefas*. Id. Emb. 185. symb. *Litera occidit spiritus vivificat*. Camer. fab. *Cornix & corvus*, fol. 126. Id. *Asinus controversus*, fol. 228. Idem *Hircus & statua aenea*, fol. 298.
- CONTUMELIA**, Cam. Emb. 66. cent. 1. symb. *Letamur graviora passi*. Id. fab. *Taurus & hircus*, fol. 165.
- CONVITIUM**, Cam. Embl. 66. cent. 1. symb. *Letamur graviora passi*.
- CORRECTIO**, Cam. fab. *Divinator*, fol. 95. Id. fab. *De sue & mure*, fol. 155. Id. fab. *De patre & filia*, fol. 373.
- CREDULITAS**, Alciat. Emb. 16. symb. *Νῦν φε κα μέμνησ' ἀπίστῳ ἀρθρα τῶν τε τῶν φρενῶν*. Id. Emb. 57. symb. *Furor & rabies*. Id. Emblem. 89. symb. *In avaros, vel quibus melior conditio ab extraneis offertur*. Cam. fab. *Asinus & corvi*, fol. 353.
- CULPA**, Camer. fab. *Canes*, fol. 123.
- CUNCTATIO**, Cam. fab. *Rusticus*, fol. 172.

CUPIDIT

- CUPIDITAS, Cam. Emb. 42. cent. 1. symb. *Neglecta virefcunt.*
 Id. fab. *Multer & Gallina*, fol. 87. Idem fab. *Testudo & aquila*,
 fol. 107. Id. fab. *Gallina auripara*, fol. 145. Id. fab. *Lupus & ur-*
fus, fol. 219. Id. fab. *Adolefcens & equus*, fol. 261. Id. fab. *Ab api-*
bus iclus, fol. 311. Id. fab. *Simius & circulator*. fol. 397.
 CURA, Cam. Emb. 91. cent. 1. symb. *De paucis grandis acervus.*
 Id. fab. *Vespertilio, rubus, hirundo*. fol. 96. Id. fab. *Cervus, & bo-*
ves. fol. 193.
 CURIOSITAS, Cam. Emb. 41. cent. 1. symb. *Sustine & abftine.*

D

- DAMNUM, Cam. Embl. 66. cent. 1. symb. *Letamur graviora*
paſſi. Alc. Emb. 125. symb. *Ex damno alterius, alterius utilitas.*
 Cam. fab. *Fiber*, fol. 91. Id. fab. *Feles*, fol. 117. Idem fab. *Crines*
alieni, fol. 169. Id. fab. *Simia*, fol. 210.
 DECORUM, Cam. fab. *Ficus & ſpina*, fol. 221.
 DEFENSIO, Cam. Emb. 83. cent. 2. symb. *Lorica virtus.* Idem
 Emb. 26. cent. 3. symb. *Nec ſperno nec metuo.* Id. Emb. 54. cent.
 3. symb. *Mutatur natura fide.* Alc. Emblem. 26. symb. *Gramen.*
 Camer. fab. *Fures*, fol. 126. Id. fab. *Luporum & ovium pax*, fol.
 191. Id. fab. *Hystrix & lupus*, fol. 250.
 DEGENERATIO, Alc. Emb. 140. symb. *Indeſcipientes.*
 DERISIO, Cam. fab. *De culice & tauro*, fol. 154.
 DESIDERIUM, Cam. fab. *Cera*, fol. 245.
 DESPERATIO, Alc. Embl. 119. symb. *Fortuna virtutem ſuperat.*
 Cam. fab. *Voluptatis & doloris affinitas*, fol. 300.
 DETRACTIO, Alc. Embl. 163. symb. *In detractores.* Id. Embl.
 164. symb. *Inanis impetus.*
 DEUS, Camer. Emb. 38. cent. 1. symb. *Modo Iupiter adſit.* Idem
 Emb. 87. cent. 1. symb. *Diem volvitur eſt.* Alc. Emb. 199. symb.
Quercus. Cam. fab. *Lignator & Mercurius*, fol. 97.
 DIVES, Alc. Embl. 189. symb. *Dives indoctus.* Cam. fab. *Vulpes*
& Muſtella, fol. 223.
 DIFFICULTAS, Cam. Emb. 43. cent. 1. symb. *Virtus difficilis,*
ſed fructuoſa. Id. Embl. 89. cent. 1. symb. *Semper incluta virtus.*
 Id. Emb. 28. cent. 2. symb. *Terreſtria flamina vetant.* Id. Embl.
 88. cent. 2. symb. *Vincit ſolertia vires.* Alc. Emb. 36. symb. *Ob-*
durandum ad verſus argentia. Camer. fab. *Pater & filius ruſticus,*
 fol. 327.
 DIFFIDENTIA, Cam. Emb. 55. cent. 2. symb. *Fide & diffide.*
 DILIGENTIA, Camer. Emb. 91. cent. 1. symb. *De paucis gran-*
di acervus. Idem Emb. 57. cent. 2. symb. *Quod petis alter habet.*
 Id. Emb

INDEX LOCOR. COM.

- Idem Emblem. 88. cent. 2. symb. *Vincit solertia vires.*
DISCENDI CONFIDITAS, Cam. Emb. 35. cent. 3. symb. *Par-
ta tenens, non parta sequar.*
DISCIPLINA, Cam. Emb. 70. cent. 3. symb. *Suavior doctrina
parentum.* Alciat. Emb. 98. symb. *Ars naturam adjuvans.*
DISCIPULI, Camer. fab. *Canis & Suis*, fol. 241.
DISCORDIA, Cam. fab. *Mulles & pyrus*, fol. 102. Id. fab. *Ac-
cipitrum pax*, fol. 257.
DISSIDIUM, Camer. fab. *Boves & Leo*, fol. 161. Id. fab. *Lupus
& Vulpes*, fol. 187. Id. fab. *Defure & sicario*, fol. 329.
DISSIMULATIO, Cam. fab. *Liguritor*, fol. 353.
DIVINATIO, Cam. Emb. 97. cent. 2. symb. *Tempore & loco.*
DIVITIÆ, Cam. Emb. 90. cent. 1. symb. *Vigilate timentes.* Idem
Emb. 100. cent. 2. symb. *Amor causa omnium.* Alciat. Emb. 32.
symb. *Bonis à divitibus nil timendum.* Cam. fab. *Aurei montes*,
fol. 398.
DOCTRINA, Cam. Emb. 4. cent. 1. symb. *Virtus hinc major.* Id.
Embl. 92. cent. 1. symb. *Vita tamen superest.* Id. Emb. 99. cent.
1. symb. *His ornari aut mori.* Id. Embl. 12. cent. 2. symb. *Nil in-
explorato.* Id. Embl. 24. cent. 2. symb. *In utrumque paratus.* Id.
Emb. 51. cent. 3. symb. *Pinguescit dum eruit.* Idem fab. *Olor*, fol.
114.
DOLOR, Cam. fab. *Accipiter & Luscinia*, fol. 189.
DOLUS, Cam. fab. *Vulpes & Ciconia*, fol. 185. Id. fol. *Auceps lip-
piss*, fol. 196.
DONUM, Alc. Embl. 167. symb. *Ε'χθραν ἀδωρον δωρον.* Cam. fab.
Testudo & rana, fol. 238.
DUX, Alciat. Emb. 56. symb. *In temerarios.*
- E
- EDUCATIO**, Camer. fab. *Vrsi educatio*, fol. 364. Id. fab. *Depa-
tre & filia*, fol. 373.
ELECTIO, Cam. fab. *Pavo & mone lula*, fol. 103.
ELOQUENTIA, Alc. Emb. 6. symb. *Ficta religio.* Id. Emb. 180.
symb. *Eloquentia fortitudine prestantior.* Idem Emb. 151. symb.
Facundia difficilis.
ERROR, Cam. Emb. 25. cent. 2. symb. *Terror & error.* Alc. Em-
blem. 6. symb. *Ficta religio.*
EXERCITATIO, Cam. Emb. 59. cent. 2. symb. *A teneris assue-
scere multum est.* Id. Emb. 44. cent. 3. symb. *Durescit tempore.*
Id. fab. *Simius & fabri*, fol. 279.
EXPERIENTIA, Cam. Emb. 14. cent. 2. symb. *Pretiosum quod
vile.*

FACILI-

F

- FACILITAS**, Camer. fab. *De philosopho timido*, fol. 262. Idem fabul. *Pater & filius*, fol. 324.
- FACTUM**, Cam. fab. *Lupus & mulier*, fol. 146. Id. fab. *Rusticus athleta*, fol. 323.
- FALLACIA**, Camer. Embl. 62. cent. 1. symb. *Caduca voluptas*. Alc. Emble. 21. symb. *In depensum*. Id. Embl. 75. symb. *In amatores meretricum*. Cam. fab. *Adolescentes & cocus*, fol. 88. Idem fab. *Scrofa & lupus*, fol. 183. Id. fab. *Puer fallax*, fol. 209. Idem fab. *Asinus agrotans*, fol. 247. Id. fab. *Amicus fallax*, fol. 175. Id. fab. *Filius dialecticus*, fol. 384.
- FAMA**, Cam. Emb. 67. cent. 2. symb. *Erigor uterigar*. Id. Emb. 100. cent. 2. symb. *Amor causa omnium*. Alciat. Emb. 12. symb. *Aliud*. Id. Emb. 135. symb. *Strenuorum immortalenomen*.
- FASTUS**, Cam. Emb. 71. cent. 1. symb. *Modesta juvenus, honesta senectus*. Id. fab. *Olla*, fol. 211. Id. fab. *Gula deditus*, fol. 242. Idem fab. *Rusticus adolescens & fluvius*, fol. 263. Id. fab. *Pauper nugator*, fol. 278. Id. fab. *De lupo auspicante*, fol. 373.
- FATUM**, Alciat. Emb. 157. symb. *Terminus*. Cam. fab. *Asini*, fol. 135.
- FAVOR**, Cam. Emblem. 88. cent. 1. symb. *Languesco sole latente*.
- FELICITAS**, Camer. Emble. 65. cent. 3. symb. *Vtraq; felicitas*. Alciat. Emble. 124. symb. *In momentaneam felicitatem*.
- FESTINATIO**, Cam. Embl. 15. cent. 1. symb. *Cunctando proficit*. Id. Emb. 45. cent. 1. symb. *Cito nata, cito pereunt*. Id. Emb. 69. cent. 3. symb. *Nulla mihi mora est*. Alc. Embl. 3. symb. *Non procrastinandum*. Camer. fab. *Sus & canis*, fol. 111. Id. fab. *Cucurbita & palma*, fol. 224. Idem fab. *Aquila & testudo*, fol. 273.
- FIDELITAS**, Cam. Emb. 63. cent. 1. symb. *Testante virebo*. Id. Emb. 62. cent. 2. symb. *Neuter solus*.
- FIDES**, Cam. Emb. 62. cent. 2. symb. *Neuter solus*. Id. Embl. 30. cent. 3. symb. *Fidem servabo genusq;*. Alc. Embl. 9. symb. *Fidei symbolum*. Id. Embl. 39. symb. *Concordia*. Id. Emb. 54. symb. *Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere*. Cam. fab. *Canis & cocus*, fol. 141. Id. fab. *Vulpes & arvicula*, fol. 310. Idem fab. *Ciconia, Mus, rana*, fol. 398.
- FILII**, Alc. Emb. 163. symb. *Amor filiorum*. Id. Emb. 164. symb. *Pietas filiorum in parentes*.
- FINIS**, Camer. Emb. 63. cent. 2. symb. *Gloria finis*. Id. Emb. 32. cent. 3. symb. *Exitus in dubio est*. Alciat. Emb. 186. symb. *Dicta septem sapientum*. Cam. fab. *Vulpes & hircus*, fol. 75. Id. fab. *Rana*, fol. 84. Idem fab. *Mulier & ancilla*, fol. 116. Id. fab. *Simia*, fol. 176.

INDEX LOCOR. COM.

- fol. 176. Idem fab. *Cicade Platonice*, fol. 301.
- FORMA, Alc. Emble. 188. symb. *Mentem non formam plus pollere*. Cam. fab. *Vulpes*, fol. 79. Id. fab. *Hirundo & Cornix*, fol. 115.
- FORTITUDO, Camer. Emb. 17. cent. 1. symb. *Semper immota*. Id. Emb. 50. cent. 1. symb. *Hinc rectè facies*. Id. Emb. 75. cent. 1. symb. *Pulcrior attrita resurgo*. Id. Emb. 6. cent. 2. symb. *Nil decentius*. Id. Emb. 7. cent. 2. symb. *Nec casus cedam*. Id. Emble. 48. cent. 2. symb. *Aut mors aut vita decora*. Id. Emb. 100. cent. 2. symb. *Amor caussa omnium*. Id. Embl. 19. cent. 3. symb. *Spiritus durissima coquit*. Idem Emb. 58. cent. 3. symb. *Sibi ipsa salus*. Idem Embl. 75. cent. 3. symb. *His ego sustentor*. Alc. Embl. 14. symb. *Consilio & virtute Chimeram superari*.
- FORTUNA, Cam. Emb. 95. cent. 1. symb. *Flectimur non frangimur*. Id. Emb. 26. cent. 2. symb. *Mutatus ab illo*. Alciat. Embl. 118. symb. *Virtuti fortuna comes*. Cam. fab. *Vulpes*, fol. 79. Idem fab. *Piscatores*, fol. 82.
- FRAUS, Cam. Emb. 80. cent. 1. symb. *Hac venena fugantur*. Id. Emb. 40. cent. 2. symb. *Nullis fraus tua latebris*. Alc. Emb. 49. symb. *In fraudulentos*. Idem Emb. 50. symb. *Dolus in suos*. Idem Embl. 128. symb. *Malè parta, malè dilabuntur*. Camer. fab. *De Apollinis tentatore*, fol. 82. Id. fab. *Adolescentes & cocus*, fol. 88. Idem fab. *Anguis & cancer*, fol. 211. Id. fab. *Asinus sale onustus*, fol. 162. Id. fab. *Fur & canis*, fol. 183. Id. fab. *Amicus fallax*, fol. 275. Id. fab. *De vulpe, leone & asino*, fol. 372.
- FRUGALITAS, Cam. Emb. 72. cent. 3. symb. *Sobrietatis opus*. Alciat. Embl. 7. symb. *Non tibi, sed religioni*.
- FUGA, Cam. fab. *Herus & canes*, fol. 86. Id. fab. *Pisces*, fol. 236. Id. fab. *Rusticus & musca*, fol. 330.
- FUROR, Cam. Emb. 10. cent. 2. symb. *Iram prudentia vincit*. Id. Emb. 19. cent. 2. symb. *Currenti cede furori*. Id. Emb. 47. cent. 2. symb. *Ira facessat noxia*. Alc. Emb. 175. symb. *Insani gladius*.
- FURTUM, Alciat. Emb. 128. symb. *Malè parta, malè dilabuntur*. Cam. fab. *Mercurius & Thiresias*, fol. 123.
- FUTURUM, Cam. fab. *Glires & quercus*, fol. 238. Id. fab. *Fluctuum numerator*, fol. 270.

G

- GARRULITAS, Alciat. Emb. 70. symb. *Garrulitas*. Id. Emb. 95. symb. *In garrulum & gulosum*. Camer. fab. *Aquila & pica*, fol. 237.
- GAUDIUM, Alciat. Emb. 4. symb. *In Deo letandum*. Cam. fab. *Piscatores*, fol. 80. Id. fab. *Leo, aper, vultures*, fol. 152.

GLADIUS,

GLADIU
Id. fab.
GLORIA
Emb. 4
2. symb
caussa
GRATIA
gnus. Id
Emb. 3
gnus, fol
GRATI
grato. Id
Emble
Formica
Leo &
GULA, C
Emb. 5
3. symb
Id. Em
garrulu
HOM
HON
fol. 175
HOSTI
168. sy
ligna, f
HUMAN
va pass
HUMIL
gratias
Emble
gallina
Muscu
HYPOC

JACTA
Alc. E
Gloria
in igna
rie &
297. I

- GLADIUS, Cam. Emb. 82. cent. 3. symb. *Dabit improbe pœnas.*
Id. fab. *Gladius & viator*, fol. 198.
- GLORIA, Cam. Emb. 5. cent. 1. symb. *Ardua virtutem.* Camer.
Emb. 4. cent. 2. symb. *Non revertar inultus.* Id. Emb. 17. cent.
2. symb. *Nec meta, nec onus.* Id. Embl. 100. cent. 2. symb. *Amor*
caussa omnium.
- GRATIA, Cam. Emble. 48. cent. 1. symb. *Benevolus atque beni-*
gnus. Idem Emb. 70. cent. 1. symb. *Dum respicis erigor.* Alciat.
Emb. 30. symb. *Gratiam referendam.* Cam. fab. *Agricola & an-*
guis, fol. 165.
- GRATITUDO, Cam. Embl. 32. cent. 2. symb. *Domino servire*
grato. Id. Emble. 98. cent. 2. symb. *Gratis servire jucundum.* Id.
Emble. 40. cent. 3. symb. *Acceptum reddimus officium.* Id. fabul.
Formica & columba, fol. 96. Id. fab. *Agricola*, fol. 117. Idem fab.
Leo & musculus, fol. 181.
- GULA, Cam. Emble. 50. cent. 2. symb. *Non bene conveniunt.* Id.
Emb. 54. cent. 2. symb. *Nescit gula modum.* Id. Emb. 49. cent.
3. symb. *Parvus non sufficit annis.* Alc. Emble. 90. symb. *Gula.*
Id. Emb. 94. symb. *Captivus ob gulam.* Idem Emb. 95. symb. *In*
garrulum & gulosum. Cam. fab. *Liguritor*, fol. 353.

H

- HOMO, Cam. fab. *Hominum fabricatio*, fol. 365.
- HONOR, Cam. fab. *Asinus vulgi*, fol. 170. Id. fab. *Leo senex*,
fol. 179.
- HOSTIS Alc. Emb. 167. symb. *Ἐχθρῶν ἀδωγα δδωγα.* Id. Emb.
168. symb. *A minimū quoque timendum.* Camer. fab. *Securis &*
ligna, fol. 191. Id. fab. *Ciconia, mus, rana.* fol. 398.
- HUMANITAS, Cam. Emb. 66. cent. 1. symb. *Letamur gravio-*
ra passi. Id. fab. *Trabs & boves*, fol. 241.
- HUMILITAS, Cam. Emble. 73. cent. 1. symb. *Humilibus dat*
gratiam. Idem Emble. 46. cent. 2. symb. *Et infima profunt.* Id.
Emble. 17. cent. 3. symb. *Cursu omnes præter vehor.* Id. fab. *Galli*
gallinacei, fol. 150. Idem fab. *Aper & asinus*, fol. 174. Idem fab.
Muscus & calvus, fol. 185.
- HYPOCRISIS, Alciat. Embl. 6. symb. *Ficta religio.*

I

- JACTANTIA, Camer. Emb. 19. cent. 1. symb. *Umbra tantum.*
Alc. Emb. 65. symb. *Fatuitas.* Id. 83. symb. *Ignavi.* Cam. fab.
Gloriator, fol. 80. Idem fab. *Talpa*, fol. 102. Id. fab. *De glorioso*
in ignavi bellatore, fol. 171. Id. fab. *Simia*, fol. 208. Id. fab. *Fer-*
ria & postridiana dies, fol. 275. Id. fab. *Vulpes & Erinaceus*, fol.
297. Id. fab. *Pomum & sterquilinum*, fol. eod.

IGNAVIA,

INDEX LOCOR. COM.

- IGNAVIA, Alc. Emb. 80. symb. *Desidia*. Idem Embl. 81. symb. *Desidiam abjiciendam*. Cam. fab. *Asinus & rana*, fol. 134. Idem fab. *Scarabæi & aves*, fol. 239. Idem fab. *De apicula desertrice sui generis*, fol. 377.
- IGNOMINIA, Cam. fab. *Taurus & hircus*, fol. 165.
- IGNORANTIA, Alc. Emb. 187. symb. *Submouendam ignorantiam*. Cam. fab. *Mellarius*, fol. 119.
- IMITATIO, Camer. Emb. 28. cent. 1. symb. *Triumphali stipite surgens*. Id. Emb. 45. cent. 3. symb. *Aliena vocis emula*. Id. fab. *Miles adfectator*, fol. 315. Idem fab. *Egyptiaca tertia*, fol. 405.
- IMPIETAS, Cam. fab. *Parricide interitus*, fol. 388.
- IMPROBUS, Cam. Emb. 38. cent. 2. symb. *Haud mutabitur unquam*. Id. fab. *De anu laborante ex oculis*, fol. 85. Id. fab. *Vulneratus à cane*, fol. 87. Id. fab. *Leo & vulpes*, fol. 112. Id. fab. *Asinus & corvus*, fol. 134. Id. fab. *Milvus & columba*, fol. 182. Id. fab. *Lupus & vulpes*, 187. Id. fab. *Fulex captus*, fol. 205. Id. fab. *Milvus & Mus*, fol. 250. Idem fab. *Luna preces*, fol. 263. Id. fab. *Noctua & Sol*, fol. 300. Id. fab. *Pater & filius*, fol. 324. Id. fab. *De Lupo & Porco*, fol. 350. Id. fab. *De rusticis & lupo*, fol. 362. Idem fab. *Pedes & agricola*, fol. 392.
- IMPUDICITIA, Camer. fab. *Iuppiter*, fol. 129.
- INCONSTANTIA, Alciat. Emble. 82. symb. *In facile à virtute desciscentes*. Camer. fab. *Equus novitius*, fol. 240. Idem fab. *Canis domicilium*, fol. 274. Idem fab. *Canis lectulus*, fol. 333. Idem fabul. *Demergo & stellus*, fol. 368. Idem fab. *De lupo auspicante*, fol. 373.
- INDIGNATIO, Camer. Emblem. 5. cent. 2. symb. *Vim suscitatur ira*. Alciat. Emblem. 27. symb. *Nec verbo nec facto quenquam ledendum*.
- INDULGENTIA, Camer. Embl. 77. cent. 2. symb. *Cæcus amor sobolis*.
- INDUSTRIA, Cam. Emb. 20. cent. 1. symb. *Aurora Musis amica*. Idem Emble. 91. cent. 1. symb. *De parvis grandis aceruus*. Idem Emb. 39. cent. 2. symb. *Aut capio, aut quiesco*. Idem fab. *Iuuenis somniculosus*, fol. 168.
- INFELICITAS, Alc. Emble. 129. symb. *Semper prestò esse in fortuna*. Cam. fab. *Mulier & ancilla*, fol. 116. Id. fab. *Asini pellis*, fol. 192.
- INGENIUM, INDOLES, Cam. Emb. 34. cent. 2. symb. *Inspicit & aspiciet*. Id. Embl. 92. cent. 3. symb. *Vni salus, alteri pernicius*. Alc. Emb. 108. symb. *Amygdalus*. Cam. fab. *Vulpes & testudo*, fol. 289.

INGRA-

- INGRATITUDO, Camer. Embl. 65. cent. 3. symb. *Nullo flectitur obsequio*. Id. Emble. 13. cent. 3. symb. *Bis pereo*. Alc. Emble. 64. symb. *In eum, qui sibi ipsi damnum apparat*. Cam. fab. *Cerva & vitis*, fol. 109. Id. fab. *Lupus & grus*, fol. 149. Id. fab. *Serpens vincit*, fol. 200. Id. fab. *Canis, senex*, fol. 225. Id. fab. *Merces anguina*, fol. 289.
- INIMICUS, Camer. Emblem. 53. cent. 1. symb. *Per opposita*. Id. Embl. 78. cent. 3. symb. *Inexpiable bellum*. Id. fab. *Inimici*, fol. 88. Id. fab. *Lepores*, fol. 130. Id. fab. *Corvus*, fol. 143. Idem fab. *De equo & cervo*, fol. 158.
- INJURIA, Cam. Embl. 22. cent. 1. symb. *Ingentia marmora findit*. Id. Embl. 66. cent. 1. symb. *Letamur graviora passi*. Alciat. Embl. 134. symb. *Optimus civis*. Cam. fab. *Canis & gallus gallinaceus*, fol. 93. Id. fab. *Taurus & hircus*, fol. 165. Id. fab. *Scrofa & lupus*, fol. 182. Id. fab. *Canis fugitivus*, fol. 239.
- INJUSTITIA, Camer. Emblem. 23. cent. 2. symb. *Violentæ nocent*.
- INNOCENTIA, Cam. Embl. 23. cent. 2. symb. *Violentæ nocent*. Id. Embl. 71. cent. 2. symb. *Vndique inermis*.
- INSCITIA, Camer. fab. *De mergo & stellis*, fol. 368.
- INSIDIA, Cam. Emb. 82. cent. 1. symb. *Vndique insidie*. Id. fab. *Lupus & ovis*, fol. 130.
- INSOLENTIA, Cam. Embl. 71. cent. 1. symb. *Modesta juvenus, honesta senectus*. Id. fab. *Leo, juvenca, capra, ovis*, fol. 173.
- INSTITUTIO, Cam. Embl. 2. cent. 1. symb. *Vnde pluat*. Idem Emblem. 70. cent. 3. symb. *Suavior doctrina parentum*. Id. fab. *Culex & apex*, fol. 257.
- INVIDIA, Cam. Emb. 24. cent. 1. symb. *Invidia integritatis afsecta*. Id. Embl. 41. cent. 3. symb. *Audentius obstat*. Alc. Embl. 49. symb. *In fraudulentos*. Id. Emb. 68. symb. *Impudentia*. Idem Emb. 71. symb. *Invidia*. Cam. fab. *Lupus & vulpes*, fol. 190. Id. fab. *Canis in presepi*, fol. 204. Id. fab. *Invidus*, fol. 209. Id. fab. *Lupus & vulpes*, fol. 329.
- IRA, Cam. Emb. 22. cent. 1. symb. *Ingentia marmora findit*. Idem Emb. 5. cent. 2. symb. *Vim suscitât ira*. Idem Embl. 10. cent. 2. symb. *Iram imprudentia vincit*. Id. Emb. 47. cent. 2. symb. *Ira facessat noxia*. Alc. Emb. 63. symb. *Ira*. Id. Emb. 174. symb. *Alius peccat, alius plectitur*. Id. Emb. 186. symb. *Dicta septem sapientum*. Cam. fab. *Ægrotus & medicus*, fol. 98. Id. fab. *Vrsus & aper*, fol. 240. Idem fab. *Canis & paterfamilias*, fol. 228. Id. fab. *Ciconia, mus, rana*, fol. 398.
- INDEX, JUDICIUM, Alciat. Emble. 48. symb. *In victoriam*

INDEX LOCOR. COM.

- dolo partam.* Cam. fab. *Caprea*, fol. 156. Id. fab. *Pardus & vulpes*, fol. 259.
JUSTITIA, Camer. Emb. 87. cent. 1. symb. *Dum voluitur iste.*
 Alciat. Embl. 28. symb. *Tandem tandem iustitia obtinet.*

L

- LABOR**, Cam. Emb. 20. cent. 1. symb. *Aurora Musis amica.* Id. Emble. 24. cent. 2. symb. *In utrumque paratus.* Id. Emb. 87. cent. 2. symb. *Latet abdita.* Id. Emb. 10. cent. 3. symb. *Instanti victoria.* Alciat. Emblem. 7. symb. *Non tibi, sed religioni.* Idem Emblem. 34. symb. *Α'νιχθ ης απιχθ.* Cam. fab. *Rusticus & filii ipsius*, fol. 85.
LACRIMÆ, Camer. fab. *Fletus & risus*, fol. 355.
LARGITIO, Cam. Emb. 49. cent. 1. symb. *Non inferiora secutus.* Idem fab. *Pastoris memoria*, fol. 306.
LASCIVIA, Alciat. Embl. 79. symb. *Lascivia.*
LAUS, Cam. Embl. 17. cent. 2. symb. *Nec meta, nec onus.* Alciat. Emble. 123. symb. *In illaudata laudantes.* Camer. fab. *De vulpe & gallo divino.* fol. 286.
LEX, Camer. Embl. 99. cent. 3. symb. *Violentior exit.* Id. fab. *De Busfride*, fol. 364.
LIBERI, Alciat. Emblem. 30. symb. *Gratiam referendam.*
LIBERTAS, Cam. Embl. 60. cent. 2. symb. *Libertas non libera.* Et Emble. 78. cent. 2. symb. *Arbitrii mihi jura mei.* Id. fab. *De ranis & love*, fol. 182. Id. fab. *Canis & Lupus*, fol. 191. Id. fab. *Carduelis*, fol. 242.
LIBIDO, Alciat. Emble. 200. symb. *Salix.* Cam. fab. *Jupiter*, fol. 129.
LICENTIA, Cam. Embl. 60. cent. 2. symb. *Libertas non libera.* Idem Emb. 89. cent. 2. symb. *Feroces perdit impunitas.*
LICITA, Cam. Embl. 60. cent. 2. symb. *Libertas non libera.* Alciat. Emb. 46. symb. *illicitum non sperandum.*
LIS, Camer. fab. *Asini umbra.* fol. 322. Id. fab. *Emtor & venditor.* fol. 350. Id. fab. *De asino & musto*, fol. 362. Id. fab. *Testamentum ambiguum*, fol. 401.
LITERÆ, Cam. Embl. 93. cent. 1. symb. *Non tibi spiro.* Id. Embl. 24. cent. 3. symb. *Aspiret mollior aura.* Alciat. Embl. 1. 2. symb. *Ex literarum studiis immortalitatem acquiri.* Camer. fab. *Lepore eruditio*, fol. 341.
LIVOR, Camer. fab. *Lupus & vulpes*, fol. 329.
LOCUS, Camer. Embl. 28. cent. 3. symb. *Loco & tempore.*
LOQUACITAS, Cam. fab. *Vulpes & Gallus*, fol. 198. Idem fab. *Aquila*

Aquila & pica, fol. 237. Idem fab. *Amatorum altercatio*, fol. 278.
 Idem fab. *Adolescens in luctu*, fol. 336.
 LUCRUM, Camer. fab. *Cassita*, fol. 104. Id. fab. *Cornix & canis*,
 fol. 127. Idem fab. *Corvus & serpens*, fol. 127.
 LUCTUS, Camer. fab. *Mulieris luctus*, fol. 174.
 LUXURIA, Cam. Embl. 46. cent. 1. symb. *Turpibus exitium*. Id.
 Emb. 74. cent. 1. symb. *Procul este profani*. Alc. Emb. 72. symb.
Luxuria,

M

MAGISTRATUS, Camer. Embl. 52. cent. 3. symb. *Dulce &*
decorum est. Alciat. Embl. 198. symb. *Cupressus*. Cam. fab.
Piscator. fol. 120. Id. fab. *De caprea & leone furioso*, fol. 153. Idem
 fab. *De asino gestante simulacrum*, fol. 153. Idem fab. *Leo & senex*,
 fol. 179.
 MAGISTER, Cam. Embl. 2. cent. 1. symb. *Vnde pluat*. Id. Embl.
 11. cent. 3. symb. *Cælo, ut se permittant*. Idem Embl. 70. cent. 3.
 symb. *Suavior doctrina parentum*.
 MAGNANIMITAS, Camer. Embl. 75. cent. 1. symb. *Pulchrior*
attritu resurgo.
 MALEDICENTIA, Camer. Embl. 53. cent. 2. symb. *Iam parce*
sepulto. Alc. Emb. 51. symb. *Maledicentia*. Id. Embl. 153. symb.
Cum larvis non luctandum. Id. Embl. 179. symb. *Doctos doctus ob-*
loqui nefas.
 MALITIA, Cam. fab. *Auceps & anguis*, fol. 90. Idem fab. *Vespæ*
& perdices, fol. 102. Id. fab. *Gallina & hirundo*, fol. 135. Id. fab.
Canis & ovis, fol. 172. Id. fab. *Leo & Simius*, fol. 194. Idem fab.
Gladius & viator, fol. 198.
 MANSUETUDO, Camer. Emblem. 2. cent. 2. symb. *Mansueti*
grandia cedunt.
 MATRIMONIUM, Cam. Embl. 57. cent. 3. symb. *Concordes vi-*
uite. Id. Emb. 63. cent. 3. symb. *Fida conjunctio*. Alc. Emb. 190.
 symb. *In fidem uxorem*. Id. Emble. 191. symb. *Reverentiam in*
matrimonio requiri.
 MEDICINA, Alciat. Emble. 130. symb. *Remedia in arduo, mala*
in prono esse,
 MEDIOCRITAS, Camer. symb. 21. cent. 1. symb. *Vi frangitur,*
obsequio flectitur. Id. Emb. 16. cent. 2. symb. *Nil ultra vires*. Id.
 Embl. 33. cent. 3. symb. *Prorenata*. Alc. Emb. 20. symb. *Matu-*
randum. Cam. fab. *Asinus & equus*, fol. 105. Id. fab. *Cuculus &*
accipiter, fol. 232.
 MENDACIUM, Camer. fab. *Vulpes & crocodilus*, fol. 78. Id. fab.

INDEX LOCOR. COM.

- Fraudulentus*, fol. 83. Id. fab. *Simius & Delphinus*, fol. 110. Idem fab. *Opifices*, fol. 118. Id. fab. *De mendace puero*, fol. 204. Id. fab. *Mendaciorum expositio*, fol. 386.
- MENDICITAS**, Cam. fab. *Vespertilio transfuga*, fol. 189.
- MERETRIX**, Alciat. Embl. 74. symb. *Tumulus meretricis*. Idem Emble. 76. symb. *Cavendus à meretricibus*.
- METUS**, Cam. Embl. 9. cent. 2. symb. *Magnos vana terrent*. Id. Emb. 11. cent. 2. symb. *Semper in metu*. Id. fab. *Leo & rana*, fol. 93. Id. fab. *Scarabæi & aves*, fol. 239. Idem fab. *Musculus & fœcus & gallus*, fol. 294.
- MILES**, Cam. Embl. 99. cent. 1. symb. *Hic ornari aut mori*. Idem Embl. 66. cent. 3. symb. *Nos aliu*. Id. Emb. 75. cent. 3. symb. *Hic ego sustentor*.
- MINÆ**, Cam. Emb. 61. cent. 3. symb. *Fortis convicia spernit*. Id. fab. *Animum silentia*, fol. 231.
- MISERIA**, Cam. fab. *Aquila*, fol. 144. Id. fab. *Asinus & vitulus*, fol. 231.
- MODESTIA**, Camer. Emb. 71. cent. 1. symb. *Modesta juvenis honesta senectus*.
- MODUS**, Camer. Emb. 47. cent. 1. symb. *Sit modus in rebus*. Alc. Emblem. 186. symb. *Dicta septem sapientum*. Cam. fab. *Luce præmia*, fol. 270.
- MOLLICIES**, Cam. Emblem. 64. cent. 1. symb. *Vt primum contigit auras*.
- MORA**, Alc. Embl. 45. symb. *Indies meliora*. Cam. fab. *Rex & subditus*, fol. 166. Id. fab. *Rusticus*, fol. 172. Id. fab. *Rusticus adolescens & fluvius*, fol. 263.
- MORES**, Cam. Emblem. 47. cent. 3. symb. *Rabie succensa tumescit*. Alc. Emblem. 170. symb. *Vel post mortem formidolosi*. Cam. fab. *De homine & fœco*, fol. 156. Id. fab. *Mus*, fol. 229. Idem fab. *Fœneratores*, fol. 321.
- MORS**, Cam. Emb. 81. cent. 2. symb. *Mori malo quàm fœdari*. Id. Emble. 23. cent. 3. symb. *Divina sibi canit & orbi*. Id. Emb. 71. cent. 3. symb. *Sortem ne dispice fati*. Alc. Emb. 155. symb. *Inferos mosam fato præreptam*. Idem Emb. 156. symb. *In mortem præreptam*. Id. Embl. 157. symb. *Terminus*. Cam. fab. *De senè & mortis*, fol. 84. Id. fab. *Hædus & lupus*, fol. 211. Id. fab. *Cygnus*, fol. 239. Id. fab. *Equus & porcus*, fol. 243. Id. fab. *De mortis nuntiu*, fol. 257.
- MULIER**, Cam. Emb. 21. cent. 3. symb. *Cum pudore lata facta distas*. Alc. Emb. 67. symb. *Superbia*. Id. Emb. 195. symb. *Mulieris famam non formam vulgatam esse oportere*. Idem Embl. 196. symb. *In pudoris statuam*.

MUSIC

MUSICA, Alciat. 184. symb. *Musica diu esse curam*. Cam. fab. Olor, fol. 114.
 MUTUUM, Alc. Embl. 160. symb. *Mutuum auxilium*.
 MUTATIO, Cam. Embl. 34. cent. 3. symb. *Renovata juventus*. Id. Embl. 54. cent. 3. symb. *Mutatur natura fide*. Alc. Embl. 59. symb. *Impossibile*. Id. Embl. 111. symb. *Dulcia quandoque amara fieri*. Cam. fab. *Asinus & vitulus*, fol. 232. Idem fab. *Agricola*, fol. 246.

N

NATURA, Cam. Embl. 97. cent. 1. symb. *Nullo docente magistro*. Id. Embl. 21. cent. 2. symb. *Natura potentior arte*. Idem Emb. 54. cent. 3. symb. *Mutatur natura fide*. Alc. Emb. 8. symb. *Qua diis vocant eundem*. Id. Emble. 97. symb. *Natura*. Cam. fab. *Pastor & lupo*, fol. 112. Id. fab. *Aethiops*, fol. 115. Id. fab. *Haedus & lupo*, fol. 124. Id. fab. *Formica*, fol. 131. Id. fab. *Struthiocamelus volans*, fol. 219. Id. fab. *Simia*, fol. 227. Id. fab. *Anserinus incessus*, fol. 311. Id. fab. *Cuculus & arvicula*, fol. 320.
 NECESSITAS, Cam. Emble. 93. cent. 2. symb. *Vlcisci haud melius*. Alc. Emb. 152. symb. *Aere quandocunq; salutem redimendam*. Cam. fab. *Medicus & egrotus*, fol. 90. Id. fab. *Cicada & formica*, fol. 144. Id. fab. *Luscinia & accipiter*, fol. 256.
 NEGLIGENTIA, Cam. Emb. 11. cent. 2. symb. *Semper in metu*. Idem fab. *Cancer & vulpes*, fol. 125. Id. fab. *Verraces & lanus*, fol. 196.
 NEQUITIA, Camer. fab. *Tempestas in mari*, fol. 328. Id. *Vulpes damnata capitis*, fol. 337. Id. fab. *Malum auctum irratione*, fol. 339. Id. fab. *Morio rapulans*, fol. 354.
 NOBILITAS, Cam. Emb. 9. cent. 3. symb. *Sustinere diem*. Alc. Embl. 136. symb. *Nobiles & generosi*.
 NOMEN, Cam. Emb. 4. cent. 2. symb. *Non revertar inultus*. Alc. Emb. 131. symb. *Ex arduis perpetuum nomen*. Id. Emb. 135. symb. *Strenuorum immortale nomen*.
 NUGA, Cam. fab. *De mendace puero*, fol. 204. Id. fab. *De rustico & ministro illius*, fol. 318.
 NUNCIUM, Camer. fab. *Cornix & corvus*, fol. 396.
 NUPTIA, Alciat. Emble. 197. symb. *Nupta contagioso*. Camer. fab. *De adolescentula muliere nupta seni*, fol. 367.

O

OBEDIENTIA, Cam. Emble. 90. cent. 3. symb. *Ardor omnibus idem*. Id. fab. *Lupus & haedus*, fol. 184. Id. fab. *De columbis*, fol. 302.

INDEX LOCOR. COM.

- OBLIVIO**, Alciat. Embl. 714. symb. *In oblivionem patrie*. Cam. fab. *Mulus*, fol. 147. Id. fab. *Anguis & agricola*, fol. cod. Idem fab. *Canis senex*, fol. 225.
- OCCASIO**, Camer. Emb. 39. cent. 2. symb. *Aut capio aut quiesco*. Id. Emble. 70. cent. 2. symb. *Nunc nescito vires*. Alc. Embl. 121. symb. *In occasionem*. Camer. fab. *Asinus & leo*, fol. 109. Id. fab. *Arundo & olea*, fol. 149. Id. fab. *Canis & adolescens*, fol. 258.
- OCCUPATIO**, Cam. fab. *De sene & concubinis illius*, fol. 159.
- ODIUM**, Camer. Embl. 78. cent. 3. symb. *Inexpiable bellum*.
- OFFENSIO**, Camer. fab. *Canis & Pastor*, fol. 253.
- OFFICIUM**, Cam. fab. *Gallinaces & vulpes*, fol. 275.
- OMEN**, Alciat. Emblem. 210. symb. *Laurus*.
- OPUS**, Camer. fab. *Leo, asinus & lepus*, fol. 257.
- ORATIO**, Alciat. Embl. 173. symb. *Parem delinquentis & suasit culpam esse*. Cam. fab. *Leporum concio*, fol. 264.
- OSTENTATIO**, Cam. Emblem. 19 cent. 1. symb. *Vmbra tantum*. Id. fab. *Gloriator*, fol. 50. Id. fab. *Talpa*, fol. 102. Id. fab. *Vermiculus & vulpes*, fol. 144. Id. fab. *De homine & leone lapides*, fol. 152. Id. fab. *Hirci*, fol. 198. Id. fab. *Uctis & vulpes*, fol. 200. Id. fab. *Talpa & mus*, fol. 220. Id. fab. *Feræ & postridiana dies*, fol. 275. Idem fab. *Canis venaticus & molossi domestici*, fol. 328. Idem fab. *De sorice*, fol. 371. Id. fab. *De musca & plaustro frumenti*, fol. 382.
- OTIUM**, Cam. Emb. 78. cent. 1. symb. *Non metentis, sed merentis*. Idem Emble. 20. cent. 2. symb. *Major post otia virtus*. Alciat. Emb. 81. symb. *Desidiam abiciensdam*.

P

- PARENTES**, Cam. Emblem. 58. cent. 2. symb. *Custodiatur*. Idem Embl. 77. cent. 2. symb. *Cecus amor sobolis*. Idem Emb. 85. cent. 2. symb. *Non solum nobis*. Idem Emblem. 62. cent. 3. symb. *Durissima perfert*. Alc. Emblem. 30. symb. *Gratiam referendam*. Idem Emblem. 192. symb. *In fecunditatem sibi ipsi damnosam*. Id. Emb. 394. symb. *Amor filiorum*. Id. Embl. 198. symb. *Cupressus*.
- PARSIMONIA**, Cam. fab. *Simius & vulpes*, fol. 192.
- PATIENTIA**, Cam. Emb. 65. cent. 1. symb. *Nature maturavit opus*. Alc. Emb. 13. symb. *Nec questioni quidem cedendum*. Idem Emb. 34. symb. *Αἰρεξ & ἀπειρεξ*. Cam. fab. *Thunnus & Delphinus*, fol. 89.
- PATRIA**, Cam. Emb. 99. cent. 1. symb. *His ornari aut mori*. Id. Emb. 39. cent. 3. symb. *Soli patrie*. Id. fab. *Mus*, fol. 182.

PATRO

- patrie. Cam.*
l. cod. Idem
- io aut quiesc.*
c. Embl. 111.
109. Id. fab.
5. fol. 258.
5. fol. 159.
le bellum.
- 75.*
- is & sua fori*
- o. Umbra tan.*
102. Id. fab.
leone lapide:
ipes, fol. 200.
Stridiana diet.
stici, fol. 328.
astro frumenti,
- sed merenti.*
rtus. Alciat.
- Custodia tuta.*
Idem Embl.
62. cent. 3.
Gratiam refe-
sibi ipsi damo-
bl. 198. symb.
- 92.*
ure maturavit
endum. Idem
ons & Delphi-
- aut mori. Id.*
l. 182.
- PATRONUS, Camer. fab. *Milvus & columbae*, fol. 182.
- PAUPERIAS, Alc. Emb. 37. symb. *Omnia mea mecum porto*. Id. Emb. 120. symb. *Paupertatem summis ingenis obesse ne provehantur*. Idem Embl. 169. symb. *Obnoxia infirmitas*. Cam. fab. *Capit*, fol. 233.
- PAX, Cam. Emb. 14. cent. 1. symb. *Nec incidi nec evelli*. Id. Emb. 50. cent. 1. symb. *Hinc recte facies*. Alc. Emble. 176. symb. *Pax*. Id. Emblem. 177. symb. *Ex bello pax*.
- PECCATUM, Camer. Emb. 16. cent. 3. symb. *Vetustate relicta*.
- PEREGRINUS, Cam. Emb. 84. cent. 3. symb. *Incertis vagamur sedibus*.
- PERICULUM, Cam. Embl. 61. cent. 1. symb. *Nunquam languescimus*. Id. Emb. 66. cent. 1. symb. *Latamur graviora passi*, Idem Emblem. 68. cent. 1. symb. *Leviter si tangis adurit*.
- PERJURIUM, Cam. fab. *Adolescentes & cocus*, fol. 88.
- PERSEVERANTIA, Camer. Emb. 95. cent. 2. symb. *Perseverandum*. Id. Emb. 48. cent. 3. symb. *Deficiam aut efficiam*. Idem fab. *De lupo & porco*, fol. 350.
- PERSUASIO, Camer. Emb. 53. cent. 3. symb. *Fallit opinio*. Alc. Emblem. 6. symb. *Ficta religio*. Cam. fab. *Fidicen*, fol. 125. Id. fab. *Tubicen*, fol. 148. Id. fab. *Lupus piscis*, fol. 254. Id. fab. *Vulpecula & tintinnabulum*, fol. 280. Id. fab. *De opulento & paupere*, fol. 331.
- PHILANTIA, Alciat. Embl. 69. symb. *Φιλανθία*. Camer. fab. *Mantica*, fol. 309.
- PHILOSOPHIA, Alciat. Embl. 62. symb. *Aliud*. Id. Emb. 102. symb. *Que supra nos, nil ad nos*.
- PIETAS, Cam. Emb. 27. cent. 1. symb. *Vndique tutus*. Id. Emb. 1. cent. 2. symb. *Pura placet pietas*. Id. Emb. 24. cent. 2. symb. *Ut utrumq; paratus*. Id. Emb. 42. cent. 2. symb. *Vna salus*. Id. Emb. 72. cent. 2. symb. *Fit sua vior*. Id. Emb. 59. cent. 3. symb. *Divina nuntia pacis*. Idem Embl. 100. cent. 3. symb. *Ut vivat*.
- PIGRIETAS, Cam. fab. *Bubulces*, fol. 267. Id. fab. *Pediculi & pulices*, fol. 382.
- POENA, Alc. Embl. 175. symb. *Insani gladios*. Cam. fab. *Aquila*, fol. 264. Id. fab. *Servus fugitivus & pistrinum*, fol. 274. Id. fab. *Parricide interitus*, fol. 388.
- POENITENTIA, Cam. fab. *Merula*, fol. 115. Idem fab. *Fur & Carnifex*, fol. 317.
- POESIS, Cam. Emblem. 24. cent. 3. symb. *Aspiret mollior aura*. Alciat. Embl. 183. symb. *Insignia poetarum*. Idem mblic. 204. symb. *Hedera*.

INDEX LOCOR. COM.

- POTENTIA**, Cam. Emblem. 33. cent. 1. symb. *Vim ex vi*. Idem Embl. 1. cent. 3. symb. *Cuique suum*. Id. fab. *Aranea & hirundo*, fol. 130.
- PRÆCEPTOR**, Camer. Embl. 2. cent. 1. symb. *Vnde pluat*. Idem Embl. 70. cent. 3. symb. *Suavior doctrina parentum*. Alc. Embl. 8. symb. *Qua Dii vocant, eundem*. Camer. fab. *Simii & aricula*, fol. 283.
- PRINCEPS**, Camer. Emble. 77. cent. 1. symb. *Severitas abdita, clementia in promptu*. Id. Embl. 8. cent. 2. symb. *Ad medelam*. Id. Emblem. 44. cent. 2. symb. *Non mihi, sed populo*. Idem Emble. 45. cent. 2. symb. *Liberalitas compensata*. Id. Emble. 3. cent. 3. symb. *Et profundissima queque*. Id. Embl. 85. cent. 3. symb. *Concordia regni*. Alciat. Embl. 38. symb. *Concordia symbolum*. Idem Embl. 134. symb. *Princeps subditorum incolumitatem procurans*. Id. Emql. 144. symb. *In senatum boni principis*. Id. Embl. 147. symb. *Quod non capit Christus, rapit fiscus*. Idem Emblem. 178. symb. *Ex pace ubertas*.
- PRINCIPIUM**, Alciat. Emble. 126. symb. *Bonis auspiciis incipiendum*.
- PROBITAS**, Camer. Emblem. 1. cent. 2. symb. *Pura placet pietas*. Camer. Emble. 86. cent. 2. symb. *Nil moror istius*. Id. Embl. 22. cent. 3. symb. *Vnius coloris*. Id. Emble. 25. cent. 3. symb. *Nil fulgura terrent*.
- PRODIGALITAS**, Alc. Embl. 52. symb. *In receptatores sicario- rum*. Cam. fab. *Piscatores & testudines*, fol. 228.
- PRODITIO**, Alc. Embl. 50. symb. *Dolos in suos*. Cam. fab. *Asinus & vulpes*, fol. 35. Idem fab. *Lupi & canes*, fol. 332.
- PROFESSOR**, Camer. fab. *Saga*, fol. 116.
- PROMISSIO**, Camer. Embl. 9. cent. 1. symb. *Mitte, non promitte*. Alci. Embl. 86. symb. *Dicta septem sapientum*. Cam. fab. *Vulpes & lignator*, fol. 140.
- PROVIDENTIA**, Cam. Embl. 97. cent. 2. symb. *Tempore & loco*. Id. Embl. 2. cent. 3. symb. *Dominus providebit*. Id. Embl. 94. cent. 3. symb. *Mees ignis ab ortu*.
- PRUDENTIA**, Cam. Embl. 4. cent. 1. symb. *Virtus hinc major*. Idem Emblem. 50. cent. 1. symb. *Hinc recte facies*. Id. Embl. 6. cent. 2. symb. *Nil decentius*. Id. Emble. 10. cent. 2. symb. *Iram prudentia vincit*. Idem Emblem. 56. cent. 2. symb. *Intrepida securitas*. Idem Embl. 79. cent. 2. symb. *Vi cautius pugnet*. Idem Emblem. 8. cent. 3. symb. *Dum detonet*. Id. Embl. 42. cent. 3. symb. *Natura dictante feror*. Alciat. Emblem. 209. symb. *Morus*, Cam. fab. *Galline & perdix*, fol. 78. Id. fab. *Feles & mures*, fol. 89. Id.

89. Idem fabul. *Sus & canis*, fol. 110. Id. fab. *Vespertilio & feles*, fol. 131. Id. fab. *Columba*, fol. 136. Id. fab. *Mustela*, fol. 225. Id. fab. *De imperito*, fol. 308. Idem fab. *Ictus ab apibus*, fol. 325. Id. fab. *Duo bellatores*, fol. 340.

PUDICITIA, Cam. Embl. 13. cent. 2. symb. *Hoc virtutis amor*. Alciat. Emblem. 47. symb. *Pudicitia*.

PULCRITUDO, Cam. Emble. 100. cent. 2. symb. *Amor causa omnium*. Id. Emb. 20. cent. 3. symb. *Sibimet pulcerrima merces*.

PUNITIO, Cam. fab. *Dominus aſſer ſervis*, fol. 316. Id. fab. *Corvi & columbae*, fol. 359. Idem fab. *Parricide interitus*, fol. 388.

PUSILLANIMITAS, Camer. fab. *Anguilla & anguis*, fol. 235. Idem fab. *Voluptatis & doloris affinitas*, fol. 300.

Q

QUIES, Cam. Embl. 1. cent. 2. symb. *Pura placet pietas*, Idem fab. *Hirundo & luscinia*, fol. 166.

R

RAPACITAS, Camer. Embl. 36. cent. 3. symb. *quàm cupide expecto*. Alc. Emb. 68. symb. *Impudentia*. Idem Emble. 128. symb. *Malè parta, malè dilabuntur*.

RATIO, Camer. Embl. 31. cent. 2. symb. *Hæc vera potentia eſt*. Alciat. Emb. 5. symb. *Sapientia humana ſtultitia eſt apud Deum*. Idem Embl. 102. symb. *Quæ ſuprà nos, nil ad nos*. Camer. fab. *De opulento & paupere*, fol. 331. Id. fab. *Viatores duo*, fol. 349.

RECONCILIATIO, Cam. fab. *Homo & ſtatua*, fol. 141.

RECREATIO, Cam. Emblem. 47. cent. 1. symb. *Sit modus in rebus*.

REGNUM, REX, Cam. Embl. 44. cent. 2. symb. *Non mihi, ſed populo*. Id. Emb. 45. cent. 2. symb. *Liberalitas recompensata*. Id. Emb. 84. cent. 2. symb. *Cominus & eminus*. Id. Emb. 37. cent. 3. symb. *Pro lege & grege*. Id. Emb. 90. cent. 3. symb. *Ardor omnibus idem*. Alciat. Emb. 18. symb. *Prudentes*, Id. Emblem. 38. symb. *Concordiæ ſymbolum*. Camer. fab. *Corniciuſ conſilium*, fol. 247.

RELAXATIO, Camer. Emblem. 80. cent. 3. symb. *Expecto miſtiores*.

RELIGIO, Camer. Embl. 24. cent. 2. symb. *In utrumq; paratus*. Id. Emb. 43. cent. 2. symb. *Nil amabilius*. Id. Embl. 18. cent. 3. symb. *Diverſa ab aliis virtute valemus*. Alc. Embl. 6. symb. *Ficta religio*.

REFREHENSIO, Camer. fab. *Pastores*, fol. 259.

REPULSA, Cam. fab. *Serpentum roſo ratio*, fol. 268.

LIII 5

INDEX LOCOR. COM.

- REQUIES**, Camer. fab. *Hirundo & luscinia*, fol. 166.
REPUBLICA, Camer. Embl. 99. cent. 1. symb. *His ornari aut mori*. Idem Emb. 11. cent. 2. symb. *Semper in metu*. Alc. Emb. 10. symb. *Fœdera*. Id. Emb. 19. symb. *Prudens magis, quam loquax*. Cam. fab. *Vulpes & erinaceus*, fol. 298. Idem fab. *Draconis caput & cauda*, fol. 390.
RISUS, Cam. fab. *Fletus & risus*, fol. 355.
ROBUR, Cam. Emb. 64. cent. 2. symb. *Vires animosq; ministrant*. Idem Emb. 100. cent. 2. symb. *Amor causa omnium*. Alc. Embl. 41. symb. *Vnum nil: duos plurimum posse*. Idem Embl. 42. symb. *Firmissima conveli posse*. Camer. fab. *Hirundo & cornix*, fol. 115. Id. fab. *Sol & aquilo*, fol. 268.

S

- SACERDOS**, Alciat. Embl. 7. symb. *Non tibi, sed religioni*.
SANITAS, Camer. Emb. 79. cent. 1. symb. *Bonum & malum*. Alc. Emble. 99. symb. *In iuventam*.
SAPIENTIA, Cam. Embl. 72. cent. 1. symb. *Mens eadem*. Idem Emb. 99. cent. 1. symb. *Hu ornari aut mori*. Id. Embl. 12. cent. 2. symb. *Nil in explorato*. Idem Emble. 74. cent. 2. symb. *Fraudem sapientia pellit*. Id. Emble. 55. cent. 3. symb. *Nobis sunt tempora nota*. Alciat. Emble. 5. symb. *Sapientia humana stultitia est apud Deum*. Id. Emb. 101. symb. *Scyphus Nestoris*. Id. Emb. 115. symb. *Sirenes*. Camer. fab. *Canis & lupus*, fol. 92. Id. fab. *Asinus vulgi*, fol. 170.
SECLUS, Camer. Embl. 16. cent. 3. symb. *Vetustate relicta*. Cam. fab. *Aquila & vulpes*, fol. 71. Idem fab. *Parricide interitus*, fol. 388.
SCIENTIA, Camer. Emblem. 65. cent. 3. symb. *Vtraq; felicitas*.
SCURRA, Alciat. Emblem. 92. symb. *In parasitos*.
SECURITAS, Camer. fab. *Venator & cerdo*, fol. 243. Id. fab. *De fatuo & effedo corrutente*, fol. 361.
SEDITION, Alc. Embl. 88. symb. *In divites publico malo*. Id. Emb. 205. symb. *Ilex*.
SENECTUS, Camer. Embl. 71. cent. 1. symb. *Modesta iuventus, honesta senectus*. Alciat. Embl. 116. symb. *Senex puellam amans*.
SERVITUS, Cam. Emb. 26. cent. 1. symb. *Sic perire iuvat*. Idem fab. *Columba & Cornix*, fol. 136. Idem fab. *Struthio camelus*, fol. 160. Idem fab. *De ranis & love*, fol. 182.
SILENTIUM, Camer. Embl. 12. cent. 3. symb. *Tuta silentia*. Id. Emb. 71. cent. 3. symb. *Taciturnior*. Alc. Emble. 11. symb. *Silentium*.

SIMPLICI

- SIMPLICITAS**, Cam. Embl. 44. cent. 1. symb. *Idem ambo*. Id. Embl. 22. cent. 3. symb. *Vnius coloris*. Id. Emb. 38. cent. 3. symb. *Altiora ne quaesieris*. Id. fab. *Columba & pica*, fol. 231. Idem fab. *Pater & filius*, fol. 324.
- SIMILITUDO**, Cam. Embl. 82. cent. 1. symb. *Disparem vites*. Idem fab. *Carbonarius & fullo*, fol. 79.
- SIMULATIO**, Camer. Emb. 37. cent. 2. symb. *Allicit ut perimat*. Alc. Emble. 59. symb. *Impossibile*. Cam. fab. *De asino induto leonina pelle*, fol. 155. Id. fab. *Asina febricitans*, fol. 197. Id. fab. *Asinus egrotans*, fol. 247. Idem fab. *Gallinaceus & vulpes*, fol. 275. Id. fab. *Duo erinacei fratres*, fol. 400.
- SOBRIETAS**, Cam. Embl. 47. cent. 1. symb. *Sit modus in rebus*. Id. Embl. 72. cent. 3. symb. *Sobrietatis opus*. Alciar. Embl. 16. symb. *Νῦν φῶς, καὶ μέμνησι' ἀπίσειν, ἄεθρον ταῦτα τῶν φρενῶν*.
- SOCIETAS**, Cam. Embl. 27. cent. 2. symb. *Neminem admitto*. Alciar. Emb. 165. symb. *Aliquod malum propter vicinum malum*. Camer. fab. *Viatores*, fol. 118. Idem fab. *De puero & Scorpio*, fol. 154. Idem fab. *De agricola & ciconia*, fol. 162. Id. fab. *Avium & piscium*, fol. 236. Idem fab. *Erinaceus & viperā*, fol. 251.
- SOLITUDO**, Camer. Emb. 83. cent. 3. symb. *Sylva placet Musis*. Idem fab. *Hirundo & luscina*, fol. 166.
- SPES**, Cam. Emb. 40. cent. 1. symb. *Sperare nefas*. Id. Embl. 52. cent. 1. symb. *Insuperata floruit*. Idem Emble. 94. cent. 1. symb. *Nullus praesentior ether*. Idem Emb. 100. cent. 1. symb. *Spes altera vite*. Idem Emb. 22. cent. 2. symb. *Serenabit*. Id. Emb. 29. cent. 2. symb. *Ad meliora*. Id. Emb. 96. cent. 3. symb. *Expecto, donec veniat*. Cam. fab. *Luscina & accipiter*, fol. 74.
- STUDIUM**, Cam. Emb. 24. cent. 2. symb. *In utrumque paratus*. Cam. Embl. 79. cent. 3. symb. *ingenio experiar*. Id. fab. *Fur & paterfamilias*.
- STULTITIA**, Cam. Embl. 18. cent. 2. symb. *Diversum confusa genus*. Id. Emb. 33. cent. 2. symb. *Stultus aliena requirit*. Id. fab. *Vulpes & sentes*, fol. 77. Id. fab. *Vulpes*, fol. 79. Idem fab. *Olitor & Canis*, fol. 110. Id. fab. *Aper & asinus*, fol. 174. Idem fab. *Rana crepans*, fol. 188. Id. fab. *Lupus & hircus*, fol. 202. Idem fab. *Canis mordax*, fol. 206. Id. fab. *Lupus & ursus*, fol. 219. Id. fab. *Asinus excors*, fol. 287. Id. fab. *De nauta, qui agriculturam exercere vellet*, fol. 399.
- SUBDITUS**, Camer. fab. *De columbis*, fol. 302.
- SUCCESSUS**, Cam. fab. *Adolescens improbus*, fol. 315.
- SUPERBIA**, Camer. Embl. 71. cent. 1. symb. *Modesta juventus honesta senectus*. Alc. Emb. 67. symb. *Superbia*. Cam. fab. *Felēs & gallus*

INDEX LOCOR. COM.

& gallus gallinaceus, fol. 77. Id. fab. *Galli gallinacei*, fol. 150. Id. fab. *Grus & parva*, fol. 208. Id. fab. *Olla*, fol. 211. Id. fab. *Aquila & aves*, fol. 336. Id. fab. *De nucce & vepribus*, fol. 370.
SUPERSTITIO, Alciat. Emb. 6. symb. *Ficta religio*.

T

TACITURNITAS, Camer. Embl. 71. cent. 3. symb. *Taciturnior*. Idem fab. *Testudo volatica*, fol. 281.
TEMERITAS, Alciat. Emb. 55. symb. *Temeritas*. Id. Embl. 58. symb. *In eos qui supra vires quicquam audent*. Id. Emblem. 175. symb. *Insani gladius*. Cam. fab. *Piscatores*, fol. 142. Id. fab. *Bubulcus*, fol. 143. Id. fab. *Tigris*, fol. 210. Idem fab. *Agricola*, fol. 246. Id. fab. *De anu & juvenulis*, fol. 358.
TEMPERANTIA, Cam. Emb. 13. cent. 1. symb. *Copia* ^{perdit}. Id. fab. *Simius & vulpes*, fol. 222.
TEMPUS, Camer. Emble. 28. cent. 3. symb. *Loco & tempore*. Id. Embl. 44. cent. 3. symb. *Durescit tempore*. Alc. Emb. 45. symb. *Indies meliora*. Id. Emb. 100. symb. *In quatuor anni tempora*. Id. Embl. 186. symb. *Dicta septem sapientum*. Camer. fab. *Cochlea*, fol. 116. Id. fab. *Hædus & lupus*, fol. 146. Id. fab. *Lupus saltans*, fol. 260. Id. fab. *Medicus & mulier*, fol. 284.
TESTAMENTUM, Alc. Emb. 158. symb. *Opulenti hereditas*.
TIMOR, Cam. Embl. 66. cent. 1. symb. *Letamur graviora passi*. Id. fab. *Hinnulus*, fol. 104. Id. fab. *Scarabei & aves*, fol. 239.
TRIBULATIO, Camer. Emble. 84. cent. 1. symb. *Tribulatio optima*.
TRISTITIA, Camer. fab. *Piscatores*, fol. 80.
TYRANNUS, Cam. Embl. 49. cent. 2. symb. *Tantum fugi*. Id. Emble. 51. cent. 2. symb. *Te oriente fugit*. Id. Embl. 95. cent. 2. symb. *Sevit in omnes*. Id. Emb. 99. cent. 2. symb. *Nusquam tuta tyrannis*. Alciat. Embl. 146. symb. *Opulentia tyranni, paupertas subjectorum*. Idem Emb. 171. symb. *justa vindicta*. Cam. fab. 3. *Accipiter & lusciniæ*, fol. 189.

V

VENIA, Camer. fab. *Aper & Asinus*, fol. 174.
VENUS, Cam. Emb. 95. cent. 3. symb. *Vt purus hinc evolem*. Idem Emb. 97. cent. 3. symb. *Damnosa brevisq; voluptas*.
VERECUNDIA, Camer. fab. *Verecundiæ color*, fol. 394.
VERITAS, Alciat. Emb. 9. symb. *Fidei symbolum*.
VICINIA, Alc. Emble. 32. symb. *Boni à divitibus nil timendum*. Camer. fab. *Testudo domigera*, fol. 251.
VICISSITUDO, Alc. Emb. 100. symb. *In quatuor anni tempora*.

VIGILAN-

- VIGILANTIA**, Cam. Emb. 57. cent. 2. symb. *Quod petis, alter habet.* Idem Emb. 62. cent. 2. symb. *Neuter solus.* Id. Embl. 73. cent. 2. symb. *Vigilandum.* Idem Emb. 27. cent. 3. symb. *Ne improviso.* Id. Emble. 50. cent. 3. symb. *Cura vigil.* Alc. Embl. 15. symb. *Vigilantia & custodia.*
- VINDICTA**, Camer. Emble. 35. cent. 2. symb. *Minuit vindicta dolorem.* Alciat. Embl. 171. symb. *Iusta vindicta.* Id. Embl. 172. symb. *Iusta ultio.* Camer. fab. *Vipera*, fol. 224. Id. fab. *Accipiter & columba*, fol. 230. Id. fab. *Aquila*, fol. 264. Idem fab. *Servus fugitivus & pistrinum*, fol. 274.
- VINUM**, Cam. Emble. 47. cent. 1. symb. *Sit modus in rebus.* Alc. Em. 23. symb. *Vino prudentiam augeri.* Id. Embl. 25. symb. *Im stat Bacchi.*
- VIOLENTIA**, Cam. Embl. 23. cent. 2. symb. *Violenta nocent.*
- VIRGINITAS**, Cam. Emb. 13. cent. 2. symb. *Hic virtutis amor.* Idem Embl. 91. cent. 2. symb. *Domus optima.* Alciat. Emb. 22. symb. *Custodiendas virgines.*
- VIRTUS**, Camer. Emblem. 4. cent. 1. symb. *Virtus major.* Idem Emblem. 35. cent. 1. symb. *Intacta virtus.* Id. Embl. 86. cent. 1. symb. *Aeternumq; tenet.* Id. Emble. 89. cent. 1. symb. *Semper inclyta virtus.* Idem Embl. 4. cent. 3. symb. *Per tela per ignes.* Id. Embl. 10. cent. 3. symb. *Sibimet pulcherrima merces.* Id. Embl. 76. cent. 3. symb. *Quod cateris venenum.* Alc. Embl. 118. symb. *Virtuti fortuna comes.* Cam. fab. *Ficus & spina*, fol. 221. Id. fab. *Robustus bos*, fol. 321.
- VIS**, Camer. Emb. 16. cent. 1. symb. *Ne rumperer.* Id. Emble. 33. cent. 1. symb. *Vim ex vi.* Alciat. Emb. 29. symb. *Etiam ferocissimos domari.* Camer. fab. *Canis & gallus gallinaceus*, fol. 93. Idem fab. *De ceruo & ore*, fol. 184. Idem fab. *Senex & adolescens*, fol. 255.
- VITA**, Cam. Emb. 51. cent. 1. symb. *Cælestia non sic.* Id. Emb. 6. cent. 1. symb. *Brevis est usus.* Id. Emb. 96. cent. 1. symb. *Diam omnes.* Id. Emb. 98. cent. 1. symb. *Hoc omnis caro.* Id. Emb. 100. cent. 1. symb. *Spes altera vite.* Alciat. Emb. 151. symb. *In vita humanam.* Idem Emb. 154. symb. *De morte & amore.* Cam. fab. *Fiber*, fol. 91. Idem fab. *Asini vota*, fol. 248.
- VITIUM**, Camer. Emb. 6. cent. 1. symb. *Tantò uberius.* Alciat. Emb. 61. symb. *Vesperilio.*
- VITUPERIUM**, Camer. fab. *Momus*, fol. 392.
- VOLUNTAS**, Cam. Embl. 31. cent. 3. symb. *At voluisse sat e.* Id. fab. *Vulpes & anguis*, 216.
- VOLUPTAS**, Cam. Emble. 46. cent. 1. symb. *Turpibus exitiis* Id. Em

INDEX LOCOR. COM.

- Id. Emb. 80. cent. 2. symb. *Callidus errat*. Id. Embl. 97. cent. 3. symb. *Damnosa brevis est voluptas*. Alc. Embl. 114. symb. *In oblivionem patrie*. Id. Embl. 115. symb. *Sirenes*. Camer. fab. *Musca*, fol. 121. Id. fab. *Vultur*, fol. 197. Id. fab. *Capra & lupus*, fol. 210. Id. fab. *Porcus & Vulpes*, fol. 224.
- VOTUM, Cam. fab. *Votum quod solvi non potest*, fol. 81. Id. fab. *Agricola*, fol. 230. Id. fab. *Luna nuptie*, fol. 265.
- URBS, Cam. fab. *Hirundo & luscimia*, fol. 166.
- USUS, Cam. Emb. 55. cent. 1. symb. *Hinc rapta juvant*. Id. Emb. 14. cent. 2. symb. *Pretiosum quod utile*. Camer. fab. *De satyro & igne*, fol. 302.
- UTILITAS, Cam. Embl. 67. cent. 1. symb. *Vt proffit*. Id. Embl. 84. cent. 1. symb. *Tribulatio optima*. Idem Emble. 87. cent. 2. symb. *Latet abditæ*. Alc. Emble. 125. symb. *Ex alterius damno, alterius utilitas*. Id. Embl. 149. symb. *Salus publica*. Camer. fab. *Leo & ursus*, fol. 95. Idem fab. *Asinus sylvestris*, fol. 132. Id. fab. *De columbu*, fol. 302.
- VULNUS, Cam. fab. *Canis mordax*, fol. 206. Id. fab. *Equus novitius*, fol. 240. Id. fab. *Luscimia & Accipiter*, fol. 256. Idem fab. *Ovis & canis*, fol. 299. Id. fab. *Vasculum mellis*, fol. 307. Id. fab. *Consuleatio*, fol. 383.
- VULTUS, Cam. fab. *Mures & felis*, fol. 249. Id. fab. *Lupus*, fol. 252.
- UXOR, Camer. Embl. 86. cent. 3. symb. *Amica, non Serræ*.

F I N I S.